sanguine quo qui lapides quomodo incidere- rentur 371 b
sanguinum domus 335 b
sanguinarijs quid vritum aut licitum 291 b
sapientia quotuplex 362 a
sapientia vbi potissimum inuenienda 152 a
sarepta 422 b
sareptanae viduae miseria & cōsolatio 423 a
satanas qui nobis percutiendus 40 b
satrepe quing⁹ quid 73 b satum quid 239 b
faul quam iastiterit Dauid occidēdo 233 a
faul myffice quid 209 b 254 b
fauline damnatus, an saluatus 254
faul nondum rex, qualis 182
faul qui occisus 256 527 b
faul qui in statu obierit 528 b
faul quorum typus 199 a 213 a 221 b
faul quos referat 232 a 278 a
faul quoties pauidis manib⁹ traditus 244 b
faulis amentia 223 b
faulis cadauer qui tractatum 253 b
faulis mors 253
faulis ossa qui tandem cum suorum ossibus sepulta 337 a
faulis victoriae 203 b
faulem regno magie, quam ppheticē, aptum fuisse 188 a
fara quot cur ex diuifio Jordanis medio col- lecta 12 a 13 b
Scala quae vbinam a Jacob visa 348 b
scandala hodierna quanta 164 a
scandala quae qui tollenda 28 a
scandala qui vitanda 118 a 195 a
sceleris & peccati differentia 61 a
scientiarum dñm, Deum esse, quid 154 a
scorpio 46 b 67 b 410 b
scriptura quae quid agri fit 138 b
scripturae sacrae diuifio quae 138 b
scrupulus 241 a sculpitile 122 a
scuta aurea quid 403 a
scuta quot quam preciosa fecerit Salomon 378 b 400 b
scutria quid 384 b
scyphorum quae qui Dauid dormienti Sauli ademerit 243 b
scythae vnde orti 506 a
Securis myffice quid 463 a
federe in puluere, quid 5 b
federe super Cherubim q Domin⁹ dicatur 167 b 168 a
scelitus Absalonis contra Dauidē 317
scipsum occidere, quale 527 b
scira 80 b sella 456 a
sellum xv. rex Israel, qualis 480 a
semei maledicus q tandem plagatus 338 b
semei in Dauidē cōiuncta & iniuriae 320 b
semei in gratiam qui receptus 330 a
senarius 141 b 476 b
senes quō per iuniores aliqui increpēt 167 a
seniū & etas, pucta, an & q differat 42 b
sensus scripturae multiplices esse 350 b 351 a
separatim quibus quomodo vel orandum, vel ad orationem eundem 149 b
sepher quid 47 a septem dies 199 b
septenarius 22 b 79 a 377 a
sepultura Absalonis qualis & quid 328 a
sermonem domini esse preciosum, qd 164 a
sermonē praerititiae abrūpere, quale 226 b
serrati qui cur a dauide 306 b
seruiendum Deo qui fit 61 b
sexcentis millibus ac pluribus an vnus ali- quis simul loqui & intelligi queat 11 b
Siba vel Saba qualis 332 b
siba sedio qui sedata 334 b
sica quid gladij fit 75 b
siceleg (alibi Ziceleg) quomodo absente na- uide expoliata 251 a
siceleg (alibi Siceleg) quid 252 b
sichē 96 b sichimitae 100 a
sictus 183 a
sictus quot cuius olim capilli quotannis aequalerent 315 a
significationes quae quot modis fierēt 302 b
silo 51 a simeonitarum fors 52 b
simeonitarum genealogia 518 b
simiae 401 a 403 b simila 366 a 463 b
simoniaci 125 b simplicitas bona qd 555 a
sin, Sina, Sinai 46 b
singulus 241 a sifara cuius typus 79 b
sifara qui vnde sublatus 78 a
siftrum 220 a 280 a Socho quid 517 a
solarium domus quid 9 b
solis ne statio sub Iosue, an retrocessio sub Ezechia, mirabilior 37
solis retrogressi sub Ezechia miraculum quale 487 b 488
solis stationē quō Iosue obtinuerit 35
solem qui quō honorarent 496 a
solicitare 316 a somnium 363 a
somnia quod qui expositum, ipsa quae re- sic tandem inueniunt 91 a
somnia q quanti habita seu habenda 91 a
sorbitione 308 b
sorte qui Ionathas in culpa dephenfus 203 a
sortes licite aut illicite quae 272 a
sortes qui olim temperarentur 204 a
sortium misso qui sub Iosue facta 51 b
sortium mittendarum ratio seu modus olim- quis 25
sorbium species quot 27 a
sorbibus vti, quid & quale 27
sortiendo quotupliciter peccetur 27 b
Spelunca 88 b 235 a 434 a spicae 138 b
spicas qui Ruth collegerit 137 a
spitalia quam nemo curet 169 b
spiritum malorum quanta varietas 41 a
spurius 213 b Strater 183 a 463 b
statio solis quantum sit mirabilior 35 a
status hic noster quam non sit stabilis 152 a
stellae 82 b
sterilem peperisse plurimos 137 a
stibium 468 b 533 b
stipula operiri, myffice quid 10 a
stipulum occidere, quale 298 b
stratoria 324 b
strophe Iudaicae contra Christum quae qui excludantur 288
Subditorum differentia quae 237 b
subditis an liceat suos corripere superiores 237 b
subseruatio quid 38 b
subseruati cur a Dauide equi 293 b
suggeritoribus quibus nō facile credēdum 298 a
sunamitis 452 b 456 a
supererogationis opera qui facienda 204 b
super montes interfici 1261 a
Sycomorū 401 b
symphonijs an daemōniaci resocillati 212 b
synodi cur & qsi conuocandae 178 a
syri vnde disti 508 a
syriam Dauidi seruisse 294 a
Tabulae cedrinae quid 375 b
tabulatum 370 b 376 a
tabulata templi quot 371 a
tabernaculum 228 a
tabernacula qui Deus inhabitet 285 b
talaris tunica quid 309 b
tamir quid sit 369 b tapetia 324 b
templum Salomonis qualis figura 375 b
templū Salomonis f mōte factū esse, qd 375 b
templi mansiones quot & quid 375 b
templi Salomonis altitudo, latitudo, longi- tudo quae 370 a

templa quæ qui resititenda	589 a	veneris in rebus summum qui constitue-	zedechias(alibi Sedechias)qd sonet	500 b
templa qui construenda	291	rint bonum	zedechias qui à Nabuchodonosor tracta-	501 b
templa siue sacra quomodo viris ac scemi-	149 b	ventilare	rus	501 b
nis aedenda	149 b	ventris purgatio mysticè quid	zelandum pro Dei honore qui fit	498 b
templis ne priuata ædificia pulchriora esse	235 b	verbum	zelus Helig	430 b
liceat	291 a	verbis qui omnia prius quam verberibus	Ziba(alibi Siba)quibus muneribus Dauidi	430 b
tempus	78 a	experienda	quomodo imposuerit	319 b
tempus reuelationibus suscipiendis aptissi-	285 a	vermis seu vermiculus qui cur Christus di-	ziceleg(alibi Sicelech, & Sicelag) quomo-	319 b
terebynthus	218 b	catur	dò facta regum Iuda	245 a
terebynthi vallis quæ	213 b	vestis nuptialis quid	ziph	233 a
ter seu tertium	4 b	vestes decentes aut indecentes quæ	ziphæi	243 a
ternarijs quot q quò cõpræhédant	199	vestis mysticè quid	ziphæi qui, & quomodo Dauidem tradere	243 a
terra	394 b	vestium ad nates abscissio, quid præ se fer-	conati	233 a
terræ elementum quale	155 b	ret	Zoroasten, alibi Zoroastrem, Noë filium	234 a
terram ex loco sacro longius aliquò deser-	459 a	vestigia Dei quid	fuisse	490 a
re, quale	459 a	vestimenta 140 b vestimenta ouium	zorobabel cuius filius	515 a
testamētī vet. lib. canonici quot	145 b	Viam Dauidi pollutam esse, quid	zouoah, alibi Zanoah, quid sonet	517 a
tuchos	2 a	Victoriæ Dauid	Zuph	182 b
textus bibliæ qs vbi seu quò corrupti	170 a	videns, quid nominis sit		
Thabor	187 a	viduæ filius defunctus quid		
thamar à fratre q oppressa & exosa	309 a	viduæ quali quò Heliseus subuenerit		
thaphnes 405 b tharhis 401 a 403 b	309 a	vigiles mortis filij qui		
tharfus 506 a thebe quotuplex	99 b	vinum		
thebe, Thebani, Thebita	99 b	vinò an & qui Deus lætetur		
tholæ iudicatus qualis	100 b	vir vnus mysticè quid		
thracæ vndè orti	506 a	virij Iuda quid		
throni	607 a	virtutes quæ cuius exemplo nobis discendæ		
thronus Salamonis	401 a	222 a 297 a 319 b		
thyina vel thina ligna quæ	399 b	virtutum in medio consistere		
Timedū cur nobis quādā hic fumus	152 a	virtutū nomē quā sit latum		
timiditas quid timenti portendar	8 a	visiones quæ qui fierent		
timor quis quid præferat	246 b	visitatoribus quæ quò visitanda		
Tome quid	505 b	vita longior quale quorū sit primium		
tonitrus mysticè quid	178 a	vita nostra quā labilis ac breuis		
torquati in filium fueritas	204 b	vita quæ cui quāto præstet		
torrens	209 b	vita nostræ longitudinè quæ		
torrens Aegypti quid	46 b	vitæ duarū vtra prior assumenda		
torrentes Belial quid	338 b	vitæ quæ cuius exēplo qui vitanda		
Trabes templi	376 a	vitæ quæ qui maximè crescant		
traha	307 a	vitæ quæ per quos qui suggerantur		
transgressio diuini pcepti q̄ facile fiat	415 a	vitæ qui vindicanda		
transire	15 a	vitæ vitula		
translatio potestatis q̄ vñ q̄ facta	162	vitio iusta qui subinde ad tempus necesse-		
tres dies quid	12 b	riò discernenda		
tres fratres Dauidis quid	218 b	vitio quæ qui licet, expetatur		
tres modij mysticè quid	138 b	vitio quæ que per quos angelos qui fiat		
tres vitul, ac tres modij farinæ, mysticè qd	152 a	vngi		
tria millia mysticè quid	199 a	voluptas carnis quò & sapiētes agat		
tribula 540 b tribulæ quid	306 b	voluptas quibus sit		
tribunus	218 b	votum lephthæ quale		
tribus quæ cur in duas partita	44 a	voti fractio quā sit grauis		
tribus duæ ac dimidia, mysticè quid	6 b	Vrias cuius figura		
trichinium 185 b	tridens 159	Vrias qui sua de morte secum literas tulle-		
triticum metere	174 a	rit		
tripliciter peccari	516 a	Vriam qui Bethsabæe planxerit		
trophæum	169 b	Vrsium qui Dauid occiderit		
tropologie quæ q̄ vtendæ	303 a	Vrsi mysticè quid		
trullæ 502 a	Tubæ 92 b	Vrsorum proprietates quot & quæ		
tubæ septem 22 b	tunica 160 a	Vua passa quid		
turba inordinata quid	167 b	Vxores dauid quò a filio ipsi violatæ		
Tympanum quid	280 a	Vxores multæ Dauidis, quid		
Vaccæ factæ nondū perpeste iugū,	174 a	Vxorū Dauidis ordo		
quid	171 b	Abulonicarum fors		
vaccis qualibus quò arca	reducta	Zacharias, XIII. Israel rex, qualis		
vallis 218 b	vallis Terebynthi 218 b	Zacharias vates vñ, cur & vbi lapidat		
vafa 171 a	Vestes 396 a	Zamri quintus quomodo rex Israel factus		
Velle & perficere q̄ de in nobis operet	145 a	ac sublatas		
vellus mysticè quid	89 b	Zamri quò sese sustulerit		
		Zeb		
		zebec & Salmana quales, & q̄ vñ occis		

D. DIONYSII CARTHVS

SIANI IN LIBRVM IOSVAE, HEBRAICE IEHOSVAH,

ENARRATIO.

In hoc agitur de transitu Iordanis, & subuersione regnorum hostilium, de introductione populi Dei in terram p̄ omissionis, & de diuisione ipsius terræ.

PROOEMIUM.



IORTIS in bello Iesus nauæ, successor Moſis in prophetis, qui ſuit Eccl. 46. magnus ſecundum nomen ſuum, maximus in ſalutem electorum Dei, expugnare inſurgentes hoſtes, vt cõſequeretur hæreditatem Iſrael. In his verbis author libri nunc exponendi, multipliciter commendatur. Primò, à fortitudine ſua in bellis iuſtis, in quibus duplicè fortitudinem habuit ac monſtrauit, videlicet corporalem & ſpiritualem. Fuit etenim vir corporaliter multum robuſtus, quod demõſtrauit in prælijs. Vndè & in frã habetur in textu, q̄ expugnauit reges 31. In Exodo quoque reci- tatur, q̄ veniēte Amalech, vt pugnaret cõtra Iſrael, Moſes elegit ipſum Iofue ad Amalech expugnandum. In ſuper habuit fortitudinem, quæ eſt inter quatuor cardinales virtutes vna, cuius eſt, paſſionem timoris circa periculum moderari ac reſrenare, & ardua, imò & difficilima, viriliter aggredi, ſuſtinere & exequi. Nec dubium quin & Eſa. 11. fortitudinem illam habuerit, quæ eſt vnus de ſeptem donis ſp̄ſancti, imò vtrunq; fortis eſt in gradu perfecto, & excellentiè termino, tanq̄ vir eminēter heroicus. Secundò cõmendatur in verbis prætactis à principatus ſui ac præſidentia dignitate, cum dicitur, ſuccessor Moſis, cui in principatu ſuper Iſraeliticam plebè ſucceſſit, vt Numer. 27. legitur. Tertiò, à gratia prophetiæ, cum ſubditur, in prophetis, per quod datur intelligi, q̄ prophetali ſp̄ſu fulſerit, & inter prophetas ſit computandus. Quarto, à proprietate ac dignitate ſue appellationis, cum dicitur, q̄ ſuit magnus ſecundum nomen ſuum. Nam dictus eſt IESVS ac Iofue, quod vtrunq; interpretatur ſalus ſeu ſalutare, quod & realiter ei conueniebat, atq̄ imperfectè, qm̄ populū Iſrael à viſibilibus eripuit inimicis, atq; ad rem poralem proſperitatem perduxit, imò & de animarum ſalure & cultu Dei ſeruentur eos admonuit, ſecundò quod in frã patet. Quintò, à ſua fructuoſitate, qm̄ toti plebi ſibi cõmiſſa vtiliſſimus fuit, Iofu. 14. tam quantum ad temporalem proſperitatem, q̄ ad informationem ſalubrem & ædificationem atq; idoneam gubernationem. propter quod additur, maximus in ſalutem electorum Dei. Ex quib; in- notefcit libri huius authoritas, quæ edidit Iofue ipſe, & inter canonicæ libros ſcripturæ continetur ac ponitur. ¶ Præterea, iuxta Hieronymū, Hebræi diſtinguunt ac diuidunt ſcripturam canonicam veteris teſtamenti in tres partes ſeu ordines, putã in legem, ad quam quinque libri Moſis pertinent: Hieronym⁹

ERRATVLORVM OBLI- TÈR, dum index colligeretur, ani- maduerſorum catalogus.

Ad hunc facilè intelligendum, me-
minerit lector cordatus, priori nu-
mero paginã, poſteriori monſtrata
paginã lineã monſtrari, indè ſequi
aut breuiſſimè in noui lectiõnem ve-
rari. hoc animaduerſo, & correctis
paginarū ſeu columnarum duarū
numeris, videlicet 107. & 460. intel-
lectu facilis iſte catalogus erit. Si
cui verò curioſius errata iſtæ col-
lecta videtur, is nõrit curioſis ea &
naſutis, non cordatis, præter admo-
diõ pauca, corraſa fuiſſe: multo etiã
curioſius corradenda, ſi tempus aut
locus tuſiſſet.

7 34 Cõmuniter 17 52 ſuſus 23 47 Zaræ
28 3 ſitura 30 26 aduena 49 8 Ephraim
63 32 alius 66 33 nomi- 74 37 Hebræos, &
Ammonitas Amalechitasq; 77 45 tus ma-
xim⁹ & 90 57 Surge 95 14 Circa 104 47
& vt 112 14 Sãſonis ibid. 35 Quo circa q̄ri
134 20 forores 143 32 Eſtõ ibi. 57 Verũtĩ
144 27 ſecun 147 54 Dedit 149 55 factus
152 13 modijs 157 17 b̄ ſelo 161 54 lenitate
162 31 Sadoc 162 52 domo 167 15 Prouer.
170 37 extremæ 173 49 Philiſtæi 179 4
Thomas 183 11 eſt in 183 27 reſponſum
189 27 re. ¶ 196 45 Bẽiamin 197 25 Hebræi
197 37 Samuelẽ 204 57 forte 205 15 nobis
cum 206 17 reſidebat 207 12 vniuerſis
209 44 lechitis 227 47 Achimelech 230
9 ſung 232 14 hoſtibus 234 2 ſic 248 47
in qua 253 34 fuſſent 254 8 Hebræo-
271 13 occiſus 275 2 in 276 46 illa 305
41 humiliãdo 311 9 humana 311 18 niti ſic-
315 39 ignoſcẽtia 320 50 aſſer 328 33 Ab-
ſalon 331 57 in cõſtitia 366 46 diſmisq; 369
6 Sicq; tria 370 43 circunſ 375 15 lapidib⁹
382 25 cantharus 388 18 foliũ 413 9 Ad-
do. ſed 417 30 dicere, 447 25 Helia pre-
cor 448 19 ſuis ib. 25 paſſionẽ 463 33 videt
450 34 ſicut 455 51 concup 456 1 viuam⁹
457 2 beatiffimorū 460 43 paganorū 461
24 mutuò 480 44 ipſius Phæcia.

meditaberis ea sedens in domo tua, & ambulās in itinere, & dormiēs atq; consurgens, [Tunc diri-
ges viam tuam, Ji. operationem & vitam tuam efficaciter rectificabis, atq; ad debitum referes fi-
nem iuxta legis præcepta, & intelliges eam, Ji. cognosces an conuersatio tua sit iuxta ac placita
pro.4. Deo. Impij autē non attendunt fuorum actuum pueritatem, nec propria penſant pericula. Si-
quidem via impiorum tenebroſa, neſciunt vbi corruunt, de quibus fertur Plal. 34. Fiat via illo-
rum tenebræ & lubricum, [Ecce præcipio tibi, Conſortare & iſto robuſtus. Quoniam eſt confor-
tari in dño, & eſſe robuſtum in gratia ac virtute, ſunt dona Dei, nec virium humanarum effectus,
iuxta illud Hierē. 10. Non eſt hominis via eius, nec viri eſt vt ambulet, & dirigat greſſus ſuos: niſi
Iominus præcipit Deus homini, confortari in dño & eſſe in gratia fortem: quia ſi fecerit homo
quod in ſe eſt, Deus gratiam conferet & robur virtutum præſtabit. [Noli metere carnali timore,
& noli timere mundana formidine, ſed oēm inordinatum abijce metum ex intuitu & cōſiden-
tia aſſiſtentis oipotentis: qm̄ tecum eſt dñs Deus tuus, Jper gratiam directionem, & proteſti-
onem ac opem, in oibus ad q̄cunq; perrexeris] corporali aut ſpirituali pgreſſu, i. ad q̄cunq; agen-
da te extenderis. O q̄ magna & pia promiſſio, ex qua videtur, q̄ Iosue fuerit ex hac hora cōfirmatus
in gratia, & aſſecuratus de præſeruatione à culpa mortali, niſi forte, quod ait, ad q̄cunq; perre-
xeris, ſpecialiter intelligatur de proteſtione ad pugnas contra Chananeos. Præterea intuēdum,
q̄ Iosue, tanq̄ vir ſapiens, ponderauit difficultatem & onus grauiffimū inuncti ſibi officij, peri-
cula quoq; præſiditæ ſuæ, præſertim qm̄ prædeceſſor ac dñs ſuus Moſes, qui fuit perfectior eo,
Num. 20. toties fuit grauatſ ex regimine plebis illius, & tandem grauitè lapſus, atq; ab ingreſſu terræ pro-
miſſæ prohibitus. Ideo pius dñs mentem Iosue intuens, tam multipliciter ac dignanter cōſola-
tus eſt eum, & eadem ſæpè repetijt, vnamq; ſententiā per diuerſa verba ſignificauit, ad maiorem
rei certitudinem & affirmatiōem. Hinc Iosue animatus, ſtatim proceſſit ad diuini exequentiōem
Num. 7. mandati. [Præcepit itaq; Iosue principibus populi, dicens: Tranſite per medium caſtrorū, & im-
perate populo ac dicite. In qualibet nanq; tribu fuit & præfuit vnus ſpecialis princeps, ex tribu
illa progenitus, ſicq; Iosue iuſſit, vt vnusquisq; eorum tranſiret per tribū ſuam, imperans ei: ſp̄a-
rate vobis cibaria, qm̄ poſt diem tertium tranſibitis Iordanem. JEx hoc apparet, q̄ iuſſerunt ppa-
rari cibaria vſq; in diem tertium. Idcirco dicūt expoſitores, iſtud non poſſe intelligi de manna,
quod nec in diem immediatè ſequentē poterat incorruptū ſeruari, niſi pro ſabbato, vt Exo. 16,
patuit. Ideo iſtud exponunt de alijs alimētis, quæ filij Iſrael inuenerunt aut emerunt in terris per
quas tranſibant. Vndè in Deuter. dñs ait ad eos: Tranſibitis per terminos fratrum veſtrorum ſi-
liorum Eſau: cibos emetis ab eis, & aquam emptam haurietis & bibetis, q̄ aut manna nondū de-
fecit, patet infra. ¶ Præterea q̄ritur, qualiter verum ſit quod Iosue dixit, Poſt diē tertium tranſibi-
tis Iordanem. Non em̄ tranſierunt Iordanem poſt verba hæc ante ſeptimum diem: quia poſt hæc
Iof. 2. verba miſit Iosue exploratores in Hiericho, qui indè egreſſi, latuerunt per tres dies in motibus:
poſt quorum reditum, Iosue & filij Iſrael perrexerunt vſq; ad Iordanem, atq; ibidem triduo per-
manſerunt, anteq̄ tranſirent Iordanem, quæ oīa infra habentur. Ad iſtud Auguſtinus reſponder,
Iof. 3. q̄ Iosue dixit hæc verba ſenſu humano, ſperans vt homo ſic fieri poſſet, ſi exploratores citò redi-
rent. Nam & illi quibus loquitur Deus, interdum humana diſpoſitione aliquid agere volunt, in
Augu. ſt. 2. qua Deum ſibi eſſe rectorem conſidunt: ſed eorum conſilia ſæpè ab ipſo mutantur, cuius prouid-
lib. Iofue entia gubernantur. Hinc magiſter in hitorijs proteſtatur iſtud, videlicet q̄ poſt tertium diem
Pet. Co. hiſ. tranſirent Iordanē, dixit Iosue de humano conſilio, permiſitq; dñs (vt aſtruit Auguſtinus) ipſum
li. Iofue. ca. 1. Iosue errare, ne deinceps ſimile aliquid ſine diuino cōſilio aggrediretur, præſertim qm̄ dixit ad
Mofen de Iosue: Pro eo, ſi quid agendum eſt, Eleazar conſulet dñm. Quod aut Iosue in iſto erra-
uerit, patet: qm̄ ignorauit an nubestertio die eleuaretur de tabernaculo, ſine cuius eleuatiōe ca-
ſtra mouenda non erant. Hæc in hitorijs. Porro alijs videt iſtud non bene ſonare. Si em̄ (vt alibi
loquitur Auguſtinus) authores ſcripturæ canonicæ errauerūt in vno, perit tota authoritas ſacræ
ſcripturæ. Immediatè quoq; ante hæc verba dñs dixit ad Iosue: Tecum eſt dñs Deus tuus in oib;
& c. & rufus, Sicut fui cum Moſe, ita ero & tecum. & multa ſimilia. Hinc quidam doctores catho-
lici aſſerunt, verba iſta hoc loco eſſe conſcripta, ita q̄ verba hæc prouolit Iosue poſt reditum exploratorum, quod etiam dicunt Hebręi. In ſcripturis nanq; poſt facta aut di-
cta, aliqñ antè narrantur. In ſuper dicitur poſſe, q̄ Iosue non dixit hæc verba, Poſt diem tertium tranſi-
bitis Iordanem, cum præciſione: nec numerus minor excludit maiorem, dum ponitur abſolu-
tè: ſicq; ponitur hic numerus determinatus pro indeterminate, quem admodum Iob 33, habetur:
Hæc oīa operatur Deus tribus vicibus per ſingulos, vt reuocet animas eorum à corruptione. ſic
Num. 27. & Chriſtus in Euangelio dixit: Tertio die cōſummor, cum dictum fuiſſet ad eum, Vade hinc, qd
Luc. 13. Herodes vult te occidere. Imd interdum craſtinum, pro futuro in breui, accipitur, iuxta quod Ia-
Gen. 30. cob loquutus eſt: Cras respondebit mihi iuſtitia mea. ſic igitur ſenſus erit, Poſt diem tertium, id
eſt, in breui tranſibitis Iordanem. ¶ Conſequenter in textu deſcribitur, qualiter Iosue præcepit du-

duabus tribubus ac dimidiā, & tribui Ruben & tribui Gad ac mediæ tribui Manafſæ, vt impleret
quod Moſes eis præcepit, prout Numer. 32, habetur. Nec eſt difficultas in textu, niſi qm̄ in ſine cap-
it. filij Iſrael dicunt: Tu tm̄ confortare, & viriliter age. In quibus verbis ſuperiorem ſum hu-
militer admonent, & quod aiunt, tm̄, non ſumitur excluſiuè, ſed ſenſus eſt, hoc præcipuè exhorta-
mur & cupimus, vt conforteris in domino, atque viriliter agas.

¶ De ſpirituali huius primi cap. intellectu. Art. 2.

Quemadmodum Origenes teſtatur, liber hic non tam geſta Iosue filij Nauę nobis indicat, Origenes
q̄ ſacramenta dñi reſv nobis depingit. Itaq; Iosue noie & re Chriſtum præfigurauit: imd
quia in multis eminenter ac euidenter per facta Iosue, myſteria Chriſti ſignantur, iſte liber in-
ter propheticos codices computatur. Prophetæ nanq; & alij quidam viri præcipui veteris teſt.
non ſolum verbis, ſed etiam factis de Chriſto ſunt vaticinati. Idcirco Chriſt⁹ loquitur per Oſee
prophetam: Ego viſiones multiplicauī, & in manibus prophetarum aſſimilatus ſum. In manibus
inquit, prophetarum, i. per opera eorum ſum ſimilitudinariè præſignatus. ¶ Denique, in veteri
teſt. tres viri egregij hoc nomine reſvs, in typo ſummi Ieſu Chriſti, ſunt nuncupati. Primus illo-
rum fuit Iosue iſte dux Iſraelitici populi, qui ſuo principatu regiam Chriſti Ieſu dignitatē ſigna-
uit. Secundus fuit Ieſus Iofedech ſacerdos magnus, i. pontifex Iudæorū, qui Chriſtum Ieſum, in-
quantū eſt ſummus pontifex, præfigurauit. Tertius fuit Ieſus filius Sirach, author Ecclī libri, qui
per ſuam ſapientiam typos extitit Ieſu Chriſti, in quo omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ ſunt
abſconditi. In ſuper Iosue in multis eſt Chriſti figura. Primò, qm̄ Amalechitas, q̄ filios Iſrael impu-
gnarunt, debellauit: ſic & Chriſtus inuictibiles hoſtes, qui populum Dei inceſſanter impugnant,
deuicit. Secundò, qm̄ filios Iſrael in terram perduxit promiſſionis: ſic dñs Ieſus electos ſuos in re-
gnum perduxit felicitatis cæleſtis. Tertio, qm̄ filij Iſrael diuiſit terram promiſſam: ſic Ieſus oim̄
Iudæ ac dñs, vnicuiq; electorum darlocum & præmium in regno cælorum, iuxta mēſuram me-
ritorum ſuorum. In alijs quoq; multis fuit Chriſti figura, ſicut patebit infra. ¶ Et factum eſt poſt
mortem Moſis, vt loqueretur dñs ad Iosue miniſtrum Moſis, dicens: Moſes ſeruus meus mortuus
eſt. JPer Moſen lex vetus, per Moſen data, datur intelligi, iuxta illud in Euāgelio: Si Moſen & p-
phetas non audiunt, neq; ſi quis ex mortuis ſurrexerit, credent. Per hoc ergo q̄ poſt mortem Mo-
ſis loquutus eſt dñs Iosue, figuratur, q̄ adueniente plenitudine temporis, in quo Deus decreuit
imponere finem legalibus, incarnatus eſt Chriſtus, atq; ſecundum ſuam humanitatem ſpūſan-
cto repletus eſt, per cuius alloquutionem internam cognouit legalia iam eſſe ſepeliēda ac ceſſa-
tura. Præterea ſicut Moſe mortuo, Iosue in principatu ſucceſſit: ſic veteris legis obſeruantia deſi-
nente, Chriſtus filius Dei, principatum accepit eccleſiæ, & factus eſt legifer rex Iudæorū, ac pon-
tifex veri ſpiritualiſq; Iſraelis, videlicet populi Chriſtiani i per Hebræos ſignificati. Circa hæc lo-
quitur Origenes: Conſidera ſubuerſam Hieruſalem eſſe, templum & altare deſtruēda, ſacrificia
ſacerdotum, pōtificium & myſteria literarum ceſſaſſe, & dicit: Moſes ſeruus Dei mortuus eſt.
Conſidera quoq; gentes eſſe conuerſas ad fidem, id eſt, eccleſias conſtrui, altaria non cruore pe-
tuncudum aſpergi, ſed precioſo Chriſti ſanguine decorari, & dic, quia Ieſus poſt mortem Moſis ob-
tinuit principatum, non Ieſus filius Nauę, ſed Ieſus filius Dei. Rufus per Moſen, intelligitur lex
diuina: per Iosue miniſtrum Moſis, bonus prælatus legi ſubiectus. Dum ergo populus Chriſtia-
nus diuinam tranſgreditur legem, conuerſus Deus & loquitur cuiusq; fideli prælato, Moſes
ſeruus meus deſunctus eſt: quia lex data à me, in Chriſtianorum cordibus iam deſicit. Omnes em̄
quæ ſua, non quæ mea ſunt, quærunt, ita q̄ illud Eſaiæ videatur impletum: Quia tranſgreſſi ſunt
leges, mutauerunt ius, diſſipauerunt ſædus ſempiternum. [Surge & tranſi Iordanem iſtum, tu &
oim̄ populus tecum. JPer Iordanem deſignatur baptiſmus. Chriſtus autē Ioannis baptiſmū ſuſci-
pere, Deo patre inſtigante, dignatus eſt, & oēs qui crediderunt in Chriſtum, per Chriſti bap-
tiſmum tranſierunt, purgati ſunt & ſaluati, ſicq; ad cæleſtis promiſſionis perducti ſunt regionem.
Rufus, Iordanis interpretatur deſcenſus, per quem notatur humilitas, per quam ipſemet dñs Ie-
ſus & vniuerſi Chriſtiſideles ambulauerunt. Exinanit eſt eſtẽ ſeipſum, & dixit: Qui ſe humiliat,
exaltabitur. Itemq; Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde. Et: Niſi conuerſi fueritis & eſſi-
ciamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum. Hinc per Eſaiam ait ſuperbo: Deſcen-
de, ſede in puluere. Quid eſt ſedere in puluere, niſi in propriæ vilitatis & culpæ cōſideratiōe q̄-
eſcere? Prælatuſ ergo plebem ſibi commiſſam debet in humilitate præcedere, ſicq; cum illis in
terram beatorum intrare. [Omnem locū quem calcauerit veſtigium pedis veſtri, vobis dabo.]
Totus quippe orbis terrarum, Chriſto & eius eccleſiæ eſt conſeſſus ac ſubditus, dñaturq; Chri-
ſtus à mari vſq; ad mare, & à flumine vſq; ad terminos orbis terrarum. Vndè & dixit: Data eſt mi-
hi ois poteſtas in cælo & in terra. [Nullus poterit vobis reſiſtere.] Certum eſt, nullum poſſe reſi-
ſtere Chriſto, niſi quantum ipſe permiferit. Pater nanq; oīa dedit in manu eius, & ipſe Chriſtus
rufus de ſeipſo ait ad patrem: Sicut dedisti ei poteſtatem omnis carnis. Suis quoq; diſcipulis di-

Origenes
Oſe. 12.
Exo. 17. 33.
Num. 11.
Iof. 1. 2.
Agg. 1. 2.
Zach. 3.
1. Eſd. 1. 2. 3.
Ecclī 1. 2. 3.
Col. 2.
Exo. 17.
Luc. 11.
Iof. 1. 3. 12.
Heb. 4.
Matt. 27.
Iof. 1. 18. 19.
10. 21. & c.
Exo. 20. 34.
Luc. 16.
Gal. 4.
Eſa. 11.
Luc. 2.
Eſa. 33.
Heb. 7.
Origenes
Iofe. lib. 7.
bel. lu. cap.
15. 16. 17.
A. & 35. 6.
Phil. 2.
Eſa. 24.
Ioan. 1.
Matt. 3.
Luc. 3.
Gal. 3.
Phil. 2.
Luc. 14. 18.
Matt. 11.
Matt. 18.
Eſa. 47.
Pſal. 2.
Pſal. 71.
Matt. 28.
Ioan. 15.
Ioan. 17.
xit:

Luc. 11. xit: Dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere oēs aduersarii vestri. Deniq; constat q̄ populo Christiano, si obediret perfecte, nulla posset gens preualere. [Sicut fuit cum Mose, ita ero & tecum.] Quemadmodum em̄ Deus omnipotens legem Moysi per diuersa miracula & præclara spūs sancti charismata confirmauit, ita, imò & incomparabiliter magis & excellentius, euangelicam legem constabiliuit: fuitq; Deus cum Christo homine ineffabiliter gratiosus, gloriosusq; q̄ cum Mose, nec dimisit eum nec dereliquit per gratiæ aut gloriæ subtractionem aut diminutionem, quīs in passione reliquerit eum quā ad apparentem quādam exteriorem & subtractionem solitæ redundantæ consolationis à superiori parte animæ suæ in partem ipsius inferiorem ac sensitiuam. Propter quod pendens in cruce, clamauit: Deus meus, deus meus, vt quod dereliquisti me? [Confortare & esto robustus.] Christus in omni virtute immobiliter perfectus fuit ac stabilis ab exordio incarnationis. Attm̄ passione instante, spontè quosdam passiones vel potius propassiones assumpsit, & per modum infirmitatis se habuit. Propter quod apparuit ei angelus de cælo, ipsum confortans, i. instar confortantis se habens, & consolatoria proferens verba, videlicet qualiter suæ merito passionis redempturus esset genus humanum, & veris fidelibus regionem mansionum cælestium diuisurus. ¶ Præterea per Iosue designatur quicunq; prælatus, pastor & præsul, cui dñs specialiter iubet, persuadet ac loquitur, vt confortetur in omni iustitiæ & gratia spūs sancti, imò tanto virtuosior esse conetur, quo pluribus præsidet, & altioris est auctoritatis aut professionis, & quo plura atq; maiora desuper dona sortitus est, & pro pluribus redditurus est rationem, vt aliorum imbecillitatem & imperfectiorem valeat supportare, & in bono vincere malum. Itaq; oēm euangelicam legem debet seruare, ne à subditis possit in aliquo reprobri hendi, & ne quempiam scandalizet, ne dispergat & perdat, quos tenetur colligere & curare. Qui em̄ in vno offendit, sit oīm reus. Non ergo declinet à lege Christi, nec à via iustitiæ, ab obseruantia iuris ad dexteram se extollendo per prospera, aut inaniter blandiendo, vel mala sub boni specie admittendo, seu etiam per indiscretionem vltra vires quid aggrediendo, nec ad sinistram deficiendo in aduersis, aut aperta vitia incidendo, aut vnum præ alio aggrauando iniustus: sed regia via incedat, & absq; acceptatione iudicet personarum. [Non recedat volumè legis ab ore tuo.] Prælatus, pastor & prædicator, euangelium Dei suo debet inscribere cordi, & oēm suam loquutionem secundum illud dirigere, iugiterq; habere in promptu verbum saluberrimæ informatiōis, correptionis, exhortatiōis & sanctæ cōsolationis, & ita intelligere cuncta quæ agit, ac propriam conuersationem discutere, taliterq; implere, quod ait scriptura: In lege dñi voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Præterea, quīs ista sint ardua, dñs nō consolatur bonæ voluntatis platum, dicendo: [Noli metuere, quā tecum est dñs Deus tuus in oībus.] Specialiter nanq; paratum se exhibet p̄sidentibus, ad ipsum toto corde cōfugientibus, subuenire. Itaq; vā intimatoris, ambitiosus, negligentibus, carnalibusq; platis, iudicibus ac p̄sidentibus inefficacibus Dei vicarijs, q̄ sunt canes muti, q̄bus durissimum inflat iudicium. [Præcepitq; Iosue principibus populi, dicens: Transite per medium castrorum, & imperate populo ac dicit: Præparate vobis cibaria, quā post diem tertium transibitis Iordanem ad possidendum terram.] Per Iosue intelligitur Christus, q̄ principibus tribuum, i. apostolis iudicaturis duodecim tribus Israel, iussit ire per vniuersam Iudæam, deinde per vniuersas gentium nationes, ad p̄dicandum oībus illis, vt sibi de spūs ritualibus alimonijs, p̄viderent, hoc est, de virtutibus, donis & fructibus spūs sancti, de pane vitæ & intellectu, & aqua sapiētiae salutaris, de sacramentorū refectiōibus, de actibus virtuosis ac pane lachrymarū: quæ post tertium diem, hoc est, post contritionem, confessionē & veniæ implorationem seu quosdā p̄nitentiæ actus, essent transituri Iordanem, i. suscepturi baptismum, q̄ non consuevit adultis & his qui de gentilitate & Iudaismo conuertebantur ad Christum, cōferri, nisi post confessionem & abstinentias, orationes & p̄nitentiales exercitationes. Insuper tribum Ruben primogeniti ex Lia, & tribum Gad primogeniti ex Zelpha, ac tribum mediæ Manassæ primogeniti ex cōiuge Iosue, exprimitur populus Hebræorum, qui primò legem accepit per Moysen. Per alias tribus signantur, qui postea euangelij gratiam sunt sortiti, cum transissent Iordanē, id est, baptizati fuissent. verum tam illi qui vltra Iordanem, q̄ cæteri, fuerunt in numero impari, non integro ac totali: quā superbeatissimæ Trinitatis notitiam, non nisi imperfectam habuerūt, in vita hac, tam qui sub lege, q̄ qui sub Euangelio extiterunt. [Omnia cetera præcepisti nobis, faciemus.] Sic subditi boni superioribus suis in cunctis obedire debent charitatiuè, promptè ac reuerenter, imò & pro superioribus suis debet cordialiter ac instantè orare.

¶ Elucidatio cap. 2. Misit ergo Iosue filius Nun de Sethim. Art. 3.

Consequenter describitur exequutio iussionis diuinæ circa ingressum ad terram Chananaeorum trans Iordanem. [Misit ergo Iosue filius Nun de Sethim,] id est, de loco sic nuncupato, existente in campetribus & extremitatibus Moab, vbi & Moses in monte defunctus est, vt Deuteronomij trigesimo quarto legitur. [duos viros exploratores,] de quibus (vt fertur) fabulan-

lantur quidam Hebræi, q̄ fuerunt Caleb & Phinees. [in abscondito] i. sub tali apparatu & specie, vt nō cognoscerent esse exploratores, neq; de populo Israel. Dicunt aliqui, q̄ misit eos sub simulatione stultitiæ, sicut & Dauid coram Achis rege Geth, simulauit se quasi furiosum & stolidum, ne caperet, vt 1. Reg. 21. habet. Porro Hebræi (vt fertur) asserunt, quod fingebat se surdus & amutus, ne ex sua loquela cognosceretur: quod nō videt apparitiā magnā habere, sciebant em̄ & aliam linguam, scilicet Aegyptiam, præsertim si erāt Caleb & Phinees, quod ad minus de Caleb constat. Hinc verius puto, quod habitum Chananaeorum assumpserunt, vt tanto minus putaretur Hebræi, q̄to habitatoribus terræ videbantur similiores: vel introierūt vt mercatores, aut tale quid prætendentes. Iosephus verò dicit, q̄ ciues non curabant de consideratione qua exploratores isti singula quæq; intuebant, quia putabant eos tanquam peregrinos, inuisa libèter aspicerent. ant. iu. ca. 7. ¶ Circa hæc, duo queruntur: Primò, cur Iosue vir sanctus misit exploratores, cum explorare videatur actus iniquus & fallax. Propter quod Ioseph quasi reprehensibile dixit fratribus suis: Exploratores estis. Secundò, cur fecit terram & vrbe Hiericho explorari, quasi ad sciendum, qualiter posset eas acquirere, cum ex promissione diuina certus esse deberet, quod eas Deo auxiliante faciliè obtineret, non obstante quacunq; terræ & vrbis ac habitatorum fortitudine. Respondendum ad primū, quod sicut in iustis prælijs licet vt in insidijs, vt infra dicitur, ita & exploratione. Est itaq; exploratio duplex: Vna, quæ venit ex zelo iustitiæ, & ordinatur ad iustum triumphum, & hac vsi sunt Moses & Iosue. Alia, quæ ex odio, cupiditate, ambitioe, & simili procedit rōde, atq; ad iniustam aliorum oppressionē ordinatur, de qua locutus est Ioseph. Ad aliud respondendum, quod quauis Iosue certus fuit de veritate promissionis diuinæ, non tamen omisit facere quod in se erat. Circa hæc quidam faciunt prolixum tractatum, an missi sunt isti exploratores ante finē luctus Moysi, & approbat opinionē Rabbi Salomonis, dicitis, quod missi fuerunt antequam finiebantur triginta dies luctus deflentium Moyses: sed huius oppositum magis approbatum est primo articulo. Probatio quoq; Rabbi Salomonis procedit ex incerto, quā dies obitus Moysi ignoratur, & quauis à principio fuisset descriptus in annalibus Iudæorum, illa tamē descriptio (vt probabile est) postea fuit deleta, præsertim tempore Babylonice captiuitatis, vel in alijs cladihus Hebræorum, in quibus libri eorum ab infidelibus fuerunt combustis. Denique, vt Rabbi Paulus fatetur, & facile est pensare, Rabbi Salomon fuit nouitatu confictor, & de vana curiositate notatur. sed quia de ista re parua vis est, transeo. [Et dixit eis: Ite, & considerate terram vrbeq; Hiericho.] Non præcepit eis totam terram illam perambulare & considerare, sed eam que iuxta Hiericho erat, an scilicet fertilis esset seu populosa, an etiam Hiericho esset vrbs populosa atq; munita. [Qui pergentes, ingressi sunt domum mulieris meretricis] in Hiericho habitatis, [nōmine Rahab, & quieuerunt apud eam:] i. se repausabant, & recubebant fortassis post laborē itineris, considerationēq; vrbs. Cuiusmunerem dicunt expositores sancti, quod Rahab hæc, exitit meretrix saltem ad tempus, viuis oppositum tenet Lyra, eo q̄ Salmon filius Naasson principis tribus Iudæ, duxit eam vxorem. Sed quia Septuaginta trāstulerunt meretricē, & scriptura canonica eam sic nominat, vt patet in canonica S. apostoli Iacobi, asserentis: Rahab meretrix nōne ex operibus iustificata est? hinc potius reor, quod meretrix fuit, non tamen opinari oportet, quod penitus publica, sed eo modo, quo in scripturis fœminæ incontinentes, & quæ pro notabili precio possunt acquiri, meretrices vocantur. Ad obiectum verò dici potest, quod post suam conuersionem ad iudaismum, facta sit valdè proba. Idcirco ob eius probitatem, virtuositatem & propter fidelitatem quam exploratoribus exhibebat, Salmon eam honorauit, ac duxit in coniugem, & fortè aliundè fuit mulier apta, vt potè speciosa, prudens & opulenta. De isto super Mathæum plenius scripsi. Veruntamē vt probabiliter dicitur, translatio Chaldaica habet, ingressi sunt domū mulieris hospitalariæ, & dictio Hebraica ad designadum meretricē & venditricē virtualitè, est equiuoca. vnde dicunt Hebræi nonnulli, q̄ meretrix fuit, & hospitium tenens. propter quod exploratores diuerterunt ad domum eius, non ad fornicandum, sed quoniam domus eius fuit communis: sic minus obseruabant introeuntes in eam. [Nunciatumq; est regi Hiericho] hora cœnæ, [et dictum: Ecce viri ingressi sunt huc per noctem,] id est, tempore vespertino in ipso crepusculo, quando intrantes minus inspicuntur. [de filijs Israel, vt explorarent terram.] fortè quod aliqui existentes in domo Rahab, coniecerunt & nunciauerunt hoc regi, vel custodes portarum qui diligèter considerabāt intrantes per portas. [Misitq; rex ad Rahab meretricem, dicens: Eduos viros qui ingressi sunt domum tuam,] id est, duos illos Hebræos propala, & fac exire. [Exploratores quippe sunt, & omnem terram] huius regionis [considerare venerunt.] hoc suspicabatur rex Hiericho. Porro secundum Iosephum, rex voluit per tormenta extorquere à viris illis cur venissent. [Tollensque mulier viros, abscondit.] Hoc fecit anteq̄ nuncij regis venerunt ad eam, vel in loco secretiori posuerat eos. Iose. libr. 5. ant. iu. ca. 1.

Estq; probabile, q; exploratores cõsiderauerunt vel timuerunt se esse notatos, & ideo petierunt abscondi. Nec em Rahab abscondit eos, nisi ad ipsorũ petitionem: nisi forte dicat, q; ante aduentum nunciorum regis, ipsa quoq; pensauerit q; erat de filiis Israel, & ideo auisauerit eos atq; suggesterit, q; permitteret se abscondi. [& ait: nuncijs regis: Fateor, venerit ad me, sed nescieba vñ essent. Cumq; porta clauderet, in tenebris & illi pariter exierunt: nescio quò abierit, persequimini citò, & comprehēdetis eos.] hoc fuit mēdaciũ officiosum, p̄ pia causa prolātũ, videlicet, p̄ reptione exploratorũ, & suijp̄sus ac suorũ à morte: ideo modicã fuit culpã. [Ipsa autē fecit ascēdere viros in solarium domus suæ:] quod fecit vel ad virorũ petitionē, vel ex p̄pria suggestione, vt tactum est, vel secundũ Iosephũ, vt ibi cõnarēt. [Operuitq; eos lini stipula quã ibi erat.] Alia litera habet, stappa, & secundũ Magistrũ in historijs, stipulam illam super murum siccauit. [Hi autē qui missi erant,] videlicet nuncijs regis, [secuti sunt eos.] Non quòd veraciter secuti sint exploratores, qui adhuc erant in ciuitate, sed secundũ suã æstimationē sequebant̄ eos, quos putabant ante se currere. [Per viam quã ducit ad vada] hoc est, aquas [Iordabis,] Illisq; [nuncijs regis] [egressis] urbem, [statim porta] ciuitatis, per quam exibant, [clausa est,] ne exploratores aut alij aduersarij urbē de nocte intrarēt. Quidam tamē exponunt, quòd nuncijs egressis domũ Rahab, statim porta seu ianua domũ Rahab sit clausa ab ea, quatenus cõueniētũ absconderet exploratores, nullo ingrediēte in domũ eius, sed prima expositio aptior est. [Necdum obdormierāt qui latebāt.] Homines nanq; in timore atq; periculo constituti, non citò obdormiunt p̄ inquietudine cordis & imaginationis. Vndē & Nabuchodonosor perterritus: Somnus, inquit, recessit à me. [Et ecce mulier ascēdit ad eos, & ait: Noui quòd dominus tradiderit vobis terram:] i. certa sum quòd Deus vester qui est omnium dominus, dare decreuit, & protinũ dabit vobis vniuersam hanc terram Chanaan. Secundum Origenem, meretrix ista facta est prophetissa: non quòd verè spiritum habuit prophetiã, sed quoniã instar prophetarum, de futuro per modum præteriti est locuta propter certitudinē rei. Illud autē sciuit futurũ, præcipuē ex duobus. Primò, ex deiectione cordis Chanaanorum, qui em sic timēt, vinci consueuerunt. Secundò, ex mirabilibus quę Deum Hebræorum fecisse audiuit, hoc est quod subditur: [Etenim irruit in nos terror vester.] id est, formido de vobis concepta, impetuose incidit cordibus nostris. [& elanguerunt.] i. mēte infirmati sunt, [omnes habitatores terræ] istius, quoniam robur & animum spemq; præualēdi amiserunt. [Audiuimus quòd siccauerit dominus aquas maris rubri ad introitum vestrum.] Esse humidum, inseparabile est ab aqua. Ideo aqua propriē nō siccat. Itaq; sensus est, q; dñs siccauit fundum maris rubri, remouēdo aquã ab eo ad spatũ certum. [Dñs em Deus vester, ipse est Deus in celo sursum, & in terra deorsum:] i. celestiu atq; terrestriu, imo & vniuersorũ, hoc mulier ista perpēdit ex supernaturalibus Dei effectibus, & qm̄ dij Aegyptiorum & Amorrhæorũ, nō potuerunt suis subuenire cultoribus, nec Deo resistere Hebræorum. [Nunc ergo iurate mihi per dñm, vt quomodd̄ ego feci vobiscum misericordiam,] i. pietatis effectum, [ita & vos faciatis misericordiam cum domo patris mei] i. cum patribus meis & posteritate seu cognatione ipsorum, [detestest̄q; mihi signum verum] veritate rei, putã reale & certum indicium, [vt saluetis] i. de hoc quòd saluabit̄ [patrē meum & matrē, fratres ac sorores meas, & omnia quã illorũ sunt, & eruatis animas nostras] i. nos ipsos seu vitam nostram animalē corpoream, [de morte violēta] videlicet de interfectione, qua Hebræi occidēt populum huius vr̄bis ac regionis. [Qui responderūt: Anima nostra sit pro vobis in mortē,] i. nos ipsi occidamur, [nisi eripuerimus vos de morte.] Istud fuit æquiualeter iuramētum per execrationē, quẽ admodũ illud Apostoli 2. Cor. 1. Ego testē inuoco deum in aiam meã. Itaq; anima nunc sumit̄ pro toto cõposito, cuius ipsa est pars principalis: vel pro vita animalī, quam diffundit in corpus. Rationalis etenim anima, immortalis est, quantum ad suam essentiam. [Cumq; tradiderit nobis dñs terram, faciem̄ in te misericordiã] sicut petisti, [& veritatē] i. iuramēti huius verificationē seu adimplentionē. [Dimisit ergo] i. deposuit [eos per funē de fenestra] sui solarij. [Domus em̄ ei h̄rebat muro.] Circa hoc refert Lyra: Hebræi, qui dicunt Rahab fuisse meretricē, affirmant, quòd per funē illum conueit suos recipere atq; dimittere amatores, sed non videt, quòd rectores ciuitatis hoc permisissent, p̄sertim nocturnis temporibus. Ad meretrices quoq; sit patēs, non talis furtiuus & latens, ingressus. [Dixitq; ad eos: Ad montana conscēditē] diuertēdo à recto itinere, [ne fortē occurrat vobis reuertētē] nuncijs regis. [Ibiq; latitate diebus tribus, loquēdo de diebus naturalibus quī noctē includūt,] [donec redeant, & sic ibitis per viam vestrã.] Qui dixerunt ad eam: Innoxij erimus à iuramēto hoc quo adiuurasti nos. i. ad id non erimus obligati, nec eius transgressio imputabit nobis ad culpã, [si ingre dient̄ vobis nobis terram,] quando videlicet omnes simul cum Iosue principe nostro intrabimus terram hanc, [signum non fuerit funiculus iste coccineus:] i. rubeus, per quē deponis nos, [& ligaueris eũ in fenestra, per quã dimisisti nos:] vt funē istum aspiciēdo, cognoscamus domũ tuam hoc signo. [& patrē tuũ ac matrē, fratresq; & oēm cognationē tuã cõgregaueris in domũ tuam.]

Pet. Co. hif. lib. Ios. ca. 2.

Dan. 2. Acto. 10.

Origenes.

Exo. 14.

32. q. 1. c. In regritas § Cum ergo

Qui

Qui ostium domus tuæ egressus fuerit] die quo urbem istam vastabimus, creus erit. Sanguis ipsi us erit in caput eius:] Iustus sanguinis sui seu interfectio eius, iustus imputabitur ei. [& nos erimus alieni] ab eius interitu, ita quòd in culpa nō erimus. [Illi verò] scilicet exploratores isti, qui & gratias retulerunt Rahab meretrici, secundum Iosephum, [ambulantes,] perueniunt ad montana, & manserunt ibi] videlicet in montanis, [per tres dies, donec reuerteretur] qui fuerant persecuti. [Ex quo apparet, quòd nuncijs regis Hiericho, per tres dies quærebant exploratores, perscrutando eos hinc inde per diuertica atq; latibula.] Ut fertur, Hebræi dicunt quòd reuelatum fuit huic Rahab, quòd tantũ tardaret, sed nō videt quòd Deus hoc magis reuelauerit Rahab, quã exploratoribus ipsis. Idcirco apparet quòd Rahab ex humana prudētia & coniectura suggestit exploratoribus latitare triduo in montanis, quoniam non putauit nuncios regis vltra tres dies extra oppidum tardaturos. [Quibus urbē ingressis, reuersi sunt, & descēderūt exploratores de monte,] in cuius se latibulis absconderunt, [& transiit Iordane] forsan nauigio, [venerunt ad Iosue,] narraueruntq; ei omnia quæ acciderant sibi. [Non soli Iosue, sed & alijs,] saltem principalioribus, illa narrabant. Deinde relata sunt populo toti, sed Iosue tanquã principalis exprimitur. [atq; dixerunt: Tradidit dñs in manus nostras omnē terram hanc.] propter certitudinē & euidentiam rei futuræ, loquebant de ea quasi de re gesta, [& timore prostrati sunt cuncti habitatores eius] ita q; passio timoris carnalis ac mūdani, & etiã naturalis, deiecit corda eorũ, nec per virtutē fortitudinis, aut per iudiciũ rationis timorē illum queunt abijcere ac frenare.

Iose. II. s. ar. iud. ca. 1.

transmissa

De mystico huius secundi capituli sensu. Art. 4.

PER Iosue, iuxta præhabita, intelligitur Christus mundi saluator, qui misit ditos exploratores in abscondito, per quos possunt intelligi angeli sancti inuisibiliter missi in mūdũ, & item sancti prædicatores, duo quoq; testamēta quibus præcepit: [Ite, & considerate terram urbemq; Hiericho,] i. habitatores terræ, & eos qui sibi in seculo isto loca construxerunt munia. Angeli nanq; ad homines missi sunt, ad intēdum ac subleuādum eorũ calamitates, atq; ad illuminādum ac dirigēdum corda eorũ. Similiter prædicatores misit Christus in mundum ad explorādum salubriter mores ac vitia hominum, non principaliter ad sciēdum, sed ad conuertēdum, ac saluādum secularium mētes: quod factum est per prædicationē ac doctrinam vtriusq; testamēti. [Qui ingressi sunt domum meretricis nomine Rahab, & quiescerūt apud eam.] Per Rahab quæ interpretatur latitudo, designatur gētilitas, quæ erat per totum mundum diffusa. Ad Gētiles ergo tam angeli, quã Apostoli ac reliqui prædicatores quã plurimi, accesserunt pro informatione, conuersione, & saluatione ipsorum, multoq; tēpore apud ipsos manserunt. Vndē & Christus ascēsurus in cælum, dixit discipulis suis: Euntes docete omnes gētes. Paulus quoq; & Barnabas ingratis incredulisq; dixerunt Iudæis: Vobis oportebat primũ loqui verbum Dei, sed quoniã repulistis illud, ecce conuertimur ad gētes. [Nunciatumq; est regi Hiericho,] Per regē Hiericho, intelligitur princeps tenebrarum, quē saluator principē mundi appellat: Cui angeli satanę retulerunt, quanta bona, quantumq; fructum, & quantam salutē tam angeli sancti quã Christi discipuli fecerunt tempore Euangelicæ legis, præsertim in exordio primitiuæ Ecclesiæ: vbi que terrarum in Gentibus: quod princeps caliginis impatiētissimē ferens, per suos satellites suggestit ex gētilitate conuersis, vt educerēt viros qui introirent ad eos, id est, nec angelicis inspirationibus, nec Apostolicis prædicationibus consentirent, sed repellerent nuncios veritatis & angelos lucis à se, qui venerunt regnum mundi auferre diabolo, & addere CHRISTI regno.

Matt. 10. 28. Marc. 16. Acto. 17. Epho. 6. Ioan. 12. 14. 16.

Osca 1.

[Deniq; per regē Hiericho, etiam in fideles principes, seculares tyranni, atq; hæretici figuratur, qui consentientes diabolo, multipliciter nisi sunt Euangelicæ legis prædicationē, & fidem gentilium, aut catholicam veritatem ac dogmata, impedire.] [Tollensque mulier viros, abscondit.] Per Rahab iam conuersam, meritò designatur Ecclesia ex Gentibus adunata, quæ olim spirituallyter cum idolis ac dæmonibus, carnaliter quoq; cum carnalibus fornicaturisq; & per fornicariam ab Osee sumptam, exprimitur. hæc sic conuersa, abscondit viros, quia doctores ac prædicatores sanctos intra se fideliter conseruauit. Immo & à tyrannorum persecutionibus occultauit frequentes. [& ait: Fateor, venerunt ad me, sed nesciebam vndē essent.] Gentiles quippe ante Euangelicæ legis disseminationem, tam angelorum quã Apostolorum gentinē, proprietatem, obsequia ignorabant. [Cumq; porta clauderetur in tenebris, & illi pariter exierunt.] Porta in tenebris clauditur, dum mens humana, ignorantiz & infidelitatis caligine inuoluta, angelicis inspirationibus, prædicationibus quoque sacris aditum & introitum negat, ita quòd tunc ab indurato animo angeli & prædicatores interdum recedunt, saltem ad tempus. [nescio quòd abierunt.] Pergunt enim quòd eos dirigit dominus: sed quòd, homines sæpè later. [Persequimini citò.] Hoc ironicē accipi potest. [Ipsa autē fecit ascēdere viros in solarium domus sue,] Solarium domus Ecclesię est mens deuota, seu mysticus intellectus scripturę, vel Ecclesiastica dignitas, contēplationisve gratia. Ad hoc solarium rogauit Ecclesia prædicatores sanctos ascēdere, &

Eccl. 7.

& in secretis Deo intendere, ac pro alijs exorare, præsertim tempore persecutionis. [Operuitq; eos lini stipula.] Induxit em eos ad hoc, quod pro reconciliatione & conuersione Gentilium, exercuerunt opera rigorosa, & humiliauerunt se valde profratri in terram, propriæ mortalitatis & fragilitatis considerationibus, quasi stipulis se cooperientes: quibus in orationibus, abstinentijs, disciplinis adhuc vigilantibus, conuersa gètilitas est locuta: [Noui quod tradiderit dominus vobis terram.] Ex prædicatione nanq; Apostolorum cognouit, quod iuxta prophetarum oracula, totus mundus fuit per Apostolos & coadiutores eorum conuertendus ad Christum, qui iam tot & tanta peregit prodigia. Vnde & timori iudicij exercedi per Christum, penetrauit corda multorum, nec ausi fuerunt resistere. Itaq; qui sic conuersi fuerunt, pro aliorum, præsertim domesticorum suorum, conuersione & salute fuerunt solliciti, & orauerunt Christi discipulos, vt opem & salutem procurarent eisdem. Quibus responderunt discipuli, quod vniuersi in domum Ecclesiæ conuenientes, & conuersis consentientes, essent saluandi: qua pactione adepta, permiserunt, qui iam ad fidem venerunt, sanctos prædicatores ad alia transmigrare. Immo rogabant, vt tyrannorum persecutiones declinaret ad tempus. Vnde quædammodum extra domum Rahab, nullus in Hiericho mortem euasit, sic extra Ecclesiam nemo potest saluari. Per funè autem coccineum, crux Christi quæ est signum salutis, exprimitur. ¶ Postremò, quod Rahab viros dimisit in sporta de solario, hoc designat, quod de altitudine contemplationis ad labores actionis permisit Ecclesia suos transire doctores, quibus & adminicula impedit humana.

¶ Elucidatio literalis Capituli tertij: Igitur Iosue de nocte confurgens.

Articulus quintus.

Ionæ 1.

IN FINE præcedētis capituli dictum est, quemadmodum exploratores reuersi dixerunt: Tra didit dominus in manus nostras omnem terram hanc. Quo audito Iosue animatus, fecit quod in isto recitatur capitulo. [Igitur Iosue de nocte] i. valde manè [consurgens,] sicut præcedenti Iosue 2. capitulo scriptum est, quod exploratores ingressi sunt vrbe Hiericho nocte, id est, de vespere. Cum enim vespera & aurora sint diei ac noctis confinia, vtroq; exprimitur extremo, [mouit castra] i. populum excitauit ad pergedum. [Egredientesq; de Sethim,] videlicet loco in campestribus Moah sito, [venerunt ad Iordanem ipse & omnes filij Israel, & morati sunt ibi per tres dies.] Circa hoc scribit quidam: Dicunt expositores nostri, quod causa huius moræ fuit, quoniam aqua Iordanis excreuerat. Ideo ibi steterunt, quousq; aliquantisper decreuit, quod consequenter reprobat, quia (vt ait) in Hebræo habetur: Et Iordanis impleuerat super omnes ripas suas in omnibus diebus messis, qui dies durant per duos menses secundum Hebræos. si ergo causa moræ, fuisset excrecentia aquæ, steterissent ibi satis plùs q̄ per dies tres. Ideo aliter dici potest, qm̄ Iosue expectauit reuelationem de modo transeundi, quæ facta fuit ei vltima illarum trium dierum, & tunc in crastino transferunt Iordanem. ¶ Circa hæc dico, verum esse quod

Per Co. hif. li. Iosue. ca. 3.

Magister in historijs & alij quidam affirmant, aquas Iordanis tunc excreuisse ex niuium quæ in montibus erant, resolutione, atque ex imbre serotino tunc nouiter dato, quod etiam tangit Glossa. Nec tamen Magister in historijs, nec Glossa, nec alij expositores communiter assignant hoc pro causa moræ præfatæ. Ideo dato quod aliqui assignant hoc pro causa, non tamè ob hoc dicendum est absolute, quod doctores nostri hoc dicant, quasi omnes aut communiter dicant hoc. Iosephus quoq; tangit, quod propter magnitudinem aquæ, Iosue timuit transire fluminis, sed infra duos dies Deus minuit aquam, & prædixit ipsi Iosue, quod fluuium illum faceret ei & suis transire. ¶ Insuper, quod dicit præ allegatus, ipsi Iosue factam reuelationem de modo transeundi Iordanem tertio die, incertum est. Quauis nanq; dicatur in textu, Dixit Iosue ad populum: Sanctificamini, Cras enim faciet dominus inter vos mirabilia: ex hoc tamè non sequitur, quod tertio die illo, & non antè, dominus reuelauerit ei mirabilia illa, seu modum transeundi per fluuium. Hinc dicendum videtur, quod ex dispositione diuina quieuerunt circa Iordanem tam diu, quatenus tanto tēpore considerando, quàm impossibile eis esset per naturā pertransire Iordanem, postea magis commendarent supernaturalè Iordanis dedicationem ac transitum, [Quibus euolutis, transferunt præcones per castrorum medium, & clamare cœperunt.] Illud fecerunt præcones tertio die. Ideo non est intelligendum, quod tribus illis diebus ex toto euolutis hæc fecerint, sed duo dies erant omninò finiti, & tertius partim. Sicq; per synecdochen dicuntur tres dies euoluti. [Quando videritis arcam fœderis domini Dei vestri,] i. arcam testamenti, in qua erant tabulæ testamenti siue decalogi, [& sacerdotes Leuiticæ stirpis,] i. qui de stirpe Levi erant per Amram & Aaron, [portantes eam, vos quoque confurgite] id est, in actū proficiscendi vos ipsos extendite, [& sequimini præcedentes,] videlicet sacerdotes arcam portantes. [Sitq; inter vos & arcam spatium cubitorum duum millium] id est, interuallum duorū millium cubitorum, [vt procul magis videre possitis:] arcam inuolutam, seu eam portantes. Non autem licuit eis videre arcam nō cooperatam. [& nosse per quam viam ingrediamini, quia prius non

Exod. 34.

Iose. libr. 5. anti. iu. ca. 1. Idem.

non ambulastis per eam.] Nempe vt loquit Augustinus, in tanto agmine non potuisset arca à cunctis videri, si iuxta eam transissent: nec viam directam oēs vidissent, si iuxta sacerdotes perrexissent ad eorum. Circa hoc scribit quidam: Ex hoc patet, qd alio ordine arca tunc portabatur, quàm antè in castrorum motionibus per desertum: quia in illis motionibus sex tribus præcedebat arcam, & sex sequebant. Cui dicto contrariari videt, quod Num. 2. describit, quædammodum in motionibus castrorum tres tribus præcedebant, & primò egrediebant ad orientè, deinde tres ad plagā meridianam: tres quoq; ad aquilonè, & tres vltimæ ad occidentè. Verum est tamè, qd arca nunc portabatur ab alijs, quàm tunc: quia vt Num. 4. habet, tunc portabatur inuoluta à Leuitis filijs Caath, nunc verò à sacerdotibus. ¶ Præterea, ex prædictis elicit Augustinus, qd ducatus nubis seu præcessio columnæ nubis, defecit iam. Aliàs nō fuisset necesse, sacerdotes per tantum interuallum sic sequi. ¶ Præterea, de quantitate horum cubitorum est duplex opinio: Vna dicitur qd singuli cõtinebant longitudinè pedis ac medij. Alia, qd duorum longitudinè pedum cõtinebant. [Et caute ne appropinquetis ad arcam] vltra terminum iam prædictum, quia hoc esset contra præceptum, & impeditiuum notitiæ recti itineris. [Dixitq; Iosue ad populum: Sanctificamini] i. deuorè disponite vos ad videndum mirabilia Dei cras, ab amplexibus abstinentè, ofonibusq; vacando. [Cras em faciet dñs inter vos mirabilia:] quæ paulopòst in isto continetur cap. Et quæ miraculo illi effectus fiebant pro Hebræorum multiplici vtilitate, debebant Deo grati consistere, & ei in suis operibus decèter occurrere. [Et ait ad sacerdotes:] Secundu quod Thomas declarat in libro de regimine Regum, non solum apud Gentiles, sed etiam inter Hebræos, principes seculares seu reges erant sacerdotibus & pontificibus superiores, qm̄ illorum sacerdotium fuit carnale magis q̄ spūale. Carnalia em sacrificia immolabant. sed longè aliter est in Euangelica lege. Hinc Iosue sacerdotibus præcipere potuit, & præcepit: [Tollite arcam fœderis] dñi, eam portando: quæ qualiter fuit portanda, in Exodo partim describit, & vt apparet, portabatur à quatuor. [& præcedite populum,] Qui iussa complètes, tulerunt & ambulauerunt ante eos. Dixitq; dñs ad Iosue: Hodie incipia exaltare te coram omni Israel, vt sciât qd sicut fui cum Mose, ita & tecum sim. quod qualiter verum sit, in primo articulo diffusè expositū est. Sed his obijci potest: Dñs em incepit Iosue exaltare, quâdo Mose reuelauit qd ipse Iosue succederet ei in principatu: deinde exaltauit eum per Mosen, quando Moses hoc ipsum populo recitauit: & tertio magis, quando post mortè Mosis præfecit eum populo Israel vniuerso. Quomodo ergo nunc cœpit eum exaltare? Et respondendum, qd istud intelligendum est de exaltatione facta per signum exterius miraculosum, sensibile, atq; de manifestatione exaltatiõis prælatiçæ prius collatæ, sicut & Christus post suam resurrectionè locutus est, Data est mihi omnis potestas in celo & in terra, quæ tamè iam antè ei fuit donata. De Samaritanis quoq; in Actibus fertur, qd spūs sanctus nondum venit in quenquam illorum, putè per signum sensibile. Inuisibiliter tamè venit antè in eos, quando à Philippo diacono baptizabant. [Tu autè præcipe sacerdotibus qd portant arcam fœderis, & dic eis:] Cum ingressi fueritis partè aquæ Iordanis, stete in ea. Circa hoc scribit Lyra: Dicunt Hebræi, quod sacerdotes steterunt in Iordane prope ripam, per quam ingrediebantur, quousq; totus populus pertransiuit, quod reprobat Lyra, qm̄ infra habet, qd stabat in medio Iordanis. Verum tamè quicqd de veritate sit huius dicti, hæc reprobatio non conuincit. Dicit enim aliqd esse in medio, non solum, qm̄ aquè distat ab vtroq; extremo, sed etiam qm̄ inter duo extrema consistit, quædammodum Ezech. 26. fertur de Tyro: Siccatio saganarum erit in medio maris. Ipsaq; Tyrus in corde & in medio maris sita fuisse in prophetis describitur. Immo talis modus loquendi, frequens est in scripturis. ¶ Præterea, quod sacerdotes steterunt cum arca non longè à ripa, videtur ex eo quod paulopòst legitur: Cum posuerint sacerdotes vestigia pedum suorum in aquis Iordanis, aquæ inferiores decurrunt atque deficient. Itemque: Ingressis eis Iordanem, pedibus eorum in parte aquæ tinctis, steterunt aquæ & c. [Dixitq; Iosue ad filios Israel: Accedite huc, & audite verbum domini Dei vestri.] Dicunt quidam quod Iosue dixit verba ista principibus populi, non populo toti, quoniam totus populus non potuisset verba eius audire. Sed istud non videtur textui consonare, quoniam euidenter affirmat, quod dixit ista generaliter ad filios Israel: quos & ideo conuocauit, vt omnes, quantum fieri potuit, eum audirent. Quemadmodum autem Aaron frequenter loquebatur ad populum vniuersum, ita & Iosue omnibus poterat loqui: multiq; dum congregantur, in satis paruo stant loco. Immo & dominus vocem Iosue potuit confortare. [In hoc, inquit, scietis quod dominus viuens] qui essentialiter viuens est, & ipsa pura & actualissima vita, [in medio vestri est] id est, in cordibus vestris per gratiam, seu paratus est vobis assistere, [& disperdet in conspectu vestro Chananeum, & Ethæum, & Heuæum, & Phereæum, & Gergesæum quoq; & Iebusæum, & Amorrhæum,] tradendo eos in manus vestras, aut aliter occidendo, vt infra in textu habetur. [Ecce arca fœderis domini antecedit vos per Iordanem,] hoc est, per hoc opus supernaturale scietis quod dico, secundū quod causa p̄ effectum suū cognoscitur. [Parate duodecim viros de duodecim tribubus Israel, singulos per singulas tribus:] i. de qualibet tribu Israel eligite vnum virum, [vt] duodecim viri illi tollant de

Aug. lib. 10. sup. q̄st. 3.

Exo. 25.

Iosue 1. Num. 25. Deut. 31.

Mat. 28.

Acto. 9.

Esa. 23.

Hiere. 25.

Ezech. 26.

27-35.

Iosue 4. medio Iordanis deficcata duodecim fassa, vt in sequenti recitatur capitulo. [Et cum posuerunt vestigia pedum suorum sacerdotes, qui portant arcam fœderis domini Dei vniuersæ terræ, in aquis Iordanis, aquæ quæ in inferiores sunt, hoc est, quæ infra eorum pedes extiterunt, decurrunt] in inferioribus more solito [atque deficient:] i. vltra non operient fundum Iordanis per spatium competens. [Quæ autem desuper veniunt, in vna mole consistunt:] ascendendo in altum, vt infra habetur. [Iordanis autem ripas aluei sui tēpore messis impleuerat, hoc est, vsque ad ripas vltimas aquæ implet, vt moris est ei tēpore messis triticeæ. Circa quod dicit quidam: Non potest intelligi, quod tunc grana communiter colligebantur, quia decima die mensis primi transferunt Iordanem. sed contra hoc videtur, quod ait Glossa, quod tunc messis fuit, incredibile videtur regionibus nostris. Ibi autem, vt perhibent qui nouerunt, in principio veris, est tritici messis. & ista Glossa ex verbis Augustini videtur sumpta. ¶ Porro quod Iordanis tunc redundet, impleaturque, aquis, patet per illud quod Ecc 24. fertur de Salomone: Qui multiplicat quasi Iordanis in tēpore messis. [steterunt aquæ Iordanis] videlicet quæ venerunt à loco & situ altiori, loco in quo sacerdotes steterunt, [descendentes in loco vno, & instar montis intumescētes, apparebant procul ab vrbe quæ vocatur Edom, vsque ad locum Sarthan] Quæ autem inferiores erant, in mare solitudinis, quod nunc vocat mortuum, descēderunt. [Lacus ille vocatur mare, iuxta proprietatē linguæ Hebrææ, quæ quæcūque, grandis aquarū collectio mare vocat. Vocatur quoque mare solitudinis, rōne situs, cū sit iuxta desertū Sin. Vocat insuper mare mortuū, quod propter sp̄s situdinē & immunditiā aquarū suarū, pisces in ea viuere nequeat. Est itē maximè amarum & salsum, propter quod mare salissimū appellat. sed & vestes in eo magis macularētur, quàm purgaretur. De hoc mari Gene. 14. dictum est, de quo & philosophus 2. Meteororū locutus est, per quē lacum currit Iordanis. [Aquæ autē inferiores decurrebāt, quousque omnino deficerēt. Iab intuitu atque presentia populi Israel. [Populus autē incedebat contra Iordanē.] Ambulabant enim filij Israel in medio fundi Iordanis per latitudinē eius. Sicque à latere fuit eis aqua Iordanis eleuata in altum, & ex opposito eis ad latus. Denique secundū Magistrū in historijs, Mulieres ac paruuli pergebant in medio inter viros, quæ secundum Iosephum, metuebant, ne vim in flumine paterentur. Leuitæ quoque sequebantur sacerdotes, & portabant tabernaculum ac vasa ipsius, & filij Ruben ac Gad & media tribus Manassæ, oēs alios præcesserunt armati, secundū quod Mosi promiserunt. Postremo & hoc fuit mirabile, quod fundus Iordanis fuit repētē ita siccatus, quod durus ac permeabilis, nō lutosus, tunc fuit. Circa hæc queri potest, Cur super sapientissimus Deus aliter diuisit mare rubrum, aliterque Iordanem. Si quidem mare ita diuisit, quod aquæ erant pergentibus per fundum siccatum quasi muri ac vtraque parte. Ad hoc alijs dicere posset: Quis consiliarius eius fuit? Attamen ad literam dici posset, quod Deus omnipotens & excelsus voluit omnipotentiam suam in aquis diuersimodè demonstrare. Potest & mystica ratio dari, quæ sequenti tangetur articulo.

Pet. Co. hif. li. Iosue. ca. 3. Iosephi. 5. an. iud. ca. 1.

Exo. 14. Esa. 40. Roma. 11.

Mat. 10. Luc. 10.

Roma. 5. Acto. 9.

Matth. 7. Matt. 19. Ioan. 14. Ioan. 12.

¶ De spiritali huius tertij capituli sensu.

Art. 6.

Igitur Iosue de nocte confurgēs, mouit castra, I. dñs & saluator humanam naturam assumens, & incarnatus, in publicum veniens, dum nox ignorantie & peccati in mundo præualuit, sua prædicatione, suisque miraculis, virtutibus & exemplis corda hominum ad penitentiam excitauit, dicendo: Penitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum. [Egredientesque de Sethim, venerunt ad Iordanem ipse & omnes filij Israel.] Sethim interpretatur spina. Per quod remorsus conscientie & vitiatorum punctura signantur. Christus itaque sibi omnes obtemperantes, ad conscientia praua & vitiatorum mordacitate, ad humilitatis descensum gratiamque baptismi, quæ per Iordanē significant, perduxit. [et morati sunt ibi per tres dies.] Docuit enim dñs Iesus vniuersos se comitantes, cōtritioni cordis, confessioni oris, & operibus satisfactionis insistere, atque de statu incipientium ad statum proficiētium, de statu quoque proficiētium ad statum ascendere perfectiorum. [Quibus euolutis, transferunt præcones per castrorum medium, & clamare cœperunt:] Isti præcones fuerunt duodecim Apostoli, & Septuaginta discipuli à Christo ad prædicandum directi, qui per populos Iudeorum ac Paganorum pergentes, euangelizauerunt. [Quando videritis arcam fœderis dñi Dei vestri & sacerdotes portantes eam, confurgite, & sequimini præcedētes.] Per arcam fœderis Dei, intelligitur humanitas Christi, per quam mūdus recōciliatus est Deo, quam sacerdotes & prædicatores in cordibus suis per fidē & charitatē, atque per prædicationis obsequiū obrulerūt longè ac latè ad alios, sicut de Paulo apostolo dicit saluator: Vas electionis mihi est iste, vt portet nomē meū corā regibus & gentibus & filijs Israel. Præceperunt ergo Apostoli, vt vulgares ac subditi imitaretur doctrinā, virtuososque, ac dñs sacerdotū & superiorū suorum. [Sicque inter arcā & vos spatium cubitorū duū milliū.] Necessè est enim, vt vniuersi credētes, presertim inferiores ac laici, fateatur se à Christi hominis perfectione, tam contemplatiua quæ actiua, remotissimè distare atque deficere: Nec eius incarnationis mysterium præsumant discutere, vt p̄cul per humilē fidē aspiciat Christum, & viā salutis agnoscat, de qua ipse testat. Arca est via quæ ducit ad vitam. Et: Si vis intrare ad vitam, serua mandata. Itemque: Ego sum via, veritas & vita. Et: Qui mihi ministrat, me sequatur. [Et ne appropinquetis ad arcam:] hoc est, Christi mysteria

& incomprehensibilia fidei suæ testimonia, præsertim deitate ipsius, non præsumatis irreuerēter scrutari, aut in hac vita comprehendere velle. Nam si bestia tetigerit montē, lapidari præcipitur. Oza quoque, qui tetigit arcam, percussus est. Immo Bethsames quæ eam viderunt, cæsi sunt plaga magna vehemēter, vt 1. Reg. 6. describitur. [Dixitque Iosue ad populum: Sanctificamini.] Hoc Christus omnibus prædicauit, quoniam per se & suos Apostolos inuitauit homines ad sui baptismi susceptionē. [Cras enim faciatis dñs inter vos mirabilia.] Verè mirabilia fecit Deus Trinitas in vniuersis creditibus, quoniam Christi baptismū cōtulit eis omnium remissionē peccaminū. Quod & sublimiter fecit, quādo post Christi ascensionē misit Deus pater in signo visibili sp̄m sanctū in baptizatos. [et ait ad sacerdotes: Tollite arcā, & præcedite populum.] Christus quippe suis iussit discipulis, vt suæ humanitatis mysteria, euangelicā sapientiā & crucis vexillum omnibus annunciarēt, & viam salutis, docēdo ac conuersando, immo & mortē pro fidei veritate fortissimè sustinendo, monstrarēt, quod totū hoc fidelissimè impleuerunt. [Dixitque dñs ad Iosue: Hodie incipiam te exaltare corā omni populo Israel.] Deus pater ab exordio incarnationis & natiuitatis Christi, eum multipliciter exaltauit, prout euangelicæ testantur. Verū post resurrectionē in die P̄tecostes eum præcipue exaltauit, mittendo sp̄m sanctū in igneis linguis super Apostolos, cæterosque existētes cum eis, quos & omnium linguarū ac scripturarum impleuit notitia, omnique dono sp̄s sancti & excellentissima gratia, per quos & eodem die diuersa p̄egit magnalia, ita quod multa millia filiorum Israel veraciter cognouerunt Deum fuisse cum Iesu, sicut fuit cum Mose, immo incomparabiliter excellentius. Vnde & crediderunt in eum, quæ paulo antè crucifixerūt, secundū quod eis ante passionē suam prædixit: Cū exaltaueritis, in cruce suspēderitis filium hominis, tunc cognoscetis quæ ego sum. [Tu autē præcipe sacerdotibus: Cū ingressi fueritis partē aquæ Iordanis, stete in ea.] I. cū virtutē, gratiamque baptismi prædicare cœperitis, stabiliter in hac perseuerate doctrina, non formidantes eos qui corpore occidūt. [In hoc, inquit, scietis quod dñs Deus in medio vestri est, & disperdet in conspectu vestro Chanaanem, Euzæum & Ethæum & c.] quæ per hanc baptismatis gratiam fideliter scimus, quāmodo gratiosè nobiscum egerit Deus, & quoniam in medio Ecclesie commoretur, quod item inuisibiles hostes animarum nostrarum & acies vitiorum euidenter deiiciat & expellat à nobis. [Ecce arca fœderis dñi antecedit vos per Iordanē.] Christus equidem propter nos baptizari dignatus est in Iordane, tactu suæ sanctissimæ carnis consecrans, regeneratiuamque vim tribuens aquis, exemplum quoque suscipiēdi baptismi relinquēs. [Et cum posuerint vestigia pedum suorum sacerdotes in aquis Iordanis, aquæ quæ inferiores sunt, decurrēt atque deficient.] Per illam Iordanis diuisionē signatum est, quod aqua baptismatis omnibus patet, & omnes intra se suscipit: quod autē Deus Iordanē ita diuisit, vt dictū est, videlicet quod aquæ eius desuper veniētes, congregabātur in vnam molem, quæ instar altissimæ turris intumescēbant: inferiores verò aquæ omnino defluerūt, hoc præfigurauit, quod quædam baptizatorum à gratia in baptismo data, deficient atque perfluunt, & in vitiatorum amaritudinē conuertuntur, ac corpori incorporant diaboli. Electi verò collatam custodiunt gratiam, & per charitatē vnum sunt mysticum corpus Christi, sed & per contemplationis gratiam eleuant ad summū. [Sacerdotes autē stabant super siccā humū] i. Christo omnium Salvatore & eius immaculatissimæ carni tanquam fundamento firmissimo innitebantur. Christus enim est qui sacramentum baptismi instituit, principaliterque baptizat.

Exo. 19. Heb. 12. 2. Reg. 6.

Mat. 10.

Acto. 2.

Ibidem.

Acto. 3, 6.

Ioan. 8.

Mat. 10.

Matth. 3. Marc. 1.

1. Cor. 3. 6.

¶ Explanatio literalis capituli 4. Quibus transgressis, dixit dominus.

Art. 7.

Nunc magis determinatè describitur, qualiter populus Israel pertransiuit Iordanem, & exiuit Iordanem. [Quibus transgressis,] i. cū populares pertransissent Iordanem, [dixit dñs ad Iosue: Elige duodecim viros, singulos de singulis tribubus,] i. de qualibet tribu vnum. Præcedenti autē capitulo Iosue ait ad filios Israel: Parate duodecim viros de tribubus Israel, singulos per singulas tribus. Ex quo habetur, quod dedit populo commissionē, vt quilibet tribus vnum eligeret ex se. Quod ergo nūc dicitur Iosue viros duodecim elegerit, intelligēdū est ideo dictum, quoniam electionem factam ab alijs, acceptauit, vel quia eius autoritate ac iussione à populo sunt electi. [et præcipe eis, vt tollant de medio Iordanis alueo, vbi steterunt pedes sacerdotum, duodecim durissimos lapides,] quod diu possint durare in memoriam huius miraculi, [quos ponetis in loco castrorum,] i. cuneorum vestrorum, [vbi fixeritis hac nocte tentoria:] i. vbi nocte hæc diē sequētē quiescetis. [Vocauitque Iosue duodecim viros, quos elegerat de filijs Israel,] vel vt aliqui libri habent, elegerant. Illos enim elegit Iosue, quos iam elegerat duodecim tribus. [singulos de singulis tribubus,] & ait ad eos: Ite ante arcam dñi vestri,] i. vsque ad locum vbi stat arca, accedite [ad Iordanis medium,] i. ad locum illum Iordanis, qui est inter eius extrema seu inter ripas ipsius medius. [et portate indè singuli singulos lapides in humeris vestris, iuxta numerum filiorum Israel:] id est, quilibet vestrum portet indè lapidem vnum, vt sint in toto duodecim lapides, iuxta numerum duodecim patriarcharum filiorum Iacob, qui alio nomine cinctus est Israel. [vt sit signum inter vos,] i. vt lapides isti reponantur & seruetur pro memoriali

* per singulas tribus Iosue 3.

Gene. 35.

& signo rememoratio rei p̄teritæ, scilicet miraculi huius in Iordane iam facti. Ideo subdit: [Et quando interrogauerint vos filij vestri, cras] id est, tempore futuro [dicens: Quid sibi volunt isti lapides?]. i. quid designat ex institutione humana? & quare sic & hic positi sunt? [Respondentibus eis: Descenderunt aquæ Iordanis] id est, naturali ac solito more fluere cessauerunt ad tempus, & inferiores aquæ Iordanis descenderunt, quousq; ab aspectu filiorum Israel Iordani ablata. [ante arcam fœderis dñi] id est, in p̄sentia eius, [cùm transiret eum] id est, dum arca à sacerdotibus portabatur per fundum Iordanis siccati. [Idcirco positi sunt lapides isti in monumētum filiorum Israel,] i. pro memoriali eorum, per quod admoneantur reminisci beneficiorum Dei. [vsque in æternum], i. per æuum seu vsq; in seculum. Aeternum nanq; frequēter pro quacunq; duratione longa accipitur. Vndè & 1. Regum 27. Achis rex dixit de Dauid: Erit mihi seruus in sempiternum. Atq; vt Iosephus scribit, Ex lapidibus illis Iosue fecit altare, super quod Deo sacrificauit, & pascha cum populo celebrauit. [Alios quoq; lapides duodecim posuit Iosue in medio Iordanis alueo, vbi steterunt sacerdotes qui portabant arcam fœderis dñi.] Hos duodecim lapides posuit Iosue in Iordane, non proprijs manibus, sed fortibus viris p̄cepit, vt acciperent lapides illos ex aliqua parte terræ in qua iacebant, & portarent eos vsq; ad locum vbi adhuc stabant sacerdotes cum arca. Erantq; notabiliter magni, & fiebat ex eis quasi monticulus & tumulus tantus, quòd apparuit super aquam, p̄sertim dum parua erat. Vndè aliqui opinantur, quòd sacratissimus Ioannes Baptista demonstrauit lapides illos, cùm dixit Iudæis: Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Ex quo apparet, quòd lapides illi non erant remotè à ripa. Aliqui tamē dicunt, quòd demonstrauit lapides quos Iosue fecit efferi. & sunt ibi vsq; in p̄sentem diem. Hoc author libri huius retulit ad tempus quo ista conscripsit, sed an adhuc ibi sint, nescimus. [Sacerdotes autē qui portabant arcam, stabant in Iordanis medio, donec omnia complerentur quæ p̄ceperat dñs Iosue, vt loqueretur ad populum, & dixerat ei Moses.] i. sacerdotes illi tam diu fixi stabant in fundo Iordanis a refacto, quòd omnia implebantur, quæ dominus iussit ipsi Iosue loqui ad populum de modo eundi per fundum Iordanis, & de duodecim lapidum sublatione ex Iordanis fundo, aliorumq; lapidum deportatione ad fundum illum, & quæ etiam Moses adhuc viuens iusserat Iosue. Ex quo sequi videtur, quòd hec eodem vel quædam eorum, etiam Moses p̄dixerat Iosue huic. atq; vt quidam hic scribit, Moses saltem de transitu Iordanis p̄dixit Iosue: quo concessio, stare non poterit, quòd idem in expositione p̄cedentis capituli dixit ipsum Iosue & filios Israel expectasse tres dies super Iordanem, antequam iuerunt per eum, quoniam Iosue expectauit reuelationem de modo transendi Iordanem, quæ facta fuit ei tertio die illo. Iam enim ex Mosis reuelatione p̄sciuit hoc. [Festinauitq; populus & transiuit] per fundum Iordanis, festinauit in eundo, non ex timore quòd aqua caderet super eos, sed ne vnus alteri tædio iam ingereret moram in pertransendo, quoniam maximus erat exercitus, & ne sacerdotes cogentur nimis diu stare in fundo Iordanis. [Cumq; transissent omnes,] p̄ter portitores arcæ, [transiuit, & arca domini,] i. portantes eam, exierunt post alios cum arca de fundo Iordanis, vt infra plenius recitatur. [Sacerdotes quoq; pergebant ante populum.] Nam postquam exierunt de fundo Iordanis, populum p̄cefferunt, sicut & ante introitum in Iordanem. [Filij quoq; Ruben & Gad, & dimidia tribus Manassæ, armati p̄cedebant filios Israel,] etiam Iordane iam transito, [sicut p̄ceperat eis Moses,] vt Numerorum 32. habetur. [& quadraginta pugnatorum millia per turmas & cuneos incedebant per plana atque campestria vr̄bis Hiericho.] Non est intelligendum, quòd filij Ruben & Gad, ac media tribus Manassæ, non fuerint nisi quadraginta millia. immo soli filij Ruben, in secunda numeratione erant quadraginta millia septingenti triginta, vt Numerorum 26. habetur. Est igitur sensus, quòd de omnium illorum numero tot millia pugnatorum pergebant per campestria Hiericho ad incutiendum Hierichuntinis pauorem. [In illo die magnificauit dominus Iosue coram omni Israel, vt timerent eum sicut timuerunt Mosen dum adhuc viueret: i. per mirabilia illa facta in Iordane, iuxta p̄nunciationem ipsius Iosue, Deus fecit ipsum Iosue honorabilem ac metuēdum, tanquam Dei amicū & seruū eius potentem, quatenus filij Israel ei cum filiali timore obediunt. subditi nanq; debēt superiorem suum timere, magis tamē diligere, sed timor filialis includit dilectionem. [Dixitq; ad eum,] i. puta ad Iosue: [P̄cipe sacerdotibus qui portant arcam fœderis domini, vt ascēdant de Iordane,] i. de loco quo stant, sequantur populum iam egressum vsq; ad ripam per quam plebs ascēdit, quæ ripa fuit a l̄tior fundo Iordanis: idcirco tendendo ad eam, ascēdebant. [Cumq; ascēdissent portantes arcam fœderis domini, & siccam humum cal care cœpissent,] i. super ripam & terram siccam venissent, [reuerſæ sunt aquæ in alueum suum, & fluebant sicut antè confueuerant.] i. moles illa aquarum cœpit descēdere, & per fundum suum naturali modo decurrere. [Populus autem ascendit de Iordane decima die mensis primi,] videlicet Martij seu Aprilis, qui est primus mensis anni apud Hebræos, vt alibi plenius dictum est.

[Et

[Et castrametati sunt in Galgalis,] i. in loco sic dicto, qui tamen paulopost ita vocatus est, vt infra dicitur. Ibi ergo proximo vespere fixerunt tētoria [contra orientalem plagam vr̄bis Hiericho.] Est enim locus ille inter Hiericho & Iordanem, distans ab Hiericho per stadia decem, & quinquaginta stadijs à Iordane, vt in Scholastica fertur historia. In eodem quoq; loco posuerunt tunc duodecim lapides de Iordane sublatos. Quæ sequuntur in textu, planissima sunt, & quibus docet nos scriptura, quòd Deus fecit mirabilia illa in Iordane atque in mari rubro, non solum propter filios Israel, sed itē vt vniuersi habitatores terræ addiscant fortissimam manum domini, id est, omnipotētiā Dei ex supernaturalibus eius effectibus, & timeant eum.

[Iuxta spiritalē intelligētiā, per hoc quòd Iosue post transitum Iordanis p̄cepit de fundo Iordanis duodecim lapides tolli, & inter filios Israel collocari, p̄figurabatur, quòd post baptismum debeant p̄lati & p̄dicatores verbi Dei, baptizati proponere exempla & documenta firmissima duodecim Apostolorum, quæ in medio Ecclesiarum sunt conseruanda. Vndè in Actibus fertur Apostolorum, quòd Paulus & Barnabas docuerunt Ecclesias gentium seruare p̄cepta & traditiones Apostolorum & seniorum. Ipsi quoq; duodecim Apostolis iussit Christus, vt de Iordane tollerent duodecim lapides, i. de libris duodecim prophetarum, vel de quinque libris Mosis, & quatuor libris prophetarum maiorum, ac tribus Salomonis voluminibus, acciperent apta testimonia ac doctrinas pro eruditione populi Christiani. Cumq; ineruditi & simplices interrogauerint, quid sibi velint huiusmodi allegationes ac doctrinæ ex lege & prophetis sumptæ dicendum est, quòd patres primi nostri transierunt Iordanem, id est, in Christo baptizati sunt, & Euangelicæ legi fidē adhibuerunt, idcirco pro confirmatiōe & instructione eorum in fide & moribus, introducta sunt illa. [Festinauitq; populus & transiuit,] Circa quod loquitur Origenes: Non ocioſe additum mihi videtur à spiritu sancto, quod dictum est, festinauitq; populus: quia, vt arbitror, nobis quoque festinandum est, vt omnia celeriter transeamus. Transire, est p̄cepta implere. Cumq; omnia ad salutem spectantia non segniter nec remisse, sed cum omni instantia & celeritate executi fuerimus, hoc est cum festinatione transire Iordanem. Quo facti, rursus nobis diligētia & cautela cura succedit, ne improuiso aliquo lapsu effudantur gressus nostri. Non enim remissior sollicitudo nobis inesse debet ad conseruandum, quam ad acquirendum virtutes. Non putemus, quòd in hereditatem cælestem per ocium & negligentiam oscitantes & dormientes intrare possimus. Hæc sentētia liter Origenes. Amplius, per filios Ruben, Gad & Manassæ, qui armati & accincti filios Israel p̄cefferunt, intelliguntur sancti prophetae veteris testamēti, qui suis vaticinijs atq; virtutibus & doctrinis pugnant pro nobis, & roborant nos in fide, ac nostræ salutis æmulos superant & expugnant. O quàm armatus propugnator & p̄cinctus pugil noster est Esaias, Dauid quoque & Daniel, ac ceteri vates electi.

¶ Declaratio capituli quinti: Postquam ergo audierunt omnes reges Amorrhæorum,

Articulus octauus.

Consequenter describitur, qualiter populus Israel aptatus est ad obtinendum terram sibi promissam per quorundam diuinorum obseruantiam p̄ceptorum, videlicet circuncisionis & pasche. [Postq; ergo audierunt omnes reges Amorrhæorum, qui habitabant trans Iordanem ad occidentalem plagam,] Textus difficultatem non habet. Cùm etenim hi reges cognouissent, qualiter deus scississet fundum Iordanis, & mirabilia in Iordane facta audissent, [dissolutum est cor eorum] p̄ timore, [& non remansit in eis spiritus,] i. vigor animi, [timētium introitum filiorum Israel.] Quod ait, timētium, refertur ad pronomen eorum. Itaq; cor eorum ita timētium, dissolutum est. Per magnū quoq; mare intelligitur hic nō mare oceanum, sed mediterraneum, cuius supra iam meminimus plenius. [Eo tēpore ait dominus ad Iosue,] scilicet post transitum Iordanis: [Fac tibi cultros lapideos, & circuncide secundum filios Israel.] Non proprijs manibus fecit Iosue illam circuncisionē, sicut nec cultros, sed per manus aliorum vtunq; vt reor, fieri iussit. & quod dominus ait, fac tibi, exponitur, ad tuum profectum. Iosue namque, obediēdo Deo in his, profecit in gratia & salute. ¶ Circa hæc querit, an cultri illi fuerunt verè lapidei, quod sic probatur ex textu. Oppositum videtur, quia vt in Scholastica fertur historia, Hebræus habet, pro cultris lapideis, nouaculas acutas. Lyrā asserit, Hebræi dicunt, nouaculas acutas. Ad istud respondeo, quòd res ista facit me admirari. Non enim capere valeo, quòd sanctus Hieronymus in passu isto tam ponderoso, ab Hebraica veritate recesserit, aut aliter quam Hebraica veritas habet, transulerit. Ideo credo quòd cultelli illi fuerunt reuerè lapidei. Nā & trāslatio Septuaginta sic habet, fac tibi cultros de petra. Origenes quoq; & Augustinus sic tenēt. Sed & magister Sentētiarum ex verbis sanctorum, libri quarti distinctione prima, breuiter tangit mysticam causam, cur circūcisio ista facta sub Iosue, per cultellos lapideos sit peracta, videlicet quia significat circuncisionē illam cōsummatā, qua electi in resurrectione finali per petram

B 2 Chsm

Per. Co. his.
lib. Ios. ca. 3.

Exo. 17.

Acto. 15.

Origenes.

Exo. 12.

Iosue 4.

Iosue 1.

Per. Co. his.
lib. Ios. ca. 4.

Origenes
Aug. lib. 10
suq. q̄tio. 6.

Christum ab omni imperfectione & superfluitate eripitur. Deniq; Thomas, Albertus, & cuncti doctores scholastici, super quartum sic tenent, immo & Ecclesia quae non errat. Hoc interea pensato, quod nec author Scholasticæ historiæ, neq; Lyra, dicit Hebraicam veritatem habere nouacula acutas, sed quod Hebraei sic dicunt vel habent, quantumvis hoc forte videatur redire in idem. An ergo diuersitas ista ex æquiuocatione dictionum, an ex corruptione textus, per posteriores Iudæos facta, aut alia cõtingerit causa, ignoro. ¶ Rursus circa hæc queri potest, an cultellus lapideus fuit de necessitate circuncisionis? Ad hoc sanctus doctor super quartum distinctione prima respondet: Sacramentum quod est signum & causa, efficit quod figurat: ideo illa significatio est de necessitate sacramenti, quæ ad effectum sacramenti refertur: non autem illa, quæ refertur ad causam principalem effectus, sed est de benedictione ipsius. Cultellus verò lapideus non est de necessitate incisionis, per quã significat circuncisio suum effectum, scilicet purgationem originalis peccati: sed habet aliam quam similitudinem ad causam principalem meritoriam remissionis originalis culpe, scilicet Christum: idcirco culter lapideus non fuit de necessitate circuncisionis, nec quantum ad obligationem præcepti, nec quantum ad efficaciam sacramenti, quod ritus Iudæorum vsq; hodie ostendit, quia videlicet in circuncisio nõ vrunt cultello ferreo, sed in principalibus circuncisionibus, quibus Christum significari oportebat, tale instrumentum adhibuitur. Hæc Thomas. Quibus addi potest, quod Gene. 17. (vbi circuncisio legit instituta) nulla fit mentio de cultello lapideo. Porro per principales circuncisiones, quibus significatus est Christus, intelligit Thomas ista sub Iosue facta, & eam de qua Exod. 4. habet, quia circuncisus est Moyses filius. ¶ Et circuncide secundò filios Israel. ¶ Circa hoc loquitur Origenes: Velle percontari Iudæos, quò possit quis secundò circuncidi circuncisione carnalis? Verunt ad istud possent respondere Iudæi, quia hæc questio videt ex inepto intellectu scripturæ huius pcedere. Non enim sensus est, quod Deus iussit eosdẽ numero, circuncidi secundò seu altera vice: sed quod filios Israel iussit circuncidi secundò eosdẽ in specie, vt ad diuersos numero, referat duplex circuncisio illa. Sepẽ etem scriptura loquit de diuersis, quasi de eisdẽ, quoniam in eodẽ numero continetur diuersa supposita. Vnde est illud Psal. 77. Cùm occideret eos, querebat eum, & reuertebat, & diluculo veniebat ad eum. Nẽpe quod occidebant, nõ veniebat ad Deũ diluculo. Hinc asserit Augustinus. Vnde & idẽ homo bis circuncidẽdus nõ erat: sed quoniam vnus populus erat, in quibusdã circuncisus, in quibusdã non circuncisus, ideo dictũ est iterũ, vt circuncisus iterũ circuncideret, non homo, sed populus. Præterea alia difficultas occurrit. Constat enim quod ante hanc circuncisionem multæ factæ sint circuncisiones in populo Hebræorum à tẽpore Abraham: cur ergo nunc dicitur, Circuncide filios Israel secundò? Respondet, quod nunc fermo est de circuncisione solenni, vel solũ de populo qui exiit de Aegypto, posterisq; eorum quod erant sub Iosue. Et si intelligat de circuncisione solenni, oritur questio, respectu cuius circuncisionis præcedetis, solennis ista dicat secunda. Quocirca recitat Lyra opinionem Hebræorum, dicentium quod ista vocat secunda, respectu circuncisionis factæ in Aegypto ea nocte, qua Deus primogenita Aegyptiorũ percussit, in qua nocte dicunt multos Hebræorum circuncisus fuisse: quam opinionem reprobat Lyra, quoniam ex scriptura autoritate non habet, & quoniam circuncisio illa fecisset filios Israel ineptos & impotentes ad egrediendum de terra Aegypti propter circuncisionis recentem dolorem. Eadem enim nocte exierunt Aegyptum, vt in Exodo legitur. Hinc Lyra affirmat, quod circuncisio ista nominat secunda, respectu eius quæ Abraham fecit, seipsum & omnes suos domesticos circuncidẽs, vt Gene. 17. recitat. Idem dicunt quidam expositores. Veruntamen istud non videt textui consonare, nec dictis sanctorum. Nam dñs ait in textu ad Iosue: circuncide filios Israel secundò. Abraham autem non circuncidit filios Israel, immo in illa circuncisione, de qua in Genesi fertur, quod circuncidit se & suos domesticos, Isaac nondum exiit natus, Præterea (sicut nunc tactum est) B. Augustinus testat hanc duplicem circuncisionem eundẽ populum referendam. Populus autem Iudæorum nõ fuit circuncisus ab Abraham, idcirco iuxta ea quæ infra in isto habetur capitulo, rãdendũ, quod circuncisio hæc vocat secunda respectu eius quæ facta est in Aegypto: nõ tũ in nocte qua primogenita sunt percussa, sed antè. Cõstat enim quod Hebræi in Aegypto fuerunt negligẽtes in obseruãtia præcepti circuncisionis. Vnde cũ Moses eis iussisset tollere agnum paschalẽ decima die mēsis primi, & eundẽ comedere quattordecima die mēsis eiusdẽ ad vesperã, hoc quoq; iussisset vt nemo nisi circuncisus ad esum agni illius admitteret: valde probabile est, quod Iudæi nõdum circuncisi, circuncidebant, & hoc fiebat per dies multos ante eorũ exitũ de Aegypto: sicq; respectu illius circuncisionis, ista vocat secunda, quod & R. Paulus affirmat. immo circuncisio ista potest dici secunda, respectu totius circuncisionis oĩm ex Aegypto educorũ, & an in ea circuncisorũ. Præterea quæadmodũ tangit Augustinus, quodam heretico dicebat, baptizatos semel, rebaptizandos, argumẽtum sumẽtes ex hoc loco, quod dñs iussit filios Israel circuncidi secundò, cũ tamen non sit hoc de eisdẽ numero intelligendum. Sic itaq; Iosue circuncidit eos secundò, in colle præputiorũ i. in colle quodã & circa collẽ, qui ratione huius circuncisionis ibi facta, vocatus est collis præputiorũ, quæ scilicet ibi abscisa sunt. ¶ Hæc autem est causa secunde circuncisionis quæ

quæ sub Iosue facta est: ¶ Omnis populus qui egressus est ex Aegypto gñis masculini, videlicet ¶ vnuerſi bellatores viri, mortui sunt in deserto per longissimos viã circuitus. ¶ prout Num. 11. 14. 16. 23. & Deut. 8. patet. quod intelligendum est de viris, putã de his quod in prima numeratiõẽ sunt numerati, demptis tã Caleb & Iosue atq; Leuitis, quod non erant numerati à viceſimo anno; sed ab vno mēse, vt in Numeris dictum est. ¶ qui omnes circuncisi erant ¶ in Aegypto. ¶ Populus autem quod natus est in deserto per quadraginta annos ¶ in itinere latissimæ solitudinis, ¶ in circuncisus fuit donec confumeretur: i. in solitudine moreretur. ¶ Qui non audierant vocẽ dñi, i. promissionibus Dei non crediderunt, sed post reditũ duodecim exploratorũ dixerunt: Vinam pereamus, & non inducat nos dñs in terram hanc, nec cadamus gladio. Et rursus: Constituamus nobis ducẽ, & redeamus in Aegyptum. ¶ Et quibus antè iurauerat, vt ostenderet eis terram lacte & melle manantẽ. ¶ Illis em̃ antè per Moſen promissit cum iuramẽto, quod daret eis terram promissionis, quæ promissio fuit intelligenda cum conditione implicita, vt potẽ nisi demereretur. ¶ horum filij in locum successerunt patrum, & circuncisi sunt à Iosue, quia sicut nati fuerant, in præputio erant. ¶ Dicunt autẽ doctores communiter, quod ex diuina dispensatione circuncisi non fuit in deserto, propter incertitudinẽ motus castrorum seu progressionis. Nam iuxta motum nubis progrediebantur, & fuit eis incertum quando columna nubis procederet: ideo fuisse periculosum circuncidi, quoniam nouiter circuncisi, inepti & impotẽtes fuissent ad procedendum. Damascenus autẽ libro quarto, & multi doctores super quartum, aliam causam assignant, dicẽtes quod circuncisio data fuit in signum distinctionis cum gentibus, & quoniam filij Israel in solitudine fatiſ distinctionẽ erant & separati à cæteris nationibus, non oportuit eos circuncidi ibidẽ. Porro hæc ratio esset conueniens, si circuncisio data fuisset Hebræis solim in distinctionẽ, & non etiã in purgationem ab originali. Verunt Augustinus testat, quod quidã ex filiis Israel manserunt in deserto incircuncisi ex contẽptu suorum parẽtum, quia inobediẽtes fuerunt legi Dei. In Scholasticã verò historia legitur: Quidam manserunt ibi incircuncisi ex mandato Dei, alij ex parẽtum suorum negligẽtia, alij ex parẽtum cautela, ne fortẽ eis circuncisus, attolleret mox nubes, & necessẽ haberet progredi, & sic periclitaretur paruuli circuncisi. ¶ Postquã autẽ circuncisi sunt, omnes manserunt in eodẽ castrorum i. tentoriũ & cuneorum suorum ¶ loco, donec sanaretur ¶ à vulnere & dolore circuncisionis. ¶ Dixitq; dñs ad Iosue: Hodie abstuli opprobrium Aegypti à vobis. ¶ Per opprobriũ Aegypti, intelligi potest ipsa præputij caro, quam Hebræi reputabant ipsis Aegyptijs, & cæteris incircuncisus opprobriosam, quos & tanquã incircuncisos spernebant, quæadmodum Christiani iustẽ despiciunt non baptizatos vt tales. Circa hæc scribit quidã: Locus iste dupliciter exponit ab expositoribus nostris. Primò, vt accipiat opprobrium Aegypti passiuẽ, quod sustinuerunt Aegyptij ab Hebræis exprobrantibus, quod erant incircuncisi. quã expositionem reprobat, dicens: Hoc non videt rationabiliter dictum, quoniam filij Israel in Aegypto erant subiecti & in maxima seruitute, ideo nõ est verisimile, quod Aegyptijs exprobraret. Ad quod dico, quod expositio ista catholicorũ est bona, nec valet ista obiectio, quoniam multo tẽpore fuerunt Hebræi in magna libertate & roerentia apud Aegyptios, s. tẽpore Iosue & postea diu, sicut Exod. 1. expositum est. Sufficit quoq; ad veritatem expositionis istius, quod filij Israel reputabant Aegyptijs præputium ignominiosum. Deindẽ subiungit: Alio modo exponunt, accipiẽdo opprobrium Aegypti actiuẽ, s. quod Aegyptij intulerant filiis Israel opprobrium seruitutis, à quo licet liberati fuerunt in exitu de Aegypto, tã ista libertas fuit declarata in terra promissionis. Vnde & locus iste vocat est Galgala, quod significat libertatem. Hæc quoq; expositionem reprobat, dicens: Hoc non videt benẽ dictũ, quia ablatio opprobrii, videt referri ad circuncisionem. Nec illa interpretatio Galgalæ, vera est: quia nec Remigius neq; Hieronymus sic interpretant hoc nomen. Ad hæc dico, quod hæc quoq; expositio vera & apta est, quoniam filij Israel suscipiẽdo ex diuino præcepto circuncisionem, meruerunt maiori libertate & adoptione honorari & acceptari à Deo: & ita ablatio opprobrii, verè refert ad circuncisionem tanquã ad meritoriam causam. nec sequit, Hieronymus & Remigius non ponunt illam Galgalæ interpretationem, ergo non est ponenda. Catholici quoq; qui eã ponunt, non eam finxerunt, sed ab Hebræis potius acceperunt. Deindẽ ponit expositionem Hebræorum, dicendo: Aliter exponit secundum Hebræos, videlicet quod Aegyptij obseruãtes constellationes, dixerunt Hebræis petentibus à Pharaone egrediendi licentiã: Miseri, quò vultis ire? Ecce cõstellatio ostendit effusionem sanguinis vestri, si recedatis. Cũ ergo in circuncisione facta per Iosue, susus sit sanguis Hebræorum, nõ in opprobrium eorum, sed in honorem, in ea ablatum est opprobrium illud Aegypti. Ista expositio videt inepta & ficta, nec ad propositũ pertinens. Nã dato quod Aegyptij astrologi dixissent Hebræis verba p̄fata, tã illi Hebræi iam in solitudine obierunt: & circuncisi sub Iosue, in solitudine, non in Aegypto, sunt nati, sicut iam patuit. Deniq; multa millia Hebræorum de Aegypto egressorũ, gladio, igne & alijs modis in deserto occisa sunt, sicq; in illis fuisset opprobriũ Aegypti impletũ. Amplius, dato quod Aegyptij illa dixissent, nõ tã illorũ intentio, nõ lo-

Nume. 16. Nume. 14.

Exo. 16. Nume. 13. Nume. 14.

Damasc.

Pet. Co. hif. lib. Ios. ca. 4.

25. q. 2. ca. Sed & illud.

Iosue 12.

Exo d. 8.

Exod. 21. Num. 16. 26.

qui de tali spontanea sanguinis effusione cito curabili, sed de effusione sanguinis letali ac violenta, sicq; illud opprobriū abstulisset Deus ad filijs Israel, præseruando eos ab omni læsione & trucidatione. [vocatūq; est nomē loci illius Galgala, vsq; in præsentē diē.] Galgala, secundū Hieronymū, interpretat̄ sancti reuelatio, & secundū alios quosdā, libertas. Ibi em̄ manifestata est & aucta Hebræorū libertas à seruitute Aegyptiorū ac vitiōrū, & illuminati sunt ibi ac sanctificati. [Manferuntq; filij Israel in Galgalis]. in loco præfato. Galgala aut̄ quādoq; in declinabiliter sumitur, interdū declinat̄. Ibi ergo manserunt vsq; ad circuncisionē curationē, & fecerunt phasē. i. solēnitatē paschalē, offerēdo & manducando agnum paschalē debito ritu. [quarta decima die mēsis primi]. [Martij, seu Aprilis secundū quosdā, qui mēsis est primus mēsis anni secundū Hebræos: in campestribus Hiericho,] sicut fecerunt primū phasē in Aegypto, egressu eorū instante circa Ramesse, vt Exo. 12. legit: secundū ad radices montis Sinai, anno secundū egressione ex Aegypto, vt Numer. 9. habet. & comederunt de frugibus terræ. [Chanaan, idie altero & azymos panes]. i. panes non fermētatos, confectos ex fructibus terræ promissionis. nam talibus panibus tenebant vesci durante festiuitate paschali, vt Exo. 12. fertur. [et polētam eiusdē anni.] Secundum Magistrum in historijs, polēta est grana tosta & manibus concitata ad modum * granophilā pilo tunsī, & dicit̄ polēta quasi pilēta. Aliqui tamē dicunt, polētam esse pultes de farina purgatissima factas, & dicit̄ polētam quasi pollētam, à polline, quod est purgatissima farina. Porro in solēnitate paschali fiebat oblatio de granis nouis de manipulo excussis. [Defecitq; manna]. i. vltra non pluuit, postquā comederunt de frugibus terræ. [Chanaan, quia vltra non indiguerunt manna vt antē, sed abundabant fructibus terræ promissa.] Cū autē esset Iosue in agro vr̄bis Hiericho. [ad explorandū & considerandū qualiter vr̄bs illa aptūss caperet,] leuauit oculos, & vidit virum. i. angelum in forma & specie viri, [stans contra se,] i. ex opposito sui, quantum ad situm, & euaginatū tenentē gladium, [tanquā paratū ad auxiliādū Hebræis.] Perrexitq; ad eum, & ait: Noster es, an aduersariorum? i. fautor & collega noster, an Chananzorum? Putauit autem Iosue quōd homo esset. Nec angelus iste apparuit in tā terribili specie, sicut apparuit Danieli angelus Dei, ex cuius visione Daniel fuit tam vehemētē perterritus. [Qui respōdit: Nequaquā.] quod quidam sic glossant, supple, sum aduersarius. Alij verō exponunt, Nequaquā, i. nec vester sum, nec aduersariorum, quasi de natura vr̄s speciei existēs, quasi dicat, Non sum homo, [sed sum princeps exercitus dñi]. i. angelica virtus sum, & de choro ac ordine principatum, præsidēs toti populō Hebræorum, qui nunc per modum exercitus ordinatē collectus est sub te principe suo terrestri, q̄ eiusdē es speciei cū eis, & vocat̄ exercitus Deitū q̄ per electionē & gratiam specialiter pertinebat ad Deū, tum q̄ electus fuit à Deo ad expugnādū aduersarios Dei Chananzos ac alios. [et nunc venio.] Cecidit Iosue pronus in terrā. qm̄ aduertit q̄ angelus esset, & fortē cognouit q̄ erat ex vniuersitate supernorū spiritū. Dicunt autē doctores catholici & Hebrei, q̄ Michael fuit, q̄ princeps extitit synagogæ, secundū quod Gabriel locutus est Danieli: Ne mo, iniquēs, est adiutor meus in omnibus his, nisi Michael princeps vester. & nunc venio, i. p̄stō iam sum ad dandū tibi consiliū atq; auxiliū. Vndē & tunc docuit ipsum Iosue de modo capiēdi ciuitatē Hiericho, & vt eam in toto faceret anathema, prout sequēti ser̄ capitulo. [et adorans, ait: Adorauit angelum adoratione dulci, atq; per gratiam discretionis spirituum, ac in stinctū diuino cognouit, q̄ angelus bonus erat, non spūs fallax. aliās fuisset incautum, q̄ tam cito credidisset verbis apparētis. [Quid dominus meus loquit̄ ad seruum suum?] fuit em̄ Michael etiā princeps ipsius Iosue. [Iosue, inq̄, calceamētum de pedibus tuis]. i. ambos pedes tuos discalcea & denuda p̄pter reuerētiam loci, immo ad Dei honorē in loco suo. ideo subdit: [Locus enim in quo stas, sanctus est.] i. deputat̄ deceterō ad opera sancta, vt in eo cōmorent̄ veri Dei cultores: & locus iste, q̄ hætenus extitit inq̄ nat̄ per idololatrias atq; facinora Chananzorū, nūc sanctificatus est per angelicā istā p̄sentīā & allocutionē. immo per p̄sentīā Dei in angelo suo. simile huic p̄cepit angelus Moisi circa rubū. [fecitq; Iosue, vt sibi fuerat imperatū] ab angelo. Postremō, quā hora facta sit apparitio ista, & an solus Iosue angelū istū vidit, atq; in quali habitu apparuerit angelus iste, textus nō exprimit: sed ex circūstantia eius apparet, q̄ in die, & certum, q̄ eo vigilante.

Eph. 6.

Postquā audierunt omnes reges Amorrhæorum, &c. [Per reges Amorrhæorum & Chananzorum, intelliguntur principes tenebrarum, q̄ habitant trans Iordanē, i. in vitio elationis, quod est extremum, humilitati contrarium. Humilitas quippe per Iordanē, qui interpretat̄ descensionē, signat̄. Et qui possidebant magno mari loca propinqua.] Per magnum mare, exprimitur amaritudo ac fluxus, inquietudoq; vitiorum. Loca verō propinqua huic mari, sunt corda instabilia, prona ad vanitates & iniquitates seculi huius. hæc loca possidet dæmones, sed postq̄ principes tenebrarum nouerunt quōd dñs siccaisset fluentia Iordanis coram filijs Israel, donec transirent, id est, fontem & aquas baptismi aperuisset vniuersis hominibus, præsertim ad fidē electis, quousq;

Qualiter & per quos facta sit diuisio terrę promissionis tribus nouē atq; dimidię, nūc refertur: Hoc est quod possederunt filij Israel in terra Chanaan. I. territorium, quod in sequētibus capitulis recitat diuisum, possederūt tribus p̄fatę in terra p̄missiōis, quæ Chanaan nominatur, [quam dederunt] i. à Deo datā assignauerunt [eis] per sortium missiōe [Eleazar sacerdos,] q̄ patri suo Aaroni in pontificatu successit, [& Iosue filius Nun, & princeps familiarum per tribus Israel.] i. aliq; principales in suis familijs, & in qualibet tribu fuit vnus huiusmodi princeps, [forte omnia] territoria illa particularia [diuidētes, sicut præceperat dñs in manu Moysi] i. per ministerium atq; eloquium Moysi. Vnde Nume. 14. habet: Et ait dñs ad Moysen: Hæc sunt nomina virorum, q̄ terram vobis diuidēt, Eleazar sacerdos & Iosue, & singuli principes de singulis tribubus, quod exponit de decē tribubus, q̄bus terra Chanaan fuerat diuidēda, putā de principibus nouē tribuum atq; dimidię, sed & principes isti, alij erant ab illis, quos Moyses Deo iubēte constituit principes tribuum Israel. Imò illi iam erant mortui in deserto. [Duabus em̄ tribubus & dimidię tribui dederat Moyses trans Iordanē possessionē, absq; Leuitis.] Ista est impropria exceptio: q̄ Leuitæ non erant de numero duarum tribuum ac medię tribus. Ideo sensus est, q̄ Moyses dedit illis tribus p̄fatam possessionē, sic tamē, q̄ Leuitis non dedit hæreditariam portionē. [qui nihil terrę acceperunt inter fratres suos:] hoc est, inter cæteros filios Israel non sunt hæreditatē sortiti. [sed in eorum successerunt locum filij Ioseph, in duas tribus diuisi] i. filij Ioseph in duas tribus diuisi, videlicet Manasses & Ephraim, q̄ q̄bus ortæ & nominatę sunt duæ tribus, successerunt in locum filiorum Leui, quantū ad hoc q̄ compleuerunt duodenarium numerum tribuum Israelitarū. Nēpe Iacob patriarcha duodecim filios habuit, à q̄bus natae ac appellatę sunt duodecim tribus Israel, à q̄bus Deus subtraxit tribum Leui, applicans eam cultui suo in tēplo, & prohibēs eam numerari ac dotari inter cæteras Israel tribus: & ita remanserant solūm duodecim tribus dotadę in terra illa. Vt ergo duodenarius tribuum numerus cōpleret, diuisa est tribus Ioseph in duas, duplicēq; funiculū ac portionē accepit: & quantū ad hoc, successit ipsi Ruben & tribui eius in iure primogeniturę, q̄a in tēpore illo primogeniti habuerunt duplicē rerum omnium portionē. ¶ Porro tribus Iuda successit tribui Ruben in iure primogeniturę, quantum ad superioritatē, q̄a ad eā est deuoluta regia dignitas. Hoc etiam filios primogeniturę Ruben amisit ob suum incestum, propter quod Iacob dixit ad eum Gene. 49. Non crescas, q̄a ascendisti cubile patris tui. Hinc quoq; scriptum est 1. Para. 7. Ruben fuit primogenitus Israel, sed cum violasset torum patris sui, data sunt primogenita filijs Ioseph. De stirpe autē Iudæ, principes generati sunt. [Accesserunt itaq; filij Iuda ad Iosue in Galgala. Loquutus q; est ad eum Caleph filius Iephonę Cenezę.] Caleph iste, fuit vnus eorum q̄ terram diuiserunt cum Iosue, eratq; magnus in tribu Iuda: ideo maiores de tribu illa, acceperunt cum eo ad Iosue. Dicitur autē Cenezæus à Cenez, quē aliqui dicunt accepisse matrē ipsius Caleph in coniugē, patre Caleph defuncto: q̄a sequētī habetur capitulo, quod Othoniel frater Caleph iunior, filius Cenez, accepit Axam filiam Caleph vxorē, sicq; Caleph vocatus est Cenezæus, q̄a post mortē sui patris, à Cenez illo nutritus est. Alij opinantur quod Cenez fuit frater ipsius Caleph, senior eo, & quod curam habuit huius Caleph: & ideo, vel ob aliquid tale, Cenezæus vocatus sit, sicut in nouo testamēto Iudas apostolus frater Iacobi minoris, Iudas Iacobi nuncupat. ¶ Sciēdum præterea, quod Caleph iste 1. Para. 2. dicitur filius * Effrem. Ideo creditur quod pater eius fuit binomius. [Nostri quid loquutus sit dñs ad Moysen hominē Dei de me & te in Cades Barne.] Ab illo equidē loco missi Moyses duodecim exploratores ad considerandum terram Chanaan, qui ad eundē locum regressi sunt. Cumq; decē ex eis subuerterēt corda filiorum Israel, dicēdo, quod terram illam obtinere non possent propter fortitudinē ciuitatum & habitatorum ipsius, Iosue & Caleph conati sunt filios Israel animare & confortare in dño. Propter quod dñs dixit ad Moysen, quod cæteris pereuntibus, Iosue & Caleph ingressuri & possessuri essent terram quam explorauerunt. Hoc est quod tangitur nunc in textu. [Quadragesima annorum eram quando me misit Moyses famulus dñi de Cades Barne, vt considerarem terram, nunciauiq; ei quod mihi verum videbatur. Fratres autem mei,] hoc est, alij exploratores qui dicunt fratres ipsius Caleph, quoniā ad eundem Israeliticum populū pertinebant, & eiusdem erant religionis, atq; ex eodem Iacob patriarcha exorti, qui ascenderant mecum, dissoluerunt cor populū, incutiendo eis timorē inordinatum, vt

32. q. 4. cap. Recurrat

Luc. 6. Acto. 1. * Hebron

Nume. 13.

Nume. 14. Deut. 1.

vt tactum est. [Nihilominus ego secutus sum dñm Deum meū] i. diuinæ mētis iudicio me cōfiteri maui, & credēdo in Deum, sperādo in eo, diligēdoq; ipsum, adhæsi ei. [Iurauitq; Moyses] i. firmiter asseruit, vel etiā iuramento firmavit, quod tamē in Nume. non legitur, vbi hæc recitat historia. Attamē credēdum est, propter hæc verba, q̄ Moyses istud iurauit, q̄a nec omnia scripta sunt. [In die illo, dicens: Terra quā calcavit pes tuus, erit possessio tua & filiorū tuorū in æternum, q̄a secutus es dñm Deum tuum.] Alij dicunt, q̄ Caleph cōsiderās decē exploratores diffidētes de Dei subsidio, declinauit ad tēpusab eis, & iuit Iosue in Hebron, atq; ibi dēdem ad sepulchrum patriarcharum orauit, ne & ipse subuerteret ab exploratoribus vitiofis. Ideoq; dñs p̄misit ei dare hunc locum, sed videt istud incertum, nec ad saluādum veritatē huius historie, hoc dicere est necesse: qm̄ dicere possumus istud per synecdochen esse intelligēdū, q̄a dñs p̄misit ei partē terrę illius, p̄sertim partē quā fuerat electurus & petiturus. Porro q̄ ait, erit possessio tua in æternum, sub cōditōe intelligēdū erat, videlicet nisi posteri Caleph peccādo mererētur terra illa priuari. Vel, æternum sumit hęc pro seculo seu tēpore longo. [Concessit ergo dñs vitam mihi, sicut pollicitus est vsq; in præsentē diē.] Ex hoc sequit, q̄ homo virtuosē agendo meret etiam sēpē tēporalem prosperitatē, prolongationemq; vitę, quauis hoc non sit præmiū principale, atq; in veteri testamēto hoc magis habuit locum, q̄a in illo tēporalia erāt promissa, & nodum aperta tūc fuit ianua regni cælestis. De hac autē dñi pollicitatione, & de ista materia scribit Numerorū 13. [Quadragesima & quinque anni sunt, ex quo loquutus est dñs verbum istud ad Moysen, quādo ambulabat Israel per solitudinē.] Exploratores namq; missi fuerant à Mose anno secundo egressio nis Israel ex Aegypto, & post dies quadragesima redierūt, tuncq; dicta sunt verba hæc. Filij quoq; Israel in deserto quadragesima annis morati sunt, deinde in terrā Chanaan sex annis præliati sunt contra Chanaanos, sicq; quadragesimaquinque fluxerunt anni à tēpore illius promissionis ad Caleph factę. [hodiē octogintaquinque annorum sum, sic valēs, vt eo valebam tēpore, quando ad explorandū missus sum. illius in me tēporis fortitudo vsq; hodiē perseverat, tam ad bellandum, quam ad gradiēdum.] Hoc supernaturale videt fuisse. Hoies tñ tūc communiter vixerunt diuitiūs, quā nunc: idcirco nec erat tunc ita mirabile, sicut nunc esset, in homine octogintaquinque annorū tantam fortitudinē esse, quanta erat in eo quadragenario. [Da ergo mihi montē istum, quē pollicitus est dñs te quoq; audire.] Quidā per montē intelligunt urbē nomine Hebron, cui expositioni non videt consonare, quod subditur: [in quo Enachim sunt, & vrbes magnę atque munitę.] In Hebron quippe non erāt huiusmodi vrbes, petijt ergo sibi dari montem, id est, locum illum montanum, quantū ad partē, in qua iterat Hebron. Veruntū in 1. lib. Numerorum non legitur, q̄ dñs promisit ipsi Caleph hunc montē aut Hebron distinctē, sed in generali dixit ad eum per Moysen: Terra quam calcavit pes tuus, erit possessio tua, per quod dñs innuebat, q̄ darei ei terra, locus seu pars terrę, quā magis eligeret. Vel si facta est in speciali promissio ista, dicēdum est, quod Caleph in sua exploratione perambulauit hunc locum. Non tamē dicēdum est, sicut qdam ait, solum Caleph venisse in Hebron nec in hoc credēdum est Rabbi Salomoni, quoniam Numerorū 13. de duodecim exploratoribus generaliter legitur: Ascenderunt meridie, & venerunt in Hebron. Porro in monte hoc erant Enachim, id est, gigantes nati de stirpe Enach. [si forte sit dñs mecum, & potuero delere eos, sicut promisit mihi.] Si dñs istud promiserat huic Caleph, cur ait, si forte, quasi de veritate dubitans diuini promissū? Respondetur quod ait, si forte, ad insinuandum flexibilitatē liberi arbitrij, per quod obicem ponere poterat impletioni promissionis diuinę: item ad innuēdum, quod Deus omnia liberē operatur, & eius occulta iudicia homines lateant, rectē etiā dixit, [si forte dominus sit mecum,] i. supernaturaliter iuuat me, quoniam viros illos gigantes naturali virtute nequibant devincere. Habibat quoq; gigantes in monte hoc, i. in vrbus & fortalitijs sitis in mōte isto. [benedixitq; ei Iosue.] i. commēdauit hunc Caleph, & bona impetratus est ei, quia vir erat magnę gratiæ ac virtutis, ac fuit eis ambobus grādis ratio amandi se iuicem familiari præcipuoq; amore, tum propter virtutum similitudinē, tum quia de tot millibus hominum pariter numeratis, ipsi duo duntaxat superlites erant, & tradidit ei Hebron in possessionem. Veruntamen iuxta præhabita, Hebron tunc fuit destructa per Iosue, quauis aliqui dicant, quod non in toto. [atq; ex eo fuit Hebron Caleb filio Iephonę Cenezæo vsq; in præsentē diem, quia sequutus est dominum Deum Israel.] Nomen Hebron, antea vocabatur Cariath Arbe: quod interpretatur, ciuitas quatuor, eo quod ibi in spelunca duplici, in agro prope urbem Hebron, sepulti sint quatuor patriarchę cum suis vxoribus, quod de tribus patriarchis, videlicet Abraham, Isaac & Iacob, vxoribusq; eorum, Sara, Rebecca & Lia, dubitationem non habet, cum Gene. 23. hoc legatur. De primo autem, putā de Adam & Eua, quid sentiēdum sit, mox tangetur. Quidam verō affirmant, quod dicta sit ita, eo quod ibi gigantes quatuor sint sepulti, videlicet Tolmai, Sifai, & Achimai, eorumq; pater Enach, de quibus Numerorū 13. legitur. Sunt qui opinentur, quod vocata sit

Nume. 14.

Nume. 13.

Ibidē.

Nume. 14.

R. Salomoni

Gene. 25. Gene. 35. Gene. 49.

Ca.

13. q. 2. cap. vna que: 6. ecclia ad a.

Gariath Arbe, i. ciuitas Arbe, q fuit gigas, & principatum gessit ibidem. Vnde in sequenti fertur cap. Cariath Arbe patris Enach, quasi dicat, ciuitas Arbe, qui fuit pater Enach gigantis. [Adam maximus ibi inter Enachim situs est.] Per Adam, communiter intelligunt expofitores hoc loco hominem protoplastum, q maximus fuit in sapientia atq; virtutibus, præsertim ante suam in paradiso transgressionem: postmodum quoq; sanctè vixit, fuitq; valdè magnus autoritate apud posteros suos, potissimè apud bonos quos docuit: fuit & maximus paterna fecunditate, & prima ac generali propagatione. Hic igitur fuit in spelunca illa sepultus, quod etià indè apparentiam sumit, qà circa locum huc post suam à paradiso expulsionem, dicitur habitasse interdum, quantum de hoc parua sit certitudo. Origenes tamè dixit, Adam in monte Caluariz fuisse sepultum, atq; ab osse capitis eius, locum illum vocatum montem Caluariz: quod Hieronymus reprobat ex eo quod dicitur hic, Adam maximus &c. ¶ Deniq; Lyra refert, quod secundum Hebræos, Adam sit hic nomen commune, significans hominem: & quod per Adam maximū, intelligatur hic Abraham, qui fuit præcipuus patriarcha. At verò magnus ille theologus & sanctus pater noster Athanasius, refert magistros Iudæorum asserere, q Adam sepultus sit in monte Caluariz, & S. Thomas hoc recitat super Lucam. August. etià in Homilia dicit, q Adam in monte Caluariz sit sepultus. Quidam autè dixerunt, q Adam hic sumitur pro homine illo gigante noie * Tarbe, sed non reor q illius sepulturam scriptura ista hic curauit describere, & cum Hieronymo potius arbitror, q per Adam iam intelligatur primus ille parens & protoplastus. [Et cessauit terra à prælijs.] Hoc idem in fine vndecimi capituli scriptum est, & ibi expofitum. Dicitur autem terra cessasse à prælijs, quoniam habitantes in terra, à prælijs cessauerunt.

Origenes.

Hierony.

Athanasius.

Luc. 23.

Augustin.

*Arbe

Hierony.

¶ Expositio Cap. 15. Igitur fors filiorū Iuda per cognationes suas, ista fuit. Art. 23.

Sors seu distributio terræ concessa tribui Iudæ, nūc recitatur: [Igitur fors filiorū Iuda per cognationes suas] i. terra posteritati atq; familijs Iudæ patriarche per missionem fortis concessa, [ista fuit: A termino Edom vsq; ad desertum Sin] i. à finibus terræ Idumæorū ex vna parte, incipit & tendebat vsq; desertū quod est inter terram promissionis & Aegyptum, quod pro vna parte sua vocatur desertum Sin, qà in diuersis partibus suis diuersa fortitur vocabula, vt plenius in expositione Exodi scripti. [Contra meridiē] i. plagam meridianam, protendit quoq; [et vsq; ad extremam partem australis plagæ] qà portio seu funiculus tribus Iudæ, fuit in plaga australi seu meridionali terræ promissionis versus Aegyptū. Primò autè describitur distributio tribus Iudæ, quoniā principalior fuit & numero maior atq; audacior. Idcirco in vna extremitate terræ promissionis est collocata & versus Aegyptios, quorum impugnationē filij Israel potuerunt timere: quatenus ipsa tribus esset munimen totius terræ promissæ, & tanquā hellicofior, reprimeret insurgentes contra filios Israel, hostes. [Initiū ei⁹ à summitate maris salissimi] i. i. maris mortui, de quo iam dictum est sæpè, à quo ex vna parte fuit exordium terræ Iuda. [et à lingua eius] videlicet maris salissimi, [quæ respicit meridiem] i. plagam australem. Erat autè hoc mare in loco, latus australe & oriētale iungēte. [egrediturq; contra ascēsum scorpionis] i. Per scorpionē intelligitur hic mons qdam, in quo scorpiones plurimū abundabāt, & vsq; ad pedē montis illius, protendebat linea descriptionis terræ tribus istius. [et pertransit in Sina] i. vsq; in partē deserti, in quo est mons Sinai, & hoc est idē cum deserto Sin. [ascēditq; in Cades Barne, & peruenit in Hebron] ascendēs * Adarā, & circūiens * Carcara, atq; indè pertransiēs in Asemona, & perueniens ad torrentē Aegypti [puta ad Nilum, secundū quosdā, quātū ad aliquā Nili partē. Potius tamè per hunc torrentē, puto intelligēdum quēdam riuum, q erat in parte australi terræ promissæ, q vocat Rinocorula: vocaturq; riuus Aegypti, vel qà indè scaturiēs, aut quoniā illuc currēs siue respiciēs. [Eruntq; termini eius mare magnum.] Hoc nō est intelligēdum de mari oceano, sed mediterraneo, terram promissionis termināte ab occidēte: quod respectu quorundā particulariū fluuiorum, q iuxta Hebrææ linguæ proprietatem, maria nuncupant, mare magnum vocat. [Hic erit finis meridianæ plagæ] i. mare hoc erit terminus fortis Iudæ, quātū ad plagā australem. [Ab oriētē verò erit initium mare salissimū] i. ex parte oriētali inchoabitur fors tribus Iudæ à mari mortuo iam præfato, [vsq; ad extrema Iordanis] vbi videlicet Iordanis intrat mortuum mare. [et] ad [ea quæ respiciunt] i. sita sunt [ad aquilonem, à lingua maris] forsan salissimi, [vsq; ad eundem Iordanem. Ascenditq; terminus in Bethagla] id est, fors ista protenditur in locum sic dictum. [ascendens ab aquilone in Betharaba, ascendens ad lapidem Bohem filij Ruben.] qui ad quen dam de tribu Ruben natum pertinuit. [et tendens vsque ad terminos Debora de valle Achor, cōtra aquilonē respiciens Galgala, quæ est ex aduerso ascensionis] * Adoram, ab australi parte torrentis, trāsiťq; ad aquas q vocātur fons solis. [quæ aquæ fons erāt, & vocatē sunt ita ratioē alicuius proprietatis siue effectū, aut similitudinis, aut situs siue originis. [et erūt exitus eius ad fontē Rogel,] q est ppe Hierusalē, vt dicit 3. Reg. 1. vbi Adonias obtulit hostias. [ascēditq; per cōuallē filij Ennon,] quæ vallis etiā iuxta Hierusalē erat, vt patet Hiere. 7. & 4. Reg. 23. ideo subditur

ad Adar Cariathaa

*Adommin

Lex

[ex latere Iebusæi ad meridiem, hæc est Hierusalē:] i. ciuitas ibi situata, in qua Iebusæi cōmorabantur. Hierusalē nuncupatur, [et indè se erigens ad verticē mōtis, q est contra Geennon &c.] Multa nomina vrbium & locorum, fontium & mōtium in isto, sequētibsq; ponunt capitulis, in qbus nō est difficultas in se, nec magna vis, quis res significatē per nomina ista, p parte nos lateat, idcirco ab expofitoribus trāsiliunt. [Inclinaturq; in Baala, quæ est Cariath Iarim, i. vrbs syluarum.] Forfan sic dicta à syluis circūiacētibz. tū q dicit, i. vrbs syluarum, trāsator appofuit. Cariath qppe interpretat ciuitas, Iarim syluæ. [et circuit de Bala cōtra occidentē vsq; ad mōtem Seir,] i. Edom, ita q vsq; pedē mōtis illius aut circiter tendit. [transitq; iuxta latus montis Iarim ad aquilonē in * Chesalum, & descēdit in Bethfames. Trāsitq; in Thamma] vrbs Philistinorum, [et peruenit cōtra aquilonē partis Accaron:] quæ etiā fuit vrbs Palæstinorum. [inclinaturq; Sechrona, & trāsit mōtem Baala, peruenitq; in * labneel, & maris magni cōtra occidentem sine cōcludit] i. terminat extremitate mediterranei maris. [Hi sunt termini filiorum Iuda, per circuitum in cognationibus suis. Caleph verò] i. ipsi Caleph [filio Iephonæ dedit] ipse Iosue [partē in medio filiorum Iuda,] qà & Caleph erat de tribu Iuda: & quod hic dicitur, pcedētī cap. cōtinet, atq; ibidē expofitum est. [Atq; indè] putā de Hebron, [et cōscēdēs] ipse Caleph, [venit ad habitores Dabir,] i. vrbs sic nominatæ, quæ prius vocabat Cariathsepher: quod quid interpretet seu signet, trāsator expofuit, addēs, [id est, ciuitas literarum.] quæ fortè sic dicebatur, eo q fuerunt ibidem aliqui specialiter literati aut sapiētes secundum legem eorum: vel q literæ, qbus vtebant populi Chanæeorum, erāt ibi excogitatæ: aut q studium sciētiarum videret ibi, vel vt in Scholastica habet historia, qm̄ ciues eius erāt scriptores. [dixitq; Caleph:] qui percussit Cariathsepher, & cepit eā, dabo ei Axam filiā meā vxorē. Cepitq; eam] [vrbs illam] [Othoniel,] qui post mortē Iosue fuit primus Iudicum Israel, [et filius Cenez,] i. viri sic appellati, de quo in pcedenti est dictum articulo, [frater Caleph iunior. Deditq; ei Axam filiam suam vxorem,] ¶ Circa quod oritur quæstio, quō Caleph vir iustus, dedit filiam suā vxorē fratri suo, auunculo filij suæ. Ad quod in fine articuli huius responsio erit. [*Quæ cum pergeret simul,] i. cum patre suo & marito iter faceret, non pedestris, sed super asinam sedēs, [vsua est à viro suo] secreta, [vt peteret à patre suo agrum,] i. terram fertilem cultui aptam, vltra ea quæ pater suus ei iam assignauit pro dote & hæreditate. [Suspirauiťq; vt sedebat in asino] i. super asinum. ideo autem ingemuit, vt quasi ex vehemētia desiderij videretur multum affligēda, nisi obtineret intentum. [cui Caleph:] Quid habes, inquit? At illa respondit: Da mihi benedictionem: i. beneficium seu donum quod peto. [Terrā australem & arentem] i. infecundam, ppter aquarum defectum, [dedisti mihi, iunge & irriguam.] quæ s. aquis irrigetur. [Dedit itaque ei Caleph irriguum superius & irriguum inferius] i. agros sic situatos, q tam in superioribus suis partibus, q in inferioribus irrigabantur sufficite: vel agros irriguos circa ciuitatem ab oriente & occidēte. ¶ Quocirca oritur quæstio, quoniam Deuterono. 11. legitur: Terra ad quam ingrederis, s. terra promissionis, non est sicut terra Aegypti, vbi iacto semine aquæ ducuntur irriguæ, sed montosa est & campestris, de celo expectans pluuiam: ex quo apparet, q agri, de quibus nunc sermo, irrigabantur aquis pluuiarum, non fluuiorum aut fontium. Pluuia autem agris eiusdem territorij est cōmunis. Respondetur, q quauis generaliter ita fuit, attamen aliqui agri terræ promissionis etiam aquis fluminum aut fontium poterant irrigari, quemadmodum & in Aegypto aliquando pluit. Consequenter ciuitates tribus Iudæ nominant in textu. Hic tamen sciendum, q egedem ciuitates interdum in diuersarum tribuum sortibus nominant: quia etsi primò deputatæ fuerunt ad vnam tribum, postea tamen ex aliqua causa sunt alteri tribui assignatæ, & fortè diuersæ ciuitates quandoq; idem nomen sortitæ sunt, sicut & aliquæ vrbes plura habent vocabula. vnde infra habetur: [Cariathbaal, hæc est Cariathiarim vrbs syluarum:] quæ vocata est Cariathbaal, qm̄ habitatores eius coluerūt idolum nomine Baal. Enumerant quoq; in sorte tribus Iudæ, ciuitates & villę Philistinorū, videlicet Accaron, Azotus & Gaza, multaq; alię vrbes, quas tunc nōdum obtinuerunt. [Hierusalē] autē habitatorē Hierusalē nō potuerunt filij Iuda delere, habitauitq; Iebusæus cum filijs Iuda in Hierusalē vsq; in p̄sentē diem. ¶ Circa hoc dubitationes occurrunt. Prima est, qà vt infra habet, Hierusalē pertinebat ad tribum fortemq; Benjamin, quō ergo filij Iuda in Hierusalē cōmanserunt? & quare nō potius ait scriptura, q filij Benjamin non potuerunt Iebusæum illum delere? Secunda est, quō verum sit istud: quemadmodum enim filij Iuda alias plures vrbes cum suis habitatoribus, deleuerunt non proprijs viribus, sed supernaturali & gratioso Dei auxilio, ita & Iebusæum vincere potuerunt. Ad primum qdam respondent, quōd Hierusalē pro parte fuit pertinens ad tribum Iuda, & pro parte ad Benjamin tribum, ita quōd pars in qua postea constructum est tēplum, fuit in funiculo Benjamin. Porrò Magister in historijs ita concordat prædicta ad inuicē, quōd Hierusalē pertinebat ad tribum Iuda, quantum ad cōcessionem: ad Benjamin verò, quantum ad traditionem factam per fortem.

*Cheslon

*Iebueel

Iosue 14.

Pet. Co. hif. lib. Ios. c. 11.

*Qui cum pergerent

Hinc

Hinc filij Iuda dicuntur non potuisse Iebusæum deicere. Ad secundum dicunt expositores catholici, quod per Iebusæum nunc intelligatur populus Iebusæorum, & quod filij Iuda non potuerunt eos delere ex quodā fortalio, quod in vrbe Hierusalem tenuerunt, nō ex defectu omnipotentis Dei, sed quia fortalio nō impugnaverunt fortalium illud cum tāta fide & spe in Deo, quod prauale meruerint, vel ex alia causa occulta deus nō cōtulit eis triūphū illū, sicut nec Philistæos deleuit ex causis practis. Verūm vt refert Lyra, Hebræi dicunt, quod Iebusæi isti non erāt de stirpe Iebusæorum: sed dicti sunt Iebusæi, quoniam habitabāt in Hierusalem, quæ alio nomine Iebus vocata est, quod erat de stirpe Abimelech regis Gerar, cum quo Abrahā fœdus percussit & iuramēto firmavit, & quod durauit hoc fœdus ad certū tempus, quod tēpore Iosue nondum effluerat. Propter quod, iuramēto illo obstāte, nō potuerunt filij Iuda Iebusæos illos licitē impugnare. Postea verō Dauid expugnauit Iebusæos, eo quod tēpore dicti fœderis tunc effluxit. Nunc solūda est q̄stio superius mota, quō licuit ipsi Caleph, tradere filiā suā Othonieli fratri suo in cōiugē. Ad quod aliqui dicunt, quod Othoniel dicit frater ipsius eo modo, quo Abrahā vocauit Loth fratrem suū, & Iob dixit ad Amasam, Saluē mi frater: quia cōsanguinei erāt, & isti dicūt, quod Cenez fuit frater ipsius Caleph. In Scholast. autē historia fert, quod Caleph & Othoniel fuerūt frēs vterini tm̄i, ex matre dūtaxat: quoniam Caleph fuit filius Iephonæ, Othoniel verō filius Cenez, nisi fortē pater eorū binomius fuerit. & addit ibi, Caleph maluit seruare votū suum, quā legē quæ interdicit matrimoniu cū filia fratris, nisi fortē lex intelligat de filia fratris ex patre. Hæc ibi. At verō Lyra respōdet: Probabiliter potest dici, quod licet Othoniel frater esset Caleph, non tñ peccauit accipiendo neptē suā. Non em̄ hoc erat cōtra legē naturæ, quā Abrahā accepit Sarā filiā fratris sui, nec cōtra legem Moysi. Circa quod dici potest, quod nō sit explicitē cōtra ea, quæ de personis, à mutua cōtractione coniugali in Leuitico prohibitis, describunt. Aliqui tñ dicunt, quod implicitē extet prohibitum, sicut ibidē pleniūs habet expositum. Quāuis autē tale matrimoniu non sit cōtra immediata p̄cepta legis naturæ, tñ contra secūndaria eius p̄cepta, quæ ex primis illis principijs tanq̄ conclusiōes deducūt, esse censet à multis. Iuxta mysticū sensum, per sortē & tribum Iuda, quæ primō hæreditatē accepit latiorē & ditiorē, intelligunt sancti Apostoli electissimi discipuli Chri de tribu Iuda exorti, qui primitiūs sancti spūs acceperunt, & pluribus per totū mundum p̄fecti sunt, latiusq̄ spūaliter dominati, qui & in regno cœlesti p̄clariores sortiti sunt mansiones. ¶ Insuper, per Caleph quæ robustum in iuuentute sua ac senio, potest intelligi Deus pater, cuius est fortitudo inuariabilis & æterna. Per filiā Caleph, quæcunq; anima fidelis deuota, quæ super asinum sedet, dum p̄prie carnis cōcupiscētijs passionumq; motibus dominaat. Per Othoniel Chrius, cui talis anima despōsat, dum per fidem & charitatē ei vnitur. hæc sp̄osam suā Chri hortat, vt à parte cœlesti agrum, i. spūalem fecunditatē, cōsolationem internā, fontē lachrymarum, sapiētis flumen, gr̄arum fluentem, charismatum affluentia superuorū cum prostratiōe ac gemitu petat, dicens: ¶ Terra arenā ¶ i. fragile carnē, in qua nō habitat bonum, & quod aggrauat animā, ¶ dedit mihi. ¶ Rursus terra hæc arida, est cōuersatio bona, tñ in carne & in terra ista exhibita. ¶ Iunge & irriguam. ¶ i. da corpus rationis iudicio per omnia prōptē subiectum, cōcede cōuersationem in hac terra cœlestem, domum lachrymarum impende, virtuosē fertilitatis exuberantiā elargire. Cū itaq; anima istud postulauerit incessabiliter & seruēt, dat ei pater æternus irriguū superius, i. gr̄am cōpunctiōis & affluentia stetus, vbertatemq; mentis ex desiderio regni cœlestis, ex suauissima cōplacētia creato ris, ex cōpassione dñicę passiois, ex plenitudine deuotionis, ex ardore fruendi dilecto plenariē. Dat quoq; irriguū inferius, i. sp̄m contritiōis & stetus, ex cōsideratiōe p̄prie & alienari cūl parum, ex timore diuini iudicij, ex imaginatiōe infernalis supplicij, ex attentioe multiplicis miseriz huius vitæ, imp̄fectiōis defectuositatē, p̄prie: & quia nō prius quod spūale, sed quod animale, idcirco per irriguū istud inferius, perducitur anima ad irriguū illud superius.

¶ Elucidatio Cap. 16. Cecidit fors filiorum Ioseph. Art. 24.

Pars terræ filijs Ioseph distributa, nunc recitatur: ¶ Cecidit quoque fors filiorum Ioseph ¶ id est, tribuum Ephraim & Manassæ, non quod tribus illæ habuerint fortem vnā, aut duas fortes confusē permixtas: nec istud intelligendum est de integra tribu Manassæ, sed de media eius parte, quia pars alia ab altera parte Iordanis, suam iam sumpserat fortem. Itaque quod ait, Cecidit quoq; fors filiorum Ioseph, dicitur hic in generali & indeterminatē: postea autē in speciali describitur. Cecidit ergo ¶ ab Iordane contra Hiericho, ¶ quia ab vna ripa Iordanis cepit ex opposito vr̄bis Hiericho, ¶ & ad aquas ei ¶ vnde 4. Reg. 2. legitur Helisæus sanasse aquas Hiericho, mittendo in eas sal. ¶ ab oriente solitudo, ¶ à plaga orientali fuit seu cœpit hæc fors à solitudine, ¶ quæ ascendit de Hiericho ad ¶ mōtosa Bethel ¶ id est, loca montana quæ sunt circa oppidum Bethel. Hinc in euāgelio legitur, quod homo descendēs de Hierusalē in Hiericho, incidit in latrones, qui serāt in solitudine illa, in qua & Chrius ieiunauit atq; tentatus est. ¶ & egreditur de Bethel Luzam. ¶ Plures fuerunt vr̄bes in terra sancta, vocatę Bethel & Luza. Aliqui tamen dicūt,

quod Bethel & Luza accipiantur nunc pro vr̄be Hierusalem: quod item fors ista dicitur egressa de Bethel in Luza, propter diuersas partes vr̄bis eiusdem, ita quod ciuitas illa totalis Hierusalē, continebat in se hæc duo oppidula, sicut & nunc sunt aliquæ magnæ vr̄bes, habentes & continentes plura oppida parua tanquam proprias partes. ¶ Transitque terminum Archi Atharoth, & descendit ad occidentem iuxta terminum Isset, vsque ad terminos Bethoron inferioris. ¶ fuit autē vr̄be Bethoron duplex, vna superior & inferior alia, vt patet 3. Reg. 9. ¶ & Gazer ¶ id est, oppidi sic vocati, de quo legitur infra. ¶ Iniungunturque regiones eius mari magno ¶ id est, mediterraneo. ¶ Possederuntque filij Ioseph Manassæ & Ephraim ¶ id est, tribus natæ, ex Manassæ & Ephraim. Porro per regiones, intelligendæ sunt diuersæ vr̄bes quas possederunt, quæ & antē ad diuersa particularia regna spectabāt. Occiderunt namque filij Israel in terra promissionis regēs 31. sicut iam patuit. ¶ Consequenter in speciali describitur fors & hæreditas Ephraim. ¶ Et factus est terminus filiorum Ephraim per cognationes suas, & possessio eorum ad orientem Atharoth Adar vsq; Bethoron superiorem, ege diunturque cōfinia in mare, ¶ quia hæc vr̄bes assignatę sunt tribui Ephraim. ¶ Machmatah verō ¶ id est, locus sic dictus, ¶ aquilonem respicit, & circumit terminos cōtra orientem in Thaanath silo, & pertransit à torrente Ianohe, descenditque de Ianohe in Atharoth & Naraatha, & peruenit in Iericho, egrediturque ad Iordanem de Thaphua. ¶ Pertransitque contra mare in vallem Arundineti, ¶ quæ vallis forsan sic appellatur propter arundines in ea abundanter crescentes. ¶ suntque egressus eius in mare salissimum ¶ id est, in mare mortuum, de quo dictum est sępē. ¶ Hæc est possessio tribus filiorum Ephraim, vr̄besque separatę sunt ¶ id est, specialiter & seorsum deputatę, ¶ filijs Ephraim in medio possessiōis filiorum Manassæ, & villarum. ¶ In quibus enim quælibet tribus habuit propriam partem & fortem, tamen interdum vr̄bes quædā vnus tribus, quantum ad aliquem situm, interlocatę erant infra terminos alterius fortis: quia & linea, per quam fiebat terræ sortiumq; diuisio, non poterat semper protrahi in directum, sed interdum hinc inde fleuebat propter interposita loca impertransibilia. ¶ Et non interfecerunt filij Ephraim Chananeum ¶ id est, populū Chananeorum, qui habitabat in Gazer, ¶ id est, in vr̄be sic nominata, de qua legitur 3. Reg. 9. quod Pharaō, rex Aegypti, ascendit & percussit Chananeos qui habitabat in Gazer, & vr̄bem succendit, deditque eam in dotem filiæ suæ vxori Salomonis, & tunc Salomon vr̄bem illam reedificauit, ¶ habitauitque Chananeus in medio Ephraim tributarius. Jex hoc apparet, quod Ephraim habuerunt facultatem interficiendi illos, sed ex ambitione & cupiditate ad quas erant procliuēs, permiserunt viuere illos contra Dei præceptū, à quo eis erat præceptum, vt Chananeos omnino delerent, vt Numeror. 33. clarē monstratur. Veruntamē istud non videtur omnibus Ephraim, sed eis qui vr̄bem Gazer obtinuerant, imputandum, qui & grauius ac multipliciter peccauerunt in isto.

¶ Expositio cap. 17. Cecidit autem fors tribui Manassæ. Art. 25.

Describitur nūc distributio terræ facta filijs Manassæ, & primō reperitur fors distributa medię parti tribui eius, cū dicitur: ¶ Cecidit autem fors tribui Manassæ. Ipse enim Manasses est primogenitus Ioseph, secundum ordinem tēporis, prout Gene. 42. habetur. Attamen Iacob patriarcha benedicendo filijs Ioseph, prætulit Ephraim ipsi Manassæ, quem admodum Gen. 48. narratur. ¶ Machir primogenito Manassæ ¶ id est, fors illa primō venit ac data est ipsi Machir primogenito Manassæ, hoc est, posteritati atque familijs natis ex Machir, qui obiit in Aegypto. ¶ patri Galaad, ¶ habuit enim filium nomine Galaad, ¶ qui fuit vir pugnator. ¶ Quod ait, qui, videtur posse referri, siue ad Machir, siue ad Galaad: sed ad Machir referendum censetur, quia & alibi legitur idem de ipso. Dicitur quoque vir pugnator, non quod fuerit bellator iniustus aut contentiosus rixator, sed quoniam fortis & strenuus pugnando pro causis iustis: & ita sonat in laudem, quod dicitur vir pugnator. ¶ habuitque possessionem Galaad & Basan ¶ id est, posteritas Machir partim possedit terram Galaad, terramque Basan. Vnde constat quod Galaad quandoq; sit nomen viri, quandoque patrię. ¶ & reliquis filiorum Manassæ filijs iuxta familias suas ¶ Cecidit fors, quemadmodum filijs Machir, videlicet filijs Abiezer & filijs Helec, & filijs Ariel, & filijs Sichem, & filijs Hopher, & filijs Semida. Isti sunt filij Manassæ filij Ioseph per cognationes suas. ¶ Illa distributio à Mose facta est eis in campēstribus Hiericho super & circa Iordanem, quemadmodum Numer. 33. & Deut. 3. legitur. ¶ Consequenter describitur distributio facta medię tribui Manassæ in terra promissionis à Iosue. ¶ Salphaad verō filio Hopher, &c. non fuerunt filij, sed solæ filię ¶ In quibus, quarum nomina exprimuntur in litera. ¶ Veneruntque in conspectu Eleazar sacerdotis, ¶ qui fuit summus sacerdos seu pontifex post Aaron patrem suū, ¶ & Iosue & principum, dicentes: Dñs præcepit per manū Moysi, vt daretur nobis possessio in medio fratrum & suorū: ¶ In cognationum qui de Manasse exorti sunt. ¶ De hac re legitur Numer. 27. Accesserunt filię Salphaad, steteruntque coram Mose atq; dixerunt: Pater noster non habuit mares filios. Cur tollitur nomen illius de familia sua, quia non habuit filium? Date nobis possessionem inter cognatos patris nostris.

amontem
Luc. 10.
Mat. 4.
Marc. 1.
Luc. 4.

nostrore

Retulitq; Moses causam earum ad iudicium dñi, qui dixit: Iustam rem postulant filia Salphaad. Da eis possessionē inter cognatos patris sui. [Deditq;] eis Iosue iuxta imperiū dñi, possessionē in medio fratrum patris sui. Regulariter autē terra diuidebatur secundū viros, qui erant capita familiarū. Et ceciderūt funiculi Manasse decem, absq; terra Galaad & Basan trans Iordanē. Ji. decem partes per sortes distinctae, assignatae sunt mediæ tribui Manasse in terra promissa, iuxta decem capita cognationū seu familiarū ipsius. sicq; funiculus sumitur hic p parte terræ funiculo mēsurata, videlicet mēsurā pro mēsurato, quā funiculus est metiendi in strōmētum, iuxta illud Zach. 2. Ecce vir, & in manu eius funiculus mensurū. Filiz em Manasse videlicet p̄fate filia Salphaad genitrix ex stirpe Manasse, possederūt hāreditatē in medio filiorū eius. Ji. inter mares gentes ex Manasse, sicut iam dictum est. Terra autē Galaad, cecidit in sortem filiorū Manasse q reli qui erant, Ji. in hāreditatē mediæ tribus Manasse trans Iordanē sub Tribu, sicut nunc patuit. [su itq; terminus Manasse ab Afer, Ji. fors eius ex vna parte cepit ad sorte tribus Afer. Machimatach] i. locus ille seu vrbs spectas ad sortem tribus Manasse, [quæ respicit Sichem Ji. terram sui ciuitatem sic nominatā, & egreditur ad dexterā iuxta habitatores fontis Taphuæ. Etem in sortem Manasse ceciderat terra Taphuæ, quæ est iuxta terminos Manasse, filiorum Ephraim] i. terra vicina ciuitati noie Taphuæ, ex vna parte pertinuit ad tribum Manasse, quā ipsa ciuitas cum terra sibi vicina ad tribum spectas ad sortem tribus Manasse, [quæ supra claruit. Descenditq; terminus vallis arundinetū, in qua crescūt & abundāt arundines, in meridie torretis ciuitatū Ephraim] Ji. ad plagam australem, cui cōiungitur torrens, ad ciuitates Ephraim pertinēs siue respiciēs. [quæ] ciuitates Ephraim in medio sunt vrbiū Manasse. Quod in pcedenti articulo expositu est. Terminus Manasse ab aquilone torrentis, & exitus Ji. progressio eius, [pergit ad mare] mediterraneū, [ita vt ab austro] Ji. ver sus partem australem terræ pmissionis, in qua parte fuit fors Iudæ, [est possessio Ephraim] quæ fuit p̄p̄inquitur ac tribui Iudæ, q fors Manasse, ideo subditur: & ab aquilone Manasse, Ji. ad plagam aquilonarē sit possessio tribus Manasse, [et vt unq; claudit mare: Ji. ambas has sortes seu possessiones Ephraim & Manasse, terminat ab vna parte mediterraneū mare. Fuitq; hēreditas Manasse in Iachar, & in Afer] Ji. p̄p̄inquitur atq; cōtigua fortibus tribuum Afer ac Iachar, & alii cubi angulariter eas subintrās. Bethlean Ji. ciuitas illa, [et viculi eius, & Ieblaan cum viculis suis, & habitatores Dor cum oppidis suis, Ji. habitaciones seu habitacula atq; diuitiē vrbs Dor & oppidorū ei subditorū aut annexorū, habitatores quoq; Endor cum viculis suis, similiterq; habitatores Thaanach cum viculis suis, & habitatores Magdedo cum viculis suis, & tertia pars vrbs in p̄p̄erh. Nec potuerūt filij Manasse hāciuitates subuertere: quod non fuit ex defectu oipotentię Dei, sed ex defectu fidei & virtutū eorū, ob quē non meruerūt tam copiosum à Deo subsidium, q potuissent delere has vrbes. Postq; autē cōualuerunt filij Israel, subiecerūt Chananos, & fecerūt sibi tributarios, nec interfecerūt eos: Iquos ex p̄cepto Dei debuerūt occidere, sicq; peccauerunt in isto, vt dicebatur pcedenti articulo. Loquutiq; sunt filij Ioseph Ji. tribus Manasse & Ephraim, [ad Iosue, & dixerūt: Quare dedisti mihi terrā in possessionē sortis & funiculi vnus, cum sim tantę multitudinis, & bñdixerit mihi dñs: Hęc duæ tribus habuerūt vtiq; duas sortes, vt potē qlibet suam, & nunc dictū est, q filijs Ioseph ceciderūt decem funiculi: quō ergo iam cōquerunt, q eis data sit tm fors vna & vnus funiculus? & quō singulariter dicunt, Quare dedisti mihi? Rñderur, q quęlibet earum cōquesta est de tam exigua sibi hēreditate collata, respectu multitudinis suppositorū suorū ac iumentorū & diuitiarū: per vnum quoq; funiculū, intellexerūt totalē hēreditatem eis cōcessam. loquuti sunt quoq; de se inuicē singulariter, quia ex vno patriarcha filio Iacob, putā ex Ioseph, nati fuerūt. Petierūt itaq; terminos suos dilatari, non per subtractionē partis de fortib; tribuū aliarum, sed alio modo. Videtur autē eorum querela fuisse iniusta, qm debuerūt esse cōtenti distributione, quam eis fors à Deo directa ac moderata donauit. Ad quos Iosue ait: Si populus multus es, ascende in sylvā, & succide tibi spatia in terra Perezē & Raphaim, Iquasi dicat, Si gloriaris de multitudine & fortitudine tua, ostende tuam virilitatē, & pugnando acqui re residuū sortis tuę quod nondū obtinuisti. In locis quoq; syluestrib; prepara tibi loca ad commorandū. [quia angusta est tibi possessio mōtis Ephraim] Ji. vrbes sūt in mōte Ephraim & circum quaq; qui mons ab Ephraim nouū nomē tūc sumpsit. [Cui rñderur filij Ioseph: Non poterimus ad mōtana cōscendere, cum ferreis currib; vtatur Chananej qui habitāt in terra cāp̄estri, in qua siti sunt Bethlean cum viculis suis, & Laaser mediam possidēs valem: Iad quos pertinebāt montana, ideo restitissent. In hoc respōso facti sunt filij Ioseph suam infirmitatē, & fidei suę imperfectionem: quia si plenē credidissent ac sperassent in Deo, sciuisset q Dei auxilio potuissent facili ter pualere, non obstātibus ferreis curribus, qui in Iudicū volumine dicitur currus falcati, qm ferres vn cis instar falcis factis erant muniti in suis lateribus. Nam talibus cōribus solebāt anti- quitūs vti in bello. Hinc Iosue rursus eos hortatur vt antē, vt s. in Deo sperātes, transeāt ad montem, i. ad mōtana. & ait ad domū Ioseph & Ephraim: Populus multus es, & magnę fortitudinis.

Ios. 17.

Iudic. 1.

Non habebis sortem vnā, sed transibis ad montem, & succides tibi atq; purgabis ad habitandum spatia, & poteris vltra procedere cum subuerteris Chananeum: Ji. angustijs fortis tibi concessa noli esse contentus, sed dilata & amplia eam per modum p̄tactum. Quidam tamen exponunt sic, quōd Iosue dedit eis licentiam dilatandi terminos suos extra fines terræ pmissionis, p̄sertim quia cognouit in spiritu, quōd & gentiles quorum terra non fuit filijs Israel promissa, impugnati erant Israelitas.

¶ Declaratio cap. 18. Congregatiq; sunt omnes filij Israel in Silo. Art. 26.

Qualiter ceteris tribubus Israel diuisa ac distributa sit residua pars terræ pmissionis, modo describitur. Congregatiq; sunt oēs filij Israel in Silo, Iquæ fuit vrbs ad tribum Ephraim pertinens, nec oportet asserere quōd vniuersi & singuli simul erant collecti in fra cœnia vrbs illius, sed erant ibi & circumquaque collecti, [ibi q; fixerunt tabernaculum testimonij,] quia ex ordinatione Iosue transfulerunt cum solennitate decenti tabernaculum Moysi factum in solitudine Sinai, de Galgala in Silo, ob loci opportunitatem, & qm Iosue Ephraeus, vir in diuino cultu p̄feruidus, libenter habuit illud in terra & sorte tribus suæ. [et fuit eis terra subiecta] quia [vt dictum est] qui remanserāt, non audebāt contra eos mutire, nec pugnam inire. [Remanserāt autē filiorum Israel septem tribus, quæ necdum acceperāt possessiones suas.] Nam quinque tribus, videlicet Ruben, Gad, Iudas, Ephraim & Manasses, iam acceperūt. [ad quos Iosue ait: Vique quōd marceitis ignauia, Ji. torpore & negligentia contabescitis, [et non intratis ad possidendum terram, quam dñs Deus patrum vestrorum dedit vobis?] Ji. dandā p̄cepit & obtulit. [Eligite de singulis tribubus ternos] Ji. tres [viros.] An isti fuerunt electi dūtaxat de singulis tribubus, quæ nondum partem suam sortitæ fuerūt, an absolute de oibus tribubus Israel, posset inquiri: & magis apparet, q de oibus tribubus. Deniq; Iosue vir discretus & iustus, dedit septem tribubus istam electionem, ne postea cōqueri possent sibi factam esse fraudem siue iniuriam, [vt mittā eos, & pergant & circueant terram] pmissionis, quæ nondū diuisa & data est, [et describat eam, Ji. mēsturent ac partiātur, iuxta numerū vniuscuiusq; multitudinis] Ji. in partes maiores siue minores, secundū quod vna tribus est populosior, alia aut minor in personis. Vndē per Moysen dixerat dñs: Num. 26. Pluribus dabitur maior, & paucioribus minorem. [referatq; ad me quod scripserint. Diuidite vobis terram in septem partes, Ji. non in toto æquales, imō non solum distinguēbātur partes istæ secundū magnitudinē quantitatis, sed etiam secundū fertilitatē. Vndē magister in historijs p̄tatur: Iosue mandauit eis, ne terram metirētur secundū quantitātē, sed secundū estimationē fertilitatis. Nam spē de pluris fuerit decem iugera, q centū. P̄cepitq; q in scriptis redigerēt terræ diuisionē. Rursus in Scholast. fertur historia, q p̄dictis viris sumptis ex singulis tribubus, Iosue addidit decem viros in arte metiendi peritos, quos, p̄pter artem veritas non lateret. Iudas sit in terminis suis ab australi plaga, Ji. tribus Iuda remaneat in sua sorte sibi iam p̄stita, quæ est in parte meridionali terræ pmissionis. [et domus Ioseph,] videlicet tribus Ephraim atq; dimidia tribus Manasse, persistat ab aquilone in fortibus suis, in parte terræ pmissionis aquilonari. Hæ etem tribus, tanq; ceteris p̄clariore, audaciores & potētiores, ad aliarū tribuū tuitionē cōstitutæ sunt in terminis terræ pmissæ extremis, per quos aduersarij magis ingredi poterāt, siquēdam à parte occidentis, terra illa clauditur & munitur mediterraneo mari. Iordanis verō claudit & tutatur Iatus eius orientale. [Mediā inter hos terrā in septē partes describite, & huc venietis ad me, vt corā dño Deo vestro mittā hic sortē vobis: quia non est inter vos pars Leuitarū, sed sacerdotiū dñi, est eorum hēreditas. Gad autē & Ruben, & dimidia tribus Manasse, iam acceperāt possessiones suas trās Iordanem ad orientale plagā, quas dedit eis Moyses famulus dñi. Cum q; surrexissent viri, vt pergerēt ad describendā terrā, p̄cepit eis Iosue, dicens: Circuite terrā & describite eam, ac reuertimini ad me, vt hic coram dño Deo vestro in Silo mittam vobis sortem. Itaq; perrexerunt, & leuistrates eam in septem partes diuiserunt, scribētes in volumine. Reuerſiq; sunt ad Iosue in Silo. Ji. mēse 7. redierūt. [Qui misit sortes corā dño in Silo. Iquis autē partes terræ fuerunt inæquales, non tñ fuit periculū in fortiū missione, quasi fors maior ac melior posset tribui euenire minori, quā ab infalli bili, puidencia Dei, moderabatur euentus sortis. Veruntñ qdam dicūt, q partes terræ erant æquales, & q nihilominus vna tribus accepit partē maiore q alia, inquantum continebat in se plures domos siue familias, vnaq; domus maiorem partem q alia, secundū quod plura capita continebat. sed p̄tacta ex positio verior reputatur. [et diuisit terram filijs Israel in septē partes. Et ascendit fors prima filiorū Beniamin. Iquæ prima fuit inter has septē. [fuitq; terminus eorum contra aquilonē.] Textus in se difficultatē paruam vel nullā habet, quā nobis q loca illa non vidimus, obscuritatē pducit. Iordanes pergens iuxta Iatus Hiericho, Ji. q Hiericho fuit in forte Beniamin, [ad mōtana cōscendēs, & perueniēs ad solitudinē Bethauen] Ji. quæ est iuxta vr̄bem nomine Bethauen, [atq; pertransiēs iuxta Luzam ad meridiem, ipsa est Bethel.] Superiūs habitum est, quōd Bethauen alio nomine dicta sit Bethel. Nunc quoque de Bethauen & Bethel, quasi de di-

Exo. 26. 40.

Num. 26.

in castra

Non

E 2 fin-

stinctis vrbibus fit mentio, & dicitur hic, quod Luza ad meridiem sita sit Bethel. ideo ista Luza & Bethel videtur esse Hierusalē, quæ partim pertinebat ad tribum Iuda, cuius fors ad meridiem fuit. Porro Bethel quæ infra distincōe à Hierusalē noiat, videtur alia esse ab ista, quæ admodum aut plures hoies, sic plures vrbes ac villę, eodem sepē noie designant, quod potuit p̄cipuē esse in terrā p̄missionis, in qua antea erāt tam multa parua regna, videlicet 30. & 1. inter quę tū regnū Afor exiit magnū iuxta p̄habitū. [descēditq; in Atharoth Adar in montē, q; est ad meridiē Bethoron inferioris, & inclināt circuiens cōtra mare ad meridiē mōtis q; respicit Bethoron contra Africū: suntq; exitus eius in Cariathbaal, q; vocat Cariath Iarim, vrbē filiorū Iuda. Hęc est plaga magna. J. maior pars sortis Benjamin. Deniq; multa noia in hoc passu ponunt, q; antē exposita sunt, videlicet Bethoron, Cariath Iarim, Nephtua, Ennon, Gehennon, Rogel, &c. ex quorū expositiōe textus fit planior. [Descēditq; ad lapidē Boen filij Ruben. J. Secundū quosdā, per Ruben non intelligitur hic primogenitus Iacob noie Ruben, cuius tribus sortē accepit ab alia parte Iordanis, sed alter eiusdē nois. Attū dici posset, q; lapis ille ex aliquo euentu aut factō notabili, nomē suscepit ab aliquo nato ex Ruben primogenito Iacob. Interdū quoq; aliq; vnus tribus, habitabāt in terra & sorte alterius tribus. Deinde vrbes ad tribum Benjamin pertinentes, exprimunt in textu numero 26. cum villis sibi adiunctis. Quō autē Hierusalē fuit in tribu Benjamin, & quō in tribu Iuda, expressum est 24. articulo. In Scholastica autē ferē historia, q; fors Benjamin angustissima fuit propter terrę fertilitatē, veruntū plures vrbes & quasdā maiores habebat, quā qdam alia tribus, vt infra patebit. ¶ At verō iuxta mysticum sensum, quæ admodum per terram p̄missionis intelligitur regnum cælestē electis paratum ac repromissum, ita per terrę p̄missæ diuisionē, & congruam variatē, distributionē, intelligunt diuersę māsiones regni celorum, in quo vnusquisq; iuxta sua merita p̄miatur. Rursus, sicut septem tribus se negligēter habentibus loquutus est Iosue, [Vsq; quod marcesis ignauia, & non intratis ad possidendū terrā quam dñs dedit vobis? ita & multo plūs possunt hęc dici negligentibus, pigris atq; carnalibus Christianis, q; bus promissum est regnum celorum, & tū ad illud nō aspirāt, neq; accelerāt, imō potiūs retrocedūt, quorū vnusquisq; clamat. Apostolus Ephe. 5. Surge q; dormis, & exurge à mortuis. Dñs quoq; Apocal. 3. Quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo. Excutiamus ergo oēm ignauiam, vnuersum torporem: quā non pigritatibus, nec ocio & carnalitati vacantibus, sed verē timoratis ac feruidis celorum cōceditur regnum: quod cum desidia q̄rere, est Deum altissimum ac supermunificentissimū in suis promissis dignissimis spernere. Postremō, quæ admodum in terra, p̄missionis ad aliorum ac infirmorum tutamē & propugnacionē cōstitutæ sunt tribus robustiores in extremis terrę periculosisioribus, sic in militatē ecclēsia ad perfectiores spectat, pusillos piē sufferre, infirmos portare, tētos ac fragiles orando, exhortando, ædificando iugiter sustētare, grauioribus quoq; se opponere tentatētis, & contra inuisibiles hostes defendere imperfectos. Propter quod ait Apostolus Roman. 15. Debemus nos firmiores, imbecillitatem infirmorum portare, & non nobis placere.

¶ Explanatio cap. 19. Et egressa est fors filiorum Simeon. Art. 27.

Modō describunt sortes sex tribuum. ¶ Et egressa est fors secūda filiorum Simeon. J. tribui Simeonis euenit fors immediatē post Benjamin. [per cognationes suas, fuitq; hęc hereditas eorum in medio possessionis filiorum Iuda, Bersabee, J. i. ciuitas sic vocata. Bersabee autē qnq; est nomen mulieris, [¶ & Sabee & Molada, &c. J. oppida ista, & ponunt in litera decem & septem oppida tribui huic cōcessa, sicq; habuit vrbes pauciores q̄ Benjamin tribus. Deniq; sicut p̄habitum est, & expositores fatent cōcorditer, tribus Iuda, tanq̄ maior, fortior atq; pugnacior, habuit maximam sortem & terrę partem: quia non solum per sortis casum partem suam accepit, sed item per cōcessionē, ita q; habuit ea loca quæ bellando acquirere potuit. sicq; qm̄ exiit bellicosa & fortis, ampliavit non modicē terminos suos: ideo aliquæ vrbes & villæ quas acquisiuit, collatæ sunt tribui Simeonis, & aliquæ tribui Dan: vel, quia tribus Iuda non potuit oīa loca sua sufficienter occupare, implere & inhabitare: vel, quia terra residua non erat pro alijs tribub; satis magna. quæ causā tangi vident, cum subditur. [Hęc est hęc hereditas filiorum Simeon in possessione & funiculo. J. sorte seu terra funiculo mensurata, [filiorum Iuda, quia maior erat. J. videlicet ipsa possessio tribus Iuda. [¶ Et idcirco filij Simeon possederunt in medio hereditatis eius. J. Præterea in Scholastica recitatur historia, q; tribus Iuda & tribus Ephraim, tanq̄ priuilegiatæ ac principales, habuerunt terram absq; sorte, quod p̄ductis non cōsonat, cum & in p̄habitis ipsius mentio facta sit, Sors filiorū Iuda per cognationes suas ista fuit, & aliās, Ceciditq; fors filiorū Ioseph, & dñs iusserat totā terrā p̄missiōis, sortib; diuidi. nisi fortē intelligat verbū p̄actū, q; obtinuerūt terrā, non tñ per sortē, Rursus in eadē historia legit: Proiectis sortibus, prima fors Iudæ egressa est, secūda Simeonis, tertia Benjamin, quarta Ephraim, quinta medietati tribus Manasse, sexta Ifachar. Quocirca miror q; sic refert, cum in textu manifestē habeatur oppositum. siquidē p̄cedenti habetur cap. q; inter septem tribus primō egressa est fors Benjamin, nuncq; asseritur in isto cap. q;

Pet. Com. hist. lib. Iosue cap. 13.

Ios. 15. 16.

Si-

Simeon accepit sortē post Benjamin. In alio cap. quoq; dicitur, Iosue repræhēdit septē tribus de ignauia, q; nō introierūt in terrā eis à Deo donatā, quod fuit postq; tribus Iuda & Ephraim, tribusq; Manasse suas acceperūt hereditates. Nec dici potest, q; in istis capitulis nō seruet ordo historię. ¶ Cōsequēter describit fors tribui Zabulō data. [Ceciditq; fors tertia filiorū Zabulon per cognationes suas. Et factus est terminus possessiōis eorū vsq; Sarith. J. q; vsq; ad locum seu oppidū sic vocatū extēditur. [Asscēditq; de mari, J. forsan mediterraneo. Vñ in Genesi Iacob p̄dixit: Zabulon in litore maris habitabit & in statiōe nauis, pertingēs vsq; ad Sidonē, fuerūt autē duo decim vrbes tribui huic cōcessę. Circa quod q̄stio potest moueri, quō in isto obseruata sit & impleta iussio Dei, q; p̄cepit plurib; dare partē maiorē, paucioribusq; minorē. Porro trib; Zabulon multo maior fuit, q; trib; Simeonis aut etiā Benjamin. Nēpe vt in Num. lib. habet, in secūda populi enumerationē fuerunt in tribu Zabulon 60. millia q̄ngētū: in tribu autē Simeonis 22. millia ducenti, atq; in tribu Benjamin 45. millia sexcēti. Ad istud poterit rñderi, quod forsan vrbes tribus Zabulon erāt maiores, vel terra ei; fertilior, aut vtilior, viculisq; abundantior, aut spatiosior, quibus minus ædificata & inhabitata. Similis quoq; respōsio ad cōsimiles potest q̄stiones euolui. Ampliūs, inter vrbes Zabulon nominat & Bethlehē, quę alia est ab illa, in qua natus est Chrs, quę ad tribū pertinuit Iudæ. Sequit̄ descriptio fortis Ifachar. [Ifachar. J. i. tribui Ifachar [egressa est fors quarta per cognationes suas. Fuitq; eius hereditas Iezrael &c. J. & exprimunt in Ista 16. vrbes eius, inter quas vna est Bethphafes. Fuit autē terra hęc Ifachar opulētā, pulchra, agriculturęq; apta, p̄pter quod Iacob p̄dixit Gen. 49. Ifachar asinus fortis, accubās iter terminos, vidit requiē q; esset bona, & terrā q; optima, & supposit humerū suū ad portādum. Vndē, vt S. ait Hiero. tribus Ifachar possedit pulcherrimā in Galilæa puinciā, inter mare mediterraneū & Iordanē, & inter mōtes atq; maritima. Deinceps ponit distributio facta tribui Aser. [Ceciditq; fors quinta tribui filiorum Aser per cognationes suas. J. in cui; funiculo erāt ciuitates 22. cū villis suis, & inter cætera ferē, q; pertingebat vsq; ad ciuitatē munitissimā Tyrū, & vsq; ad Sidonē magnā. quo cōstat q; ex antiquis tēporibus fuerūt vrbes illę p̄cipue. Fuit autē hęc terra Aser fecūda, p̄ducēs delicata cibaria. Vñ Iacob p̄dixit: Aser, pinguis panis ei; & p̄bebit delicias regib;. Cōsequēter describit possessio tribus Nephthalim. [Filiorū Nephthalim sexta fors cecidit per cognationes suas, J. in qua erāt ciuitates decem & nouę. Fuitq; terra Nephthalim cōtigua seu p̄pina qua terrę Zabulon cōtra meridiē, & terrę Aser ad occidentē, terręq; Iuda ad orientē. De hac Nephthalim tribu fuit Tobias, & de p̄pe Naafon, q; in litera (vt videt) Nafor vocat. Sequit̄ descriptio fortis Dan. [Tribui filiorū Dan per familias suas egressa est fors septima, & fuit terminus possessiōis eorū Saraa & Estao. J. ¶ Anhafor duæ vrbes ex sorte trib; Iudæ, datæ sunt eis, vt tactū est, & ptinebāt ad tribū Dan, vt etiā Iudic. 18. ostendit, quibus aliq; aliter opinent. Nā & de cæteris vrbib; Dan sub eadē cōnexionē subiungit. [¶ & Irsemes. J. i. ciuitas Solis, [Salabin & Dialon, &c. J. ¶ orro Irsemes dicitur ciuitas Solis, ob aliquā ei; eminentiā, proprietatē sue euentū, aut q; idolo latræ solē coluerūt ibidē. In Aegypto quoq; fuit ciuitas Solis, iuxta illud Esa. 19. Ciuitas Solis vocabit̄ vna. [Asscēderūtq; filij Dan, & pugnauerūt cōtra Lesem. J. vrbē sic appellatā. [Ceciderūtq; eā, & p̄cusserunt eā in ore gladij, & possederūt & habitauerūt in ea, vocatēs nomē eius Lesem Dan, ex noie p̄ris sui Dan. Iqa videlicet antiquo illi vocabulo Lesem, addiderūt nomē Dan filij Iacob, ad innuēdū q; ciuitas iā spectaret ad filios Dana. [Hęc est possessio filiorū Dan per cognationes suas, vrbes & viculi earū. J. Circa hęc recitat Lyræ: Dicunt Hebræi, q; ista est ciuitas, q; Iudic. 18. vocat̄ Lais, quā ibi legunt expugnasse 600. viri de tribu Dan, & eandē Dan nūcupasse. Sed cōtra hoc obijci posset, qm̄ expugnatio illa fuit Iosue iam defuncto. siquidē in fine illius cap. legit: In diebus illis nō erat rex in Israel. Iosue autē author est huius libri, & hic narrat̄ historia, nisi fortē dicat, q; p̄ spm̄ prophetiæ hęc p̄cognouit, & de futuris p̄ modū p̄teriti p̄pheticē sit locutus. [Cumq; cōpleisset terrā sorte diuidere singulis per tribus suas, dederūt filij Israel possessionē Iosue in medio sui, iuxta p̄ceptū dñi, vrbē quā postulatit Thammathsarai in mōte Ephraim. J. Illā etiā vrbē petiuit, q; & ipse exiit Ephraim. Idcirco in tri bu sua voluit cōmorari. Dederūt autē ei vrbē iuxta placitū suū, s. quā elegit. Sed cū ipse fuerit princeps & iudex totius Israelitici populi, cur petijt vrbē ab illis? Dicit potest, q; ex humilitate hoc fecit. Vel p̄ filios Israel nunc specialiter intelligunt nō quicq; de populo, sed Eleazar p̄t̄fex, Caleph, & cæteri principes in tribubus Israel, q; ex mādato Dei terrā diuiserūt filiis Israel, quorum noia Numer. 24. sunt scripta: & ita ex diuina ordinatione pertinebat ad eos, dare ipsi Iosue partem suā. Atq; vt Iosephus loquitur, Dederunt ei etiā Sichem. Insuper dicit potest, q; tota cōmunitas Iose. lib. 5. simul sumpta, est aliquo modo supra principē suum, inquantū est res qdam cōmunitatis, ordinata ad bonū ipsius. Vndē secundū philosophū in lib. Polit. spectat ad eā, destituere seu deponere eum cōmuni cōsensu, si tyrannizet, aut profus inutilis sit. [Et ædificauit ciuitatē, habitauitq; in ea. Hęc sunt possessiōes, quas forte diuiserūt Eleazar sacerdos, & Iosue filius Nun, & principes famularū ac tribuū filiorū Israel in Silo coram dño, ad ostiū tabernaculi testimonij, partitiq; sunt

Gen. 45.

Num. 33. Num. 26.

Bethfemes

Gen. 49.

Anhafor

Hirfemes

Iose. lib. 5. an. iu. ca. 3.

terram. ¶ Postremò ex his patet virtuositas Iosue, qui quibus primus esset in populo & principalis diuisor, non tñ prærupuit partem pstantiorem, sed tanq̄ dispensator fidelis & prudens, vltimò sibi puidit, & nulli puidicauit, nec extulit semetipsum, in quo p̄sidentibus ac dispensatorib⁹ gran de & fructuosum dedit exēplū, vt amplius q̄rant bonū cōmune, q̄ p̄riū. Hinc Glossa ait, & sumptum est ex Origene: Vide mansuetudinē & humilitatem Iesu, i. Iosue, qui nomen Saluatoris dignē p̄ferēbat. Ipse alijs dedit hēreditatem, & terram iussit describi, ac descriptam sibi ostendi, & seipsum in nouissimis reseruauit. Voluit oīm esse nouissimus, vt esset oīm primus. Non sibi hē reditatem assumit neq; p̄sumit, sed accipit à populo cui dedit. Hęc tunc exēplariter facta, nobis imitanda pponuntur, vt impleamus quod scriptum est, quod Iosue adimpleuit: Quanto maior es, humilia te oibus, & inuenies gratiā coram Deo. Et alibi: Rectorem te posuerūt noli extolli, esto in illis quasi vnus ex ipsis. Hęc Origenes. Denique verus Iesus per Iosue figuratus, petit à populo suo sibi locum in monte Ephraim dari. Stat namq; ad ostium mentis & pullat, vt in apice mentis suscipiatur & commoretur, ita vt infidelis ipsum synceriter contempletur, & voluntas eum amet seruenter, ipsa quoq; memoria stabiliatur in ipso.

Ecci. 3. Eccij. 32.

¶ Elucidatio cap. 20. Et loquutus est dominus ad Iosue. Art. 28.

Descriptio diuisionis terrę completa, nunc agitur de assignatione ciuitatum refugij. [Et loquutus est dñs ad Iosue, dicens: Loquere filijs Israel, & dic eis: Separate vrbes fugitiuorum, Ji. aliquas vrbes seorsum ac specialiter deputate, q̄ sint in refugium eorum qui sanguinem effuderunt, seu homicidium cōmiserunt absq; peccato, videlicet oīd excusabiliter atq; fortuiti, & sine proposito. [de qbus loquutus sum ad vos per manum Moysi,] quia in Numeris dñs iussit istud per Moſen. [vt conſugiat ad eas,] i. aliquam earum, [cūcunq; animā percusserit nescius,] i. hoīem nescienter, excusabiliterq; occidit, [et possit euadere iram proximi, qui vltor est sanguinis] i. vindictā cōsanguineorum, qui parati sunt effusionem sanguinis seu mortem occisi vlciſci. [cūm ad vnā] Ji. aliquam [harum confugerit ciuitatum,] stabitq; ante portam ciuitatis, Ji. iudices ciuitatis faciet conuocari ad portam, vel dum ibi fuerint, p̄sentabit se eis. Antiquis q̄ppe iudices in portis ciuitatum sedebant, vt citius ac facilius haberetur ad eos recurſus. [et loquetur senioribus] Ji. maioribus atq; iudicibus [vr̄bis illius ea quę se cōproben:] i. per quā probet se innocentem, ita q̄ in illo homicidio non cōsistat culpabilis. [sicq; suscipiet eum] Ji. intrare vr̄bem permittent, [et dabunt ei locum ad habitandū:] si excusatio illa apparuerit rōnabilis. [Cumq; sanguinis vltor] Ji. p̄p̄in quos occisi, paratus vlciſci, & ius habēs ad hoc, si homicida fuerit inexcusabilis sententia indē lata, [cum fuerit persecutus, non tradet] i. fugitiuum [in manus eius,] Ji. propinq; eius q̄ occisus est, [q̄a ignorans percussit, pximum eius:] Ji. sine p̄posito & intentione ledendi, nec fuit negligēs in adhibendo cautelam. [Nec ante biduum vel triduum eius esse,] p̄batur inimicus. Ji. probari non potest, q̄ antē fuerit hostis illius, quem nunc improuisē inculpabiliterq; occidit, [et habitabit in ciuitate illa,] nisi aliundē obſtaculum oriatur, seu mors interueniat. [donec stet ante iudicium,] Ji. ad tribunal illi⁹ vr̄bis ducatur, in cuius dñio seu terminis homicidium perpetravit. [causam reddēs facti sui,] Ji. opus suum pro posse excusans, & qualiter cōtigerit manifestans. Finalis q̄ppe sententia de sua innocentia aut reatu, nō dabatur per iudices ciuitatis refugij, nisi in eius dñio accidisset homicidium, sed *ad iudices iam p̄ratos, & ad eos pacificē ducebatur de vr̄be refugij. Quod si innocēs iudicabatur, ad vr̄bem refugij reducebatur, mansurus ibi securē: si verò reus inueniebatur, mox dabatur cognatis occisi interimēdus. [Et moriatur sacerdos magnus, q̄ fuerit in illo tēpore:] Ji. tam diu in ciuitate refugij habitabit, quousq; p̄ōt̄ifex tūc p̄s̄dens moriatur, vel etiam quousq; recōcilietur amicis occisi. [Tunc] i. mortuo p̄ōt̄ifex [reuertetur homicida, & ingredietur ciuitatē] seu villā, [et domū suam de qua fugerat. Deceueritq;] i. p̄ō. ciuitatibus refugij assignare, p̄posuerunt, imò & assignauerunt, [Cedes] i. vr̄bem sic noīatam, [in Galilzā mōtis Nephthalim] Ji. in qua Galilzā est mons, ad sortem tribus Nephthalim pert̄inens. [et Sichem] Ji. oppidū illud, [in monte Ephraim, & Cariath Arbe, ipsa est & Hebron in monte Iuda] Hęc tres fuerunt citra Iordanem in terra p̄missiois. Alię tres fuerunt trans Iordanem in terra Amorrhæorum, vt patet in litera, quę cūm plana sit, expositionem non exigit. ¶ Circa hęc multa possunt inquiri. Primum, cur equē multę orāt ciuitates refugij in terra duarum ac medię tribuum, atq; in terra tribuum nouem ac medię. Secūdum est, cur occisor oīd excusabilis, cogebatur tam diu esse profugus à propria domo & oppido. Tertiū, cur post mortem summi pontificis reuertebatur ad p̄pria. Possent & alia multa hęc quærī, quę super lib. Numerorum & alibi potius habent locū, putā de homicidio casuali, & quando ac qualiter homicidium totaliter excusetur. Ad primū dici potest, q̄ terra duarum tribuū ac medię erat latissima, & multū à templo ac tabernaculo distans: idcirco erant & ibi tres ciuitates refugij. Ad secūdum dicendū, q̄ profugus erat talis occisor tam diu, ne eius p̄sentia concitaret propinquos occisi ad iram & vltionem. Ad tertium respondetur, q̄ defuncto pontifice, erat quasi quādam innoūatio status in populo,

15. q. 1. c. 111. causa i. Glossa.

Num. 35.

for. per.

& quā summo pontifice (q̄ erat omniū spiritalis pater) sublato, sic affici debuerunt pio mēore & luctu, q̄ p̄prias obliuiscerent iniurias. ¶ Præterea iuxta intelligētā spiritalē, per ciuitates refugij, intelligunt materiales ecclēsię cōsecratę, ad quas rei & homicidę cōfugiētēs, nō capiunt: immo nō solum excusabiles, sed & inexcusabiles iniuriatores & homicidę, affecunt in eis: quia lex euāgelica, lex pietatis cēset, idcirco in ea superabūdat misericordia. Figura quoq; distat à figurato, & maior est dignitas sacrōri locorū, q̄ vr̄biū erat illarū. In nouo etiā testamēto cū nouo p̄ōt̄ifex ac principe intrāt rei. Rursus, per ciuitates refugij designant principes & p̄lati, ad quos refugiuū habēt innocētēs, & oēs q̄ habēt causam. Vndē secundū philosophum, ad iudicē tanq̄ ad viuā legē & animatā iustitiā cōfugiunt hoīes. Itē per ciuitates refugij exprimunt loca pœnitentię & monasteriorū, ad quę cōfugiunt multi, ne ab inuisibilibus hostibus ad carceres infernales trahant. Generalit̄ autē loquēdo, per ciuitates refugij intelligunt remedia cōtra peccata. Per Iordanem verò designat baptismum. Quēadmodum ergo trās Iordanē & citra eundē, fuerūt tres vr̄bes refugij, sic ante institutionē sacramētī baptismi fuerunt tria peccatorū remedia, s. fides p̄rētum, immolatio hostiarū, & circūcisio: ita & post institutionē baptismi sunt tria remedia victorū, vnū est pœnitentiā, alterū eucharistiā, tertiū matrimoniū, quod nō solum officiū est naturę, sed & remedium cōtra cōcupiscentiā carnis & actum eius illicitum. Porro ieiunium, oratio & elemosina, tam ante baptismū, q̄ postea, fuerunt culpārū remedia: similiter cōtritiō cordis, emēdatio vitę, satisfactio pro offensa. Deniq; oēs sex ciuitates refugij, ad sacerdotes & Leuitas spectabant, quā bona clericorū debēt esse cōmunia, secundū Hiero. Atq; ad clerū tot⁹ populus debet habere refugiuū, specialiter etiā homicidę ad sacerdotes ad cōsistēdum. Postremò, & hoc notādum, q̄ tres ciuitates refugij trās Iordanē, dicunt fuisse in mōtib⁹: quia p̄fata remedia post baptismum, per eas signata, magnę & sublimis sunt gr̄e sacramenta. Ecclēsię quoq; fundātur in monte altissimo dño Iesu Chr̄o: similiter p̄lati, principes ac iudices debent in sublimitate prudentię ac virtutum consistere, ceterisq; fama, conuersatione, & gubernatione fulgere.

¶ Elucidatio Capituli viceſimiprimi, Accesserunt principes familiarum Leui.

Articulus viceſimus nonus.

Completa descriptioe ciuitatum refugij, nunc recitat distributio vr̄biū facta Leuitis. Leuitas autē q̄nq; gñaliter accipiunt, p̄ filijs Leui, t̄a sacerdotibus, q̄ ministris tēpli, inferioribus illis: & ita nunc capiunt. Interdū verò, prout à sacerdotibus distinguunt. [Accesserūt autē principes familiarū Leui] q̄ familię paulop̄st exprimunt, [ad Eleazar sacerdotē,] nō q̄ ipse solus tūc fuit sacerdos, sed princeps extitit sacerdotū. [et ad Iosue filiuū Nun, & ad duces cognationū] p̄r singulas tribus filiorū Israel: i. principes tribuū, locutiq; sunt ad eos in Silo terrę Chanaan, atq; dixerūt: Dñs p̄cepit per manū Moysi] Num. 35. f. & alibi, vt darent nobis vr̄bes ad habitandū, & suburbana earū] i. spatia extra vr̄biū mœnia cōstituta, [ad alēda iumēta.] Erāt autē suburbana illa magna, quorū quantitas in Numeris exprimit. [Dederuntq; filij Israel] i. petitiōi Leuitarū satisfecerūt [de possessiōib⁹ suis, iuxta imperiū dñi, ciuitates & suburbana earū. Egreſsaq; est fors in familiā Caath filiorū Aaron sacerdotis, de tribub⁹ Iuda & Simeon & Benjamin ciuitates tredecim.] Litera ista est aliquid intricata. Itaq; ordo verborū & sensus est, primò cecidit fors familię Caath, s. filijs Aaron, quorum fors cōp̄r̄hēdebat tredecim vr̄bes, quę datę sunt illis Aaronitis à tribub⁹ tribus, hoc est, à tribu Iuda, tribuq; Simeonis ac Benjamin. [et reliqs filiorum Caath, i. Leuitis q̄ superuerāt,] datę sunt ciuitates decē, [de tribub⁹ Ephraim & Dan, & dimidia tribu Manassę.] Quocirca p̄fandum, quā vt legit Exo. 6. Leui patriarcha tres habuit filios, s. Gerson & Caath & Merari, Caath genuit Amram, patrē Moysi & Aaron. Ex Aaron nati sunt pontifices & ceteri sacerdotēs, q̄ nunc vocant Aaronitę, seu familia Caath filiorum Aaron. Reliqui autē filiorum Caath, putā Leuitę q̄ superfunt, nati sunt ex Caath per alios filios eius, qui fuerunt Isuar & Hebron & Oziel. [Porro filijs Gerson] i. Leuitis natis ex Leui per filium suum Gerson, [egreſsa est fors, vt acciperēt de tribub⁹ Isachar & Aſer & Nephthalim, dimidiaq; tribu Manassę in Basan:] quę fuit regio vltra Iordanē, & pertinebat in mediā tribum Manassę, vt patuit Iosue 17. Vndē quod ait, in Basan, referēdum est ad dimidiam tribum Manassę duntaxat, quę habitauit in Basan, quoniam tribus Isachar & Aſer & Nephthalim citra Iordanem manebant. [Ciuitates numero tredecim: quarum quaedam erant in Basan, vt infra habetur. [et filijs Merari per cognationes suas] i. Leuitis natis ex Leui per Merari, datę [de tribub⁹ Ruben & Gad & Zabulon vr̄bes duodecim:] quarum maior pars fuit trans Iordanem, vbi tribus Ruben & Gad morabantur, & minor pars fuit citra Iordanem in funiculo Zabulon. [Dederuntq; filij Israel Leuitis ciuitates & suburbana earum iuxta p̄ceptum dñi per manum Moysi, singulis sorte tribuentes. De tribub⁹ filiorum Iuda & Simeon, dedit Iosue & c.] Hęc exprimunt vr̄bes datę Aaronitis in speciali, inter quas primò nominat Hebron, quę fuit refugij ciuitas, vt dictum est cap. p̄cedenti. [quarū ista sunt noīa: filijs Aaron per familias suas Caath Leuitici gñis] (prima em̄ fors illis egreſsa est)

Hierony.

Num. 35.

Cariath Arbe patris Enach, quæ vocat Hebron, in mote Iuda, & suburbana eius per circuitum. Agros verò & villas eius dederat. Iosue ipsi [Caleph filio Iephonæ ad possidendum] ita quæ agris & villæ annexæ ciuitati Hebron, erant hæreditaria possessio huius Caleph, quæ etiã fuit dñs vrbis Hebron, & mansit inter Leuitas ibidem. De tribu aut filiorũ Benjamin, dedit Iosue Aaronitis Gaboon &c. Litera plana est. Itaque; vniuersæ ciuitates Leuitarũ fuerunt quadraginta octo, quarũ decem fuerunt trans Iordanem in tribubus Ruben & Gad & media tribu Manassæ. In illis aut vrbibus etiã alij multi cũ Leuitis manebat. [Deditq; dñs Israelio oem terrã, quã traditurũ se] eis, [p̄ribus eorũ iurauerat, & possederũt illam, atq; habitauerũt in ea.] Istud videt contrariari dictis iam sæpè, quod filij Israel tẽpore Iosue nõ obtinuerunt omnẽ terrã eis pmissam, immo nec tẽpore Iudicum, sed tẽpore p̄teritiõis intelligi, vel loquitur hæc scriptura de futuro per modũ p̄teriti, quasi p̄phetale oraculũ p̄feres. Promissio quoq; Dei fuit intelligẽda, quod terra dareẽ filijs Israel successuẽ, secundũ quod poterat eã populare, i. sufficere in habitare, ne bestia cõtra eos in terra nõ habitata multiplicaretur, sicq; pmissio illa est successuẽ impleta. [Dataq; est ab eo pax in oes per circuitũ natiões] Ji. filij Israel dedit dñs q̄ret & pacẽ, circa gẽtes i eorũ circuitu demorãtes, ita quod nulla earũ audebat se cõtra Israelitas erigere lõgo tẽpore, quousq; filij Israel, deo relicto, ad idololatriã sũt p̄lapsi. [Enul lusq; eis hostium resistere ausus est:] Ji. nullus eorũ quod adhuc erãt residui ex gẽtibus, quarũ terras dñs Israel, p̄misit, audebat bellũ eis mouere. [sed cũcti in eorũ ditioẽ redacti sunt.] Ji. p̄fecti subiecti & tributarij facti, quod ex Dei auxilio factũ est. Atq; filij Israel, quod ex cupiditate ceperũt illos ad habitadũ inter se sub tributo, cõtra Dei p̄ceptũ fecerunt, p̄ferim quã satis copiosi fuerũt ad terrẽ populatiõẽ. [Ne vnũ quidẽ verbũ, quod illis p̄staturũ se esse p̄miserat, irritũ fuit, sed rebus expleta sunt omnia.] Circa p̄habita aduertẽdũ, quod Leuitæ fuerũt per oes tribus Israel hinc inde dispersi, quatenus vndiq; instrueret filios Israel, & eos ab idololatria reuocaret. Et ite, quod cõmuni tribũ stipẽdio sustentabant, ideo ne qua tribus ex hoc grauaret, per oes dispersi sunt tribus, atq; ne cultus Dei videre ad vnã tm̄ tribum spectare. [Insuper spũaliter per ciuitates Leuitarũ, collegia clericorum, cõnobia religiosorũ, & cetera sacra loca signant, in quibus spũales hoies commorantur] quorũ loca atq; stipẽdia, à secularibus eis extãt collata, vt fundatoribus suis ac ceteris spũalia bona cõmunicet & impẽdãt. Sũt quoq; hi hoies spũales & clerici ac religiosi p̄sonę p̄ oem Ch̄rianitatẽ diffusi, vt vndiq; instruat plebẽ. Ch̄rianis quoq; cõtulit deũ exuberãtissima mũera grãrũ, & inuisibiles atq; visibiles hostes frequẽter subiecit ecclesie, quã & vbiq; diffudit terrarũ.

[Expositio Cap. 22. Eodem tẽpore vocauit Iosue Rubenitas,] Art. 30.
Iam enarrat, qualiter duæ & media tribus ad loca sua reuersæ sint. [Eodẽ tẽpore quo cõpleta sunt] quæ in fine p̄cedẽtis recitantur capituli, [vocauit Iosue Rubenitas & Gaditas & dimidiã tribũ Manassæ, dixitq; eis:] Fecistis oĩa quæ p̄cepit vobis Moses famulus dñi Ji. iuxta eius imperiũ p̄cessistis ceteras Israel tribus, & pugnaistis p̄ eis, quousq; terrã obtinuerũt. [Mihi quoq; in omibus obedistis,] Ieundo & redeundo ac p̄liando, secundũ quod vobis iussi, nec reliquistis fratres vros longo tẽpore vsq; in p̄sentẽ diem, custodiẽtes imperiũ dñi Dei vestri. In his verbis obediẽtia cõmendat, suntq; beati quod suis superioribus taliter secundũ Deũ obediũt: & quibus, quod p̄sunt, tale testimoniũ perhibet. [Quia igit dedit dñs deus vester fratribus vestris quietẽ & pacem, sicut pollicitus est, reuertimini in tabernacula vĩa, ita dũtaxat, Ji. sub hac cõditioẽ & forma vos ad redeundũ licẽtio,] vt custodiatis attẽtẽ per diligentẽ memoriã, [et opere cõpleatis mãdatũ] illud p̄cipuũ de diligẽdo dñm Deũ, [et legẽ quã p̄cepit vobis Moses famulus dñi Ji. Deus per Mo sen, s. cetera p̄cepta moralia, iudicialia, ac cõremonialia. Hinc subdit:] vt diligatis dñm Deum vřm] amore supernaturali infuso gratuito potissimẽ, p̄pter purã & infinitã bonitatẽ ipsius, & quoniam prior dilexit vos, deinde propter vniersã bñficiã & promissã ipsius, & ambuletis in omnibus vijs eius, Ji. ad beatificum finem tendẽdo, obseruetis omne opus virtutum necessarium ad huiusmodi finẽ. Qui em̄ in vno offendit, omnium reus efficit. [et obseruetis mãdata eius, ad hæreatisq; ei] p̄ fidẽ, spẽm & charitatem, per quas potissimẽ & internẽ colit Deus, [ac seruiatis ei in omni corde,] toto intellectu & integra voluntate, ne cor vestrum diuisum sit, adhærendo partim creatori partimq; creaturæ, [et in omni anima vestra] Ji. ceteris aũ viribus, per quas Deo seruire potest. [benedixitq; eis] bona imprecãdo, [et dimisit eos:] Qui reuersi sunt in tabernacula sua &c. Cumq; dimitteret eos in tabernacula sua, & bñdixisset eis, dixit ad eos: In multa substantia Ji. copia oĩa possessione, [reuertimini] &c. diuidite p̄adã hostium, quã sab hostibus vestris Chananzis iare p̄lãij, immo ex Dei (cuius sunt omnia) donatiõẽ obtinistis, cũ fratribus vestris, Ji. illis videlicet, qui interim quod vobis hinc fuisset, remãserũt in vrbibus & villis vestris ad custodiẽdum ea quæ vestra sunt. Hic tamẽ non dicit, quãtũ illis dare deberent. Legitur aut 1. Reg. 20. quod Dauid statuit legẽ, vt æqua esset portio pugnatorũ, & eorum quod ad facinas remanserãt, custodiẽdo pertinentia ad pugnãtes. Veruntamẽ ante illud tẽpus seruabatur lex illa, saltẽ quãtũ

1. Ioan. 4.

Iaco. 2.

ad

ad aliqualem diuisionẽ cum illis. Nã & Abraham in Genesi, & Iosue in hoc loco illud seruari iussurunt. Porro, vt Iosueph refert, Populus Israel deduxit has tribus nõ sine lachrymis, & vix semet ipsos ab iniucẽ diuiserũt. [Reuersi q; sunt & abierunt filij Rubẽ, & filij Gad, & dimidia tribus Manassæ, à filiis Israel de Silo,] quæ sita est in Chanaan, vt intraret Galaad terrã possessionis suæ, quã obtinuerunt iuxta imperiũ dñi in manu Moſis. Cumq; venissent ad tumulos Iordanis in terrã Chanaan, Ji. videlicet circa terminos eius, [ædificauerũt iuxta Iordanẽ] in terra promissiois ac nouẽ tribuum, nõ ab alia parte Iordanis, [altare infinitæ magnitudinis.] Inſinitum multipliciter sumit. vno modo pro eo, cuius nullus est finis, nec in duratiõẽ, nec in essentia, nec in perfectione, sicq; cõpetit soli Deo. Alio modo pro re vltra modum ac solitum magna, & ita accipitur modõ. Vndẽ alia translatio habet, [taram ingentẽ.] Atq; vt fertur, in Hebræo habet, altare magnæ visiois, quod sã longẽ poterat cõspici. Potest quoq; per hyperbolen accipi. [Quod cũ au dissent filij Israel, & ad eos certi nunciij detulissent, ædificasse filios Ruben & Gad & dimidiã tribum Manassæ, altare cõtra filios Israel.] I. ex opposito habitationis nouẽ tribuum. Vel ideo dicitur cõtra filios Israel, quia sic eis fuit relatum, quod illi cõstruxissent altare hoc in malum atq; perniciem cæterarum tribuum Israel, [cõuenerunt oes in Silo, vt ascenderet & dimicaret cõtra illos] ex celo diuini honoris ad vicisẽdum iniuriã Dei, & ne Deus eos plagaret, nisi ipsius vindicaret iniuriã, quẽ admodũm propter excessum Achan erãt puniti. Deniq; frequẽter contingit, quod hi q; cõtra alios diu cõcorditer p̄lãiant, sopitis extraneis bellis, intestina incipiãt gerere p̄lãia, [Et interim miserunt ad illos in terrã Galaad Phinees & decẽ principes cum eo, singulos de singulis tribubus:] Ji. vnum specialẽ de qualibet tribuum decẽ, computãdo tm̄ mediã tribum Manassæ pro vna tribu. Hos ergo miserũt ad inquirẽdum certius veritatẽ, quã nõ ex relatu volatili, nec ex leui iniustãve causã ineundũ est bellum, potissimẽ magnũ, periculosum & intestinũ. [Qui venerunt ad filios Rubẽ & Gad, & dimidiã tribum Manassæ in terrã Galaad, dixeruntq;:] Phinees & sui [ad eos:] Hęc mandat omnis populus dñi, Ji. filij Israel in Dei cultu manẽtes, iubet vobis dici, & sciscitant per nos, vos quod iam indigni estis populus Dei vocari: [Quæ est ista transgressio?] Ji. cur peccastis tam grauiter? [Cur dereliquistis dñm?] per mētis auersionẽ & inobediẽtiã, [ædificantes altare sacrilegũ,] Ji. abusuũ in Dei obsequio. [et à cultu eius recedẽtes?] Sic em̄ isti putabant, quod illi fecissent illud altare ad offerẽdum super illud sacrificia, quæ tunc offerri non poterãt, nisi in Silo in tabernaculo dñi, & super altare eius ibidẽm: ideo altare ab illis aliã factum ad sacrificiãdũ, fuisse sacrilegum seu abusuũ rei sacræ, putã altaris seu immolationis, quæ secundum se, dicitur qd sacrum. Vel vt Iosephus scribit, putabant eos construxisse illud altare ad sacrificiãdum dijs alienis. [An parum vobis est, quod peccastis in Beelphegor?] adorando idolum Phegor, seu comedẽdo de immolatis eidẽ, quando ad suggestioẽ Balaam, Balach rex misit filias Madian, quod filios Israel ad fornicationem illam spiritalem, videlicet idololatriã, & etiam carnalem prouocarent ac traherent. [et vltq; in p̄sentẽ diem macula huius sceleris Ji. diffusiã & vituperatio quædam, ex tanto scelere consecuta,] in vobis permanet. Quãuis autem crimen illud fuit cõmune & alijs tribubus, Phinees tamẽ & sui nunc specialiter imputãt illud his tribubus, quia putabant eos nunc rursus simile facinus commisisse. Propter quod illud quodãmodõ rediret, & de nouo imputaret, secundũ quod in Euange. Matth. 18. debita dimissa reperunt à seruo nequam, quod conseruo suo noluit misereri. Veruntamẽ hi, quibus Phinees & sui ista locuti sunt, nõ vident crimẽ illud in Beelphegor commisisse, sed potius patres aut propinqui seu confortes eorum, imõ & quod illud fecerunt, mox fuerunt occisi, vt Numer. 22. liber habet. sed & crimẽ illud p̄cessit secundã populi Israelitici dinumeratiõẽ, in qua isti fuerunt connumerati, vt Numero. 6. describit. Dicunt tamẽ peccasse in Beelphegor eo modo, quo peccatũ aliquorum toti societati aut cõmunitati solet ascribi. [Multiq; de populo corruerũt] Ji. p̄pter crimẽ illud interfecũt sunt. Circa quod aliq; dicunt, quod multi p̄pter peccatũ paucorum corruerunt, ex quo sequeret, quod non solum quod crimẽ illud commiserunt, sed item quod conserunt, aut nõ debite resisterunt, fuerũt occisi. Nam & principes iussi fuerunt suspẽdi, & 24. millia de populo ceciderunt. [et vos hodie dereliquistis dñm, & cras] Ji. citõ post hæc, [in vniuersum Israel ira eius defauit,] Ji. oes puniemur à dño pro vestro excessu. Porro, quæ æq̄tate hoc fieri posset, supra diffusẽ expositum est. [Quod si putatis immundam esse terrã possessionis vestræ,] Ji. indignam vt in ea ponere tabernaculum dñi & altare, propter idololatriã & alias impietates ibi antẽ commissas, & ideo extra illam ad ripam Iordanis construxistis altare, in quo tanquã vobis viciniõri, quã est altare dñi situm ad ostium tabernaculi, hostias offeratis, quasi atã diati remotiũs ire ad immolandum, [et transite ad terram,] in qua tabernaculum dñi est, & habitate inter nos: Iga potius volumus vobis terrã nostram diuidere, quã vt eam soli habentes, peccare vos permittamus. ideo subdit: [tm̄ vt à dño & à nostro cõfortio nõ recedatis, ædificato altari p̄ter altare dñi Dei vestri:] Ji. hoc solum optamus & petimus, atq; sub hac conditione terrã nostrã vobis cõmunicare parati sumus, vt Deum

Iose. libr. 5. ant. iu. ca. 3.

Iose. li. 5. an. iud. ca. 5.

Iosue 7.

non

non offendatis, nec nostram cōmunionem in Dei cultu derelinquat, quod & nobis esset nociuum. quod patet exemplo quod sequitur: [Nōne Achan filius Zarā, p̄terijt mandatum dñi, iurpando de anathemate Hiericho, & super omnē populum Israel ira eius incubuit? Quia in vltionem illius facinoris quidam fuerunt occisi, plures fugati, & oēs turbati. Et ille] Achan erat vnus homo, atq; vñam solus perisset in scelere suo. Ji. quantū in nobis est, valde optaremus q̄ ipse solus fuisset occisus pro suo facinore. Istud sup̄a pleniūs recitatur, & ibi expositū est. Deinde describitur Rubenitarū & sociorū eorum rōnabilis excusatio. [Rāderuntq; filij Ruben & Gad & dimidiā tribus Manassē, principibus legationis Israel: Fortissimus dñs Deus Israel ipse nouit, Ji. scit vera esse quā dicimus, & Israel simul intelligat, Ji. populus Israel qui vos misit, ex nostra responsione veritatem cognoscat: s̄ si puaricationis animo Ji. proposito seu intentione idololatriam di, hoc altare] Ide quo mentio est, cōstruximus, non custodiamus dñs] ab inuisibilibus & visibilibus hostibus, sed puniat in p̄senti: Istud fuit quasi iuramentū per execrationem seu imprecationem mali in seipsum, sicut & illud Apostoli: Ego testem inuoco Deum in animā meam &c. [& si ea mente fecimus] hoc altare, vt holocausta & sacrificia & pacificas victimas super eo imponeremus] ad immolandū vero Deo, ipse q̄rat & iudicat. Ji. debitam p̄nam & nobis requirat, nosq; diiudicet. ¶ Deniq; holocaustum est, hostia quā ad diuinā maiestatis honorē tota comburitur: sacrificium autē nunc sumitur pro hostia, quā pro remissione peccati offertur. Pacifica verō victima, est hostia pro pace, salute aut gratia, in petradā aut cōseruanda, dño immolata. [& non ea magis cogitatione atq; tractatu, Ji. consilio seu deliberatione, vt diceremus: Ji. inter nos probabiliter coniecimus ac cōtulimus, vel vt diceremus vobis assignando causam & diffinitionem huius altaris. [Cras dicent filij vestri filijs nostris, Ji. probabiliter suspicamur ac formidamus, q̄ tempore procedēte posterij vestri dicturi sint posteris nostris: Quid vobis & dño Deo Israel? Ji. nō pertinētis ad dñm, nec estis de sorte & numero populi eius, cuius ratio subditur: [Terminum posuit dñs inter vos & nos (ō filij Ruben & Gad) Iordanem fluium, & idcirco partē nō habetis in dño: Ji. non estis pars populi eius, nec habetis ius offerēdi in tabernaculo eius, vel super altare ipsius, cum terra promissiois, populo Dei promissa, finiatur ad Iordanē. [& idcirco per hāc occasionē Ji. caluam & falsam persuasionē] auertent] fortassis, i. auertere poterunt [filij vestri filios nostros ad timore dñi:] q̄a vidētis se ita repellī ad idololatriā cadēt. [Putauimus itaq; melius, & diximus: Extruamus vobis altare, non in holocausta, neq; ad victimas offerendas, sed in testimonium inter nos & vos & sobolē nrām vramq; p̄geniē, vt seruauimus dño &c.] textus est planus. Ad hoc q̄ppe fecerūt altare istud, vt tā eis q̄ posteritati eorum esset in signum & memoriale ac argumētum, q̄ & ipsi essent populus Dei, & ius haberēt sicut & cetera tribus Israel, ad offerendum super altare Dei. [Absit à nobis scelus hoc, vt recedamus à dño, & eius vestigia] i. p̄cepta & effectus beneficos, s. arcā testimonij & altare, [relinquamus:] quādammodū em̄ vestigiū representat eum q̄ illud impressit, ita sapientia, om̄ipotētia, iustitia, bonitas & em̄nētia Dei, in eius p̄ceptis effectibusq; p̄satis relucēt. [extructo altari ad holocausta & sacrificia & victimas offerēdas, p̄ter altare dñi quod extructū est ante tabernaculū eius:] vñ em̄ altare fuit in atrio ante & extra ostiū tabernaculi, super quod sacrificia populi offerebant, & de illo iam sermo. Aliud in tabernaculo erat. [Quibus auditis &c.] Hic recitat, quādammodū Phinees & q̄ cū eo erāt, valde cōtentati fuerunt ex ista respōsione. [Dixitq; Phinees filius Eleazari sacerdos ad eos: Nunc scimus q̄ vobiscum sit dñs, q̄a alieni estis à puaricatione hac,] q̄a tā solliciti extitistis & estis ad p̄cauendum, etiā in futurū Dei offensam: [& liberaistis filios Israel de manu dñi:] i. per anticipatiōnē p̄seruastis ceteras tribus Israel à p̄cāna, q̄ eis immineret, si cōmississetis crimē quod imposuimus vobis. [Reuersusq; est cū principib⁹ ad filios Israel, & retulit eis. Placuitq; sermo cū istis audientib⁹. Vocauerūtq; filij Rubē & filij Gad] per quos & filij dimidiā tribus Manassē danē intelligi. [altare, quod extruxerāt, testimonij nrm, quod dñs ipse sit De⁹.] i. q̄ veri Dei populus atq; cultores sum⁹. Nā (vt Ioseph⁹ protestat⁹) hunc titulum superscripserūt altari ad perpetuā veritatis memoriā. Ex hac historia edocemur zelo diuini honoris seruere, amore iustitiae inflamari, pro posterorum n̄sorum sollicitari salute, parati esse pro iustitia mori, nec in derogationē veritatis quēq; palpare, neq; peccatib⁹ quātumlibet propinq; cōtra iustitiā parcere, imō p̄ceptū fraternę corrēptionis strenuē adimplere, rōnabilē quoq; excusationē libētē suscipere: sed & gaudere de innocentia proximorum, ac Deum cordialiter collaudare pro donis gratiæ quæ alijs confert.

Iosue 7.

a. Cor. 1.

Ioseph. 4. an. iud. ca. 3.

¶ Expositio cap. 23. Euoluto autem multo tempore.

Art. 32.

Sanctus vir Iosue de plebis sibi commissæ salute sollicitus, eam hortatus est ad perseuerandum in Dei cultu, sicut nunc enarratur: [Euoluto autem multo tempore] à tempore illo, [postq̄ pacē dederat dñs Israeli,] ita q̄ nemo filios Israel impugnano p̄sumpsit vt antē, [subiectis in gyro natiōibus vnuerfis,] q̄rum terras promiserat dñs Israelitis, q̄ pro maxima parte erāt occisæ, residui verō erāt Israeli subiecti. [& Iosue iam] existente [longæuo & p̄senilis ætatis:] quan-

quando iam cepit appropinquare anno cētesimo decimo, [postq̄ diuiserat terrā filijs Israel, secundum quod dñs imperauerat, vocauit Iosue omnē Israel, Ji. communē plebem,] & maiores natu & principes] familiarum. [ac duces] tribuum, [& magistrōs] in lege peritos, [dicitq; ad eos] &c. Ista difficultatē non habet. [Ego] senui, & p̄gressioris ætatis sum, vosq; cernitis om̄ia quæ fecit dñs Deus vester cunctis per circuitum nationibus &c. Multaq; adhuc supersunt nationes, dñs disperdet eas, & possidebitis terram. Tantū confortamini.] i. hoc p̄cipuē opto & hortor, vt confortētur corda vestra in Deo per grām & virtutes, per spem & fortitudinē. [& estote solliciti, vt custodiatis cuncta quæ scripta sunt in volumine legis Moysi, & non declinetis] ab eis quæ Deus p̄cepit, [nec ad dexteram, nec ad sinistram:] vtrunq; vitiosum vitando extremum, vt via regia incedatis, nec per prospera neq; aduersa si angamini, sed semper in medio perseueretis, nec vltra vires quippiam attētetis, nec per teporē & negligētiam tabescatis. [ne, postquā intraueritis ad gētes quæ inter vos futurę sunt,] matrimonia faciēdo cum eis, aut familiaritates, aut periculosas societates, iuretis in nomine deorum earum,] contra illud Deut. 6. & 10. scriptum, Per nomina externorū deorū ne iuraueritis. Itemq;: Dñm Deum tuum timebis, & per nomen eius iurabis. Qui em̄ iurat per deos gētilium, ostēdit se colere eos, atq; in veritatis testimonium eos assumit, sicq; venerat eos dē. [& seruiatis eis, & adoretis illos, sed adhæreatis dño Deo vestro. Et nunc auferet dñs gētes magnas, & nullus vobis resistere poterit, q̄a dñs pro vobis pugnabit, sicut pollicitus est. Hoc tantū diligentissimē p̄cauete,] i. cum omni cautela custodite siue p̄satum malum vitate, [vt diligatis dñm Deum vrm] toto corde vsq; in finē indefinenter. [Quod si volueritis cum eis] i. gētibus, quarū terras dñs vobis dedit, [miscere cōnubia atq; amicitias copulare:] quod de amicitijs socialibus, familiaribus & carnalibus intelligēdum cēsetur, qm̄ tales amicitia ad peccata solēt allicere. Nō autē phibuit De⁹ filijs Israel spiritalē habere dilectiōnē ad illos, immo potius hoc p̄cepit, [iam nunc scitote, q̄ dñs non delectat eas ad faciē vestram, sed] gētes aduersarię [seruit vobis in foueam & laqueum ac offendiculū, & fudes in oculis vris,] i. multipliciter vos affligēt, detrudēt & capiēt, atq; arctabūt & pungent, ad diuersa etiā vitia trahēt, donec vos auferat atq; disperdat de terra hac optima. En ego hodiē ingredior viam vnuerse terræ:] i. citō subibo mortem corporalem, quæ cunctis in terra degētib⁹ hominibus est via ad monumētum, immo ad vitam futuram, seu ad æternam salutē aut cōdemnationē perpetuam. [Et toto animo cognoscetis, quod de om̄ibus verbis quæ se dñs p̄stiturum pollicitus est, vnum non p̄terierit in cassum. Sicut ergo impleuit opere quod promisit, & prospera cuncta venerunt, sic adducet super vos quicquid malorum] p̄cānalium [comminatio est vobis, donec vos auferat &c. citō atq; velociter confurget in vos furor dñi] si violaueritis eius p̄cepta, p̄sertim si idola colueritis, de quibus comminationibus Deut. 28. diffusē habet. Quæ omnia quā verē in peruersis, rebellibus atq; idololatrijs filijs Israel sint impleta, liber ludicum, libriq; Regum clarissimē referunt. ¶ Luxta mysticū sensum, discant p̄lati & p̄dicatores verbi Dei ex isto capitulo propriam fragilitatē & mortē humiliter intueri, doceantq; subditos suos beneficentia Dei recolere, ac maiora bona eis in nomine DEI in futuro promittere, quæ nec oculis vidit, nec auris audiuit, nec mens concepit. Deindē eos ad virtutes hortent, diuini rigorē iudicij p̄dicent, æternam damnationem minentur, & quicquid ad salutem pertinet animarum, fideliter & constanter, iugiter & ardentē denuncient.

¶ Explanatio Cap. 24. Congregauitq; Iosue omnes filios Israel.

Articulus tricesimus tertius.

Non sufficit fidei duci Iosue, populum sibi commissum semel admonuisse, sed cum videret sibi vitæ terminum imminere, rursus hortatus est eos, put in isto narra cap. [Congregauitq; Iosue] i. ad se venire fecit, omnes tribus Israel.] etiam eas quæ trans Iordanem manebant, [in Sichem] i. vrbē seu locum sic appellatum, qui secundum Iosephum ad Iosue pertinebat. [& vocauit maiores natu ac principes] tribuum, [ac iudices & magistrōs, steteruntq; in conspectu dñi,] i. diuinæ maiestati deuotē se p̄sentauerunt, parati audire verbum Dei. Hos superiores specialiter cōuocauit, qm̄ ex eorū virtuosa cōuersatiōe ac bono regimine, p̄sp̄eritas, pax & salus populi cōmunis, magna ex parte p̄debat, cū Ecc̄ 10. scriptū sit: Secundū iudicē populi, sic & ministri eius. Hieremiasq; 10. dicit: Qm̄ stultē egerūt pastores, ideo om̄is grex eorū dispersatus est. Per quod maiores plati, principesq; ecclesiæ instruant specialē ac diligentiorē habere respectum ad suos officiatos, qualiter se habeāt, & an sua officia dignē & efficaciter p̄sequeant, quos & specialiter exhortari debēt, & si opus fuerit, increpare. [& ad populum] putā ad oēs simul tam maiores quā minores, [sic loquutus est] commemorādo eis diuersa bñficia Dei, vt per considerationē illorū accēderent Dei amore, & grati esse fatigerēt, atq; ad meliora prouocarentur. [Hæc dicit dominus: Trans fluium habitauerunt p̄ses vestri ab initio] generationis eorum, [& Thare pater Abrahā, & Nachor] pater ipsius Tharæ, [seruiertuntq; dijs alienis.] quādammodum.

Iose. libr. 7. ant. iud. ca. 4.

Gene. 11. legit: Thare pater Abraham, primò habitauit in Chaldaea, deinde cù filio suo Abraham & Loth, ex Chaldaea venit in Mesopotamiam, obiitq; ibidem. Itaq; verba ista dupliciter possunt exponi. Primò sic: Trans fluuiũ, i. vltra Euphraten q̄ inter Chaldaeos & terram promissionis decurrit, habitauerunt patres vestri. Secùdò sic: Trãs fluuium q̄ inter terram Chanaan & inter Mesopotamiã fluit, habitauerunt patres vestri. ibi tñ non habitauerunt ab initio, nec ibi moratus legitur Nachor pater Thare, nec Abraham alienis dijs seruiuit, & Nachor pater eius & Thare, vt dicunt Hebræi, saltè ad tẽpus. [Tuli ergo] i. exire feci, & ex eundi voluntatẽ infudi, Tuli inquam [Abrahã patrẽ vestrum de Mesopotamiẽ finibus, & adduxi eum in terrã Chanaan,] vt eam darẽ posteris eius. [Multiplicauitq; semẽ eius,] q̄ ex Agar genuit Ismaelẽ, & alios ex Cethura, quẽ ferẽ fuisse Agar. [& dedi ei Isaac,] supernaturaliter fecundãdo Sarã, non obstãte duplici causa suã sterilitatis, videlicet senectute & naturali infecunditate eius etiã in iuuetute. [Illi] videlicet Isaac [rursum dedi Iacob & Esau] ex rebecca, quã naturaliter exitit in fecũda. Porrò q̄ ait, Rursum, referẽdum ad verbum, dedi, non ad Isaac, q̄ vno concubitu genuit ambos filios suos. [E quibus] Esau dedi montẽ Seir ad possidẽdum, Ji. terrã Idumæorũ motosam donauit Esau & posteris eius. [Iacob verò & filij eius descenderunt in Aegyptũ] necessitate famis coacti & amore Ioseph. [Clamauerunt autẽ filij Israel ad dñm] ex timore, cùm post exitũ de Aegypto, vidissent Aegyptios se insequẽtes, [q̄ posuit tenebras inter vos & Aegyptios:] Nam angelus posuit nubẽ densã & tenebrosã ex vna parte inter Aegyptios & Hebræos, ita q̄ Aegyptij tota nocte nequibant Hebræos accedere, vt Exod. 13. legit: [& adduxit super eos mare, & operuit eos. Viderunt oculi vestri cuncta quã in Aegypto fecerim:] Non q̄ oẽs qbus Iosue ista locutus est, viderint mirabilia Dei in Aegypto, sed Eleazar, Iosue, Caleph & multi de tribu Leui, & q̄ in pueritia sua exierunt Aegyptũ, ita q̄ in prima numeratione populi numerati non erant, tñ in exitu suo rationis competes erãt. sed quò poterant isti omnia illa signa & plagas Aegyptiorũ videre, cũ habitaret seorsum in terra Gessen? Ad quòd aliqui dicerẽt, q̄ etiam in terra Gessen habitauerunt multi Aegyptij ibi plagati. Potest etiam dici, q̄ interiori visu ea viderunt. [& habitastis in solitudine multo tẽpore, & induxi vos in terram Amorrhæi, q̄ habitabat trans Iordanẽ:] Ji. in regiones Seon regis Amorrhæorum, & Og regis Basan. [Cumq; pugnarẽt contra vos, tradidi eos in manus vestras.] Vt legitur Numer. 21. Surrexit autẽ Balach filius Sefhor rex Moab, & pugnavit cõtra Israelẽ. [Non legitur alibi, q̄ Balach inijt pugnam corporalẽ contra filios Israel, sed in insidiatus est eis ac restitit, inducẽdo eos ad magna facinora ex suggestionẽ Balaam, ex cuius consilio misit ad filios Israel speciosas puellas. Hinc subdit: [Mistiq; & vocauit Balaam filiu Beor, vt malediceret vobis, mala vobis imprecando per incantatiões suas & carmina ac maleficia seu magicas artes, ex qbus, Deo permittẽte, fiunt alteratiões & obstupefactiões ac debilitatiões in hoibus. [& ego nolui audire eum.] i. à maledictiõẽ & eius effectu phibui immutãdo cor eius. ideo subdit: [sed e contrariò per illum benedixi vobis] tribus vicibus, prout Numerorum historia enarratur. Omnipotẽs etẽm Deus ad libitũ suum immutat hoim mẽtes, & quòcũq; voluerit, vertit eorũ voluntates, intẽtiones, pposita, ac verba disponit. [Trãstisq; Iordanẽ, & venistis ad Hiericho, pugnaerũtq; cõtra vos viri ciuitatis eius] Hiericho [Amorrhæus & Phereasus & c.] q̄ confluxerant in vrbe illam ad succurrẽdum eis aduersum vos, sicut in expositione supradicta patuit plenius. [Mistiq; ante vos crabrones] i. huiusmodi muscas pungitias, seu anxietatũ & solitudinum ac timorũ puncturas, vt supra expositũ est: [& eieci eos & c.] Nunc ergo timete dñm] timore casto & filiali, vel salẽ initiali, [& seruite ei corde perfectò atq; verissimo.] Multiplex est perfectio. Vna absoluta, & extra ac supra omne genus, quã soli cõpetit Deo. Alia in gñe, quã etiã multiplex est: Vna, qua mēs creata fertur in Deũ per cognitionẽ & dilectiõnẽ secundum extremũ posse suũ indefinẽter seu semper in actu, & hęc cõpetit sanctis in p̄sã. Alia, qua neo adheret per virtutes heroicã in hac vita, quẽ cõuenit personis in virtutibus cõsummatis. Alia, qua Deo adheret per euãgelicorũ obseruatiõnẽ cõsiliorũ. Alia, qua oia illa vitat, quẽ charitati cõtrarianã diuinã, obseruãdo cũcta p̄cepta, & hęc est perfectio sufficitiõis, de q̄ verbũ istud potest exponi. Porrò cor verissimũ est, in quo absq; admixtiõẽ falsitatis, vanitatis & iniquitatis, est veritas vitã, veritas iustitiã, veritasq; doctrinã. [& auferte deos qbus seruiert p̄sẽ v̄ri in Mesopotamia, & in Aegypto.] Non est verissimile q̄ filij Israel, qbus Iosue loquebat, habuerũt idola ad colendũ, q̄ iam tot & tãta in Dei virtute filia victoriosẽ egerũt, et si fortẽ aliqua idola reseruauerũt sibi occultè, potuit esse p̄pter preciositatẽ materiã. Idcirco quòd ait, auferte, potest exponi, Nolite admittẽre, neq; recipere: & si q̄ habetis, abijcite. sic & Iacob, conuocata omi domo sua: Auferte, inq̄, deos alienos. Veruntũ quã hęc scribitur. Potest dici, q̄ alij eorũ habuerũt idola, quẽ apportata fuerãt de Aegypto. Sed E. August. hoc reprobat, dicens: Non habebant adhuc simulacra gentium, cùm supra, obedientiã eorũ cõmendauerit Iosue: & si post tantas legis comminationes ea habuissent, nõ essent cõsecuti tot prospera. [& finatẽm malum vobis videt, vt dño seruiatis] propter difficultatẽ viã salutis, & arduitatẽ ac mul-

Gene. 16.
Gene. 25.
Gene. 21.
Gene. 25.

Gene. 32.
Gene. 28.
Gen. 46.
Gene. 47.
Exod. 14.
Ibidem.

Exod. 13.

Nume. 22.
Nume. 25.
Nũc. 22. 33.

Num. 22.
23. 24.

Iosue 6.

Gene. 35.
Aug. lib. 10.
sup. q̄st. 29.

propter ea quæ suo loco sunt recitata, videlicet in Iosue lib. vbi narrat, qualiter fœdus inter Deum ac populū renouauit. Quo factō, populū fecit abire: quod fuit per tēpus notabile ante apparitionē & increpationē Angeli nūc inducētā. Quæ autē sequunt, vsq; ad id, Oisq; illa gnatio, habentur Iosue vlt. & ibi exposita sunt. Verūm vbi nostra trāslatio cōtinet, q̄ Iosue sepultus est in Thamnathare, refert Lyra in Hebræo haberi tale nomē, quod interpretat̄, Thānathfolis: qm̄ dicunt Hebræi, super sepulchrū Iosue positā fuisse similitudinē solis pro memoriali, qd ad eius imperium fol stetit tam diu immobilis. Oisq; illa gnatio cōgregata est ad patres suos: Ji. defuncti, sicut & patres eorū: & animæ horum, q̄ boni fuerūt, aggregatæ fuerūt tēpore opportuno aīabus patrum electorū. Verūm qdam illorum adhuc vixerunt per tēpus magnum post ea quæ cōsequenter narrat, putā Othoniel primus iudex, & Phinees, ac alij qdam, q̄ tñ cōparationē aliorum paucissimi erant: circō in tanta pluralitate non cōputant̄, nec scriptura solet curare ut explicare numeri tēporisq; minutias. Deinde reditur ad historiæ ordinem. [Et surrexerunt] i. nati sunt & creuerunt alij, q̄ non nouerant dñm per fidem formatā & adualem scientiā, & opera quæ fecit cum Israel, Ji. magnalia quæ eis exhibuit in Aegypto, in mari rubro, in deserto, in terra Amorrhæorum & Chanaanæorum. [Feceruntq; filij Israel malum in cōspectu dñi, & seruiuerunt Baalim & Astaroth, Ji. simulacris & dijs idololatrarū, videlicet Baal, & deæ quæ Astaroth appellatur. Glosa autē per Baalim intelligit Iouem: per Astaroth seu (vt Septuaginta trāstulerūt) Astartē, Iunonē, quæ fuit soror & vxor Iouis incestuosi atq; adulteri, q̄ p̄prium patrē expulit regno, ac trucidare conatus est. [ac dimiserunt dñm Deum patrum suorum, q̄ eduxerat eos de terra Aegypti, & secuti sunt deos alienos, deos quoq; populorū, q̄ habitabāt in circuitu eorum, & adorauerunt eos: & ad iracundiā cōcitauerunt dñm, Ji. suis peccatis, p̄meruerūt, q̄ inuariabilis, dulcis & superertranquillissimus deus, rigorem iustitiæ in eis exercuit. Nec em̄ incōmutabilis Deus ad passionem aliquam potest moueri, q̄ Hierē. 7. fatetur: Nunq̄ me ad iracundiam prouocant̄ nōne semetip̄sos in cōfusione vultus sui: dimittentes eum, & seruientes Baal & Astaroth. Iratusq; dñs, Jper similitudinem effectus, non per cōmotionem affectus, i. iustam vltionem exercēs, [tradidit eos in manus diripientiū, Ji. gentiliū, q̄ bona Israëlitarum rapuerunt, eosq; pro parte interfecerunt. [q̄ ceperunt eos, & vēdiderunt hostib; q̄ habitabāt per gyrum, nec potuerunt resistere aduersarijs suis: sed quōcūq; pergere voluissent, manus dñi super eos erat, sicut locutus est, & iurauit eis, & vē hemeter afflicti sunt. JDeniq; in isto cap. summarē & in cōmuni breuiter recitat, quod in sequētibus cap. in speciali p̄sequitur. [Suscitauitq; dñs iudices, q̄ liberarēt eos de vastantiū manibus. Ji. aliquibus viris electis grām, sapientiā, & virtutes fortitudinēq; cōcessit ad exhortandū, dirigendū, ac eripiendū errantes, afflictos & captos. [Sed nec illos audire voluerunt, JVerūm vt in processu patebit, interdum qdam, imō multi Hebræorū obtēperauerunt iudicibus: multi verō non obtēperauerunt, de quibus subiungit: fornicantes cum dijs alienis, Ji. per mentis auersionem idololatriā exercentes. & quis om̄e mortale p̄cātū sit fornicatio spūalis, hoc est, auersio mētis creatæ a sp̄so caelesti, & cōstupratio eius interior a diabolo, specialiter tñ & maximē idololatria, iuxta illud Ose. 4. Fornicati sunt a Deo suo, iuxtaq; illud Psal. 72. Perdidiisti oēs q̄ fornicant abs te. [& adorantes eos. Citō deseruerunt viam, per quam ingressi fuerant patres eorum. Ji. obseruantiam legis diuinæ, per quam patres eorum tendebāt ad finem felicem. [Et audietes mādā dñi, oīa fecerunt cōtraria. J & ita non habuerunt excusationē de ignorantia, sed peccauerūt ex deliberatione & certa scientia. Vnde p̄batur, qd & tunc fuerūt inter eos alij boni, proponētēs eis verbum salutis ac diuinā p̄cepta. [Cumq; dñs suscitaret iudices in diebus eorum, flebatur misericordia: Ji. ex p̄pria & cōnaturali sibi pietate, post effectus suæ rigorosæ iustitiæ, impendebat p̄nitentib; effectus & operā suæ clemētiæ: imō & non p̄nitētēs frequēt gratiosē p̄uenit, & p̄nitētēs effecit, quos tñ cōmuniter per aduersā reduxit ad cor, & per vexationē eis tribuit intellectum, ideo subdit: [Et audiebat afflictorum gemitus, J eis misericorditer ignoscendo ac piē subueniendo. Propter eā sequitur: [& liberabat eos de cæde vastantium Ji. de læsiōe & oppressiōe aduersariorum suorum. [Postq̄ autē mortuus esset iudex, reuertebant̄ ad pristina vitia, [& multo faciebant maiora, Ji. peiora q̄ fecerāt patres eorum, sequētēs deos alienos, seruiētēsq; eis, & adorantes eos. JIsta non sunt intelligēda per oīa de eisdē numero. Loquit̄ em̄ scriptura de toto populo illo quasi de vno seu eisdē. Sed diuersa ad diuersos fuit referenda. Nec oēs fecerūt huiusmodi mala, sed multi. [Nō dimiserūt adiuuentiōes suas] i. excogitatas malitias, [& viā durissimā, Ji. obstinatā prauitatē, p̄sertim idololatriā, q̄ ad aeternā ducit amaritudinē, p̄ quā ambulare cōstueuerant. J Vnde Hierē. 2. ait: Vide, inqens, q̄a malū & amarū est, te reliq̄sse dñm Deū tuū, & nō esse timorē eius apud te. In cultu etiā idolorum sunt alij actus laboriosi & duri. Utriusq; est furor dñi in Israel, & ait dñs: [Quia irritū fecit gens ista pactū meū, Ji. fœdus amicitia violauit, [quod pepigi cū p̄ribus eorum, & vocē meā contēp̄sit audire, Ji. legē meā trāsgressa est. Loquit̄ autē dñs de impijs illis p̄sal. 108. asp̄rnat̄er, dicēdo, Gens ista, ex zelo iustitiæ, iuxta illud: Sp̄reuiti oēs discēdentes ad iustitijs tuis. [Et

non habet, & Astaroth.

Ex ego non delebo gentes quas dimisit Iosue, Ji. non subijciā eas filijs Israel vitiosis, nec de terra ista eas oīnd expellam, [vt in ip̄is experiar Israel, Ji. per infideles hos faciam alios experiri ac noscēre de Israelitica plebe, [vtrum custodiant viam dñi, & ambulent in ea, J. I. legem meam obseruent. Et loquit̄ Deus de seip̄so quasi de alio, sicut custodierunt patres eorum, an non. J Nemp̄ per hoc qd filij Israel auerterunt se a familiaritate ac vitijs & idololatria illorum gentiliū, atque ex cōsequente eis p̄ualuerunt ad dñābantur, per experientiam innotuit cunctis, qd in via Dei ambulauerunt, & Deo fideles erant: per hoc autē qd cōmunicauerunt infidelibus illis in idololatria, connubijs, societate ac vitijs, & ex cōsequenti superabatur ab illis, experimētaliter patuit, qd circa Deum verum malē & infideliter se habebant. [Dimisit ergo dñs oēs has nationes Ji. quōsdam ex omnibus illis, puta ex Chanaanais, Pherezeis, Iebusais, Philistais, &c. [Et citō subuertēre noluit] eas in toto, [nec tradidit in manus Iosue] propter causam prætactam, cuius rei & aliæ causæ fuerunt, vt in expositione Iosue dictum est, & infra tangetur.

Art. 4.

Vixta mysticum sensum, multa ex p̄senti edocemur cap. Siquidē ex eius exordio innotescit, qd vnus actuum angelorum sanctorum circa hoīes, p̄sertim circa sibi commissos, sit, eosdem piē & charitatiuē suē forinsecus suē interitis increpare, & beneficia Dei eis ad memoriā reuocare: ea quoq; improperare ingratis, & ip̄os sic ad contritionē, fletum & emendationē inducere, inobedientib; etiam comminari. Kursus constat ex his, qd hoīes angelicis inspirationibus non acquiescendo, merētur eorum directionē priuari: sicq; ab ip̄is relicti, grauius ruunt. Non tñ ex toto relinquunt ab ip̄is durante hac vita. Iterūm elucescit ex introductis, qd optimus modus, puocandi aliquem ad meliora, sit, ei diuina beneficia cōmemorare, & suam ingratitudinē demōstrare, atq; futura & eminentia cōminari aduersa, p̄sertim æterna illa Acherontis tormenta. Studeamus ergo angelicis ac virtuosis inspirationibus obedire: vereamur angelos sanctos animarū nostrarum custodes cōtendere: beneficia nobis per Christum exhibita, assidū recolamus: qualiter de Aegypto, i. vitiorum caligine, & de præsenti seculo nequam nos eduxit, atq; in terram & regnum, imō in cælum militantis ecclesiæ introduxit regnum quoq; promisit triumphantis ecclesiæ, ita duntaxat, vt non feriamus fœdus cum habitatoribus terræ, i. carnalib; & iniquis non sentiamus hominibus in rebus illicitis: [& aras eorum subuertamus] i. eorum sacrilegia, abusiones & superstitiones vitemus, soli dño fideliter seruientes. J Insuper exemplo filiorum Israel, ex increpationibus angelorum ac prælatorum, imō quorumlibet deuotorum, intimē compungamur, pœnitēamur, inflammemur, ita vt eleuata voce abundanter, salubriterq; ploremus: & hostias domino immolemus, cui spūs contribulatus est sacrificium gratum: hostiam (inquam) satisfaciōis, & obseruantiam p̄ceptorum: quia sacrificium salutare est, attendere in mandatis: hostiam quoq; laudis & gratiarum actionis, sed & corpora nostra sic castigemus, vt iuxta apostolica documenta, exhibeamus ea Deo hostiam viuam, sanctam ac placitam. [seruiueruntq; filij Israel dño cunctis diebus Iosue, Ji. q̄ diu præsuit eis. Sic & discipuli Christi, quādiu cum eis fuit dñs Iesus, dño seruiuerunt. Propter quod dixit Ioan. 17. Cūm essem cum eis, ego seruabam eos. [& seniores qui longo post eum vixerunt tēpore. J Per seniores illos, intelliguntur S. Apostoli & eorum cooperatores, primi illi discipuli ac apostolici viri, qui post Christi ascensionem longo tempore in seculo isto vixerunt, sub quorum regimine Christiani veri Israelitæ Deo feruentissimē seruiuerunt. Ex quibus probatur, qd fructuosus, necessariusq; cōsistat subditis bonus prælatus: quia fecundum iudicem populi, sic & eius ministri. Et qualis est rector ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. [Omnisq; gnatio illa cōgregata est ad patres suos, J qm̄ sanctis patriarchis ac prophetis in cælesti sunt thono coniuncti. [& surrexerunt alij qui non nouerunt dñm, & opera quæ fecit cum Israel, feceruntq; malum in conspectu dñi. J Hi alij, sunt hæretici, schismatici, & oēs ingrati ac reprobi Christiani, qui Deum incarnatum & eius beneficia non agnoscunt vera & salutari notitia: quia etsi dicant se ea cognoscere, atñ factis negant, tam vitiosē agentes in conspectu altissimi, quasi Deus non sit inspektor & iudex actuum humanorum. J Denique seruiunt dijs alienis, i. idolis & simulacris suis, putantes aurum robur suum, & obrizo dicentes, fiducia mea. Etem ea quæ maximē diligunt, quæruunt, colunt, exercent, hæc sunt dij eorum. Superborum nanque & ambitiosorum deus, est honor, prælatio, dignitas, & quicquid huiusmodi est: cupidorū deus est, nummus: luxuriosorum, caro immunda seu fœda voluptas: gulozorūq; venter. Sic sanctis prælatis & virtuosis rectoribus sublati, cœpit ecclesia tepere, deformari, corruiere: & tam inuisibilibus, q̄ visibilibus hostibus, Turcis, Saracenis, Tartaris, ac alijs frequenter est tradita: nunquā tamen in toto à domino derelicta, imō frequenter suscitauit ei iudices virtuosos, præsules sanctos, reges & imperatores verē fideles ac strenuos, & alios viros egregios, per quos sæpē subuenit & reformauit ecclesiam, & hostes eius diecit. Nihilominus postea denuō redierunt multoties Christiani ad pristina, imō & grauiora facinora, qui cursus sua vicissitudine durauit vsq; in præsens.

psal. 50. Eccl. 35. Rom. 12. phil. 4. Heb. 13.

Eccl. 10.

Tit. 1. Iob. 31.

Postre

¶ Postremò, quem admodùm Deus in infidelibus illis experiebatur Israellem, an viam domini veraciter custodiret: ita in nouo testamento permittit esse hæreticos, Sarracenos, aliosque infideles, vt in eis experiatur populum Christianum, an verè sit Christifidelis, efficaciter dissentièdo, aut etiam repugnando illis iniquis vsque ad sanguinem. Propter quòd ait Apostolus: Oportet hereses esse, vt & qui probati sunt, manifesti fiant in vobis. Hinc dixit Gregorius: Abel esse re-nuit, quem Cain malitia non exercet.

Gregorius

¶ Elucidatio literalis cap. 3. Hæ sunt gentes quas dominus dereliquit.

Articulus. 5.

Judic. 1.

NVnc in speciali incipit auctor describere tribulationes, seruitutes & oppressiones filiorum Israel ab aduersarijs suis: quæ septè fuerunt, quarum iam prima describitur. Aliqua tamen præmittuntur, continuando & declarando materiam. Dicitur est nanque in fine præcedentis capituli, quòd dominus non deleuerit aduersarios Hebræorum ex toto, propter ipsorum Hebræorum demerita. Nunc ergo exprimuntur aduersarij illi in speciali, & plures causæ adduntur, cur dominus eos dimisit. [Hæ sunt gentes] quæ paulò post nominabuntur, [quas dominus dereliquit] superstitis in terra Israelitis promissa, [vt erudiret in eis] id est, per eas seu per earum impugnationes & repugnationes [Israellem] id est, Israeliticam plebem tunc existentè, eorumque posteror, de quibus subiungitur: & omnes qui non nouerant bella Chananzorum, [q] erant acres & periti in arte pugnandi. Vndè Deuter. 7. legitur, quòd nullus antèa poterat eis resistere. [vt postea] discerent filij eorum certare cum hostibus, & habere consuetudinem præliandi: id est, tam ipsi quàm eorum posteritas, fierent exercitati, prompti, ac docti ad pugnam, in qua armaximè valet, & armorum peritia plùs quàm corporum fortitudo, cum in libro de re militari dicat Vegetius, quòd multitudo imperita in arte bellica, nec benè disposita, nõ sit nisi hostium victima. De qua re plenius scribit Aegidius libro de regimine principum. Vndè & scriptum est Eccès 9. Melior est sapientia quàm vires. Veruntamè scilicet hic loquitur Augustinus, Bellum non est per se appetibile: sed pax, ad quam ordinadum est bellum. Sed quoniam tempore illo cultus Dei non vigeat communitè nisi in vno Israelitico populo, in medio Gentilium commorante, quem nouerat dominus à Gentilibus assidue & acriter impugnandus: voluit dominus, vt populus suus exercitaretur ad pugnam, non tamen ad crudelitatem. Vndè super illud, Vt discerent filij eorum certare cum hostibus, Augustinus disseruit, id est, vt tanta pietate & obedientia legis pugnaret, quanta patres eorum, qui & bellando placuerant: ne non quòd optandum sit bellum, sed quia pietas laudabilis est in bello. Hæc est alia causa, cur dominus gentes illas dimisit, quàm illa, quæ in fine præcedentis cap. tacta est. [Quinq;] satrapas Philistinorum, [non solum] reliquit satrapas illos, sed & Philistæos eis subiectos. Porro Satrapa dicitur, quasi satis sapiens, vel quasi satis paratus: & erant hi satrapæ, quasi parui reges seu reguli & principes quinq; principatum ciuitatum Philistij, putà Azoti, Gaza, Acalonis, Geth, & Accaron. [Omnesq;] Chananzæ & Sidoniam atque Euaum, In quibus verbis ponitur singulare pro plurali. [q] habitabat in monte Libano, id est, locis & oppidis illis montanis, [de monte] Bahal, Hermon, vsq; ad introitum Emath. id est, Antiochie. [Dimisitq;] eos, vt in ipsis experiretur Israellem, vtrum audiret mandata domini, quæ præceperat patribus eorum per manum Moysi, an non. Illa est alia causa, & istud in fine præcedentis cap. est elucidatum. Augustinus quoq; & Glossa super hoc verbum, experiretur, dicunt: Non vt Deus omnium cognitor, etiam futurorum, agnosceret, sed vt ipsi met scirent, & propria conscientia glorificarentur aut conuincerentur. ¶ Insuper fuit & alia causa, cur Deus non eiecit nec deleuit Gêtes illas totaliter & repètè, ne scilicet terra illa pro magna parte maneret diu non habitata, sicq; in solitudinem redigeretur, & bestia crescerent contra filios Israel. Hinc Deut. 7. dixerat dominus: Paulatim eiciam eos, ne crescant contra te bestia & c. Non enim erat tanta filiorum Israel multitudo, q̄ poterat in principio sui ingressus tantà terrà satis populari & occupare ac colere, nec Deus vult oia supernaturaliter operari. [Itaq;] filij Israel habitauerunt in medio Chananzæ, Ethæi, & Amorhæi, & Pherezæi, & Heuæi, & Iebusæi, & duxerunt vxores filias eorū, ipsiq; filij Israel filias suas filijs eorum. Chananzorum tradiderunt vxores, simul miscentes conubia. Quod fuit filijs Israel in lege frequenter prohibitum, nec inter illos videtur matrimoniu verum fuisse, cum dispar cultus impediât matrimonium contrahendū, dirimatq; contractum. Propter quòd tempore Esdræ abiniciem separabantur taliter coniugati: nisi forte dicatur, q̄ isti Israelitæ fuerunt idololatræ, sicut & Chananzæ. Nam subditur: Et seruiertur dijs eorū. Erant eq̄dem ad idololatriam valdè proni. Fornicæ quoq; blâditæ alliciebant animos maritorū, nolentium suâ cõtristare delicias. Sed & cõuictus ille, & familiaritas tâta, mutuaq; cõiunia, eos faciliter ad idololatriam pertrahabant. Idcirco Deus per Moysen prohibuit filijs Israel cum Chananzæ inire cõiugia: quosq; p̄dixit, q̄ per conubia talia ad idololatriam laberentur. Nam & Salomon tali erat occasione veneratus idola. [Feceruntq;] malum in conspectu domini, & oblitæ sunt dñi Dei sui.]

Augustinus

Augustinus

22. q. 5. ca. 5.

Remittitur

¶ Per scientes

Augustinus

Vn-

Vndè & Iosephus: Conuerterunt se, inqt, ad agriculturâ, & ad diuitias dando se, per epulas atq; libidinè imbelles effecti, in cõuersatione legis integri nõ fuerunt. [seruiètes Baalim & Astaroth. Iratusq;] dñs contra Israellem, tradidit eos in manus Chusanrasathaim regis Mesopotamiæ. I. ab illo rege permittit eos impugnari ac superari. Quæ admodū aut Aquilegia dicit, quasi aq̄ ligata, q̄ in medio iacet aquarū: sic Mesopotamia dicit à μέσος quod est mediū, & πόντος, quod est fluuius, q̄ in medio duorū sita est fluminū. Est aut Mesopotamia pars Syriæ. [seruierturq;] ei octo annis, [dando] tributa, seu exhibèdo dura obsequia. [Et clamauerunt ad dominū,] vexatione dante eis intellectum, q̄ pro suis excessibus talia paterent. [Qui] fuscitauit J. gratiosè concessit eis saluatorè, & liberauit eos, Othoniel videlicet filiu Cenez, fratè Caleb minorè q̄ Axam filiam Caleph habuit contoralè. De isto Othoniele dictum est plenius Iosua 15. Hinc etiã constat, q̄ filij Israel nimis citò ad idololatriã sunt prolapsi, cum & Othoniel terrã promissionis ingressus sit. Fuit aut Othoniel saluator & liberator Israelis solū ministerialis, & à tribulatione temporalis, immo & à malis culpæ eos retraxit, ac in via legis direxit. Propterea subdit: [Fuitq;] in eo spūs dñi, J. i. autoritas, virtus & gr̄a spūs sancti. [Et iudicauit Israel,] dirigèdo, hortàdo ac discernendo. Hunc Othoniel Iosephus vocat Cenez, quasi æquiuocum suo patri, i. eodè nomine æquocè nūcupatū. [Egressusq;] est ad pugnã cum aliquibus de populo Israel, [Cõtra regē] præfatum. Et qm̄ erat de tribu Iuda, sicut & Caleph, pbabile est, q̄ filij Iudæ ierunt secum ad prælium. [Et tradidit] dñs in manus eius Chusanrasathaim regem Syriæ: J. Mesopotamiæ, in quo patet magna gnitudo pietatis diuinæ, q̄ tã citò subuenit filijs Israel, q̄ tã enormiter excefferunt. [Et oppressit] eum. Quieuitq; terra quadraginta annis. J. filij Israel in terra sua deceterò tã diu pacificè habitauerunt, & benè vixisse credunt sub iudice illo. Et in hoc quoq; innotescit dulcedo diuinæ clemetiæ, q̄ post tã breuè in quietudinè, cõtulit per vnũ virum iustum toti populo tam longam quietè. Videt p̄terea Glossa sentire, q̄ tã tẽpore seruiertur Baalim & Astaroth, quãto tempore seruiertur regi Mesopotamiæ, s. octo annis. Itaq; dñs contèperauit & adæquauit in hoc pœnam culpæ, quãtũ ad tẽpus. Et sumpsit hoc Glossa ex Origene. Imò trãslatio Septuaginta interpretum cõtinet sic: Quãto, inquit, tẽpore seruiertur Baalim, tãto tẽpore seruiertur Cusanrasathaim. Postremò, in hoc tẽpore getis, q̄ dicit 80. annis durasse, includunt octo anni seruitutis: quod similitè intelligèdũ est in sequètib; ubi numerus annorū getis taxat, in quo anni seruitutis cõprehendunt secundũ expositores. Et idè in Scholast. habet histo. Nec aliter posset saluari historia ista, eo q̄ 3. Reg. 6. determinet, quoto tẽpore ab exitu Israel de Aegypto, cœperit Salomon templũ ædificare, i. 480. anno, q̄ anni cõputant pro magna parte per tẽpora Iudicũ, & multo plures anni fuissent, nisi (vt tactũ est) anni seruitutis, sub annis getis includerent. [Et mortuus est] Othoniel filius Cenez, ætate gradæ usq; virtutibus plenus. Circa quod tempus Dionysius Liber, pater vnus deorum gentilium, natus est ex filia regis, qui regnauit in Thebis.

Iose. libr. 5. ant. iu. ca. 7.

De pcc. di. 12 ca. Vide.

Esa. 28.

Iose. 5. an. iud. ca. 7.

Pet. Co. h. iudic. ca. 6.

De intelligentia huius Cap. 3. spirituali. Art. 6.

Omnia in populo illo Israelitico figuratè gesta sunt: idcirco q̄ deus reliquit in terra promissionis gentes idololatræ, vt erudiret in eis Israellem, quatenus disceret bella Chananzorum, cõsuetudinemq; haberet pugnandi: qd aliud figurauit, nisi q̄ populum Christianum vult esse exercitatũ, peritũ & promptũ ad spiritalia cõtra inuisibiles hostes certamina, & contra aciè vitiorũ, imò & cõtra hostes fidèi Chriane visibiles, & cõtra Reipub. inimicos, quos oēs inter Chrii fideles venire permittit, vt in eis erudiat Chrianos ad huiusmodi plia virtuosã. Indigent igit Chriani gr̄a discretiõis spiritũ, fortitudinis dono, & omni armorũ spũali apparatu, quæ admodũ ad Ephe. 6. hortat Apostolus: Accipite armaturã Dei, vt possitis resistere in die malo, & in oibus sumètes scutũ fidei, & galeã salutis assumite, & gladius spūs, quod est verbũ Dei, orãtes omni tempore in spũ. Eccè qd ad vnũquẽq; nrm pertineat, qualiter debeamus iugiter supra custodiã nostrã stare, & cõtra aduersarios nræ salutis pugnare, q̄ per satrapas Philistinorũ & ceteras gentes incredulas designant. Possunt quoq; per qnq; satrapas, intelligi qnq; sensus exteriores, q̄ satis rapitè oblectamèti in suis obiectis cõtra imperiũ ronis, & mētis dñari conant. Cõtra quorũ abusum pugnare tenemur, q̄ per hoc dñs experit, q̄ madata ei obedièter audimus. ¶ Insuper sicut filij Israel ex societate & cõuictu Chananzorũ, ad pphana cõnubia, deinde ad idololatriã sunt dilapsi, ac deũ verũ oblitũ, & igratissimi facti: sic religiosi claustra sua egredièdo, & inter seculares manèdo, vefcèdo ac cõuersando, ad diuersa ac grauia vitia deuoluunt, mète infrigidant: nec solũ spiritalis, sed & carnales interdũ fornicatiões noscunt sceleratissimè nimis incidere. Vitan da ergo sunt eis omnia ista, quãtũ fieri potest: in cuius rei figurã, Deus phibuit Israeliticæ plebi societate & cõuictũ Chananzorũ. ¶ Ampliũ, sicut filij Israel cõtra Deũ superbè erecti, à rege Syriæ sunt oppressi, humiliati, & villi seruituti subiecti: ita q̄ se in cornibus extollũt superbiq; & de seculari aut spiritali præsidètia intumescũt, relinquuntã dño, & ei q̄ est rex super oēs superbiq; filios, Job 41. mox

Iose. 5. an. iud. ca. 7.

Abacuc. 2.

Job 41. mox

Job 41. Eccl 10. Luc. 6.

mox subdunt, atq; vilissimæ seruitutis iugo premunt. Interdū quoq; humiliant in vita p̄senti à visibilibus inimicis, aut certè viris iustis. Sigdem sedes ductū superborū destruxit Deus, & federe fecit mites pro eis, q; deponit potentes de sede, humilesq; exaltat. [Et clamauerunt ad dñm.] Sic & nos in om̄inecessitate, tribulatiōe, angustia, non celsimus toto affectu clamare ad dñm, vt succurrat, eripiat & cōseruet nos: imò & anteq̄ iuste affligamur, p̄ nris iniquitatibus, penitente, & veniā obrinere nitamur. Discamus quoq; exemplo filiorū Israel dñm efficaciter exorare, vt iudicem suscitet nobis, i. flatū nobis donet idoneū, & p̄dicatōrē cōdignū, cui directioni, increpatiōi, iudicio, cum omni ḡfarum actione iugiter acquiescamus. Præterea, sicut Othoniel processit ad pugnam cōtra aduersarios populi, cui præerat ipse: sic om̄is q; præest, satagat pro grege sibi cōmissio efficaciter præliari, orādo, exemplariter cōuersando, docēdo, & omni modo sibi possibili subditorum procurādo salutē. Postremò, per Othoniel intelligi potest Christus verus saluator, quē pater misit in redēptionē Israelitarū & gētiū vniuersarū, de quo Esa. 11. prædixit: Requiescet super eum spūs dñi, & iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquate pro m̄fuetis. Rursus, per Othoniel potest bonus prælatus seu ḡcunq; iustus iudex ac princeps signari, q; bonum Reipub. toto exquirat corde, & illud tuetur, ac pro ereptione plebis sibi cōmissæ, omni qua potest virtute laborat. Origenes demū, per Othoniel, intelligit triumphatīs ecclesie angelum sanctum, ad custodiā & subuentionē hominū desuper missum. & super illud, [Mortuus est Othoniel,] ait: Quare defunctus est? Quia iam indignus erat populus habere iudicē talem, i. tam bonum. Nā & eo defuncto, vt subdit scriptura, adiecerūt filij Israel facere malū. Super illud quoq; Quāto tempore seruiuerunt Baalim, quod in Septuaginta habetur, disseruit: Discē d̄ tu qui peccasti, tanto tēpore te humiliare, penitere & fati facere corā Deo, quanto tēpore te errasse & peccasse cognoscis: non expectes vt humiliet te aduersarius, & necessitas penitentia inuito extorqueat, sed penitendo præueni manus illius: quia si te tuip̄se correxeris, pius est dominus qui vindictam suam temperet ei, qui penitendo illam præuenit. Tu ergo in confessione præoccupata faciem iudicis summi, & veniam consequeris.

Origenes

Biblia ple- raque alia hic cōtinu- ant ca. ter- tium.

Origenes

Eusebius

Origenes

¶ Elucidatio cap. 4. Addiderūt autē filij Israel facere malū in conspectu dñi. Art. 7. Mōdō describit secūda filiorū Israel oppressio generalis in terra p̄missionis. [Addiderūt autē filij Israel facere malū in cōspectu dñi] om̄ia intuetis, in quo patet magna eorū p̄nitentia ad peccādū, qm̄ Othoniel mortuo, statim redierūt ad solita crimina. Porro malū quod facere p̄sumperunt, fuit p̄cipue idololatria. Et ponit h̄c malū, pro malorū (i. culpārum) cōgerie, qm̄ multa atq; enormia patrabant facinorā. [Qui cōfortauit aduersus eos Eglon regē Moab, q̄ fecerūt malum in cōspectu eius.] Circa quod loquitur Origenes: Nostri vitij vires hostiū augētur ac nutriuntur, i. vitiorū nostrorū demeritis, Deus auxiliū suum abstrahit nobis, & hostes cōfortat, sua lereq; facit, imò & facit. [Et copulauit ei filios Ammō & Amalech,] i. permisit, aut etiā instigauit Ammonitas ac Amalechitas ad auxiliādum Moabitibus. Amalechitæ autē erāt valde atroces Israelis hostes ab eo tēpore, quo sub Mose cæsi fuerunt à Iosue. Circa hoc queri possent: Si Deus confortauit Moabitas cōtra Hebræos & Ammonitas, Amalechitasq; instigauit, vt ferrēt auxiliū regi Moab, ergo nō peccauerunt Israelē vastādo. Et r̄ndendū, q̄ potestas hostiū fuit à Deo, nō autem potestatis abusus. Deus quoq; cōfortauit & instigauit illos ad inuadēdum Hebræos, ad puniēdum Hebræorū peccata, in quātum illa punitio fiebat iusto iudicio. Sed illi nō prosequēbātur cōfortationē, instigationemq; illā ea intētionē, nec iusto iudicio, sed ex crudelitate, cupiditate & odio. Sic per Hieremiā & Ezechielē Deus frequēter testatus est, se cōuocare & cōfortare regē Babylonis aduersus Hierusalē ac ceteras nationes, sicut de hoc super prophetas plenitū scripsit. [Abijtq;] Eglon cū auxiliarijs suis, recedēdo de terra sua ad terrā Israelitarū. [Et percussit Israel,] occidēdo multos Hebræos, & possedit vrbē palmarū, i. Hiericho, quæ tñ (vt patuit) nondum fuit reedificata. Sed vt in ecclesiastica fertur historia, Fecit sibi domū in loco quo antea Hiericho stetit: quod, vt reor, fecit in contēptum Israel, eo q̄ post transitū Iordanis, filij Israel primò vrbē illā obtinuerūt ac destruxerunt, & terrā circūiacentē possedit rex Eglon. [Seruiueruntq; filij Israel Eglon regi Moab decē & octo annis,] soluedo tributa, & exhibēdo dura obsequia, vt moris est v̄ctis. Et videt Origenes sentire, q̄ tot annis seruiuerunt vitij iam p̄fatis, idcirco tot annis p̄nā luerūt. nā ait: Certū est, secundū modū peccati, cōuersiōisq; dilationē, castigatiōis tēpora terminari seu diffiniri. [Et postea clamauerūt ad dñm,] i. de suis peccatis penitētes, veniā & auxiliū petierūt à Deo, vidētes sibi idolorū cultum obesse, nō prodesse. Et mirum q̄ infra tot annos nō clamauerunt ad dñm, sed post eos: quo cōstat, q̄ ex cæcitate erāt & indurati, p̄pter quod accerrima disciplina indigerūt. [qui suscitauit eis saluatōrē, vocabulo Ahud, filij Gerā filij Lemini.] per Lemini qdam intelligit Beniamin, qdā aliq̄ vilē & malitosum de Beniamin tribu. Vndē magister in historijs scribit: Lemini qdam dicit fuisse quēdā vilē de Beniamin, qui postea suis legit ob ignominia suā spē inproperatus. Vndē 1. Reg. 2. 2. habet: Audite me filij Lemini.

He-

Hebræi verò tradunt hunc fuisse Beniamin, & per apharesim, i. talē figurā, vbi nos ponimus, Lemini, ponit Iamin, quod sonat dextrariū vel dextralē. Beniamin autē, filius dexterae interpretat̄. [Qui vtraq; manu pro dextera vtebat.] q̄ tā promptē ac potētē vtebat sinistra, vt dextera, imò & fortius, secundū Hebræos, p̄pter quod dicunt, q̄ fuit debilis dextera manu, nō simpliciter, sed cōparatiuē. Et em̄ solēt in sinistra vsū esse potētiores. Septuaginta tñ, ambidexterū transulerūt. [Misertiq; filij Israel per illū mūnera] i. tributa, aut etiā quēdā iocalia aut encaenia ad impetrādum clementiā regi Moab. Qui Ahud fecit sibi gladiū accipitē, i. in sem ab vtraq; parte acutū fecit sibi parari, & habentē in medio capulū, i. manubriū [longitudinis palmæ manus,] i. videlicet breue, vt minūs cōsideraret. & accinctus est eo subter sagū, i. infra palliū militare forme q̄dratā, [in dextero femore.] q̄ sic sibi magis cōueniebat, si erat fortior in sinistra, quē ad modū fortiores in dextera, suspēdunt ensem suum in sinistro latere. Porro si in vsū vtriusq; manus fuit æquē robustus, dici potest q̄ ideo gladiū in dextero posuit femore, vt minūs notaret ense accinctus, & eū improuisus posset extrahere. Sic & 2. Reg. 20. legit Iosab vestitus tunica stricta, & desuper accinctus gladio depēdētē vsq; ad ilia & c. Ex his apparet, q̄ Ahud intēdebat, si posset, mittere manū in Eglon. [Obtulitq; miera Eglon regi.] i. p̄sentauit & dedit ei ex parte filiorū Israel. [Erat autē Eglon crassus nimis.] Septuaginta trāstulerūt, Erat Eglon exilis valde, quod (secundū August. intelligēdū est à cōtrario sensu, seu per antiphrasin, secundū quod mōs dicit à mouēdo, & lucus à lucēdo. Et 4. Re. 21. Bndixit Naboth Deo & regi, i. male dixit. [Cūq; obtulisset regi mūnera,] p̄secutus est focios q̄ cū eo venerāt, i. cū focijs sui itineris Israelitis redijt vsq; ad Galgalā. [Et reuersus de Galgalis vbi erāt idola.] Eglon q̄ppe posuerat deos suos seu eorum simulacra in galgalis, in contēptū & irrisiōnē filiorū Israel, q̄ locū illū reputabāt specialiter sanctū: qm̄ trāstio Iordane, fixerūt ibi tabernaculū Dei cū arca, celebrauerūtq; pascha, & circūcili fuerunt ibidē. Quē ad modū Adrianus imperator in Chriane religiois cōtēptum, statuit simulacra Veneris atq; Adonidis in loco vbi natus est Chrs: Antiochus quoq; statuā Iouis in tēplo dei in Hierosolymis, vt 1. Machab. 1. describit. Itaq; Ahud viso tanto sacri loci contēptu, zelo Dei accessus, ad Eglon mox redijt, & dixit ad regē: Verbiū secretum habeo ad te d̄ rex. i. occultū & mysterialē quid habeo tibi insinuate sermone aut facto. Dicuntq; aliqui, q̄ verbum accipit h̄c pro facto, secundum quod 4. Reg. 20. loquitur Ezechias: Non fuit verbum in domo mea, quod nō ostēderim eis. [Et ille] i. rex imperauit silentium: & vt esset maior opportunitas audiēdi verbum secretum, iussit assistentes exire. ideo subditur: Egressisq; omnibus q̄ circa eum erāt, ingressus est Ahud ad eum, [i. propius accedēdo.] Sedebat autē in æstiuo cœnaculo solus, i. post aliorum egressum. [Dixitq; Ahud: Verbum dñi habeo ad te.] Et sumit h̄c verbum p̄ somnio seu visione, secundū Petri Comestorē, vt sit sensus, Reuelationē ex parte Dei tibi habeo indicare. quo audito, rex quasi ad reuerentiā reuelantis Dei surrexit, sicut subiungit: [Qui statim surrexit de throno.] i. sede regali. Aliqui dicunt, q̄ nō oporteat in his excusare ipsum Ahud de mēdacio, p̄sertim q̄ mendacium istud fuit officiosum, s̄ ad liberationē filiorum Israel ordinatum, nec Ahud cōmendat de isto mēdacio, sed de zelo Dei & pietate ad populum suum: quē ad modū Judith & obstriceres non de suis mēdacijs, sed & de pietate & solitudine pro populi & infantum Israel liberatione laudant. Augu. verò & Glossa ac alij multi dicunt, q̄ Ahud nō mentiebat in his, q̄ secretū opus & occultum sermonē habebat ad regem, qm̄ ex diuina inspiratione dixit & fecit ista: immo secundum Augustinum, Deus p̄cepit ei hæc facere, quē populo suo suscitauit in saluatorem. Et istud melius sonat. [Extenditq; Ahud sinistram manum, & tulit] i. extraxit [sicam de dextero femore suo.] Sica vocat gladius breuis. Vndē in Actibus Apostolorum imponitur Paulo, q̄ educerit in desertum quatuor millia virorum ficariorum, q̄ s. talibus gladijs vtebantur. [Infixitq; eam in ventrem eius tam validē, vt capulus] i. manubrium ferreum, [sequeretur in vulnere] i. sicq; & capulus videtur ventrem intrasse. [atq; pinguisimo adipe stringeretur, nec eduxit gladium,] sed ita vt percussisset, reliquit in corpore: qm̄ properauit recedere, atque vt ministri regis, viso tam horribili ḡne mortis proprii regis, grauius terrerētur. Licuit autē huic Ahud, ita circūuenire & occidere regē, tanquam publicum plebis Dei tyrannum, & sicut licuit in prælijs iustis vsi in fidijs. [Statimq; per secreta naturæ alij stercora proruperunt,] sicut in mortibus tam violentis & repentinis fieri solet, vt & in suspensis vrinam emittentibus cernitur. [Ahud autē clausis diligentissimē ostijs cœnaculi, & obfirmatis sera,] ne serui subitō introeuntes, viderent quid esset actum, [per posticum] i. secretum locum & exitum [egressus est,] ne quis eum conspiceret excurrentem. Tamē vt qdam ait, in Hebræo habetur, per posticum, sed credibilis videtur, q̄ per secretum exierit locum. Et forte dictio illa Hebraica, est ad vtrūq; æquiouoca. [Seruiq; regis ingressi,] Fortē aliquam domum aut cameram stantē ante cœnaculum, [viderunt clausas fores] i. ianuas [cœnaculi, expectantesq; diu donec erubescerent,] q̄ rex tādū occuparetur purgando alium, vt ipsi suspicabantur, & videntes q̄ nullus aperiret, tulerunt clauem. Circa hoc loquitur

Aug. lib. Iudic. q̄. 11.

Iosue 3.

*Dei

Pet. Co. hif. li. Iudic. c. 6.

Jud. 15. 16. Exo. 1. 2.

Aug. lib. Iudic. q̄. 20.

A 60. 21.

Aug. lib. Ju- Augult. Quò ferui clauē aperuerūt, quod Ahud clauē nō clauerat? aut si Ahud clauē clauerat, quò eā fecū nō absporaui? Ad quod rīdet, qā alia clauis allata est, aut tale fuit genus clauis, q̄ sine clauē poterat claudī, nō tñ sine clauē aperiri, vt videmus in ianuis quē impulsione claudunt. [Et aperietes, inuenerunt dñm suum in terra iacentē mortuū.] quo viso, turbati ac territi sunt, quēadmodū ferui Holofernis, cū audissent, q̄ occisus esset Iudith. [Ahud autē, dum illi turbarent, effugit & pertrāsijt locū idolorū] videlicet Galgalā, vbi rex sua posuerat idola. [vñ reuersus fuerat, venitq; in Seirath, Ji. in vrbe sic dictā, in tribu & mōte Ephraim sitam. [Et tuncq; insonuit buccina in mōte Ephraim] tanq̄ iam victor, aut de victoria certus. [Descēderūtq; cum eo filij Israel] q̄bus per nūcios aut & proprio ore significauit qualiter regē occiderit deo animati, descēderunt cū eo de mōte. [ipso in fronte.] i. principio exercitus [gradiente,] tanq̄ audace ac strenuo duce ad pugnadum in primis parato, quēadmodū de Iuda legif Machabæo & Ionatha eius fratres. [Qui dixit ad eos: Segmini me, tradidit em̄ dñs inimicos nostros Moabitas in manus nostras. Descēderuntq; post eum, & occupauerunt vada Iordanis, quē trāsmittit in Moab: Ji. circa aquas Iordanis se posuerunt, vbi poterat Moabitis esse regressus ad terrā suā. [Et non permiserunt trāsire quenquā] de Moabitis, q̄ ita erāt turbati ex inopinātō regis sui interitu, q̄ mens atq; consiliū fugit ab eis. [sed percusserunt Moabitas tēpore illi circiter decē millia, omnesq; robustos & fortes viros. Nullus eorū euadere potuit, humiliatusq; est Moab in die illo sub manu Israel. Et quieuit terra octoginta annis] in q̄bus comprehendit decē & octo anni seruitutis, vt dicitur Am̄ est, cā prālijs. Post hunc fuit Samgar filius Anath, Ji. id est, post Ahud prāfuit iudex nomine Samgar, de quo nō exprimit de qua tribu exiit, [qui percussit de Philistæis sexcentos viros vov mere:] qā Philistæi isti voluerunt terrā Israel introire & impugnare. Aliqui autē dicūt nō esse verisimile, q̄ solus percussit tot viros, cū tñ Deo auxiliāte id fecerit. David quoq; legitur octingentos viros occidisse impetu vno, & Samson mille mādibula a fini. In scholastica autē fertur historia, q̄ Sagar eodē obiit anno, ideo tēpus p̄fidetiæ suæ nō cōputat. [Et ipse quoq; defendit Israel] ab impugnatōe hostili. Et videt fuisse rusticanus agricola, sicut & Glossa ex verbis inuuit Origenes. Deinde describit tertia Israelitarū tribulatio generalis. [Addideruntq; filij Israel facere malū post mortē Ahud.] quare nō ait, post mortē Sagar? qā vt dicitū est, valde modico tempore p̄fuit. [Et tradidit illos in manū Iabin regis Chanaan.] Ex hoc elicit, q̄ Chananæi deserunt iam esse tributarij Israelis, & regē sibi fecerūt. [q̄ regnavit in Asor] quæ fuit vrbs metropolis, de qua Iosue 11. legit: Quæ antiquitus primatū tenebat inter omnia regna illa. Legit quoq; ibi, q̄ Iosue eā cōbussit, sed interim fert̄ a Chananæis rēdificata. Vel dicit Iabin iste regnasse in Aior, Ji. in territorio, in quo Asor antea stetit, quēadmodū Eglon asserit possedisse vrbe palmarum. Deniq; Iosue scribit, q̄ Iabin rex Asor misit ad Iobab, sed ille alius fuit ab isto. Estq; p̄babile, q̄ iste de illi semine fuit, p̄pter quod rursus sibi vsurpauit regnū terræ illius. [habuitq; ducē exercitus sui nomine Sifara.] Ipse autē Iabin [habitaui in Aroseth gētium, Ji. in vrbe sic dicta, vel propter multitudinē habitatorū suorum, vel qm̄ diuersarū linguarū aut nationū gētes morabatur in ea.] Erat autē Debora prophetis vxor Lapidoth, Ji. viri sic dicti, q̄ infra vocat̄ Barach, vt cōmuniter dicunt expositores. Et qd̄ cōtra hoc obijci posset, infra t̄getur. [Deniq; vt asserit Origenes, de nullo Iudicum ait scriptura, q̄ fuit propheta, sed de sola Debora hoc testatur, ne eam q̄ ob sexus fragilitatē contēneret, tanquā ad iudicādū officiū minū idoneā. [quæ iudicabat populum in illo tēpore:] quāuis secundū cōmunē legē deceat scēminas regi & iudicari a viris, omnipotēs tamen Deus q̄ supra omnē est legē, aliter potest disponere. Est eq̄dem sexus scēmineus, sexus subiectionis, nō superpositiōis, & scēminæ cōmuniter sunt debilis rōnis. Sed creator omnipotēs per dona gr̄a potest eas viris virtuosiores & sapiētiōres efficiere, & fortē ad humiliādum superbos ac rebelles Israelitas, scēminā eis p̄fecit in iudicē. [Et sedebat sub palma quæ illius nomine vocabatur, Ji. videlicet palma Debora, s̄ inter Rama & Bethel in mōte Ephraim. Ji. ibi in quā sedebat tēpore opportuno, vt vniciq; indigētī cōsilio aut iudicio pateret ad eam accessus. Propter quod subditur: [Ascēdebantq; ad eā filij Israel.] Sedit em̄ in monte Ephraim, [in omne iudicium.] Ji. pro obtinēdo iusto iudicio seu sano cōsilio in causa quacūq; [Quæ misit & vocauit] per nunciū ad ser̄ Barach filium Abinoam de Cedēs Nephthalim.] Ex hoc argui posset, q̄ non erat idem vir Lapidoth & Barach, vel q̄ nō fuit Debora huius maritus, qā tam remotē ab inuicē habitabāt, & in terra tribuum diuersarū. Cedēs em̄ fuit vrbs tribus Nephthalim, Debora verō in terra tribus Ephraim morabatur. Hinc, vt refert Lyra, qdam Hebræi dicunt, q̄ Lapidoth sit nomen cōmune, significās, *lichimariās: ideo dicunt eam sic appellatā, quoniā pro lucernis in tabernaculo dñi lucentibus, *lichimia faciebat. At verō qui dicunt Lapidoth & Barach fuisse virum eundem binomium, probant hoc, qā vtrunq; nomē eandem habet interpretationē: quia vtrunq; coruscatio interpretatur, & hi dicere possunt, q̄ Barach fortē protunc, quādo sic vocabat̄, ex aliqua causa ad tēpus erat in Cedēs Nephthalim, quāuis aliās habitaret cum Debora. [dixitq; ad eum: Præ-

lychnariā
alychnia

Præcepit tibi dñs Deus Israel, Ji. mihi reuelauit se velle, & eius p̄ceptū mihi iam notificatū, tibi denūcio, videlicet [vade, descēde, & educ exercitum in montē Thabor:] in quo Christus coram Mat. 17. tribus Apostolis fuit transfiguratus, estq; mons ille in Galilæa. [tollesq; tecum decem millia pugnatorū de filijs Nephthalim, & de filijs Zabulon:] in sinuado eis, qualiter tibi reuelauit p̄ceptū Dei de his agendis, vt sint de victoria certi. [Ego autem adducam ad te.] Hoc dicitur ex persona Dei, non Debora, vt filius sensus, ego dñs adducam ad te, [in loco torrentis Cifon, Sifaram principem exercitus Iabin, & currus eius, & omnem multitudinem eius:] Ji. sic disponam, quod veniet contra te ad pugnadum in loco torrentis Cifon, hoc est, permittam vt ex instigatione angelorum malorum atq; ex propria animositate tibi occurrant. [Et tradam eos in manu tua. Dixitq; ad eam Barach: Si venis mecum, vadam] quod dominus iussit. [Si nolueris venire mecum, non pergā.] tanq̄ dicat, indigeo tua p̄sentia, vt per te, quē p̄phetissas, dñs mihi reuelat qd̄ agere debeat. Videt Barach aliquid pusillanimitatis exiitisse, aut nō satis de adiutorio Dei sperasse, vel ex humilitate hæc dixit. [Et p̄ceptū Dei putauit sic posse intelligi. Si autē culpabilis fuit, postea indē poenituit. Vel forsitan aestimauit, q̄ filij Israel verbis suis non crederēt, nisi Debora secum veniret.] Quæ dixit ad eum illo qdem tempore, sed in hac vice tibi victoria non deputabitur, qā in manu mulieris tradet Sifara. Ji. a scēmina occidet, non a re, secundū quod infra narra, quod factum videtur propter imperfectionē ipsius Barach in spe, qui tñ postea creuit in virum sanctum, cū in epistola ad Hebræos inter sanctos ab Apostolo numeret. [Surrexit itaque Debora, & perrexit cum Barach in Cedēs.] Ji. oppidū illud, ex quo apparet, q̄ Barach habitauit ibidem. [Qui accitit Zabulon & Nephthalim, Ji. Zabulonitis & Nephthalimitis ad se conuocatis,] ascendit cum decē millibus, quæ erāt de duabus his tribubus, [habes Debora in comitatu suo,] vt sanctæ scēminæ meritis, precibus, consilio, reuelatione adiuuaret. [Aber autē Cinæus] Ji. vir ille sic dictus, quoniam erat de semine Iethro, q̄ habitabāt inter filios Iuda, vt dictum est, [filij Obab cognati Moisis, quia fuerunt posterij ipsius] Obab, q̄ fuit filius Iethro & frater Sephoræ vxoris Moisis, sicq; cognatus hīc sumitur pro affine. Aliqui tñ dicunt, q̄ ipsemet Iethro vocatus sit Obab. [Et tēderat tabernacula vsq; ad conuallē quæ vocabat̄ Sennim, & erat iuxta Cedēs.] Fuit quippe vir diues, & pecora multa habens, propter quod tabernacula sua latē tēderat in locis pascualibus extra oppidum Cedēs. [Nunciatumq; est Sifara, q̄ ascendisset Barach filius Abinoam in mōtem Thabor cum Debora, & congregauit nongentos currus falcatos,] qui instar facis cædebant. [Et omnem exercitum ad torrentē Cifon] sicut Debora p̄phetauit. [Dixitq; Debora ad Barach: Surge, hæc est em̄ dies in qua tradidit] Ji. dare decreuit & nunc tradet [dñs Sifaram in manus tuas.] Ita q; more p̄pheticō loq̄tur de futuro per modum præteriti propter certitudinē prophetiæ, sed qualiter ait nunc Debora, tradidit dñs Sifaram in manus tuas, cū paulo antē locuta sit, Tibi non reputabit victoria, qā in manus scēminæ tradet Sifara? Respōdet, q̄ finaliter datus fuit in manus mulieris, vt interficeret ab ea. Datus est quoq; in manus Barach, ita q̄ eum fugauit, & exercitum eius prostrauit. [Descēdit itaq; Barach de curribus,] & vniversam multitudinē [s. totum exercitum] [in ore gladij ad aspectum] gladiorum ipsius [Barach] & sui exercitus. Perterruit autē dñs Sifara & eius exercitum intūs & extrā. nam corda eorum immutauit ab audacia ad pauorē, eaq; stupida & imbecillia fecit. Hoc em̄ competit creatori omnipotēti, ad omne libitū suum alterare, afficere atq; disponere cor omne creatum. Vndē & August. hīc ait: Eccē quō commendat scriptura Deum agere in cordibus hominum, vt det exitum quē decreuit. Pauere em̄ fecerat Sifaram, vt aduersario traderet eum. Insuper perterruit illos ab extra: qā vt Iosephus scribit, Ventus & maximus grandio ac imber super eorum facies iruebant, arcus & fundæ fiebant inutiles, multi de equis suis curribusq; excussi, conterebant. [tantum vt Sifara de curru desiliēs, pedibus fugeret, & Barach persequeret fugientes currus & exercitum vsq; ad Aroseth gentiū, & omnis hostiū multitudo ad internectionem caderet,] vel occisi ab exercitu Barach, vel modo p̄tactō. Recitat Iosephus, q̄ in exercitū Sifara erant trecenta millia armatorum, & decem millia equitum, & vltra nongentos currus falcatos, & adhuc duo millia & centum. [Sifara autem fugiens, peruenit ad tentorium Iabel vxoris Aber Cinæi. Erat em̄ pax inter Iabin regem Asor, & domum Aber Cinæi] id est, ipsūm Aber & eius domesticos. Fortē em̄ rex ille non ita odiuit Cinæos sicut Hebræos, qā non erant ex semine filiorum Israel, quos maximē odiebat. [Egressa ergo Iabel in occursum Sifara,] quem ausiuit venisse, [dixit ad eum: Intra ad me, Ji. in domum meam intra,] ne timeas. Qui ingressus tabernaculum eius, & opertus ab ea pallio, [Septuaginta transtulerunt,] pellibus. Fuit em̄ lassatus, & volebat quiescere. [dixit: Da mihi, obsecro, paululum aquæ.] per aquam solet scriptura quemcūq; potum significare, sicut per panem, quemlibet cibum. [qā valde sitio. Quæ aperuit vrem lactis, & dedit ei bibere.] Lactis em̄ potatio, somnum

Mat. 17.

Heb. 11.

Aug. lib. Iudic. 9. 27.

Iose. lib. 6. ant. iu. ca. 9.

profundū & grauiā somnia inducit ac grauat. [& operuit illum. Dixitq; Sifara ad eam: Sta ante ostiū tabernaculi, & cum venerit aliq; interrogans te, & dicens: Nunquā hīc est aliquis? Rīdebis, Nullus est. Tulit itaq; lahel vxor Aber, clauum tabernaculi, s; grandem clauum, quo in tabernaculo suo aliquando utebatur, cassumens pariter & malleum. Et egressa absconse,] vel ab ostio tabernaculi, vel à camera in qua Sifara iacuit, quam fortè rursum intrauit ac considerandum, an fortiter iam dormiret. [posuit supra tempus capitis eius clauum, percussumq; malleo, defixit in cerebrum vsq; ad terram] i. valdè profundè, vt sit hyperbolicus sermo. Vel, vsq; ad terrā, tam validè, q; Sifara in terram de lecto prolapsus est, vt patet sequenti cap. Tempus autè, pars capitis est: pro quo Septuaginta transtulerunt, *ἡ κόρυμβος*, i. maxillam. [quòpore morti considerandum, & mortuus est.] Circa quod qdā dicit, q; inter soporè & mortè Sifaræ nō fuit tēporis interuallum, quod nō videt. Sifara nāq; ex percussione euigilauit, quīs magnitudine pœnæ oppressus, loqui & reniti nequerit, nec sine actuali dolore ac pœnæ perceptiōe animā exhalauit. [Est ecce Barach sequēs Sifaræ,] quē adhuc viuere existimauit, ideo secundū suā reputatiōe eum insequatur, [veniebat.] residuū huius cap. planū est. ¶ Sed queri potest, an lahel benè egit interficiēdo sic Sifarā, & q; immo, manifestè habet sequenti cap. Oppositū verò probat, qm̄ afflictio nō est addenda afflictio. Itē fallaciter ac simulatoriē se habebat ad Sifarā, dicit: Intra dñe, ne times, crudelissimum quoq; videt, hominē in somno occidere. Insupèr pax fuit inter regē Sifaræ, & per consequens etiā inter Sifarā & inter maritū lahel ac eius domesticos. Et ita videt lahel scēdus pacis & amicitie violasse. Et respondēdum, q; secundū legē cōmunē loquendo, lahel in factō isto fuisse reprehensibilis in qbusdā, tam in verbis q; in signis & factis: sed diuino instinctu ex speciali moderamine Dei credit sic fecisse, saltē quātū ad principale quo eum occidit. Vndè Debora pphetauit, q; Sifara in manū scēminæ erat tradēdus, haud dubiū quā à Deo, q; superbiissimū principē illū voluit, ita per scēminā humiliare, sicut & Holofernē arrogatissimū iusto iudicio deiecit per Judith. Non tñ oportet hāc lahel excusare in toto, nam & operi virtuoso frequēter venialia miscentur peccata. Præterea dato q; inter Iabin & Aber Cinzum, eiusq; domū, fuisset amicitie pacisq; scēdus, illud tñ nō fuit obseruādū in derogatiōe & detrimētū boni cōmunis, cuius hostis fuit hic Sifara. Tres quoq; sunt comites iuramenti ac voti seu fœderis: idcirco dū obseruatio horū esset cōtra discretiōe, iustitiā aut veritatē, nō esset laudabilis. Quidā verò hic scribit, q; quāuis inter Iabin & Aber fuisset scēdus sub iuramētō, tñ lahel nō tenebat hoc obseruare, q; in talibus fœderibus scēminæ nō vocatur, sed huic dictio obuiare videtur, quod ait Glossa: Mulier ista priūs amicitie scēdus habebat cum Sifara. Deniq; textus fatet, q; pax erat inter Iabin & domum Aber Cingē. Vir autè & vxor duo sunt in carne vna, nec licet vxori nocere ei, cui maritus suus est pacificatus. ¶ Amplius queri potest, an liceat vnicuiq; occidere publicum hostē Reipub. ac tyrannū. De hac re loquitur S. Thomas in scripto suo super secundū Sententiā, dist. 24. vbi inter cetera allegat Tullium, q; in libro de officijs eos cōmēdat, q; occiderūt Iulii Cæsarē, quāuis suum amictū & familiā, qm̄ quasi tyrannus ius vsurpauit imperij, & addit Thomas ibidem, Tullius loquitur in casu quo aliq; per violentiā surripit sibi dominium, nolentibus subditis, vel etiam ad consensum coactis, & quādo recursus haberi nō potest ad superiorē, per quē de inuafore queat iudiciū fieri. Tunc em̄ qui ad liberationē patriæ tyrannū occidit, laudat & premiū accipit. Hęc Thomas ibidē. Porro in libro de regimine regū, diffusius de hac ipsa scribit materia, inter reliqua loquēs: Si nō fuerit excessus tyrānidis, vtilius est remissam tyrānidē tolerare ad tēpus, quā cōtra tyrannū agēdo, multis implicari periculis, quæ sunt ipsa tyrānide grauiora. Si verò sit intolerabilis excessus tyrānidis, visum fuit q; vsq; ad virtutē virorū fortitū pertinere, tyrannū perimere, seq; pro cōmunitatis liberatiōe exponere mortis periculum. Quēadmodū Ahud legi Eglon regē moab necasse, sed hoc apostolicæ doctrinæ nō cōgruit. Docet em̄ nos S. Petrus, nō solū bonis & modestis, sed etiā dyscolis dominis reuerētē subdī debere: Hęc est, inquit, g̃ra, si ppter conscientiam Dei sustineat q; tristitia, patiens iniustē. Vndè cum multi Romanorū imperatores fidē Chri persequerentur tyrannicē, & magna multitudo tam nobilium quā populū esset ad fidem cōuersa, nō resistēdo, sed mortē patienter & ardētē sustinēdo, laudabiles facti sunt. Esset quoq; hoc multitudini & eius rectoribus periculosum, si priuata p̃sumptione aliqui attentarēt p̃sidentium necem, etiam tyrannorum. Plerunq; em̄ huiusmodi periculis magis exponunt se mali, quā boni. Malis autem graue solet esse dominium regum, non minus quā tyrannorum: quia secundum Sententiā Salomonis, Prouerb. 20. Dissipat impio rex sapiens, magis ergo ex huiusmodi p̃sumptione immineret periculum multitudini de boni regis amissioe, quā remedium de tyranni subtractione: ideo contra tyrannorum scēntiam procedendum videt publica autoritate, non p̃sumptione aliquorum priuata. Hęc Thomas, qui in libro p̃allegato conscribit & alia multa de ista materia.

Judith 14. & 15.

Thomas 2. 2a. dist. 24.

Cicero.

2a. Petr. 2.

¶ De sensu eiusdem quarti capituli mystico.

Art. 8.

Sicut

Sicut phabitu est, Iudaicus populus figura fuit populi Chriani, & quod in filiis Israel corporaliter ac literaliter gestum est, in Chrianiis spiritualiter, imò & sæpè corporaliter adimpletur, & quia per septenarium vniuersitas designatur, possunt per septem illas Israeliticę plebis oppressiones & seruitutes, intelligi vniuersę p̃secutiones, quæ Chrianiis ppter eorum peccata illatae sunt, inserunt aut infligentur. Præterea, sicut filij Israel ab vna tribulatiōe & hostili seruitute erepti, paulopost recidiuaerunt, ita in Chrianiis multoties actum est. Quēadmodū etiam populus ille post ruinā & deformationē sæpè est reformatus, sic dñs & saluator suam frequenter reformauit ecclesiam. Amplius, qm̄ iudices illi erant viri mirabiles, virtuosī, prudētēs, in salutē plebis Israel suscitati à dño idcirco per vnumquemq; eorum potest allegoricè Christus intelligi secundū aliquam p̃prietatē, virtutē & actiōem, quæ in singulis illis fuit ac fuit virtutibus. nam quod p̃fectionis & eminentiæ erat in illis diuisim & incōpletè, eorum simul & perfectè fuit in Christo. Potest quoq; per vnumquemq; illorum ludicum, angelicus aliquis spūs designari, in ministerium missus eorum, qui hæreditatē sortiunt æternæ salutis. similiter virtuosī p̃lati, ac principes prudentes & strenui, imò & ceteri boni Christi fideles, qui semetipsos efficaciter iudicant, examinant & castigant, contra inuisibiles hostes vitiorumq; aciem pugnant idoneè. ¶ Denique, per Eglon pinguisimū regem Moabitarū, cui dñs Ammonitas & Amalechitas adiunxit, ritè accipitur carnalissimus atq; turpissimus ille impius Mahumetus, legifer vel potius scēficer & seductor Sarracenorum, per quem oipotens Deus occulto ac imperfrutabili iudicio varias gētes falli permisit, qui carnalissimū voluptatum immoderatissimus extitit doctor, amator & executor, imò instar Epicuri, in illis felicitatem constituit, qui quidē simul habebat vxores, duasq; concubinas, nec his contentus, finxit sibi à Deo permissum etiam aliorum vxores cognoscere, cognatas quoq; & quascunq; p̃pinq; sicq; incestuosus fuit & adulter neq;issimus. Porro, per Ahud ambidextrum, intelligitur Christus, in quo nil erat sinistrum, obliquum, peruersum, & oia q; cunq; fecit ac pertulit, prospera noscunt, qui in omī euentu mansit animo cōstans. Hic gladio oris sui in die iudicij, dānatum iam Mahumetum in anima, amplius cōdemnabit in corpore simul & anima. Deindè per Iabin regem Chanaan, designatur princeps terrenus iniquus, iustus infelās: Per Sifaram verò principē militie Iabin, q; cunq; minister p̃cipuus, dño suo in malitia se cōformans: quia vt Salomon cōtestatur, Rex iniustus oēs ministros habet iniquos. Per Deborah verò pphētissimā, & per lahel, intelligitur vel ipsa ecclesia cælesti sponso vnita, in qua plurimi spūs claruerunt propheticæ: vel ipsa sacratissima virgo Maria, vniuenti filij Dei mater, singularisq; sponsa, p̃ter cunctis gratia prophetie ornata. Ecclesia ergo quemcunq; de filiis suis fidelem & strenuū principem frequēter admonuit, & nunc vsq; hortatur, vt inimicis fidei Chrianiæ viriliter reluetur, cui & diuino promittit auxilium. sed ille respōdet se hoc aggredi non audere, nisi ecclesia pergat secum, i. orationib; & sanctis suis suffragijs eum, p̃sequatur ac tueatur, qui libenter ecclesia annuit, attamen ei p̃nunciat, q; victoria non deputabitur ei, quia in manus scēminæ tradetur Sifara talis. Precibus namq; & meritis ecclesie, & p̃sertim virginis gloriosæ, cōfertur cōtra infideles triumphus. Quēadmodū etiam Deus perterruit Sifaram & oēm eius exercitum ad cursum Barach, ita frequēter per apparitiones cælestes & angelicas opes, exterruit & deiecit Sarracenos cōtra fideles p̃elia ineuntes. Rursus per Sifaram designatur diabolus, cui dominus ait: Inimicitias ponam inter te & mulierem, id est, Christiferam virginem: ipsa cōteret caput tuum. Hęc etenim clauo & malleo, id est, acutissima sua humilitate cælos penetrante, ac verbi cælestis virtute prorsus deuicit diabolus. Deniq; Deus ex virgine volens suo tempore incarnari, sexum honorauit scēmineum, dans Deborah gratiam prophetie & iudicandi prudentiam, & ipsi lahel tradens Sifaram occidendam, vt & scēminæ non diffidant se ad diuinorum posse p̃tingere p̃fectionem charismatum. Amplius, exemplo Ahud studeamus zelo boni communis feruere, & contra hostes ecclesie continuis affectuosisq; precibus compugnare, sed & ambidextri esse conemur, quatenus tam in prosperis quā aduersis, maneamus constantes: temporalia quoque ad spiritalia efficaciter ordinemus. Quēadmodū enim prospera & spiritalia per dexteram, sic temporalia & aduersa per sinistram signantur.

Heb. 4.

Mahumeti dicitio.

Pro. 29.

Gen. 3.

¶ Declaratio cap. 5. Cecineruntq; Debora & Barach filius Abinoam.

Articulus 9.

CONSVE TVDO fuit sanctis hominibus vtriusque sexus, post beneficia magna Deo deuotissimè regratiari: quod vtique omnes fecerunt, corde & ore Deum laudando, & eius beneficia recolendo: sed quædam personæ super hoc specialia cantica ediderunt, & ea reliquerunt in scriptis, sicut & Debora ista prophetes. [Cecineruntque] id est, Deum intimè laudauerunt [Debora & Barach filius Abinoam, in die illo dicentes:] Debora sola ex tactu spiritus sancti creditur canticum istud composuisse, Barach verò cecinit illud cum ea. Sic & apostolus Paulus in quarūdā suarum epistolarum exordijs sibi annumerat Timotheum atq; Siluanum.

1. Thess. 1. 2. Thess. 1.

G 4 cum

cum tamen ipse solus epistolas illas dictauerit. [Qui potest obtulisset de Israel animas vestras ad periculum, si. d. vos viri de numero tribuum Israel, qui voluntarie, non coacte, venistis ad bellum contra Sisaram, quod erat secundum humanum iudicium, & quantum ad causas naturales, ac ea que forinsecus apparebant, valde periculosum: quia paucissimi erant Israelitae respectu illorum Chanaanorum tam fortiter armatorum, totque falcatos currus habentium, ut dictum est precedenti cap. Benedicite domino: gratias referendo, non in vobis ipsis inaniter gloriano, quia non vestris viribus praeualuistis. Et hoc ipsum extitit donum Dei, quod tam confidenter venistis ad praelium istud. Veruntamen, quoniam Debora praeuocauit & promisit eis ex parte Dei victoriam, non erat filius Israel in illo congressu periculum per respectum ad causas supernaturales, videlicet habendo respectum ad certitudinem propheticae promissionis ac diuini auxilii. Denique, duplex est benedictio: una consecrationis & auctoritatis est collationis, sicque superior benedixit inferiori, & creator creaturae, dicente Apostolo ad Hebr. 7. Sine ulla contradictione, quod minus est, ad meliorem benedicitur. Alia est benedictio gratiarum actionis & laudis. Sicque inferior benedixit superiori, & homo Deo. Porro per animas intelligi possunt ipsimet homines, secundum quod totum significatur per partem, praesertim per partem principalem: vel animalis vita illorum, quae corpori & animae est communis. Audite reges, auribus percipite principes: si. O vnuer si magnates tam maiores quam inferiores, audite haec verba Dei, ut dicatis omnipotentiae eius, cui nullus potest resistere: & sciatis, non in multitudine bellatorum, sed in adiutorio altissimi vim bellorum consistere. Ego sum, ego sum quae domino canam, psallam domino Deo Israel. Repetitio, est confirmatio dicti, & seriositatis ac deuotionis indicium, & congrue ait, Ego sum: quasi dicat, tanto am firmius ac specialius habeo Deum pro isto miraculoso laudare triumpho, quanto plus caeteris reuelatio mihi facta est de exitu huius belli: & quanto mihi confusibilis extitisset, si aduersum quod contraxisset populo meo: & quanto plus plebem hanc diligo, cuius mater & iudex, ac direxerit sum constituta a domino. Itaque, canam domino ore, psallam ei & mente. Domine, cum exires de Seir, & pertransires per regiones Edom, terra mota est. Istud consonat ei, quod Deuter. 33. Moses loquitur: Dominus de Sina venit, & de Seir ortus est nobis. Apparuit in monte Pharan, circa quod recitat Lyra: Dicunt Hebraei, quod dominus primum obtulit legem filiis Esau habitantibus in monte Seir, fed ipsi noluerunt eam recipere, & tunc dedit eam filiis Israel in monte Sinai. Sicque, exponunt literam istam, Cum exires de Seir, eo quod recusassent legem sibi oblatam. Magister quoque in historijs narrat: Tradunt Hebraei quod dominus misit angelos suos ad Idumaeos in Seir, & ad Ismaelitas in Pharan, & obtulit eis legem: quam cum nolent accipere, venit ad Iudaeos in Sinai cum multis millibus angelorum, & legem contulit ibi Hebraeis. Istud secundum Lyram, videtur esse fictitium: quia secundum veteris test. scripturas, populus Hebraeorum fuit specialiter a Deo electus, ut Christus nasceretur ex eo: propter quod speciali sanctitate debebat pollere. Unde a caeteris sunt segregati per fidem & cultum vnus Dei, deinde per circuncisionem & legis susceptionem. Hinc expositores catholici sic exponunt: Domine, cum exires de Seir, Idumaeos in suis erroribus ac idololatrijs iuste derelinquendo. Veruntamen praefato dicto Hebraeorum consonare videtur quod ait Glossa: Exisse dicitur dominus de Seir, & transisse per regiones Edom: quoniam Idumaeis legem recipere nolentibus, dedit eam Iudaeis in monte Sinai. Cur autem dicuntur Idumaei eam recipere noluisse, nisi quia eis offerre batur? Hoc quoque videtur litera ista praetendere, dicendo: Et transires per regiones Edom. Siquidem propter praefatam relictionem, non apparet quod diceretur transisse per regiones Edom. Itaque, probabiliter dici potest, quod Deus ex sua pietate per merita sanctorum patriarcharum Abraham & Isaac, obtulit Idumaeis & Ismaelitis legem, saltem per inspirationes angelicas & diuinos instinctus, exhortando illos interius ad fidem & cultum vnus veri Dei. Propter quod dicitur transisse per regiones Edom, taliter visitando corda habitantium ibi, sed quia non erant electi, ut filij Israel, non dedit eis gratiam recipiendi legem tam sanctam, nihilominus fecit quod fuit in se. Porro Seir quoniam est nomen montis in terra Idumaeorum, quoniam pro terra illa accipitur. Edom quoque est proprium Esau nomen, interdum pro Idumaea suscipitur. & quoniam Idumaea fuit regio vna, nunc tamen pluraliter dicitur per regiones: vel propter diuersas regni illius partes, vel quia plurale pro singulari est positum. Tunc itaque terra mota est, iuxta illud Psalm. 13. A facie domini mota est terra. Cum equidem dominus legem erat daturus, totus mons Sinai fuit igne opertus, & nubes densissima operuit illum. Ex qua clangor buccinae, fulgura atque tonitrua procedebant, ex quibus mons Sinai cotremuit, vel secundum apparentiam, aut verè realiter. Sed & filij Israel in circuitu eius stantes, vehementer contremuerunt, sicque de eis potest intelligi, quod terra dicitur mota. caelique ac nubes distillauerunt aquas: quia ex nube illa densissima diffundebatur tunc aqua, quae caeli aerei, i. partes aeris, ibi madebant. vel ideo ait, caeli, quoniam ad generationem nubis illius, influenzae celestis forsan cooperabatur, imò caeli, id est, angeli sancti habitantes in caelis, nubem illam produxisse creduntur, sicut & caetera mira quae ibi fiebant. Montes fluxerunt a facie domini, i. ex praesentia maiestatis diuinae, montes

Pet. Com.

Exo. 19.

aquas.

in

in quibus Deus mirabilia fecit, & per suos effectus apparuit, quasi defecisse a sua naturali vi ac dispositione vident, prout de monte Pharan & Seir factum est. Interdum etiam, Deo iubente, translato & comminuti ac coplanati sunt montes, iuxta illud Iob 9. Qui transfuit montes de locis suis. Et Num. 21. Scopuli torrentium inclinati sunt. & Sinai a facie domini Dei Israel, i. mons Sinai, in legislatione specialiter fluxit modo iam dicto, & aliqua pars eius forte consumebatur ex actione ignis & pluuiae. Sic igitur fluxit a facie Dei, quod super montem illum defecit per subiectam creaturam, puta per angelos sanctos ac metuendos effectus, ita quod mons ille maximo igne atque densissima nube opertus, vix apparebat: propter quod fluxisse asseritur, sicut quod spiritualiter creatura Dei subtiliter contemplando, dum per raptum in ipsum demergitur, deficere & quasi in nihilum redigi perhibetur: non quod sit totus in puluerem resolutus, secundum quod impijissimus & stolidissimus Mahometus in suo recitat Alchoran, quod Mose in montem Sinai ascendente, mons ipse totus in puluerem est redactus, ita quod Mose cecidit quasi mortuus, atque in terra iacens laesus, clamauit: O domine, ego sum primus creditum in te. In diebus Samgar filij Anath, quod post Ahud fuit iudex Israel tempore modico, vt supra patuit. In diebus Iabel vxoris Aber Cinai, quae uerunt semitae, quod dupliciter potest exponi: Primum, quod hostes quae uerunt a semitis Israel, eas non ingrediendo ad impugandum ut ante, praesertim postquam Samgar percussit de Philistaeis 600. viros vomere vno, & postquam Iabel Sisaram interfecit: tempore autem intermedio intrauerunt & pualuerunt. Secundum, quod in diebus Samgar & Iabel quae uerunt semitae, ita quod filij Israel non audebant securè transire per consuetam suam terram itinera, timore Philistinorum & Chanaanorum terram Israel depraedantium, latrocinantiumque, in ea. Nec enim Samgar potuit Philistaeos plenè cōpescere: & vsque ad tempus quo Iabel Sisaram interemit, filij Israel fuerunt multis annis a Chanaanis oppressi, ut precedenti narratur cap. Et quod ingrediebant per eas, ambulauerunt per calles deuios: quia aduersariorum timore, declinabat ab itineribus rectis, ne incideret hostium manus. Vel sensus est, quod aduersarij filiorum Israel iam praesati, diuerterunt frequenter a callibus rectis, ut magis secretiusque nocerent, ut latrunculis atque perdonibus moris est. Cessauerunt fortes in Israel. i. per 10. & 8. annos, quibus filij Israel seruiert labin regi Chanaan, pauci autem nulli viri virtutum ac fortes fuerunt in populo Israel, nec aduersarijs suis audebant resistere. ideo subditur: & quae uerunt praesatis, sed erant formidolosi & corde infirmi, donec surgeret Debora, surgeret mater in Israel. i. quousque; Deus per Deboram prophetissam, iudicem ac matrem spiritalem Israeliticæ plebis, hortaretur & confortaret filios Israel. Noua bella elegit dominus, i. insolito modo deuicit hostes, quia per feminas triumphauit. Nam Deboram suscitauit ad uocandum & confortandum Barach ac alios filios Israel, atque in manus Iabel tradidit Sisaram. Et portas hostium ipse subuertit, i. filij Israel dedit potestatem vastandi vrbes eorum, a quibus paulo ante opprimebantur, cum tamen filij Israel essent inermes. Unde subiungit: Clypeus & hasta si apparuerunt in 40. millibus Israel: i. nec clypeus nec hasta inuenti sunt in exercitu Israel, in quo primum erat 10. millia. Deinde cum praeualere cepissent, multi ex tribubus Israel accurrerunt, ita quod vsque ad 40. millia aut circiter excreuerunt. Quae admodum verò Glossa testatur, Iabin rex Chanaan abstulit filijs Israel arma, sicut & Philistaei. Regum eis fecisse leguntur. Cor meum diligit principes Israel. Hoc secundum Glossam, magis persona Dei inducitur, qui fideles duces ac iudices Israel diligebat, praesertim praedestinos. Potest tamen ex persona Deborae accipi, quia & ipsa spiritualiter ac cordialiter seu intime diligebat principes huius exercitus. Equi propria voluntate obtulisset vos discrimini. i. periculo corporali. Benedicite domino, sicut expolitum est. Porro spirituali discrimini, puta periculo peccati mortalis, nullus debet se exponere seu offerre, imò hoc esset peccatum mortale. Qui ascenditis super nitentes asinas, i. d. vos filij Israel, qui super pulchras & validas asinas de praeda hostium acquisitas ascenditis, & sedetis in iudicio, i. alijs praestis ad iudicandum, & ambulatis in via: Quoniam enim Debora & alij fuerint iudices principales, tamen sub eis minores aliqui iudices erant. In Hebraeo, ut ait Glossa, habetur: Sedentes super iudicium, & ambulatis in via, i. qui nunc securè pergitis per itinera terrae Israel, per quae paulo ante non audebatis transire praeaduersariorum formidine, loquimini: i. sequentia verba proferte, ubi collisus sunt currus, & hostium est suffocatus exercitus: i. in terra hac Israel, in qua diuina virtute confortati sunt miraculose currus Chanaanorum, & ipsi Chanaanei miraculose occisi sunt secundum modum in precedenti cap. expositione inductum, ubi narrent iustitiae domini, i. iusta iudicia Dei, & iustitiae effectus suae iustitiae, quibus hostes Israel trucidauit, quia tyrannice & praua intentione filios Israel coculcabant. & clementiae in fortes Israel. i. miserationes & beneficia Dei quae impendit Israelitis, quorum peccatis ignouit, & eos in super fecit triumphatores. Tunc descendit populus domini ad portas, i. populus Israel accessit vrbes aduersariorum. & obtinuit principatum super eosdem. Surge surge Debora, surge surge, & loquere canticum. His verbis sancta mulier praebundantia spiritalis laetitiae de exaltatione diuinae iustitiae & pia sui populi creptione, seipsam hortatur ad laudandum & regnandum domino Deo. Itaque, surge, i. mente ad Deum te erige, atque ad eius

Judic. 4.

Ibid.

asinas

Judic. 4.

clementia.

ha-

honorē erecto sta corpore. [& loquere caticū.] Veruntū in Hebræo non habet, Surge surge De-
 bora, vt asserit Glossa: sed, expurgare spū, s. prophetia. [Surge Barach, & apprahēde captiuos
 tuos fili Abinoam.] i. eos qui in bello occisi non sunt, cape ac tene. [saluati sunt reliquæ popu-
 li.] i. residui ex Israel pualuerunt in plio. [Dñs in fortibus dimicauit.] i. per fortios Israel viros con-
 tra Chananzos pugnavit. vel dimicauit in fortibus, i. cōtra robustos aduersarios nostros. In He-
 bræo, secundū Glossam, habetur: Dñs, ppter me in fortib⁹ dimicauit, & est vox toti⁹ populi Isra-
 el, Deo gratias referentis. [ex Ephraim deleuit eos in Amalech.] i. per Iosue Effrateum dñs debel-
 lauit forties filiorum Israel inimicos in Amalechitis, ita q̄ aduersarij illi fuerunt ipsimet Amale-
 chitæ. quæadmodum em̄ Exo. 17. legitur, Iosue fugauit Amalech & populū eius in ore gladij, de-
 indē Debora prophetauit de expugnatione Amalechitarum tunc futura per Saul, [& post eum ex
 Benjamin in populos tuos d Amalech.] i. d tu princeps seu popule Amalechitarum, Deus dimi-
 cauit cōtra populos tuos ex Benjamin, i. per Saul regē ortum ex Benjamin tribu post Iosue Effra-
 itam. [De Machir principes descēderunt, & de Zabulon, q̄ exercitum duceret ad bellandū.] i. du-
 ces huius nostri exercitus, partim nati fuerunt de stirpe Machir filij Manassæ, & partim de tribu
 Zabulon. [duces Isachar fuerunt cum Debora,] i. aliq̄ aliorum ductores nati ex tribu Isachar, ad-
 sociauerūt se Debora. [& Barach vestigia sunt secuti.] i. cum eo p̄cesserūt ad pugnā. Circa quod
 ait Glossa: Quædā pars illorum māsit cum Debora ad laudandū Deum ac deprecandū, pars autē
 alia est secuta Barach ad populū Israel exhortatū, & ad Sifarā debellandū. [qui] Barach [quasi in
 p̄ceptis & barathrum, se discrimini dedit.] i. secundū humanū iudiciū & apparentiā exteriorem,
 apertissimō & ingēti periculo se cōmisiit cum paucis inermib⁹: eundo ad pugnā cōtra m̄ Chan-
 anzorum exercitum, vel dedit se discrimini, quasi in p̄ceptis & barathrum, i. aduersarios insecu-
 tus est per loca aspera, in q̄bus p̄cipitia erāt & valles, pfundæ ac foueæ, imō secundū Glossam, p-
 cipitauerūt se in torretē Cifon, aduersarios p̄sequēdo. Itaq; cōmēdati Israeliticis q̄ venerūt ad pu-
 gnā, increpāt q̄ nō venerūt. [Diuiso cōtra se Rubē.] i. tribu ruben separātē se ab his q̄ trāsierūt ad
 pugnā, vel potius tribu illa inter se p̄ intestinā dissensionē discordiāq; diuisa, qm̄ qdā in ea horta-
 bant̄ ire ad plium, alij debortabāt. [magnanimorū reperta cōtēditio est.] i. q̄ verē magnanimes erāt
 in tribu illa, & parati ad pugnā, cōtra imparatos ac timidos cōtēderūt. [Quare habitan inter.] i. du-
 os [terminos, vt audias sibilos gregum?] i. cur tu tribus Ruben cōmoraris circa Iordanē inter si-
 lios Israel, in terra p̄missionis morant̄, & inter tribum Gad mediāq; tribum Manassæ trās Iorda-
 nē manētes, vt interdas vociferationib⁹ iumentorū tuorūq; d. n̄ desideras pecora tua seruare ac
 multiplicare, atq; in eorū balatu sic gloriaris, q̄ negligis cum alijs tribub⁹ ire ad plium iuxta Dei
 p̄ceptum. [* Gad trās Iordanē q̄ secebat.] i. tribus Gad trās Iordanē à labore subueniēdi se subtra-
 hebat, & Dan vacabat nauibus. i. tribus Dan erat circa mercimonias suas & lucra, q̄ per exerci-
 tium nauium acquirunt, tū occupata, q̄ non curauit succurrere. [Afer habitabat in litore maris,
 & in portub⁹ morabat.] i. trib⁹ Afer degebat circa litrus mediterranei maris, & in locis portuum
 maris eiusdē, in cui⁹ litore morabat & trib⁹ Dan. Sicq; similis causa retraxit has trib⁹ ab auxilio
 fratrum. [Zabulon verō & Nephthalim obtulerūt animas suas morti.] i. arduis mortis periculis.
 iudic. 4. Nā 10. millia q̄ primō sibi collegit Barach, erāt de tribub⁹ Zabulon ac Nephthalim, prout p̄cedē-
 ti habet cap. [in regiōe Merom̄.] i. excelſi, videlicet in territorio illo, in quo erat mons Thabor,
 in quē Barach duxit suum exercitum, vt p̄cedēti cap. cōtinet. [venerunt reges] subiecti Iabin re-
 gi, aut ei cōtederant, [& pugnaverunt.] cōtra Israel. [Pugnaverunt reges Chanaan,] i. Chananzo-
 rum, inter quos Iabin rex Afor tenebat primatum, prout Iosue 11. legit. [in Taanach iuxta aquas
 Mageddo.] i. in puincia in qua erat torres Cifon, q̄ p̄terfluit Mageddo. Hebræus, secundū Petrum
 Comelionē, habet, in Ramazache. quod significat altitudinē cāpi, & denotat q̄ in cāpo vbi plii-
 atum est, filij Israel facti sunt superiores. [Et tñ nihil tulere p̄dantes.] i. subfannatio est aduersario-
 rum. q. d. frustra cōtra Israel pugnaverūt, q̄ pugnādo nil p̄fecerunt, p̄dando aut p̄ualendo, imō
 vita sua priuati sunt. [De celo dimicatum est cōtra eos.] i. Deus creator supernaturaliter restitit
 eis, corda ipsorum terrēdo, atq; per ventū, imbrē, coruscationē, tonitrua eos deiciēdo. [Stellæ
 manētes in ordine & cursu suo, cōtra Sifarā pugnaverunt.] i. Hoc primō intelligi potest de corpo-
 ribus celestib⁹, inquantū ad gnationē impressiōnem p̄ctarum forsitan aliquo modo coopera-
 bant̄, q̄ tñ p̄ter cursum naturæ potius gnata cēfēt. Gossa, per stellas in suo cursu & ordine per-
 manētes, intelligit angelos sanctos ordinatē dispositos, & sua ministeria exercētēs, q̄ filios Israel
 adiuerunt saltē orādo. Potest rursus de stellis & planeris intelligi, q̄ cōtra Sifarā pugnas-
 se dicuntur, in suo cursu ac ordine permanēdo, i. solitum cursum ac dispositionē suā naturalē seruando,
 inquantū diē causando, seu naturale obsequium exhibendo, aut aliquā influentiā imprimendo, co-
 operati sunt filijs Israel ad triumphū, iuxta quod Sap. 5. scriptum est: Pugnabit p̄ Deo orbis terra
 rū cōtra in senatos. Sicq; per verba ista innuit differētia huius victorię, ab ea q̄ sub Iosue desuper
 est cōcessa, per hoc, q̄ sol & luna steterunt in cælo immobiles spatio vnus diei, vt legit Iosue. 10.
 Ita-

Galaad.

iudic. 4.

Pet. Cō. hist. lib. Iud. ca. 7.

Itaq; sic magister in hist. loquitur, q̄ ait, stellæ pugnaverunt contra Sifarā, nequāq̄ est mathema-
 tice intelligēdi, quia fatali cōstellatione hoc gestū sit, sed qm̄ coruscationē & fulgura de sub-
 limi sic ferebant in hostes, quasi sidera laberent. Estq; hyperbolicus sermo. [Torrens Cifon tra-
 xit cadauera eorum.] videlicet Chananzorum occisorum seu in illo torrente merforum aut, pie-
 etorū. [torres Cadumim, torrens Cifon,] i. torrens ille Cifon, assimilatus est torrenti Cadumim,
 s. mari rubro: qm̄ sicut mare rubrum traxit cadauera Aegyptiorum in se merforū, sic torrens Ci-
 fon cadauera Chananzorum. Cadumim autē interpretat̄, antiquorū & sumitur pro mari rubro,
 in quo sub Mose antiqua miracula sunt peracta, illud verō bellum factum est iuxta torrentē Ci-
 fon. [Cōculca anima mea robustos.] hoc potest esse vox populū, cohortātis se ad cōculcandū ho-
 stium colla, secundū quod Iosue iussit principib⁹ Israel ponere pedes suos super colla regū Cha-
 nananzorum. Vel Debora ait hoc in sua persona, vt sit sensus: Cōculca anima mea robustos, i. zelo
 iustitiæ vilipēde hos Chananzos olim fortes. [Vngulæ equorū ceciderūt, fugientib⁹ imperu, &
 per p̄ceptis ruētib⁹ fortissimis hostiū.] i. dū potēiores in exercitu Sifaræ festinatissimē fugerēt, fugi-
 endoq; p̄cipitanter corruerēt, etiā vngulæ equorū ipsorū cōtrite sunt i cōtibus gradinis, corusca-
 tione, & asperitate locorū, q. d. quid in tanta tēpestate putas equibus accidisse? [Maledicite terra
 Meroz, dixit angelus dñi.] Meroz, vt in Scholastica fertur hist. fuit vnus de principib⁹ Chanaan.
 Et interpretat̄ Meroz arcanum, sicq; per Meroz glossa & alij multi intelligūt aduersariā potesta-
 tem, q̄ præerat Chananzis, & eos cōtra filios Israel incitauit. Per angelū verō qdā intelligūt De-
 borā, p̄phetissam, vel Barach missū ad Deo, p̄ liberatiōe Israelis. Alij Michaelē q̄ perat synagoge,
 & potius puto per angelū esse intelligendū sp̄m̄ illū angelicū, per quē fiebat Debora reuelatiōes
 p̄pheticæ. Itaq; angelus iussit per Debora maledici diabolo, q̄ perat Chananzis, cæterisq; aposta-
 tis angelis q̄ erāt cum illo, vnde subiungit: [Maledicite habitatorib⁹ eius.] i. angelis malis princi-
 pi suo cohærentib⁹ in ipso, quasi in terra manētib⁹, q̄ nō vengrūt ad auxiliū dñi. i. ad auxilian-
 dum populo Dei in adiutoriū fortissimorū eius: i. ad subueniēdū ducibus Israel, sed magis ad
 resistēdū. Veruntū s̄faliū dici potest, q̄ angelus iussit maledici p̄fato viro potenti noie Meroz, &
 terræ ac subditis ei⁹, q̄ succurrere noluerūt filijs Israel. [Bndicta inter mulieres Iahel vxor Aber-
 Cinæ:] i. laude digna & virtuosa, quasi vna laudabiliū scēminarum, non tñ oibus alijs sanctior,
 quæadmodū Chrīfera virgo dicit̄ bndicta inter mulieres. [Et bndicta in tabernaculo suo,] i. à su-
 is domesticis, maioriq; grā impleat̄ à dño, qm̄ hostē populi Dei occidit. [Aquā petēti, lac dedit.]
 i. Sifaræ postulatū sibi dari aquā ad potandū, dedit lac bibere, vt fortius obdormiret, vt dicit̄ est
 in expositiōe p̄cedētis cap. [& in phiala principū obtulit] i. butyrum. i. in tali repositorio quo
 principes vti solēt, obtulit ei pinguēdinē lactis fortē ad comedendū, vt super cibum adhuc pota-
 ret de lacte, quod non fuit p̄cedenti expressum cap. [sinistrā manum misit ad clauum, & dexterā
 ad fabrorum malleos. Percussit; Sifarā, q̄rens in capite vulnere locum, & tēpus validē perfo-
 rās, inter pedes eius ruit.] Cū em̄ clauum eius capiti infigeret, p̄ dolore experge factus est, & pri-
 mo impetu nondū victa natura, eiecit se de lecto in terrā. [defecit & mortuus est.] Et tunc tante
 pedes eius volubatur, i. quousq; aiām exhalauit. [& iacebat exanimis & miserabilis:] i. corp⁹ eius
 extinctum iacuit vt cadauer. [per fenestrā respiciēs vlulabat mater eius,] i. sollicita pro filio suo, eo
 q̄ vltra cōstitutum tardaret reuertī: idcirco pertimuit q̄ euenisset ei, quæadmodū nouerat & alijs
 cōtra filios Israel pliantibus euenisse. Nouerat q̄pe vetula illa, qualiter Deus filiorum Israel fre-
 quenter pugnasset, p̄ eis, & forsan vidit aut percepit tēpēstates illas in aere subitō factas: propter
 quod formidauit, filium suum cum suis ea esse percussum, aut aliter interisse. [& de cœnaculo lo-
 quebatur: Cur moratur regredi curus eius? quare tardauerunt pedes quadrigarum illius? Vna fa-
 crius cæteris vxoribus eius & c.] Deindē recitatur, qualiter nurus sua, s. vna vxorum Sifaræ, so-
 crienti suæ cōsolatoria verba rñdit. & plana est litera. Postremō Debora cōuertit sermonē suum ad
 dñm, & canticū suum deuotē cōcludit: [Sic pereāt inimici tui dñe.] i. indurati tyranni & persecu-
 tores plebis tuæ fidelis, quod zelo iustitiæ & ex amore boni cōmunis p̄fertur, nō ex rācore, imō
 potius ex sp̄uali amore, quatenus s̄mpit in vita hac puniant̄, ne in futuro grauius cōdemnent̄, &
 ne viuendo diutiūs, grauiūs peccent, atq; damnationē mereant maiorem. [Qui autē diligunt te]
 sp̄uali & infusa dilectione, sicut sol in ortu suo splendet, ita rutilent. i. donis gratiæ in præsenti
 copiosē clarificentur, & in patria beatorum, donis gloriæ præclarissimē decorentur, imō glo-
 rificentur in corpore & anima, & fulgeat sicut sol in regno patris cælestis. Vnde (vt fertur) in He-
 bræo habetur, sicut sol in fortitudine sua, id est, tam clarē vt sol, quando lux solis erit septempli-
 citer, id est, septiēs maior quàm nunc est, vt Esa. 30. ait, quod in futura mundi inuouatione com-
 plebitur. [Qui euitque terra per quadraginta annos.]

Pet. Co. hist. lib. Iud. ca. 7.

Exo. 14.

Ios. 10.

Pet. Co. hist. lib. Iud. ca. 7.

Iud. 4.

Iudic. 4.

Matt. 13.

Mystica eiusdem canticis expositio. Art. 10.

Debora designat ecclesiam, seu vnamquāq; animam verē deuotam: Barach, verē virtuosum
 principē seu platum. Ecclesia ergo cum filijs suis cōtemplās bñficia saluatoris, & qualiter
 visi-

visibilibus ac inuisibilibus hostibus sapè diuina virtute præualuit, assidue & grata ac deuotissima mente dñm laudat, & fidelesq; verè sunt milites Christi, hortatur: [Qui spòtè obtulistis de Israel animas vestras ad periculum, benedicite dño. Ji. vos Christi fideles, veri Israelitæ per contemplationem, qui spiritaliter militiam voluntariè assumpsistis, & contra aduersarios fidei seu inuisibiles aduersarios fortiter dimicatis aut dimicastis, Deo grates rependite, & omne boni ei asseribite. qm̄ datum est vobis à Deo, non solum vt credatis in Chrm̄, verum etiã vt patriam pro illo. Au dicit reges, auribus percipite principes. Ji. vniuersi maiores atq; minores, q; efficaciter vos ipsos aut alios gubernatis, q; estis genus electũ, regale sacerdotiũ. [Ego sum, ego sum qui canam dño, psal lam Deo Israel.] Ecclesia nanque est sponsa Dei charissima, cui potissimè competit Deo cantan re ac psallere, sed & vnaqueq; deuota persona Deo iugiter psallat, iuxta illud Psalm. 33. Benedi cam dñm in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Vnde Apostolus exhortatur: Cantates & psallentes in cordibus vestris dño. Quocirca loquitur Origenes: Beati qui possunt cantare canti cum dño, quis putas ita canoræ vocis est, & ita syncera mentis, vt cantilena eius diuinum possit oblectare auditum? Ille profectò, qui nullum in se habet raucum peccati sonum, qui nihil offen sionis in lingua, nihil crassitudinis, i. carnalis affectionis in spũ gerit. [Dñe, cum exires de Seir,] Dñs & saluator suos misit apostolos atq; discipulos vbique; terrarum, & euangelicã legem sine per sönæ exceptione obtulit vniuersis, quam multi in primis suscipere renuerunt, & tandè penè ab oibus est recepta. Tunc terra mota est. Ji. habitates in terra, visis mirabilibus que per Christi disci pulos gerebatur. Et quædam tunc moti sunt ad credendũ, alij ad perseguendũ credentes, estq; im pletum quod prædixit Psalm. 64. Turbabitur gentes, & timebunt qui habitant terminos, à signis tuis. [Cæliq; & nubes distillauerunt aquis.] S. apostoli & eorum cooperatores, de quibus prædictum est Psalm. 18. Cæli enarrant gloriam Dei. Et Esa. 60. Qui sunt isti qui vt nubes volant? quomones sapi entie salutaris audientium cordibus insuderunt, montes fluxerunt à facie dñi.] Per montes inter dum intelligitur superbi, qui in lar montium magni & alti sunt in oculis suis: quique virtuos, qui ve rè sunt magni & alti per gloriosa charismata spũsancti. Aliquid verò principes & prælati, propter prædixit dignitatem & altitudinem sui officij. Quidã aut superbi, ad Chrm̄ se cõuertendo, pri stinam altitudinem humiliter abiecerunt: alij in sua arrogantia perierunt. [In diebus Samgar q; euerunt semitæ.] Frequenter in ecclesia semitæ, seu obseruantie mandatorũ, cessauerunt in mul tis: & loca sacra in solitudinem sunt redacta, & Christiani vehementer oppressi sunt ab Hunis, Vandalis, Gothis, Turcis & Sarraenis, alijsq; tyrannis, donec surgeret Debora, Ji. quousq; eccle sia desuper reformata, rursus p̄ualuit. [Noua bella elegit dñs.] Verè noua & inaudita bella elegit in nouo dñs testamento, qui per paucos simplices inopesq; apostolos, mundũ fidei Christianæ subiecit, idololatriam dissipauit, Romanum sibi imperium subdidit non armorũ potentia, non magnam altitudinem humiliter abiecerunt: alij in sua arrogantia perierunt. [In diebus Samgar q; euerunt semitæ.] Frequenter in ecclesia semitæ, seu obseruantie mandatorũ, cessauerunt in mul tis: & loca sacra in solitudinem sunt redacta, & Christiani vehementer oppressi sunt ab Hunis, Vandalis, Gothis, Turcis & Sarraenis, alijsq; tyrannis, donec surgeret Debora, Ji. quousq; eccle sia desuper reformata, rursus p̄ualuit. [Noua bella elegit dñs.] Verè noua & inaudita bella elegit in nouo dñs testamento, qui per paucos simplices inopesq; apostolos, mundũ fidei Christianæ subiecit, idololatriam dissipauit, Romanum sibi imperium subdidit non armorũ potentia, non magna

phil.

1. Pet. 2.

Origenes

Act. 15.

Psalm. 44.

Pro. 12.

Rom. 9.

Mat. 7.

1. Cor. 10.

contra Sisaram ascenderunt ad pugnam, designati sunt electi Iudæi, qui crederunt in Christum, & contra dæmonum aciem prælati sunt inclytè: electi quoq; Christiani, ex paganissimo conuer si, q; cõtra hostes humanæ salutis ac perfidos dignè luctatur. Sed & quædam apostoli & primi disci puli Christi, ex diuersis tribubus Israel erant nati, de quibus cõtamus sibi Benjamin adolescentulus in mèris excessu: Principes Iuda, duces eorũ, principes Zabulon, & principes Nephthaim. [Por rò, per tribus Israel ignauas, seu cõtra se inuicè diuisas; intelliguntur obstinati Iudæi, q; ad Chrm̄ noluerunt cõverti: Et item vitiosi Christiani, q; cõtra aduersarios Dei ac fidei negligit phari, & suis cõmodis, honoribus, cõtentionibus ve inteti sunt, ita q; malunt se inuicem deuastare, q; aduersus perfidos ac tyrãnos vitorumq; turbaq; cõcorditer dimicare.] Postremò, qualiter cõtra inimicos Christianæ religionis dimicatum sit vberim de cælo, ita q; perfidi diffugerunt: qualiter etiã per Ia hel bñdicißima virgo Dei mater Maria, per Sisarã aut diabolus designetur, phabutum est. Ange lus quoq; Michael princeps ecclesie, p̄cipit maledicẽ zelo æqtatis multitudini principũ ac gen tiũ discredentiũ, aduersantũ ac reluctantiũ, p̄spero statui ac salutis militatis ecclesie, nisi resipiscat.] Explanatio literalis cap. 6. Fecerunt autem filij Israel malum in conspectu domini.

Articulus 11.

Vxtra ordinem rei gesta, nunc recitatur quarta Israelitarũ oppressio generalis. [Fecerunt aut filij Israel malum in cõspectu dñi.] Quotidiè ocs peccamus, atq; in Dei præsentia facimus ma la, cũ & iustus septiès in die cadat: sed dũ filij Israel dicuntur malũ fecisse, & ob hoc hostib; tra diti, intelligendũ est p̄sertim de maximo illo malo, videlicet idololatria ac multis criminibus ei annexis. [Qui tradidit eos in manus Madian.] Madianitarum, qui nati fuerunt ex filio Abrahæ ac Cethuræ, noie Madian, vt patet in Genesi. [Septè annis, & oppressi sunt valde ab eis, feceruntq; sibi antra & speluncas in montibus, vt ibi laterent, ne occiderentur aut caperentur. hoc impoten tiores & timidiore fecerunt, audaciores verò & fortiores fecerunt quod subditur: [& munitiones ad repugnandũ loca.] fortalicia, ex quibus repugnarent, si obiderentur. [Cumq; seuisset Isra el, Ji. agros feminasset, ascendebat Madian & Amalech, Ji. Amalechitæ, ceteriq; orientaliũ nationum, & apud eos figentes tentoria, sicut erant in herbis, cuncta vastabãt.] Si quidem tẽpore veris & deinceps terræ nascencia cõsumebant, & iumenta filiorum Israel diripiebãt sue machabãt, [vq; ad introitum Gazæ, nihilq; oĩnd ad vitam pertinẽs relinquebãt in Israel, non oues, non bo ues, non asinos, Ipse em̄ & vniuersi greges eorum veniebant cum tabernaculis suis, & in lar locu starum vniuersa cõplebant innumera multitudo hoim̄ & camelorum, q; quid tegerant deua stantes. Humiliatusq; est Israel valde in conspectu Madian. Et clamauit populus Israel ad dñm,] non tñ synceriter, neq; ocs, vt ex sequentib; innotescit. [qui misit ad eos virum pphetam, postu lans auxiliũ cõtra Madianitas,] quem Hebræi dicunt fuisse Phinees, non q; adhuc viueret à tem pore Iosue, imò & Moses, sed q; in alio apparuerit corpore. Etem asserunt angelum eum fuisse, quod totum est falsum. [& loquutus est: Hæc dicit dñs Deus Israel: Ego vos feci descendere de Aegypto, & eduxi vos de domo seruitutis, & liberaui de manu Aegyptiorũ & oim̄ inimicorum qui affligebant vos, &c. & tradidi vobis terram eorum, & dixi: Ego dñs Deus vester, ne timeatis deos Amorrhæorum.] Itaq; Deus per virum illum exprobrauit ingratis illis beneficia sua. [Venit aut angelus dñi,] Glossa & Scholastica historia, multiq; alij dicunt, angelum istum fuisse vi rum, qui iam antè fertur missus à Deo ad populũ increpandũ. Angeli etem̄ in scripturis sapè vi ri vocantur, p̄sertim quia apparer̄ in forma virili. Sed huic dicto obijciunt alij, q; vir iste vocatur propheta. Angeli verò nõ cõsueuerunt in scripturis prophetæ vocari. Deniq; scriptura ista loquitur de angelo isto & de viro illo, tanq; de distinctis personis. Verunt Augustinus hic ait: Cur non exprimatur nomen huius prophetæ, occulta est causa, sed quia post verba prophetæ statim subiungitur, Et venit angelus, nõ absurdè intelligitur angelus iste noie viri significatus. Nomine em̄ virorum, sapè dicuntur angeli: sed angelos prophetas dici, non occurrit: quis eum qui propheta est, occurrit angelũ appellari. Sed si angelorũ dicta prophetica, nota sunt his quibus futura p̄tunc nunciãt, cur non potest dici angelus & ppheta? Hec Augustinus. Attũ potius reor, q; vir ille propheta, fuerit verus homo. Venit ergo angelus & sedit sub quercu,] apparuit em̄ in forma huma na, [quæ erat in Ephraim,] vrbe sic dicta, vel in agro vicino, [& pertinebat] quercus illa & ager ac lapis super quem angelus sedit, [ad Ioas patrem familiæ Ezri:] Ji. honorabiliorem ip̄ illa familia, ita q; dicitur pater eius non gnatione, sed potestate & honorabilitate. [Cumq; Gedeon filius eius excuteret atq; purgaret frumenta in torculari] per suos ministros, nã multos habuit seruos, Ideo aut excussit blada, quia fugere intendebat. Et frumenta secum in aliquo loco munito reponere pro necessario victũ in lógum. Excussit aut in torculari, vt fugeret Madian.] Sed quare non ma gis in horreo? Fortè quia secretũ fiebat in torculari. Circa hoc Iosephus ait: Hoc fuit maximè propiciationis diuinæ indicium, q; vt bebatur torculari pro area, q; futurum erat per eum, vt areã impleretur ac torcularia.] apparuit ei angelus dñi cum salutans, & ait: Dñs tecum virorum for tiffi

psal. 67.

Pro. 24.

Gen. 25.

August. lib. iudic. 9. 35.

Mal. 2. 1.

1. Cor. 10.

Iose. lib. 6. an. iu. ca. 10.

tissime. Ecce q̄ solennis salutatio, imò & laus. Nec recolo aliquem in veteri test. tam solenniter desuper salutatum. Sed quò fuit virorum fortissimus, q̄ fugere disponebat. Dicunt q̄dam, q̄ taliter salutabatur ac laudabatur, p̄pter gesta eius futura. Atq̄ dici potest, q̄ sicut ceteri iudices erant viri in virtute præclari q̄n mittebant ad populū liberandū, ita & Gedeon. Et q̄ fugere voluit, prudentiæ fuit, non vitij: q̄a conspexit se non posse viribus suis resistere hostibus, non fuit ad idololatram lapsus, sed & corporali fortitudine sp̄ollebat. [Dixitq; ei Gedeon: Obsecro dñe mi.] Gedeon angelum noīat dñm, q̄uis nondū cognouit q̄ angelus esset, q̄a in specie honorabilis atq; authenticæ viri angelus apparuit sibi. [Si dñs nobiscum est.] Angelus dixerat, dñs tecum: nō aut, dñs vobiscum: Gedeon verò sic repetit, imò & replicat, Si dñs nobiscum est. Erat q̄ppe Gedeon vir humilissideo sibi videbatur, q̄ si dñs esset secum, esset quoq; cum alijs Israelitis quos reputauit se meliores. Itaq; quasi contra verba illa arguens, dicit: Si dñs nobiscum est, cur ergo appropinquauerunt nos oīa ista? i. tot & tanta aduersa. quasi dicat, non apparet q̄ dñs sit nobiscum. [Vbi sunt mirabilia eius, q̄ narrauerunt patres nostri, atq; dixerunt: De Aegypto eduxit nos dñs? Nunc aut dereliquit nos dñs, & tradidit in manu Madian.] Itaq; dicat, in tñ reliquit nos modo, ac si non fecisset tot & tanta mirabilia pro liberatiōe patrum nostrorū. Vel vbi sunt mirabilia eius? quasi dicat, Vtinam & modò ageret talia pro nostra ereptiōe. [Et respexitq; ad eum dñs.] i. angelus in Dei persona apparēs, ac loquēs ad eum, quasi cōpatiēs ei, & approbans eum. Deus quoq; respexit eum sup̄ intuitu pietatis, & interiora ei cōfortauit per gram, [Et ait: Vade in hac fortitudine tua] i. in hac fide & gr̄a tibi concessa. [Et liberabis Israel de manu Madian.] Scito q̄ miserum te, & de hac visiōe & p̄nunciatione non ambigas. [Qui ait: Obsecro mi dñe, in quo.] i. qua virtute atq; meritis liberabo Israel de Madianitis me potērioribus? Deinde suam in idoneitatē probat, adijciedo: [Ecce familia mea infima est in Manasse.] i. in tribu Manassā, familia de qua sum, est valde parua & vna de minimis. [Et ego minimus.] i. valde modicus sum in domo patris mei. Ex humilitate hæc dicit, ad excellentiores se cōparans: quæ admodum Saul adhuc bonus, cūm audisset q̄dam verba à Samuele, respōdit: Nunquid non filius Iemini ego sum de minima tribu Israel, & cognatio mea nouissima inter oēs familias de tribu Benjamin in v̄t legitur. i. Reg. 9. Quem admodum aut super Iosue dictum est, Tribus Israel diuidebant in familias, familia in domos, domus in capita virorū. [Dixitq; ei dñs: Ego ero tecum] per opem & assistentiā gratiosam. [Et percussit Madian quasi vnū virum:] i. facilliter me auxiliante p̄ualebis, quasi vnū duntaxat hoīem impugnares. Deniq; ex his verbis Gedeon cœpit p̄sare, q̄ angelus esset q̄ sibi colloquebatur, p̄sertim extera magnificā p̄missione. Veruntā nondū fuit certus de hoc, nec volebat incauta facilitate credere apparitiōi. vnde subiungit: [Et ille: Si inueni, inq̄, gram coram te, da mihi signum] q̄ tu sis q̄ loquaris ad me. i. q̄ tu verē sis missus à Deo, seu angelus sanctus, quasi iam implens, quod docet Iosues apostolus: Nolite omni sp̄i credere, sed probate sp̄s an ex Deo sint. Hinc loquitur Origenes: Gedeon vir eruditus, habēs exēplum Iosue p̄cessoris sui, cautiū agit. Sciebat em̄ angelos tenebrarum posse transfigurare se in angelos lucis, ideo examinat sp̄m s̄i à Deo sit. Quem admodum Iosue cum principē militiæ caelestis vidisset, inq̄rit: Nolite, an aduersariorū? Hinc Gedeon discutit angelicā visiōe diuersitate & admiratiōe signorū. [Nec recedas hinc, donec reuertar ad te, portās sacrificium & offerēs tibi:] non tanq̄ Deo, cui soli sacrificium immolat, sed offerens tibi, i. corā te illud p̄sentans, quatenus tu offeras illud Deo, & per aliquod signum in ista sacrificatiōe sciendū intelligere quæ certiuē, [q̄ tu sis missus à Deo, seu angelus] hinc Augustinus: Intelligendū est, nō eum angelo, sed per angelum sacrificiū obtulisse. Qui respōdit: Ego p̄stolabor aduertituum tuum. Ingressus est itaq; Gedeon, & coxit hædū, & de farinā modio azymos panes in o fermētatos. nam panes Deo offerēdi, azymi erāt, secundū legē. [Carnesq; ponēs in canistro, & ius carniū mittēs in ollā, tulit oīa sub quercum, & obtulit ei,] videlicet angelo, iuxta sensum nunc introductum, nō quasi sacrificiās creaturæ. [Cui dixit angelus dñi: Tolle carnes] hæc di, [et azymos panes, & pone supra petrā illā, & ius desuper funde.] Cumq; fecisset ita, extēdit angelus summimitatē virgæ quam tenebat in manu, in signum autoritatis diuinæ sibi cōmissæ. [Et terripit carnes & azymos panes,] quasi sacrificans ea Deo. [Assēditq; ignis de petra,] quē ignē angelus supernaturaliter fecit de petra exire: vel naturali virtute hoc egit, cūm & nos excutiamus ignē saxo & chalybe. Et per hoc angelus se ostēdit nō hoīem esse, q̄a si homo fuisset, ligna & ignē sacrificiū sup̄posuisset. [Et carnes azymosq; panes cōsumpsit.] Sicq; sacrificium illud factum est holocaustum. Circa hæc q̄rit Glossa: Quò Gedeon ausus est sacrificium offerre alibi q̄ in tabernaculo dñi? Et respōdit, q̄ Gedeon primò putauit illum esse, p̄phetā, & de sacrificiō offerre nō cōsuluisset ipsū, & eius r̄sionē sequutus est. [angelus aut dñi euanuit ex oculis eius.] Corp̄ ast̄ m̄ prum subito deponēdo, vel illud inuisibile alijs faciēdo, aut etiā euolādo. [Vidēs q; Gedeon q̄ angelus dñi esset,] quod ex tot & tātis mirabilib; factis aduertit, [dixit: Heu mi dñe Deus, q̄a vidi angelum dñi facie ad facie.] i. clarē ad oculum, Cur viso angelo non potuēs esse gauisus, q̄ ita p̄ter ritus?

2. Ioan. 2.

1. Cor. 11.

1. Ios. 5.

Aug. lib. Iudic. q̄st. 31.

1. q̄st. 1. cañ. eū scriptu.

ritus? R̄idetur, q̄a vt ex verbis quæ sequunt̄, elicitur) formidauit se p̄tinens moriturum, q̄a ad Mo sen dixerat dñs: Non videbit me homo, & viuet. Et angelus iste in Dei persona erat loquutus. Vnde & Manue, viso angelo, est loquutus: Morte moriemur, q̄a vidim; dñm. [Dixitq; ei dñs: An idē] Exo. 3. angelus statim apparuerit ei rursus ad oculum, & ista loquutus sit ei: an per interiorē alloquutionem dixerit ei hæc, potest esse ambiguum, sed potius arbitror q̄ per angelum: [Pax tecum, ne timeas] in ordinatē, [nō morieris] nunc vt formidas. [Aedificauit ergo Gedeon altare dño] ex deuotiōe. Infrā tñ habet, qua autoritate hoc fecit. Vnde & istud nunc dicitur per antiq̄pationem. [Vocauitq; illud, dñi pax.] q̄a angelus dixit ad eum, Pax tecum. Et ibi p̄nunciavit ei liberatiōem filiorum Israel de Madianitis. Hebreis aut cōsuetudo fuit, imponere noīa rebus ab euctu seu aliqua p̄prietate vel actione & c. [Cumq; adhuc esset in Ephra, q̄ est familia Ezri.] in loco seu oppido illo, ad illam familiā pertinētē, t̄noctē illa dixit dñs ad eum] per angelum, siue in somno siue in vigilia: [Tolle taurū p̄ris tui,] i. taurū quē patetur Ios intēdit idolo Baal sacrificare, amoue & occide, ne idolo immolet. [Et aliū taurū annorū 7.] etiā tolle. Illū aliū taurū ciues vr̄bis illi ip̄inguarūt, vt sacrificaret Baal, vt in Scholast. fer̄ h̄ hist. ideo dñs iussit vt taurū indē auferret. [Destruēs q; arā Baal, q̄ est patris tui.] quo cōstat, q̄ pater Gedeonis fuit ad idololatriā lapsus. [Et nemo, quod circa aram est,] i. arbores ibi cōstitas [succide] in cōtemptum idololatriæ, & zelo cultus diuini, atq; in signum q̄ per te idololatria destruet̄ in populo Israel. [Et edificabis altare dño Deo tuo in summitate petræ huius.] magni faxi, [super quam antē sacrificiū posuisti.] Ex cōcessione em̄, apparitiōe & sacrificatiōe angeli ibi factis, cōsecratus fuit locus ille, vt in eo cōstrueretur altare. [Tollesq; taurum secundum,] i. puta taurum illum septennē, [et offeres] Deo holocaustum super struem.] i. cōpositionē, materiāq; [lignorum, q̄ de nemore] quod est circa aram Baal, [succideris,] vt sic in Dei obsequiū cōuertant̄, q̄ erant idololatriæ deputata, ad ampliōrē idolorum & idololatrarum cōfusionem. [Deinde in textu describitur, qualiter Gedeon exequutus est ista. Et plana est litera. Porro, altare extra tabernaculū Dei cōstruere, & in illo sacrificare non licuit, nisi ex dispensatiōe diuina. Nec Gedeon aliter licuisset sacrificare, q̄a non erat Leuita, si tñ per se & nō potius per manus sacerdotis sacrificauit. [Cumq; surrexissent viri oppidi eius,] nē, viderunt destructā aram Baal, lucumq; succisum & taurū alterum impositū super altare quod tunc edificatum erat. Dixeruntq; ad inuicē: Quis hoc fecit? Cumq; perquirent authorē facti, dicitur est: Gedeon filius Iosue fecit hæc oīa. Et dixerunt] viri ciuitatis illius [ad Ios: Produc filium tuum huc, vt moriā.] i. Gedeonē da nobis ad occidendū, q̄a destruxit aram Baal, & succidit nemus. Itaq; cōstat q̄ nondū oēs filij Israel de sua idololatria recesserunt, nec oēs clamauerunt ad dñm ex vera cōtritiōe. [Quib; ille] i. Ios respōdit: Nunquid vltores estis Baal, vt pugnetis p̄ eos? quasi dicat, si Baal est deus, potest personaliter suam vlciscī iniuriā. [Qui aduersarius eius est,] moriatur antēq̄ lux crastina veniat. Si deus est, vindicet se de eo q̄ suffodit aram eius. i. hodiē occidatur ab ip̄o Baal, non à vobis. Hinc patet q̄ Ios nō tm̄ erat cultui Baal deditus, q̄ propter cōtēptum Baal voluerit suum filium trucidari, & fortē iam aliquantulum nouerat ex Gedeonis relatu, qualiter ex diuina cōmissione talia fecit, cūm probabile sit, q̄ super hoc interrogauerit Ios suū filium Gedeonē. [Ex illo die vocatus est Gedeon Ierobaal] i. fortitudo Baal, quasi fortis contra Baal, q̄ non vindicauit se de Gedeone. [Ios q̄ Ios] pater Gedeonis [dixit: Si] Baal [deus est,] vin dicet se, & c. Sp̄s aut dñi induit Gedeon, i. gr̄a sp̄s sancti impletus est ad p̄sequendum ea q̄ sibi erant desuper iussa. Itaq; sp̄s dñi, sp̄s sanctus, seu Dei voluntas induit Gedeonē, assumēdo eum quasi in strumentum atq; ministrum, vt p̄sequeretur per eum rigore suę iustitię in aduersarios Israelis, & suæ pietatis effectū in ip̄o Israelitico populo. [Qui clangēs buccina, cōuocauit domum Abiezer] i. progeniē viri sic dicti, de qua domo fuit & Gedeon, ideo tanq̄ cognatos vocauit eos in primis. [vt sequeretur se. Misitq; nuncios in vniuersum Manassē] i. ad tribum Manassā, [q̄ & ip̄se sequeretur eum:] & alios nuncios in Aser & Zabulon & Nephtholim, q̄ occurrerunt ei] ad auxiliandum. In sinuauerat em̄ illis quæ manifestata & cōmissa sibi erāt à dño. [Dixitq; Gedeon ad dñm,] i. p̄solum orandō: [Si saluum facies per manum meā Israel,] sicut loquutus es, ponā vellus hoc lanæ.] i. lanæum vellus [in area] i. horreo. [Si ros in solo vellere fuerit] i. vellus duntaxat fuerit rore cōplutum seu madefactum hac nocte, [et in omni terra siccitas] i. per totā arē terrā circumpositam siccitas m̄serit. [scilicet per hoc signum,] i. p̄ per manum meā, sicut loquutus es, liberabis Israel. Et factum est ita. Et de nocte cōsurgens] i. valdē manē, q̄a sollicitus fuit in isto negotio, [expresso vellere,] conc̄ h̄a rore impleuit. [Qui in signum veritatis ac signi, & p̄ declaratiōe diuinæ pietatis ac oipotentiæ eius,] rore ex vellere extorsit, & currere fecit in vasculum. [Dixitq; rursus ad dñm: Ne irascat furor tuus] i. rigor tuæ iustitiæ [cōtra me,] si adhuc semel tētauero.] i. experiiri q̄hero veritatem tuā p̄missiōis, [q̄rens signum in vellere] aliud à p̄dicto, & quasi cōtrarium illi signo. [Oro vt solum vellus siccum sit.] i. hac nocte in area maneat siccum, [et oīs terra rore madēs:] i. totum spatium aræ humectet̄ rore. [Fecitq; dñs nocte illa vt postulauerat, & fuit siccitas in solo velle-

Pet. C. 6. hist. lib. Iud. ca. 8.

re, & ros in omni terra. In quo patet benignitas & dignatio ac cōdescēdētia dei. ¶ Circa hoc scri-
 tur, an Gedeon peccauit, hęc signa q̄rendo. Videtur q̄ imō, q̄a dubitasse videtur de veritate p-
 missionis diuinę, & pro maiori certificatione signa petisse, vt patet ex suo modo loquendi. Nam
Septima oppressio generalis Israelitarum modo describitur, que qualibet phibitarum duravit diu. Stius, quadraginta videlicet annis. Prima aut durauerat octo annis, secunda decem & octo, tertia viginti, quarta septem, quinta decem & octo &c. ista, vt didici est, annis quadraginta. [Rursusq; filij Israel fecerunt malum in conspectu domini, q tradidit eos in manus Philistinorum quadraginta annis.] Vnde, pabile est, q ista eorum facinora fuerint pinductis enormiora, sicut & diuturnior fuit poena, non tñ describunt hic in speciali. [Erat aut vir qdam de Sarra] i. de loco seu oppido sic vocato, ad tribu Dan pertinete. Vnde subiungit: [De stirpe Dan] natus, Enomine Manue, habens vxorem sterilem. Cui apparuit angelus dñi, & dixit ad eam: Sterilis es] per naturam, & absq; liberis, sed concipies & paries filium: que Deus vult nasci de sterili, vt mirabilior sit eius natiuitas, & multiplicetur in eo mirabilia creatoris, ad gloria & honore ipsius. Etem virum tam supernaturali fortitudine decorandum, decuit supernaturali potetia concipi. [Cauere ergo ne bibas vinum & ficeram,] i. quemcumq; potum inebriatiuum, nec immundum quicquam comedas: Ji. nullum cibum lege prohibitum, & qui sunt huiusmodi cibi, describitur Levit. 11. [quia concipies & paries filium, cuius nō tanget caput nauacula:] Ji. caput eius nō radetur. [Erat em Nazarus Dei,] Ji. neo concrescere, & ad eius obsequia deputatus, [ab infantia & ex matris vtero:] Ji. mox à tempore quo anima eius suo corpori vnietur in vtero, vel à tempore natiuitatis seu circumcissionis. ¶ Circa hoc querit Primò, cur mari Samsonis Nazarum conceperetur, prohibent cibi ac potus hoc loco, qui Numeror. 6. prohibetur Nazareis? Respondendum, vt ipsa per tale abstinentiam obediens digna esset etiam concipere puerum, & supernaturali fecunditate dotari. Secundò querit, cur Nazareorum caput nō radebatur? Dicendum, vt distinguerent à ministris & sacerdotibus idolorum, quorum capita radi solebant: Et item, vt tam intèti essent circa interiorè mentis decorè, q exteriori ornatu nequaquam aduerterent. Querit tertio, quòd Samson fuit Nazarus Dei ex vtero matris? An sicut sacratissimus Ioannes Baptista per gratiam gratum facientem & dona ei adiuncta, hoc est, an fuit sanctificatus in vtero? Ad quod cõmuniter respondet, q non, sed Nazarus Dei sic appellatur, tanq per supernaturalem fortitudinẽ deputatus ad hoc, q Deus per eum inciperet suum populũ liberare, quod fuit donum græ gratis datæ. Videt tñ frequẽter & valde puentus donis gratie grati facientis, quæ saltem in sua circumcissione suscepit. [Et incipit liberare Israel de manu Philistinorum.] Recet aut, incipiet liberare. Non em liberauit ex toto, aut plenè Israeliticũ populũ de manu Philistinim, imò sub Samuele, Saule & Dauid fuerunt multoties à Philistæis impugnati. [Quæ cũ venisset ad maritum suũ, dixit ei:] Vir Dei venit ad me habes vultũ angelicũ, terribilis nimis. ¶ Angelum quippe in viri specie apparetem, putabat virum esse, quẽ dixit habere vultũ angelicũ, i. ultra humanũ modum speciosum, splendentidũ, atq; authenticũ, ita q in eius vultu interior sanctitas respicerebat. Propter quod dixit eum esse virum Dei, i. hominẽ virtuosum placetẽ Deo, & missum ab eo, quem & valde terribilem dixit, videlicet quasi fulgureo splendore terrificum, sicut & Christus in templo, suaq; passione instate perterritit intuentes. ¶ Deniq; apparuit angelus iste mulieri huic in agro, vt infra habet. In Scholasti. quoq; historia legitur: Mulieri ista, in agro sãpẽ tempus sterilitate amouenda orati, apparuit angelus. In eadẽ quoq; fertur historia, q mulier ista erat formosa, propter quod vir eius erat zelotes. Cumq; ipsa angeli pulchritudinẽ cõmendasset, cõtristatus est eius maritus, atq; vt mitigaret irrationabile viri trilitiam, consuluit ei vt ambo simul dñm exorarẽt, quatenus vir ille rursus veniret, & ambo de puero informaret. [Quẽ cũ interrogassem, q esset & vnde venisset, & quo nomine vocareẽt, noluit mihi dicere.] In omnibus his declarat eminẽtia femine huius in prudẽtia & virtute. Sciuit em non esse credendum omni spiritui, ideo interrogauit hæc tria, videlicet q esset q apparebat, an sãpheta, an angelus, & vnde venisset, an sãmissus esset ab aliquo, an proprio motu venisset, & an venisset missus de cælo, & quo nomine vocareẽt. Sed cur angelus non respondit ad ista? Dicendum, qad duo prima paulopost fuit responsurus per euidentiã facti, vt statim dicetur. Ad tertium vero nec post respõdit, ob causam quæ infra habebit, sed hoc respõdit: [Ecce concipies & paries filium.] Cauere ne vinum bibas nec ficeram. Nam & talis potus mulieribus specialiter est periculosus, cũ inebrietur facilliter. Propter quod & antiquorum Romanorũ femine abstinẽbant à vino, vt refert Valerius. [& ne aliquo vescaris immundo.] Erat em puer Nazarus Dei ab infantia vsq; ad diem mortis suæ. Ji. per omne tempus vite suæ, sicut & Samuel. Aliqui aut erant Nazarej Dei ad certum tempus, vt Nume. 6. describitur, q s. vobis bñ ad tempus determinatũ Deo per specialẽ deuotionẽ & ofonem vacare, sicut & August. hic tangit in Glosa. [Orauit itaq; Manue dñm, & ait: Obsecro dñe, vt vir Dei quẽ misisti,] Adhuc em credit hominẽ fuisse, nō angelum: & iuxta morẽ Hebræi sermonis, loquitur in sua ofone de dño & de Deo, quasi de alio & alio, cũ idem sit Deus & dñs. [veniat iterum, & doceat nos qd debeamus facere de puero q nasciturus est:] Ji. qualiter puerũ huic nasciturũ tractabimus & alemus. Verũta

Pe. Co. his. li. iud. ca. 16.

1. Ioan. 4.

Valerius.

Aug. lib. Iudic. quæ. 11.

in en

men hoc ex lege potuit Manue scire, cũ Numer. 6. dicat, à quibus Nazarus debeat abstinere. Sed hoc vel ignorauit, aut plenè scire optauit vir iste. [Exaudiuitq; dñs precantes Manue, & apparuit rursus angelus dñi vxori ei:] Vñ apparet q femina illa fuit marito suo deuotior, atq; ob hoc angelica apparitiõẽ cõdignior. [sedeti in agro.] Manue aut maritus eius non erat cum ea. Non apparuit ei angelus cum alijs resideti, aut more femineo alijs cõfabulati, sed solitudo cõsistenti in agro ad medietatũ atq; residũ, ob quã causam & Isaac frequẽter egrediebatur in agrũ. Secreta namq; diuina & reuelatiões ac apparitiões angelicæ, nō in tumultibus aut frequentia hominum, sed in solitarijs & secretis locis manifestari cõsueuerũt. [Quæ cũ vidisset angelũ, festinauit & cucurrit ad virũ suũ, nunciãuitq; ei, dicens: Ecce apparuit mihi vir quẽ antè viderã.] Ex his videtur, q vidit angelũ à longè venientẽ, & anteq eã accessit, ipsa cucurrit ad virũ suũ. Nō ergo improvisè & subito ad eã stetit, ne & ipsa ex hoc aduerteret angelũ esse. [Qui surrexit, & secus est vxorẽ suã:] q ferueti alacritate pcurrit ad angelũ. [Veniesq; ad virũ] putã ad angelũ. [dixit ei: Tu es q locutus es mulieri:] Ji. q vxori meæ pnuiciauisti de puero nascituro. Voluit em Manue de hoc plenè certificari. [Et ille rñdit: Ego sum] ille. [Cui Manue: Quãdo, inqt, sermo tuus fuerit expletus,] Ji. opere verificatus, [qd vis vt faciat puer?] Ji. qd ex parte Dei iubet, vt faciat puer quẽ promissisti: [aut à quo se obseruare debebit?] Ji. quẽ cibũ & potũ debet cauere? [Dixitq; angelus dñi ad Manue: Ab omnibus quæ locutus sum vxori tuæ, abstineat se,] Ji. vinum & ficerã & omnẽ cibũ lege phibitũ vitet per omne tempus vite suæ, cũ futurus sit Nazarus Dei vsq; ad mortẽ. Qui aut ad tempus certum erat Nazarus, per tempus illud ab huiuscemodi cibis ac potibus abstinẽbant. Mater quoq; Samsonis abstinẽbat à talibus vsq; ad pueri sui natiuitatẽ. [Et quicq; ex vinea nascitur, nō comedat:] videlicet vvas aut vua passam. Hinc Levit. 6. clariũ legitur: Acetum ex vino, & quicq; de vva exprimit, nō bibet, videlicet nec agrestã, nec vvas recetes, siccãq; nō comedet. Quicq; ex vinea esse potest, ab vua passa vsq; ad azymũ, nō comedet. [& quod ei p̄cipi, Ji. quod puer nascituro obseruadũ præfixi,] impleat] opere, [atq; custodiat] alfidua recordatione, ne fiat transgressor tempore pcedente. [Dixit itaq; Manue: Obsecro vt acquiescas precibus meis, & faciamus tibi hæcũ de capris.] Per hæc verba secundũ August. Manue iurauit angelum ad pariter epuladũ, p nuncio bono, vt sit sensus: Faciamus tibi hæcũ de capris, i. hæcũ de grege caprarũ præparemus tibi ad comedendũ. [Cui rñdit angelus: Si me cogis, Ji. quãtu mecuq; inflanter in opportune rogaueris me, sicut Gene. 19. legitur, q Loth compulit angelos epuldũ, i. valde inflatẽ rogauit, & quasi inflat compellẽtus se habuit,] non comedã panes tuos. ¶ Manue obtulit hæcũ parare, & angelus repetit panes: qd per panes quæcumq; cibaria designantur. Sed cur angelus noluit manducare, cũ interdum manducasse legatur? Respõdet, q angelus nunc volebat manifestare se angelũ esse, per modum q subditur: [Si autem vis holocaustum facere,] Ji. hæcũ Deo in holocaustum offerre, [offer illud dño,] & non mihi. Offer (inquam) dño pro grãrũ actione bñficij tibi ab eo per me pmissi. [Et nesciebat Manue q angelus dñi esset: nec vxor eius adhuc sciuit hoc.] Dixitq; ad eum Ji. Manue ad angelũ: [Quod est tibi nomẽ, vt si sermo tuus fuerit expletus, honoremus te?] Si Manue iam credidit eũ q sibi apparuit, esse missum à Deo, seu esse prophetã, vt aliqui dicunt, cur dubitatiõẽ locutus est, dicens: Si sermo tuus &c. quasi promissio Dei posset non adimpleri? Et respondendum, q hæc dicitio, si, quãdoq; accipitur pro nō, quãdoq; pro qd, interdũ pro dum: & ita nunc accipi potest, vt sit sensus: Cũ sermo tuus. Vel cõditionaliter dixit, si sermo tuus, nō quasi ex dubitatiõẽ de veritate diuini pmissi, sed qd promissioes diuinæ qnq; intelliguntur cum implicita conditione, videlicet nisi homo obiecit ponat peccãdo: & ita ex consideratiõẽ ppriæ fragilitatis, dubitatio quãdã potest subesse, quãdã tamẽ sunt absolutæ promissioes. ¶ Queritur quoq; cur quæ fuit nomẽ angeli, vt posset eum opportuno tempore honorare? Dicit potest q ideo, quatenus nomen viri exprimeõdo, posset absentẽ facilius inuenire, & inuetõ honorem impedere. Vel si eum non inueniret, in scriptis factum istud, nomenq; viri redigeret. Quocirca queri iterum potest, qualiter eũ voluit honorare? Dicitũ, q honore dulciã, nō latiaz. Et forsã pposuit ei munuscula exhibere, seu aliter venerari secundũ quod hominem sanctum & dei vatẽ condecet honorari. [Cui ille respondit: Cur quæris nomen meum, quod est mirabile?] Quasi dicat: Nō est tibi rationabilis causa vel necessitas interrogandi & sciendi nomẽ meum, cũ non sim homo, vt putas, & quoniam nomen meum perfecte intelligere nunc non vales, secundũ quod nomen designat rem, quantum ad suam perfectionem, consistentiamq; completam. Ideo (Damascono testante) angeli quantum ad terminum seu speciem suam specialissimam, ignoti sunt nobis. Est igitur nomẽ angeli hominibus mirabile, nō quasi penitus ex sua natura omni mēti creatæ incõprehensibile, quod Deo est, pprium, sed quasi nō plenè cognoscibile viatoribus in hac vita. Circa hoc scribit Lyra: Nomina angelorũ qui mittuntur in ministeriũ, variantur secundũ legatiões eis commissas. Propter quod angelus ad purgãda Esaiæ labia missus, vnus de Seraphin nũcupat, quũ non fuerit de ordine Seraphin. Esa. 6.

Gene. 24.

vacinum,

Gene. 18.

Hebræi oculum

Damascon?

Esa. 6.

K Ange-

Angeli autem de futuris, ad quæ desuper mittent, præcognitione non habent, nisi in quædam reuelata eis à deo, quæ reuelatio sit secundum diuinæ iudicij voluntatis. Ideo angelus dixit nomen suum esse occultum, secundum quod in Hebræo habet, ubi nos habemus, mirabile) quoniam nesciebat, ad quod in futuro erat mittendus. Quauis autem hoc dictum, secundum se satis consonet doctrine catholicorum, tamē non sufficit huic proposito. Nam angelus iste sciuit ad quod tunc missus fuit. Ergo cognouit nomen quod ei protunc cōpetebat. Sunt etiā aliqua fixa angelorum vocabula. Ideo quoque angelus nomen suum non reuelauit huic viro, quia secreta cælestia ac diuina non sunt hominibus reuelanda, nisi secundum mensuram à Deo præfixam. [Tulit itaque; i. attulit [Manue hæc dū de capris & libamenta,] videlicet materias liquidas, quæ cum holocaustorum carnibus immolari solebant, & posuit supra petram.] lapidem gradem, iuxta quæ angelus ex proposito stetit, offerens dño, quod facit mirabilia;] quia omnipotens est, & supra omnem rerum naturalem cursum & ordinem, potest ad libitum operari. ¶ Queritur potest, An Manue obtulit ista Deo tanquam sacerdos, cum non esset sacerdos, an obtulit ista angelo non ut Deo, sed ut angelus, quem adhuc hominem sanctum aut prophetam putauit, ea ex parte sui Deo offerret. Ad quod aliqui dicunt, quod sicut ex commissione angeli & dispensatione diuina obtulit ista extra tabernaculum dñi, ita & sacerdotale expleuit officium. Alij verò dicunt, quod adduxit & posuit ista supra petram, ut ille qui sibi apparuit, ea offerret. Vnde secundum Lyrum, in Hebræo habet, Offerens dño mirabili occulto ad faciendum, i. ei qui sibi apparebat, & dixit nomen suum esse mirabile seu occultum, ut ipse expereret seu immolaret hoc holocaustum, quod prophetis ex diuina licuit dispensatione. Vñ 3. Re. 18. legitur. Helias holocaustum dño obtulisse. Veruntamen Septuaginta transtulerunt, offerens dño mirabilia facienti. Angelus quoque iam dixerat Manue, ut offerret illud Deo. Ipse autem & vxor eius intuebantur,] considerando quid fieret de materia illa in holocaustum oblata, cui non erat ignis suppositus ad incendendum oblata. [Cumque; ascenderet flamma altaris in cælum.] Per altarem, intelligitur petra illa, qua vice altaris utebantur, de qua virtute diuina ignis erupit, & forte angelus tetigit eam, sicut de angelo Gedeoni apparere dictum est supra. Imò ad minus tetigit eam spiritali tactu, sua virtute influendo in eam. Porro flamma illa ascendit in cælum aereum, i. vsque; ad notabilem æris altitudinem.

Iob 2. Vnde & amici Iob legunt sparsisse puluerem super capita sua in cælum. [Angelus dñi in flamma pariter ascendit,] per hoc ostendens se angelum esse, quod corpus assumpsit aereum, & illud, cui volebat, deposuit. [Quod cum vidisset Manue & vxor eius, proni ceciderunt in terram, & vltra eis non apparuit angelus dñi. Statimque; intellexit Manue] & etiā vxor eius, [angelus dñi esse,] Jex tamen subita ascensione & disparitione. Et item ex miraculosa productione tanti ignis, præfatum holocaustum repetere voratis. [Et dixit ad vxorem suam: Morte moriemur,] i. statim expirabimus, [quia vidimus dñm.] Secundum Augustinum, ex quadam magna turbatione & perturbatione hoc dixit, ex qua etiā tam ipse quam vxor ipsius corruerunt in terram, prout moris est fragilitati humanæ, visis cælestibus ac diuinis, vehemēter terreri, & corporalibus viribus ad tempus destitui. Vnde & Danie. 8. Langui, inquit, post visionem per dies. Et rursus Danie. 10. Dñe, in visione tua dissolutæ sunt cōpagæ meæ, & nihil in me remansit virium. Præterea, quoniam dñs dixit ad Mosen: Non videbit me homo, & viuere simpliciores inter Iudæos putabat eos mox morituros, quod deum aut angelum cōspexissent in forma sensibili. [Cui respondit mulier,] Jq̄ viro suo sapientior atque; virilior fuit: [Si dñs nos vellet occidere,] tanquam iniquos, vel per apparitionem istam mirabilem, tanquam ea indignos de manibus nostris holocaustum & libamenta non suscepisset:] i. accepta non habuisset, cum tamen acceptauerit ea, sicut per ignis huius mirabilem productionem & holocausti deuotionem monstrauit, quemadmodum & holocausta Abel, Aaron, Salomonis & Helie monstrauit sibi placere. [Sed nec ostendisset nobis hæc omnia, nec ea quæ ventura sunt:] i. futura & secreta [dixisset,] Jqualia non solet nisi suis charis monstrare, neque; ea quæ sunt ventura per nos, s. quod filium saluationis Israelis habebimus. [Peperit itaque; filium, & vocauit nomen eius Samson,] qui fuit tertius in ordine eorum, quorum nomen Deus legitur pronunciasse. Primus equidem fuit Ismael: secundus, Isaac: tertius, Samson. [Crenitque; puer] ætate, gratia, & fortitudine: ideo subdit, [Et benedixit ei dñs] dādo & multiplicādo in eo superna charismata, & specialiter fortitudinem etiā corporalem antea nusquam visam. Fuit autem inter gentes & Hercules, filius Iouis, vir fortissimus ante Samsonem. Vnde in libro de ciuitate Dei recitat Augustinus. Quod Samson putatus fuit esse Hercules in alio corpore. [Cæpitque; cum eo esse spūs dñi.] Jā circuncisione sua fuit in eo gratia faciens, virtutes quoque; & dona ei annexa, quæ tunc dabantur in circuncisione, quemadmodum nunc in baptismo: nec sine illorum infusione remittebatur peccatum originale, nec infantuli ad limbum patrum perducebant. Veruntamen spūs dñi cæpit esse in Samsonem statim ut ad ætatem peruenit adultam per reluctance fortitudinis & probitatis ac magnanimitatis, præcipue in castris Dan] i. in tribu & turris seu habitaculis Dan patriarchæ. [inter Sarra & Esthaol] quia in illis locis & intermedijs morabantur filij Dan.

¶ De mystico eiusdem cap. 13, intellectu.

Art. 23.

Sam-

Samson euides fuit Christi figura penè in omnibus. Nam & Samson interpretatur sol eorum, quod maxime competit Christo, quod est sol sapientiæ, solq; iustitiæ. De quo impij fatentur: Sol intelligentiæ non est ortus nobis. De quo Malach. 4. loquitur pater: Orietur vobis timentibus nomen meum, sol iustitiæ. Christus ergo quod solus inter omnia ex se & eminentissimè lucet, de cuius plenitudine omnes accepimus, in quo & ardentissima charitas fuit, verè est sol vniuersorum fidelium, immò ipse secundum naturam assumptam, seu anima eius, cunctos illuminat ciues triumphantis ecclesiæ. Porro, per Philistæos, quæ erant præ cæteris acerrimi ac diuturniores filiorum Israel hostes & oppressores, intelliguntur inuisibiles nostrarum æmuli animarum, à quibus Christus cæpit nos liberare in sua incarnatione. Mox enim conceptus in vtero, fuit ratione plenissimè vtens, cæpitque; affici & orare, pro generis humani salute, atque; extunc promeruit nobis charismata gratiæ. At verò in sua passione satisfecit pro nobis plenariè. Effectum autem suæ perfectæ liberationis, seu plenum fructum suæ dignissimæ passionis tribuet cunctis electis in die iudicij vniuersalis, quibus tunc consummatam tribuet felicitatem in anima & corpore, auferetque; ab eis omnem mortalitatem & passibilitatem vtriusque. Denique; quod Samson à matre naturali sterili, superna naturali auxilio concurrente, conceptus & natus est, angelo annunciante, quid designauit, nisi quod Christus à matre supernaturaliter fecundata, denunciante archangelo, est conceptus ac genitus? Rursus, quod Samson ex vtero matris vsque; ad mortem, Dei extitit Nazareus: præfigurauit, quod dominus Iesus ab incarnationis exordio consecratus est patri æterno, & vsque; ad mortis exitum ei plenissimè adhæsit, feruuit ac militauit, atque; ab omni immundo abstinuit. Iterum Samson in com parabili fortitudine sua ipsum præmonstrauit, quod exultauit ut gigas ad currendam viam, gemine planè gigas substantiæ, de quo Esa. 9. prædixit: Vocabitur nomen eius, admirabilis, consiliarius, Deus fortis. Et Psal. 23. Dñs fortis & potens, dñs potens in prælio. Itemque; Psal. 44. Accingere gladio tuo super femur tuum potentissimè. Denique; Christus obtulit Deo patri hæc dū & libamenta in holocaustum, i. corpus suum & sanguinem in ara crucis in odorem suauitatis, quod ardentissima inflammauit dilectio. Et sicut de Samson ait scriptura, Creuit itaque; puer, & benedixit ei dñs, cæpitque; in eo esse spūs dñi in castris Danita de Christo in Euang. legitur, Puer Iesus proficiebat sapientia, ætate & gratia. Et rursus: Non ad mensuram dat Deus spiritum homini, s. Christo, cuius animæ capacitate omnino repleuit charismatibus gratiæ, virtutum, donorum, beatitudinū & fructuum, donisque; gratiæ gratis datæ. Quorum excellentia cæpit relucere in Christo, potissimè in castris Dan, i. inter eius discipulos, qui fuerunt filij Dan, i. iudicij seu discretionis, quam didicerunt à Christo. Præterea tropologicè studeat vnusquisque; fidelium esse Samsonem, i. sol eorum, inter quos conuersatur, quatenus (iuxta Christi doctrinam) luceat lux eius omnibus illis. Satagat igitur quilibet alium in omni virtute, in omni s. humilitate, patientia, mansuetudine, prudentia, exemplaritate, continentia, sobrietate, charitate & puritate excedere, ut his sanctis virtutibus clarificet atque; edificet omnes. Et imperfectorum elationem, iram, impatientiam, insipientiam, imperantiam, auersionem vincat, frangat, extirpet, sitque; filius Manue, i. quiescētis seu pacis. Nam Manue interpretatur quiescens. Et offerat hæc dū ac libamenta, implendo illud Apostoli Romanor. 12. Obscuro vos fratres per misericordiam dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placetem. Et denuò Colossen. 3. Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram. Qui hoc modo satagit esse Samsonem, incipit fratres seu proximos suos de manu Philistinum liberare, immò indubitanter de potestate dæmonum eripit plurimos viuos & mortuos, oratione, exemplo ac meritis. Specialiter quoque per Samsonem ex vtero matris vsque; ad obitum, Dei Nazareum, designant religiosi Deo perpetuò consecrati, atque; in holocaustum oblati, & etiam illi qui in baptismali innocentia vsque; in finem perseuerant, quorum est à vino & ficera, i. ab omni ebrietate & crapula penitus abstinerere. Postremò & in nouo testamento fuit quidam nomine Samson, vir verè ac spiritaliter fortissimus, mirabiliter deificatus, primò monachus, dein de presul sanctissimus, qui inter cætera sua magnalia legitur quatuor mortuos suscitasse, ad cuius imperium malitiosissima syluestri scemina expirauit, draco immanissimus obediuit, qui instar solis in ecclesia coruscavit. Quo adhuc in materno vtero existeret, matri eius in visu ostensum est, quod sol ex vtero suo progrediens, totum illustraret mundum, quod beatissimus vir antiquum illum Samsonem in spiritali fortitudine, sanctitate, miraculis vicisse videtur, quamquæ & Samson ille tam solenniter prænunciatus ab angelo, miraculose quoque; conceptus, fuisse magnus sanctus credatur, quod & ab Apostolo ad Hebræ. 11. inter sanctos annumeratur, Qui per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repositiones, &c.

¶ Expositio Cap. 14. Descendit ergo Samson in Tamnatha. Art. 24.

Nunc recitatur, cur & qualiter impugnare cœperit Philistæos. Descendit ergo Samson in Tamnatha: i. ex quo tanta ei fortitudo collata fuit à dño, ut Philistæos debellare inciperet, hinc, Deo instigante, iuit ad oppidum Philistinorum, nomine Tamnatha, quod situ bassius fuit

K 2 ter-

Iudic. 6.

Iob 2.

Aug. lib. 10 di. quæst. 54.

Exod. 3.

Gene. 4. Leuit. 9. 3. Reg. 8. 3. Re. 17.

Gene. 16. Gene. 19.

Augustin.

Psal. 8. Ambrosius.

Luc. 2. Ioan. 3. Esa. 11.

Mat. 5.

terra, in qua Samson demorabatur: ideo dicit descendisse. Descendit autem ad intuendum quædam solennia, quæ tunc agebantur ibidem, non ad imitandum, quoniam idololatricam abhorrebat, sed magis ad irridendum, atque ut visa infidelium abusione vesana, magis corroboraret in deuotione & cultu vniuersi Dei. [videns ibi mulierem] i. puellam virginem [de filiabus Philistinum] i. de numero filiarum Philistinorum, [ascendit] redeundo ad domum paternam, [et nunciauit patri suo & matri suæ, dicens: Vidi mulierem in Tamnatha de filiabus Philistinorum: quam, quæso, ut mihi accipias uxorem,] i. mihi consentias & cooperemini ad hoc, ut eam accipiam coniugem, per verba de præfenti seu iuxta formam tunc solitam. Itaque iam erat adultæ ætatis ac nubilis. Samson quoque tanquam bonus prudensque filius, noluit clam inire concubium, sed de scitu & consensu suorum parentum. Per quod docent fideles filij ac filia, ne clandestina matrimonia contrahant, sed suorum utranque parentum seu propinquorum & amicorum consilij, nisi fortassis vellent religionem intrare aut penitus continere. [Cui dixit pater & mater sua: Nunquid non est mulier in filiabus fratrum tuorum] i. in tribu Dan, sicque cognati vocantur hic fratres, quoniam Samson vniuersi genitus fuit, [et in omni populo tuo.] Si per omnem populum Samsonis, intelligat sola plebs tribus Dan, istud est quasi expositio verbi præhabiti: Si verò per omnem populum illum intelligant cæteræ tribus Israel, sensus est, quod parentes Samsonis reputabant magis illicitum, quod acciperet coniugem ex filiabus Philistinum, quam ex alia quacunque, Israel tribu, eo quod plus distabant Philistæi ab Israelitis, quam vna Israelitica tribus ab alia, cum tamen vtrunque, secundum legem videret illicitum, quum scriptum sit Num. 36. Omnes viri ducent uxores de tribu & cognatione sua. Et Deuter. 7. Non inibis cum eis, videlicet alienigenis, coniugia. [quia vis accipere uxorem de Philistinum, qui incircuncisi sunt?] cum tamen dispar cultus impediatur matrimonium contrahendum, dirimatque contractum, [Dixitque Samson ad patrem suum: Hanc mihi accipe, quæ placuit oculis meis.] Videt, quod illa fuit irrationalis causa, ita quod Samson ex libidinoso concupiscentia motus sit ad contrahendum coniugium, & contra illud quod scriptum est: Ne sequaris concupiscentiam oculorum tuorum. Respondet, quod sicut Iacob dilexit Rachel propter naturalem dispositionem & decorem ipsius, non tamen sistendo ibidem, sed ad finem honestum talia referendo: ita de Samone sentiendum videt, præsertim quia subiungit: [Parentes autem eius nesciebant, quod res à domino fieret:] i. quod Sason ex diuino moueretur instinctu. Poterat tamen in illa Samsonis complacentia ad puellam, venialis culpa alicuius concupiscentie admisceri. Denique quia res illa fiebat à domino, qui dispensauit cum Samone in propria lege, quæ in generali prohibuit matrimonia cum alienigenis contrahi, ideo Samson excusat in hoc à peccato. Nam & scriptura hæc dicendo, quod parentes eius ignorabant rem illam à domino agi, satis insinuare censet, quod Samson hoc sciuit, siue per inspirationem internam, siue per reuelationem externam per angelum factam. [et quæreret occasiones contra Philistinum] i. hoc quoque nesciebant parentes Samsonis, quod ipse quæreret aliquam iustam causam seu occasionem impugnandi Allophylos. Quocirca quæreri potest, quod necesse erat Samsoni occasione huiusmodi quærere, cum filij Israel à Philistæis grauiter premerentur, & terra Philistinorum esset pars Israelitis promissa. Alij quoque iudices statim cum potuerunt, congregato exercitu, impugnaverunt hostes Israeliticæ plebis. Respondet, quod filij Israel propter sua peccata fuerunt subiecti Philistinorum imperio, & sub tributo eis deseruiebant, ita quod interim fuit inter eos pax quædam & compositio per iuramentum aut promissionem firmata, quæ sine noua occasione non fuerat infringenda. Vnde Hierem. 50. & Ezech. 17. Deus frequenter prædixit se puniturum & regi Babylonis subiecturum Sedechiã regem, eo quod violauit pactum cum rege Nabuchodonosor initum. Hinc in Ezechiele legitur: Qui dissoluit pactum, nunquid effugiet? Quod autem alij iudices fecerunt, ex diuina fecerunt commissione, & forte eorum temporibus non erat huiusmodi pacta inter filios Israel & hostes eorum. [Eo enim tempore dominabatur Philistinum Israeli] cum abusione & fastu, ideo Samson quæsiuit contra ipsos occasionem. [Descendit itaque Samson cum patre suo & matre in Tamnatha,] ad desponsandum puellam. Quærit, an parentes eius peccauerunt in hoc. Videt quod imò, eum scriptum sit Deuter. 7. Filiam illius, videlicet alieni seu infidelis, non accipies filio tuo. Respondet, quod crediderunt filium suum moueri à Deo: quoniam per angelum fuit prænunciatus & supernaturaliter natus, atque (ut aliqui dicunt) Samson insinuauit eis, sibi diuinitus notificatum, quod matrimonium illud Deo placeret, & quod res illa ageretur à domino. Sciebat etiam Sason ex reuelatione in quodam comuni seu indistincto, quod ex illo coniugio oriretur contra Philistæos occasio, quamuis nondum cognosceret modum determinatam. [Cumque venissent ad vineas oppidi,] i. nomine Tamnatha, quæ erat extra oppidum sita, [apparuit catulus leonis sæuus & rugiens, & occurrit ei,] i. catulus ille Samsoni, ut dilaniaret & deuoraret Samsonem. [Irruit autem spiritus domini in Samson,] i. spiritus sanctus mouit, excitauit & confortauit Samsonem ad inuadendum leonem, [et dilacerauit leonem, quasi hæcudum in frustra discerperet, nihil omnino habens in manu:] immo nec læsit manus

manus suas hoc faciendo, propter quod nemo suspicabatur de facto. Et in hoc patuit mira ipsius fortitudo, quam tamen ex sola complexione, naturalive dispositione non videtur habuisse, ut infra tangetur. [Præterea, quidam in veteri testamento leonem occidisse leguntur,] ut David & Banaias: quidam quoque in nouo testamento, de quorum nullo habetur quod fecerit hoc, nihil omnino habens in manu. [Et hoc patri & matri noluit indicare.] Ex hoc verbo multa eliciuntur. Primum, quod ad tempus pro aliqua causa à suis diuertit parentibus, & tunc ei occurrit leo. Secundò, quod erat virtuosus, prudens & humilis, non vanus ac leuis, quoniam tantum opus celauit, neque iactauit se fecit. & Saul adhuc humilis, non indicauit patri seu patruo suo, quemadmodum à Samuele fuit vnctus in regem. Tertiò, quod parentes Samsonis considerauerunt eum notabiliter immutatum in facie, & aliquid peregrinasse, ideo interrogauerunt quid egisset: & tamen noluit eis indicare, quia nondum patuit eius fortitudo in aliquo facto tam magno. Ideo secretum suum tenuit sibi, iuxta illud Esaiæ 24. Secretum meum mihi. [Descenditque] de vineis in Tamnatha, [et loquutus est mulieri quæ placuerat oculis eius:] quia cum suis parentibus tractauit cum puella & eius parentibus de conuentione concubij, & concordauerunt, ita quod sponsalia tunc fecerunt. [Et post aliquot dies reuertens ut acciperet eam] in sponsam & coniugem, condormiretque ei. Itaque factis sponsalibus reuersus est cum suis parentibus ad domum parentum, deinde cum eis redijt ad domum puellæ. [declinauit] sicut & antè parum ab itinere, relicta in via parentibus, [ut videret cadaver leonis,] quem interfecit, non ex vanitate & curiositate, sed magis ut ex recenti materiæ miraculi huius aspectu incitaretur de nouo ad gratiarum actionem & laudem pro tanto beneficio, quod vicit volentem se deuorare. [Et ecce examen,] id est, congregatio, [apum in ore leonis erat, & fauus mellis,] ex apum mellificatione. Sunt autem diuersæ species apum, quarum quædam naturaliter horrent fœtida loca, quædam verò ignobiliora talia non abhorrent, quales istæ videntur fuisse. [Quem] scilicet fauum mellis [cum] sumpserit in manibus, comedebat in via, veniensque ad patrem suum & matrem, dedit eis partem] mellis, sed & sponsæ suæ tradidit partem, ut Magister in historijs addit. [Equi & ipsi comederunt, nec tamen eis] in inquirentibus vnde mel illud collegisset, [voluit indicare quod mel de corpore leonis sumpserat,] Descendit itaque pater eius] cum eo, immo & mater sua, [et fecit filio suo Samsoni conuiuium] nuptiale in domo sponsæ. [Sic enim iuuenes facere consueuerant.] id est, procurare, ut eorum parentes facerent nuptiale conuiuium. [Cum ergo ciues illius loci] scilicet Thamathæi, [vidissent eum,] id est, considerassent, quod Samson esset iuuenis valde robustus & audax, [dederunt ei sodales triginta,] qui essent cum eo. [Secundum expositores, cum ciues Tamnathæi exercerent epulas nuptiarum,] timentes robur Samsonis, adiunxerunt ei de suis tot iuuenes fortes, sermone & specie socios, & quasi ob nuptiarum honorem, sed re ipsa custodes, quatenus ei resisterent, si crescente conuiuio fatigaret, aliquid attentaret aduersus eos. [Quibus loquutus est Samson:] Proponam vobis problema: hoc est, quæstionem obscuram & difficilem ad soluendum: Quærebat enim occasionem contra eos, & probabiliter æstimauit ex propositione illius problematis contentionem mox oriturum, & illam contra ipsos litem acquireret. Ideo addidit: [quod si solueritis mihi infra septem dies conuiuij] nuptialis, quod per vnam durauit hebdomadam, sicut & Genesis 29. Laban ait ad Iacob: Imple hebdomadam dierum copulæ huius. [dabo vobis triginta findones] id est, lineas vestes, & totidem tunicas] laneas. [Sin autem non potueritis soluere, vos dabitis mihi triginta findones & eiusdem numeri tunicas.] Respondent ei: Proponere problema ut audiamus. [Erubuerunt enim eo inferiores apparere in sapientia.] [Dixitque eis: De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo.] Sensus huius problematis infra in textu exprimitur. Iosephus autem refert eum ita proposuisse: Qui cum cuncta deuoraret, cibum genuit de se suauem, licet ipse sit insuauis, [Nec potuerunt per tres dies propositionem soluere:] id est, exponere, qualiter esset intelligenda, quamuis inter se diligentissime conquisissent. [Cumque adesset dies septimus,] dixerunt ad uxorem Samsonis: Blandire viro tuo, ut indicet tibi quid significet problema. Quod si facere nolueris, incendemus te & domum patris tui. An idcirco vocatis nos ad nuptias, ut spoliaretis? [Infra habetur, quod vxor eius septem diebus conuiuij] flebat coram eo, quatenus sibi explanaret problema præfatum: quomodo ergo nunc dicitur, quod cum adesset dies septimus, dixerunt triginta viri illi ad eam, blandire viro tuo? Ad hoc in Scholastica respondetur: historia: Cum adesset dies septimus, id est, cum adhuc esset dies inter septem primus. Vel, cum adesset, id est, propinquaret, ita quod quarto die venerunt ad eam. Alij compendiosius dicunt, quod hoc loco per septimum diem intelligitur sabbatum, quod erat septimus dies hebdomadæ inter illos dies occurrens, & erat quartus dies in ordine dierum conuiuij. Sed quomodo tunc verum est quod septem diebus rogauit vxor virum suum Samsonem cum lachrymis, cum non nisi quatuor diebus hoc fecerit? Respondetur, quod ibi capis totum pro parte maiori, ut sit sensus, quod aliquibus illorum

Iose. libr. 6. ant. iu. ca. 13.

Pe. Co. hif. li. iud. ca. 17.

diebus, & pro maiori parte illorum dierum sic supplicauit, quemadmodum Actor. 1. habetur, q. Iesus per dies quadraginta apparuit suis, non q. quolibet illorum dierum illi eis apparuit, sed in multis ipsorum, videlicet primo & ultimo, & interdum intermedijs quoque diebus. Quae fundebat apud Samsonem lachrymas, & querebatur, dicens: Odis me, & non diligis: idcirco problema quod proposuisti filijs populi mei, non vis mihi exponere. At ille respondit: Patri meo & matri nolui dicere, & tibi indicare potero? Septem igitur diebus conuiuij se habuit ante eum. Tandemq. die septimo, qui in ordine dierum conuiuij septimus erat, cum ei molesta esset, blandis, lachrymosis & incessantibus precibus, scamineisq. blanditijs etiam in lecto, exposuit ei problema cum spe & exactione, quod ipsa nemini reuelaret. Quod ipsa non obseruauit, nam subditur: Quae statim indicauit ciuibus suis, scilicet pronubis seu sodalibus iam praedictis. Et illi dixerunt ei: puta Samsoni, die septimo ante solis occubitu, quia si distulissent diutius, obligati fuissent Samsoni sindones tunicasq. praedictas. Quid dulcius melle? & quod fortius leone? quasi dicant, sensus problematis est, quod de ore leonis acceptus est cibus, & de eodem leone occiso prodijt fauus mellis, quem apes ibi fecerunt. Ad quod (vt in Scholastica historia dicitur) addidit Samson: Quid dolosus muliere? quasi dicat, vxor mea decepit me. idcirco subiungitur: Qui ait ad eos: Si non arafetis in vitula mea, non inuenissetis propositionem meam. Per vitulam inteligit suam vxorem propter foeminarum lasciuiam: vel quia idololatriae insolentijs ac vanitatibus dedita erat, quia sibi fuit subiecta, vt vitula tauro. Est itaq. sensus: Si non instar arantium profundassetis inquisitionem vestram cum adiutorio meae vxoris, non reperissetis ex ingenio proprio intellectum mei problematis. Irruit itaq. in eum spiritus domini: i. inspiratio Dei mouit eum ad faciendum quod subdit, ideo nec culpabile fuit. Descenditq. Afcalonem] i. urbem Philistinorum sic dictam. Et percussit ibi triginta viros: quia iam habuit causam contra Philistinum. Et quauis illi erant innoxij ab hac causa, tamen diuino iudicio rei mortis fuerunt ob alia crimina sua, & quia in filios Israel saepe ac grauiter peccauerunt. Quorum ablatis vestes] videlicet sindones & tunicas, dedit his qui problema soluerant, iratusq. nimis] contra suam vxorem, quae ei tantam infidelitatem exhibuit, & contra sodales, qui per fraudem & vim obtinuerunt triumphum, quia per mortis comminationem extorserunt a sua vxore, q. solutionem problematis a suo quae fuit marito, eisq. reuelauit, cum tamen ex seipsis debuissent illud exponere, ascendit in domum patris sui: dimittendo ad tempus vxorem ex indignatione & ira, imò ex ira per zelum, quousq. feruor irae suae cessauit. Vxor autem eius, maritum accepit vnũ de amicis eius & pronubis. I. sodalibus q. eius astiterat nuptijs, & se esse simulauit amici Samsonis, aut forsitan erat. Veruntamen cum vinculum matrimoniale sit insolubile, viuẽtibus coniugatis, mulier illa non contraxit verum connubium cum altero illo. Porro quod Samson fuit verus eius maritus, non obstante dispari cultu, fuit ex dispensatione diuina.

De mystica intelligentia eiusdem cap. 14.

Art. 25.

Per hoc quod Samson relicto sui populi filiabus, complacentiam habuit ad desponsandum sibi alienigenam ex Philistinum natam, quoniam contra Philistinos occasionem querebat, praefiguratum est, quod Christus relicto iudeis, ex quibus secundum carnem duxit originem, desponsauit sibi Ecclesiam ex gentibus praeelectam, pro cuius conuersione & spiritalibus nuptijs secum agendis, instanter rogauit patrem aeternum, quoniam contra daemones praleari optauit, quorum filij erant gentiles idololatri, quos daemones dominus & Saluator inuasit, & de gentiliū animabus eiecit. Quemadmodum etiam Samsonis pariter plurimum mirabantur, quod Samson alienigenam ducere voluit, sic primi quidam ex Iudaismo conuersi, vehementer sunt admirati, quod dominus Iesus per suos discipulos ad gentiliū conuersionem, spiritalitatemq. desponsationem processit. Vnde cum beatissimus princeps Apostolorum introisset ad Cornelium Centurionem ac eius domesticos, praedicassetq. eis, disceptauerunt contra eum, dicentes: Quare introisti ad viros praeprium habentes, & manducaisti cum eis? vt Actorum 10. scriptum est. Paulus quoq. de infidelibus loquens iudeis: Deo, inquit, non placent, & omnibus hominibus aduersantur, prohibentes nos loqui gentibus Dei, vt saluae fiant. Veruntamen sicut parentes Samsonis cognita Dei voluntate, suo filio acquieuerunt, & ei alienam puellam sumpserunt in coniugem: sic ipsi summi discipuli Christi ex iudeis progeniti, facti sunt ministri conuersionis gentiliū, & paronymphi fuerunt coniunctionis Christi atq. Ecclesiae ex gentilitate assumptae. Amplius, sicut Samson ad desponsandum alienigenam transiens, occidit leonem saeuum in vineis: sic Christus per Apostolos ad gentilitatis conuersionem progrediens, vicit in via diabolum, q. tanquam leo rugiens circuit, quarens quem deuoret. Inuenitq. in ore diaboli apum examen, i. multitudinem animarum ab illo spiritaliter deuoratarum, qui absorbet fluuium, nec miratur: cuius esca electa, dum sibi incorporat & deglutit animas superbenedictae Trinitatis imagine insignitas. Has rapuit Christus ex ore diaboli, & fecit eas sibi cibum dulcissimum, quem sibi

Pet. Co. hif. li. iud. ca. 17.

1. Theff. 2.

2. Petr. 5.

Job 40.

incorporauit, Deoq. patri obtulit inuiscerandũ. Deinde sicut pater Samsonis fecit filio suo nuptiale conuiuium septem dierum, sic pater Christo per totum tempus euangelicę legis nuptias facit cum militanti ecclesia, iuxta illud in Euang. Matt. 22. Simile est regnum caelorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Iterum, sicut Samson in illo conuiuium comensalibus suis problema proposuit: sic dñs Christus in Euangelio multas nobis proponit parabolas, quarum intellectum requirit a nobis: & si salubriter intellexerimus eas, largitur nobis pro summo amicum virtutum & mentis munditiã: si quo minus, ratione exquiret a nobis negligentia & insipientia nostra. Sed sicut Philistaei intellectum problematis inuenire non valentes, rogabat Samsonis vxorem, vt precibus a suo extorqueret marito interpretatione problematis: ita & nos rogemus ecclesiam, i. personas deuotas, quatenus illuminatione & sapientia salutarẽ orationibus suis ac meritis adipiscantur nobis a spõso caelesti. Praeterea, per hoc, q. vxor Samsonis ei infidelis effecta est, & alteri nupsit, est figuratum, q. ecclesia in multis ad eam pertinentibus deserit sponsum supernum, & cadit atq. diabolus adultera redditur. Hinc saluator iratus, discedit a talibus. Et sicut Samson in Afcalone percutit 30 viros, quorum vestes tradidit expositioribus sui problematis: sic Christus sapientes seculi huius & recidiantes condemnat, & sapientia eorum naturalẽ, virtuosaq. merita, quae aliqui habuerunt, comunicat & largitur suis electis, qm bona talia meritoria nõ deserit irremunerata. Moraliter studeamus & nos alienigenã ducere, i. animas seculares & peccatrices conuertere, ac Christo vnire. Diabolum quoq. leonem saeuissimum vincere conitamus, per humilitatem & charitatis feruorem, orationes & lachrymas, atq. per iugem cordis custodiam, incessabilemq. profectiõne, Veruntamen nequam emolliamur blandimentis foemineis, nec aliqua superemur carnali affectione, nec omni credamus spiritui, neq. secreta nostra alicui incaute pandamus, imò nec ea quae in seculo 1. Ioan. 4. creto accepimus, infideliter referemus, cum Eccl 27. scriptũ sit: Qui denudat arcana amici, perdit fidem. Et rursum ibidem: Denudare amici mysteria, desperatio est animae infelicis.

Expositio cap. 15. Post aliquantum autem temporis cum dies triticeae messis instarent.

Art. 26.

Impugnatio Philistinorum a Samsonem, modò describitur. Post aliquantum autem temporis cum dies triticeae messis instarent, venit Samson, inuisere] id est, visitare, volens vxorem suam, & attulit ei hœdum de capris: in quo patet quod non erat immansuus in ira, sed citò indulgens, quia post modicum tempus ad suam redijt coniugem, a qua tam grauiter fuit offensus, infideliterq. tractatus: nec tãtũ redijt, sed & munusculum attulit ei, vt & ipsa placaretur, si forte ex suo recessu fuisset offensa. Grauius igitur peccant mariti, qui contra suas contortales tam leuiter indignantur, & diu ab illis se subtrahunt, ac difficulter placantur. Cumq. cubiculum eius solito vellet intrare] maritali affectu, ne & illa ex sua ab eo absentia caderet. Propter quod non licet viro, a sua vxore immoderate se absentare. Prohibuit eum pater illius, i. putã vxoris, dicens: Puraui q. odisses eam, 39a reliquisti eam ad tempus, & ipsa multum offenderat te. Et ideo tradidi illã amico tuo: iuxta sensum in pcedentis expositione cap. introductũ, sed hoc factum fuit nimis citò. Et quis mora multo maior interuenisset, tñ primo marito ad coniugem redeunte, magis spectat ad eum, & restituenda est ei, q. pertineat ad secundũ, cum vinculu matrimonij consummati, inter viuentes nõ soluat. Sed habet sororem quę iunior & pulchrior illa est, ideo amabilius videbatur. Isti tibi pro ea vxor.] Sed tale matrimonium modò nõ licet. Cui rñdit Samson: Ab hac die non erit culpa in me contra Philistinos. i. non peccabo, mala poenę infligendo Philistis, quia ad hoc habeo causas iustas, cum tam grauiter sim offensus ab eis, a quibus & vxor mea mihi iam est ablata. Faciam em vobis mala. Itaq. eos pauisauit, nec instar latronum sine pcomminatione ipsos inuasit. Quod si q. ratum, cur ob istas iniurias sibi a paucis Philistis irrogatas, toti populo cõminatus est ac intulit damna? Rñdetur, q. diuino instinctu hoc fecit, qm Philistaei erant in filios Israel gñaliter rei, eratq. Samson diuinæ iustitiæ instrumentũ ad punitionẽ illorũ. Perrexitq. & cepit 30 vulpes: Samson iam fuit iudex populi Israel, sicut de eo Iacob pdixit: Dan iudicabit populu suum, i. Samson nat' de stirpe Dan. Ideo habuit famulos & auxiliares satis multos, quorum auxilio per retia atq. in diuitias cepit tot vulpes. Nam vulpes ibi abundat. Et fortè angelico iuuabatur auxilio, q. in hoc pordinat' & natus fuit, vt affigeret Philistinos. Caudasq. earum iunxit ad caudas, hoc est, caudam vnus alligauit caudę alteri: per apta ligamina. Colligauit aut duas vulpes ad inuicem, & faces ligauit in medio] i. inter quodlibet par vulpium sic colligatarũ, vnam ligauit facem, eam innectendo illi ligamini quo vulpes fuerat colligata, quod ligamẽ fuit satis ad hoc longum. Quas] faces] igne succedens, dimisit] vulpes, quas tenebat instar canũ vinculas in rure iuxta blada, vt huc illucq. discurrerent. Erantq. faces illae difficulter extinguibiles, & non incendebant vulpes. Quae statim perrexerunt in segetes Philistinorum. Vulpes quippe visis flammis, quae erumpebant ex facibus, erant turbatae ac territae: nec more solito festinabant ad sylvas, speluncas, latibula, nec promptè currere quibãt: ideo introierunt loca eis vicina.

ciniora, videlicet fegetes, in quibus forte paulatim cōburebantur & ipsæ. [Quibus] fegetibus succensis per faces ardentes, quibus fegetes iam fuerunt maturæ & siccæ, & comportatæ iam fruges, in agris collectæ, seu in acervos grandes redactæ, & adhuc stantes in stipula, concremata sunt intus, ut vineas quoque & oliueta flamma consumeret in diversis campis, in quibus diuisim dimiserat vulpes per se & per auxilios suos. Non enim verisimile est, quod solus hæc oia fecerit. [Dixeruntque] Philistini: Quis fecit hanc rem? Quibus dictum est: Ab aliquo Hebræo aut Philistæo: Samson gener Tamnathæ, maritus filiae viri de Tamnatha, quia tulit uxorem eius, & alteri tradidit, hæc operatus est. Ascenderuntque Philistini, & cōbuserunt tam mulierem quam patrem eius. Quibus ait Samson: Licet hæc feceritis, si feminam illam & patrem eius cōbuseritis, in quantum fuerunt occasio incendij, rerum vestrarum, tunc adhuc ex vobis expectam ultionem, propter alias vestras iniq̄uitates, quarum flagellum sum ex cōmissione diuina. [Et tunc quiescens.] Qui enim iratus est, dum se ad libitum ultus est, cōquiescit & delectatur. Vnde & passiones irascibiles, dicuntur in passionibus cōcupiscibilis terminari. Hæc itaque dixit eis per internuntium, sicut oratenus quibusdam illorum, in quo patet magnanimitas eius. [Percussitque] eos ingenti plaga, quæ non exprimitur hæc determinatè & qualiter facta sit, sicut ut stupentes, i. de tam inopinato euentu & miro effectu vehementer mirantes, p̄sertim quod in vno viro tanta consisteret fortitudo, & quod Hebræi, quibus eis fuerunt tot anni subiecti, talia perpetraret. [Sura] femori imponeret: i. vnum crus superponeret alteri, ut moris est eis, quæ cura grandi grauant, atque sollicitè meditant de his quæ eis acciderunt, aut futura verent, quod item in talibus sint acriuri. Sic mœstis ponere solent maxillam super manum. Sura est tibia. Hinc 70. trāstulerunt: Percussit Samson alienigenas ad tibiam super femur, i. tam mirabiliter, ut p̄ stipore tibiam vnus pedis super femur alterius ponerent, non illi qui iam erant percussi, sed alij. Sic Augustinus & Glossa exponunt, Porro, ut Lyra refert, in Hebræo habetur: Percussit eos plaga magna tibiam super crus suum. Quod exponunt Hebræi de percussione peditum cum equibus, quibus pedites in bello magis innuntant tibij, equites cruribus. Quidam hic scribit: Sura est posterior pars cruris, femur anterior: quod non videtur idoneè dictum, cum sura sit tibia, & femur pars cruris posterior. Vnde & Abraham dixit: Pone manum tuam subter femur meum, Magister quoque in hist. Tibijs, inquit, incedimus, super femur se demus. At verò, secundum Rabbi Paulum, ista est littera: Percussit eos sura super femur plaga magna: quod secundum eum, antiq̄ Hebræorum exponit, dicentes, quod sine armis & adiuncto extrinseco percussit eos calcitrando, sicut homo cum calcaneo suo cōiuncto sura, percutit femur alterius: & si percussio est valida, cadit percussus. Sicque ad ostendendum eminentiam fortitudinis Samsonis, exprimitur modus iste p̄tentiendi extraneus atque insolitus. [Et descendens, habitauit in spelunca] petrae Etham. Sic & Dauid fugiens Saulem, in speluncis & iuxta petras legit habitasse. Veruntamen Samson non ex timore neque, ut fugiens, in spelunca illa moratus est, sed potius ex deuotione, ut Deo vacaret quietis, & ne occasione sui vrbis in qua esset, periclitaretur. [Igitur ascendens] Philistinum in terram Iudæ, i. in sortem tribus Iudæ, quæ erat in vna extremitate terræ promissionis, & aduentibus Philistæis primò occurrens, castrametati sunt in loco, qui postea vocatus est Lechi, i. maxilla, vbi eorum fusus est exercitus. Dixeruntque ad eos viri de tribu Iudæ: Cur ascendistis aduersum nos? Quasi dicant, serui & tributarij vestri sumus, nec repugnare disponimus. [Qui respondit:] Nihil ligemus Samsonem, venimus, & reddamus ei quæ in nos operatus est. Ii, ut eum vincitū tradamus superioribus nostris, quatenus debite illudatur & occidatur. [Descenderit ergo] 3. millia virorum de Iuda ad specum silicis Etham, i. ad p̄statam speluncam. Dixeruntque ad Sasonem: Nescis quod Philistinum imperent nobis? Quare ergo hoc facere voluisti? Quasi dicant, Exposuisti nos oēs periculo. [Quibus] ille ait: Sicut fecerunt mihi, sic feci eis. Ii, pro iniurijs mihi iniustè illatis intuli eis iustas vindictas, p̄sertim propter cōmunem Israeliticis populi liberationem, nec hoc fuit cōtra illud Prouer. 20. Ne dicas, reddā malum pro malo: quia p̄ malo culpa, non est malum culpe retribuentium. Interdum tamen malum pœnæ est reddendum pro malo culpa, ut seruetur decor iustitiæ, p̄sertim pro cōseruatione reip̄. [Ligare, inquit, te venim⁹ & tradere in manus Philistinorum.] Hoc facere voluerunt viri Iuda timore Philistinorum, à quibus viderunt se & totum populū Israel impugnandū, nisi traderent Samsonem in manus eorum. [Quibus] Samson: Iurate, inquit, & spondete mihi, quod non me occidatis, si me ligari permiserō. Samson sciuit quod non possent cum inuitum ligare, nec volebat eis resistere, quia non voluit ledere eos: sedit ligari permisit, tamen sub hac cōditione. Maluit quoque permittere quod ligaretur, quod filij Iudæ & aliarum tribuum Israel à Philistæis infestarent. Denique petijt certificari de hoc, quod non occideretur, non solum iuramento, sed etiam promissione, quod interdum fortius ligat iuramentū. Qui dixerunt: Non te occidemus, & hoc iurauerunt ac permisit, sed vincitū trademus. Ligaueruntque eum duobus nouis funibus, quod solent esse fortiores, & tulerunt eum de petra Etham. Qui cum venisset ad locum Maxillæ, quod nomen loco illi impostū est ab euentu, quod paulò post recitatur, & Philistinum vociferantes pro gaudio, quasi iam certi de hostis sui captiuitate & morte, locurrissent ei quem viri Iuda

August. lib. Iudic. 9. 55.

Gen. 24. Pet. C. 6. hist. lib. Iud. ca. 17.

R. Paulus

2. Reg. 22. 24

da trahebant ut reum & furē, irruit in eum spūs dñi: i. à Deo motus & cōfortatus est ad faciendum quæ subiungunt. [Et sicut solēt ad odorē ignis] i. ex impressione caloris, ligna cōsumi, ita vincula quibus ligatus erat, dissipata sunt & soluta. Ii, tam celeriter ac facilliter dissipauit & rupit ea. [Inuētamque] maxillam, i. mandibulā asini, quæ iacebat, arripies, interfecit in ea mille viros. Quod satis mirabile fuit, quod inter tot cōcussos māsū illæ fusc ac vituus, cum esset inermis. Hoc quoque mirabile, quod tatus pugnator, scia fere tot tamque acerrimos hostes habere, non habuit gladiū secū, nec aliquā armaturā, sed de sua fortitudine & Dei auxilio satis securus fuit. Imaginor autē, quod visus Philistæis, mox impetuosisimè ecurrerit in eos, atque tam velocissimè vnum super alium trussit ac plurimos simul p̄strauit. Et oēs sic perturbauit, quod nullus illorū poterat eum accedere ad nocendū. [Et ait:] In maxilla asini i. cum maxilla, tanquam per instrumentū, in mandibula pulli asinarum hoc est, iuuenis asini ex asinabus nati, [deleui eos] i. Philistæos occidi, & percussi mille viros] de exercitu Philistæorū. Alij autē fugerunt [secundum Iosephū] ex timore. Cumque hæc canēs verba compleret, Cecinit enim canticū istud, gratias agens Deo de tam miro triumpho, atque [vt in Scholasti. fertur hist.] metricè cecinit ista. Præterea alij dunt, an totum canticū istud Samsonis descriptum sit. Estque probabile, quod non, quia nunc dictū est: Cumque hæc canēs verba cōpleret, quasi dicat, oia verba illius carminis non describunt hoc loco: [proiecit] mandibulā de manu, vbi vsu eius cōpleto. [Et vocauit] nomē loci illius, Ramathlechi: quod quod significet, author exponit, addēs: [quod interpretatur] eleuatio maxillæ. decuit quippe, locum, in quo tam mirabile cōrigit opus, ab eodem opere nomē nouum fortiri, ad perpetuā rei memoriā, Deique laudē. [Sitiensque] valde, Nam fortiter laborauit. Dicunt tamen Hebræi, quod sitis illa fuit pœna peccati, quæ [vt dicitur] dedit sibi gloriā, & non Deo. Quod non videtur, quia iam dictum est, quod gratias agens Deo, cecinit canticum, sicut & Iudic. 5. Moses Pharaone submerso, Deibora quoque & Barach adepta victoria. Fuit autē naturale post tunc conflictū sitire. Denique, beneficium Dei recognoscens, deuotè orauit, & clamauit ad dñm, & ait: Tu dedisti in manu serui tui salutē hanc maximam, i. valde mirabile, [et en siti morior, i. morti propinquo, statimque] moriar, nisi subuenias, [incidamque] in man⁹ in circuncisorū. Ii. Philistinorum, quod me sicut liguētē facilliter capere possent. [Aperuit itaque] dñs molarē dentē in maxilla asini, & egredietur ex eo aqua: sicut & aqua exiuit de petra percussa Moyses virga. Et videtur, quod aqua per creationem exierit inde, cum nil dētis aut petra videatur versum in aquas illas. [Ideo appellatum est] nomē loci illius, fons inuocātis de maxilla, vsque in p̄sentē diē, quod de maxilla illa quasi de fonte, aqua manauit ad inuocationē Samsonis. Sicque, locus ille videtur noia duo sortitus, videlicet istud, & p̄cedens, propter duo miracula ibi facta. Vel [vt in historijs] ait magister] mutato priorē nomine, nomē istud impostum est loco illi. [Iudicauitque] Israel in diebus Philistinum 20. annis.]

Iose. lib. 6. an. iu. ca. 27. Pet. Co. hist. lib. Iud. ca. 18.

Exo. 15. Iudic. 5.

Num. 20.

Pet. C. 6. hist. lib. Iu. ca. 18.

De sensu eiusdem cap. 15. mystico. Art. 27.

Quemadmodum Samson post aliquantū tēporis redijt suam inuisere uxorem, afferēs ei hæc dum: sic dñs & saluator ad tēpus solet suæ irasci ecclesiæ seu animæ peccatrici, propter ipsius peccata: sed cum iratus fuerit, misericordiam recordatur. Et sæpè p̄uenit gratiosè atque pijsimè visitat, quam iustè reliquerat. Sicque, nonnunquam suam reformat ecclesiā seu animā reciduantē, nec vacuo us redit, sed hædum adducit, quod corporis sui exhibet sacramētum, sed & spūalia alimenta. Insuper, sicut Samsonē solitò ingredi cupientē cubiculum suæ vxoris, prohibuit pater coniugis, dicens: Tradidi eam alteri viro: sic Chrm thalamum cordis suorū fidelium volentē intrare, spūalesque nuptias exercere, frequēter impedire nituntur carnales propinqui, amici ac dæmones, asserentes, quod ipsos si deles oporteat carnalibus nuptijs tradi: sicque, animas Chro in fonte baptismatis, deinde in sacramēto pœnitentiæ cōsecratas, auertunt ab ipso, & tradunt dæmonijs constuprandas. Quibus animarum deceptoribus Christus vehemēter irascitur, cōminat, infernalesque, vulpes colligatas scædere societatis nequissimæ, & faces cupiditatis, iræ, cōcupiscenriæ, malignitatis fecum ferēs in caudis suis, in talium deceptorū fegetes, hoc est, actiones ac studia p̄mittit discurre, ad tentandum ac superandum eosdem. Qui & vincuntur, & quicquid aliquando boni egerunt, amittunt, corruendo in vitia. Tunc iniqui grauius excæcati, efficiuntur instar Philistinorum Christo magis rebelles, & eum in suis membris persequuntur. Plurimosque, secum implicare peccatis nitunt, in tē, quæ etiam viri Iudæ, hoc est, qui spūales esse videntur, ut quidam religiosi & sacerdotēs ac clerici, per reproham vitam opponant se Christo, dicentes ei in suis ministris, à quibus admonētur & increpantur: [Nescis quia] Philistinum imperent nobis? i. quod secularibus vanitatibus, vitijsque carnalibus ac dæmonum tentamentis victi ac subditi sumus, ita quod frustra corripimur, quia percussimus scædus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. Hæc planè, etsi non ferunt, tamen opere dicunt. Insuper sicut Samson propter filiorum Israel salutem se permisit ligari, ita & filius Dei: quemadmodum etiā Samson mandibula asini mille viros percussit, sic Chrs per lignum crucis vnuerfos suos hostes, quod millenario designant, p̄strauit: Et sicut Sason fatigatus sitiuit vsque ad mortem, sic dñs Iesus in cruce loquutus est, Sitio. Etenim corporaliter vehemētissimè

Esa. 28.

Ioan. 19. simè

simē sibi erat, sed sibi maiori nostram affecit salutem. Porro, per dētem molarem, ex quo fluxit Samsoni riuulus aquę, intelligitur cornū crucis, quę animam Christi refecit: quā ex cōsideratione fructus suę passionis, quā tulit in cruce, refocillabatur cor eius. Sic ergo & nos quacunq; tribulatione, tēratione, labore afflicti aut lassati fuerimus; cum omni spe clamemus ad dñm, quorū tatur. Venite ad me oēs, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Qui & Apocal. vlt. profertur: Qui sitit, veniat: & qui vult, bibat aquam vitę gratis. Caueamus indefinenter, ne quępiam impediamus ab ingressu Christi in animam eius; ad deuotione interna, ad spiritali profectu aut religionis ingressu. Non simus Christo rebelles, & iugiter euitemus, ne Philistijm imprent nobis. Nempe omnis qui peccat, seruus est peccati, & iniqui sunt ferui corruptionis. Absit ut aliquis nostrum instar virorum Iuda cōoperetur Philistęis aduersus Samsonem, hoc est, nemo cōoperetur dęmonibus aut etiā vanis & vitiosis hominibus ad seducendum aut perturbandum & scandalizandum animas Christi sanguine liberatas. Etenim vā homini per quem scandalum venit. Et Apostolus monet: Nē ponatis offendiculum fratri vā scandalum. Et rursus: Quę pacis sunt, sectemur: & quę edificationis sunt, inuicē custodiamus.

Matt. 11.
Apoc. 22.
Ioan. 8.
2. pet. 2.
Mac. 18.
Rom. 14.
Ibid.

Expofitio literalis cap. 16. Abijt quoque in Gazam, & vidit ibi mulierem.

Articulus 28.

Heb. scau-
ponam,

Confictus Samsonis contra aduersarios suos vsq; ad mortē ipsius, hic scribitur. [Abijt quoque in Gazam,] quę fuit vna quinq; principaliū vrbium Philistinorum. Quo constat quod eos non formidauit, nec Gazenses audebant eum inuadere, etiā in ppria vrbe. [Et vidit ibi mulierem] meretricem, ingressusq; est ad eam. [Si introiuit ad eam ad fornicandum, peccauit mortaliter. Ex quo elicitur, quod non fuit sanctificatus in vtero: quia sic sanctificati, dicitur postea mortaliter non peccare. Hebręi tamen (vt fertur) legunt, mulierem hospitaticem, quę dicitio hebręa vtrunq; designat. Circa quod scribit quidam: Propter hoc non inuaserunt eum Philistęi ibi, videlicet in hospitio: quia secundū legē terrę, debet homo in hospitio securitatē habere. Quod non videtur idoneū dicitur, quā rei, pferim publici hostes totius cōmunitatis, securitatem non habēt in suorum hospitij amulorum. Philistęi autē reputabant Samsonē suę reipub. maximum hostem, imō talibus aduersarijs phibetur ingressus in terrā quam vasant. [Quod cum audissent Philistijm, & percubissent apud eos, intrasse vrbem Samson, circumdederūt eum.] Hoc intelligi potest, quod ciues Gazę circumdederūt domum, in qua Samson erat: vel quod alij quoq; Philistęi circumdederūt vrbem illam, ne per aliquam eius partem euaderet. [Positis in porta ciuitatis custodibus:] in ea s. porta, per quam fuerat exiturus: vel singulare ponitur pro plurali, vt sit sensus, quod in singulis portis vrbis illius posterunt viros armatos ad obseruandū eius egressum. [Et ibi tota nocte cum silentio pstantes, vt factū manē exeunt:] de domo mulieris, vel de porta ciuitatis, occiderēt in altero horum locorum. Sed quod pstantur in porta tota nocte, eum subiūgatur: [Dormiuit autē Samson vsq; ad noctis mediū:] Dicit potest, quod per synecochon hoc dicatur. Porro, an tam diu verē dormiuit, an potius tam diu dormisse dicatur, quia tam diu iacuit cum scēmina illa, iuxta cōmunem modum loquendi, ignoro. [Et inde cōsurgens, apprehendit ambas portę fores:] i. ianuas [cum postibus suis & sera,] impositasq; humeris suis, portauit ad verticem montis quę respicit Hebron. [Vndē pcepisse videtur se esse obsessum. Quare Philistęi hoc cernentes, eum nō inuaserūt:] An sopor vel timor eos inuasit? vel si resistere & eum inuadere nitēbātur, mox eos abiecit ac repulit. Deniq; si peccauit cum scēmina illa, mirū quod Deus in illo articulo dedit & conseruauit in eo fortitudinē tantā, in quo mira Dei misericordia cōmendatur. Vndē & videri alicui potest, quod fortitudo illa fuit in eo habitualitē, quod diu legem Nazaręon seruauit. Alij verō dicūt, quod non aderat ei semper siue ad libitum, sed interdum secundū quod expediebat secundū dispositiōem diuinam. [Post hęc amauit mulierem quę habitauit in valle Sorech:] Est autē Sorech, genus aut locus vitis. [Et vocabatur Dalila.] Scriptura non docet, an mulier ista fuit de stirpe Philistinorum an Hebręorum: nec etiā exprimit, an duxit eam vxorem. Et puto quod sumpsit eam in coniugē, quā multo tēpore sedit cum ea, ne videatur tanto tēpore in fornicatiōe sedisse. Videtur quoq; quod fuerit Philistęa, quā satrapę Philistinorum tam cōsiderenter ac cesserunt ad eam, vt deciperet virum suum, & ipsa tam citō acquieuit eidē, tamq; in fatigabiliter laborauit pro hoc. [Veneruntq; ad eam principes Philistinorum atq; dixerunt:] Decipe eum, & disce ab illo in quo habeat tantā fortitudinē, & quō eum superare valeamus, & vinē eum affligere. Quod si feceris, dabis tibi singuli mille & centū argēteos. Loquuta est ergo Dalila ad Sāson: Dic mihi obsecro, in quo sit tua maxima fortitudo:]. in quo consistat, & ex qua causa dependeat. [Et quid sit in quo ligatus, erumpere nequeas?] Cui rōdit Samson] in dolo, vel fortē ironicē, non asseruit, & sic ex faretur a culpa mendaci]. Infrā tñ Dalila ei imponit quod mētuit sit ei. Quod si ita est, mendaciū illud iocosum, nō perniciosum. [Si septē neruic eis funibus,] hoc est, de neruis formatis, [nec dum ficcis, & adhuc humētibus,] quod difficilius dirūpuntur, [ligatus fuero, in firmus ero vt ceteri hoies.]

Qui

Qui licet essent robusti in suo gñe, tñ respectu Samsonis erant infirmi, propter quod ceteri homines videbant ei infirmi. [Attuleruntq; ad eam satrapę Philistinorum septē funes, vt dixerat.] Nam Dalila statim in sinuauit eis verba Samsonis. [Quibus] funibus [vinxit eum] hoc pmittentē. In Scholasticā habetur hist. dormientē & inebriato Samsonē. [latentib; apud se insidijs,] J. Satrapis illis, & eorum familijs, qui & occultē venerunt, [Et in cubiculo finem rei expectantibus.] Jan s. Samson ruperet vincula illa, an non. Et erant Satrapę in aliquo loco cubiculi fatis secreto. [Clamauitq; ad eum, Philistijm super te Samson. Ji. Philistęi super te irruunt.] Qui rupit vincula, quō si rumpat quis filum factum de stupa tortum sputamine, cum odorem ignis acceperit. Nam scēminā nendo miscent aliquid saluę seu sputi, vt materia quę filatur, magis cohereret. [Et non est cognitum in quo esset fortitudo eius.] Deniq; vīsa seu cognita vinculorū illorum dirūptione tam mirē facilima, Philistęi clam abierunt. [Dixitq; Dalila ad eum:] Ecce illustifisti mihi, & falsum locutus es. saltem nunc indica mihi, quo ligari debeas: Jita vt erumpere nequeas. [Cui ille rōdit: Si ligatus fuero septem nouis funibus, qui nunq; fuerunt in opere, infirmus ero & aliorum hoim similit.] in debilitate, quibus per fortitudinem dissimilis sum. [Quibus rursus vinxit eum Dalila, & clamauit:] Philistijm super te Samson, in cubiculo insidijs pparatis. Juxta expositionem p̄ta & am. Nam Dalila iterum insinuauerat Philistęis rāsum Samsonis. Quo cognito, venerit cum funibus nouis. [Qui rupit vincula quasi fila telarū. J in quo patet admirabilis fortitudo ipsius.] [Dixitq; Dalila rursus ad eum:] Vsq; que quō decipis me, & falsum loqueris? Ostende quō vinciri debeas. Cui rōdit Samson: Si (inquit) septem crines capitis mei cum licio plexeris, J hoc est, composueris, [Et clauum his] crinibus [circunligatū terrę] fixeris, infirmus ero. Quod cum fecisset Dalila, dixit ad eum: Philistijm super te Samson: Qui cōsurgens de somno, J vndē videtur quod ipsa hoc fecit dormienti Samsoni, qui habuit longissimos pilos, videlicet nunq; rasos. [extraxit clauum crinibus & licio.] Dixitq; Dalila: Quō dicis quod amas me, cum animus tuus non sit mecum? Per tres vices mētuit es mihi, & noluit dicere, in quo sit maxima fortitudo tua. [Quasi dicat:] Signum est quod non dicis hoc verē, quia secreta tua abscondis a me, & mētendo cōtristas atq; illudis me, cum tñ ego ex amore p̄cipuo cupiam tua scire occulta, cum amicorum sit pprium, desiderare cognoscere & mutū sua cōmunicare secreta. [Cumq; molesta ei esset, & per multos dies iugiter adhæreret, spatium ad q̄tem non tribuens, Ji. eum dormire non sinens,] cōfecit anima eius, & ad mortem vsq; lassata est: J nec tñ vi aut timore compescuit improbā illam, quā sensuualiter nimis asficebatur ad ipsam. [Tunc aperit veritatem rei, dixit ad eam:] Ferrum nunq; ascendit super caput meum. Ji. crines capitis mei nunq; abrafi siue abscissi sunt, [quia Nazaręus, i. cōsecratus dño] sum de vtero matris meę. Si rasum fuerit caput meū, recedet a me fortitudo mea. J quantū ad excellentiā suam, propter trāsgressiōē p̄cepti Nazaręis dati de hoc quod non radant. [Et deficiam, eroq; sicut ceteri hoies.] Vidēsq; illa]. cōsiderans, [quod cōfessus ei esset oēm animū suum, Ji. totum cor suum de ista materia.] Hoc nanq; ex modo loquendi Samsonis ppendit, quia cum multa grauitate & reuerentia Dei hęc protulit. Et vidit eum infra longū tēpus non rasum, [misit ad principes Philistinorum ac mandauit:] Ascendite adhuc semel, J lam em tribus vicibus ascendēt. [Qua nunc mihi aperuit cor suum. Qui ascenderūt, assumpta pecunia quam pmiserāt. At illa dormire eum fecit super genua sua, & in sinu suo reclinare caput.] J forte inebriauerat eū. [Vocauitq; tonforē, J quem iam antē fecit in domo adesse,] [Et rasit septē crines.] i. vnuerfos pilos capitis eius. J quia septem, est numerus vnuerfitatis. Vel septem duntaxat. Aptius tñ per septem crines, intelligunt septem collectiōes pilorum ipsius. Vndē (vt fertur) in Hebręo habetur, septem floccellos. Sicq; abrafit totam ei cęsariem per septem floccellos discriminatam seu disgregatam. Nam & infra habetur: lamq; capilli eius renasci cōeperunt. Vndē apparet quod non septem tñ pili erant abscissi. [Et cœpit abigere eum, & a se repellere. Statimq; ab eo fortitudo discessit.] Dixitq; Philistijm super te Samson. Qui de somno cōsurgens, dixit in animo suo: Egrediar, sicut antē feci, & me excutiam. J Dicunt aliqui, quod Dalila rasum Samsonē in somno etiam ligauit, ad experiendū p̄ certo, an adhuc vincula rumpere posset. Sicq; sensus est: Excutiam me de vinculis. Sed quia ipsa iam pro certo cognouerat, quod rasus fortitudinem perderet, nec in sinu suo quiescentem videtur potuisse multum ligare, potest ita exponi: Excutiam me de irruentib; in me, si venerint. [nesciens quod recessisset ab eo dñs. Quem cum apprehendissent Philistijm, statim eruerunt oculos eius.] Ine amplius noceret, aut resistere posset, sed pro libitu suo ei illuderent, & longam infligerent mortem. [Et duxerunt Gazam vincitum catenis,] J qui funes toties ruperat, [et clausum in carcere,] J prius tamen circumdixerāt eum per terram, secundum Magistrum in historijs, J molere fecerunt, J opera dura atque feruilia ei iniungendo. Dicunt tamen quidam Hebręi, quod coegerunt eum cum mulieribus Philistęis fortibus commiseri, vt ex eius semine fortem acquirerent sobolem. Quod non videtur multum probabile, quia extimuisent, quod soboles illa faueret Hebręis. Nam filij ad propinquos patris magis affici solent. Ideo reor, quod si Samson habuisset filios ex scēminis

Pet. Co. hilt. li. 11. c. 19. 20

Eze. 44.

Phi-

Philistæis quas habuit, Philistæi illos occidissent, si affuisset facultas. Namque capilli eius renasci ceperat. Non tñ ex hoc accreuit ei pristina fortitudo, vt aliqui pueriliter imaginant, & infra patet. Et principes Philistinorum cõuenerunt cum alijs multis in vnum, vt immolarent hostias magnificas Dagon deo suo, i falso & ficto, & epularent. I ascribentes deo suo cõprehensionem Samsonis, edicentes: Tradidit deus noster inimicũ nostrũ Samson in manus nostras. Quod etiam populus videt, laudabat deum suum, eademq; dicebat. Quæ vero Deo permittete, imò & volente, facta sunt propter peccatũ Samsonis, vt purgaretur in vita hac. Non em debuit sua secreta coniugi perfide reuelare nec excusatur, quis eo ignorante fuerat rufus, quia ad cõprehensionem præbuerat occasionem. Etantesq; per conuiuia, sumptis iam epulis, p̄ceperunt, vt vocaretur Samson, hoc est, adduceretur, & ante eos luderet: i, suo cæro incessu & incerto progressu exhiberet eis iocum & risum. Qui eductus de carcere, ludebat ante eos. Feceruntq; eum stare inter duas columnas. Qui dixit puero regenti gressus suos: Dimitte me vt tangã columnas, quibus ois imminet domus, & recliner super eas, & paululum req̄escam. Domus aut erat plena virorum ac mulierum. Et erat ibi oes principes Philistinorum, ac de tecto & solario circiter tria millia vtriusq; sexus, spectantes ludentem Samson. At ille inuocato dño, dñm inuocãdo ex totis præcordijs, ait: Dñe Deus, memento mei, & pro id est: Vel, memento mei, mihi ignoscendo, atq; ad limbum patrum meam animã perducẽdo. Credde mihi nunc pristina meam fortitudinẽ, Per quod constat, qd ex capillorum crescentia non accreuit ei pristinum robur. Ulex meus, vt vlciscar me de hostibus meis. Et pro amissione duorum luminum, i, amborum oculorum meorum, in quorum pupilla lumẽ extiterat visuale, vnam vltionem recipiam. Zeloz iustitiæ hæc orauit, p̄sertim qm̄ de superstitiosis sacrificijs atq; blasphemijs Philistinorum tabescebat cor eius, & quia ordinatus ac natus fuit ad reprimendã Philistinorum impietate. Et apprehendens ambas columnas, quibus innitebatur domus, i, & erat tẽplum seu phanum Dagon, secundum Isidorũ, scholasticamq; historiam, alteramq; earum dextera, & alteram læua tenens, ait: Moriatur anima mea cum Philistinim. Ii, ego ipse seu vita mea animalis cum ipsi extinguitur. At tñ sui ipsius extinctione non intendebat directẽ, sed cõcomitanter, quia ne quibat euadere, morientib; illis. Conculsisq; fortiter columnis, cecidit domus super oes principes & ceteram multitudinem quæ ibi erat. Secundum Augustinum, Deus per Samsonẽ fecit illud miraculũ, quia supernaturaliter reddidit ei fortitudinẽ pristinã, ideo ex diuino instinctu fecit hæc Samson. Vndẽ & excusatur, qd ita occidit seipsum, imò & cõmendatur, qd pro cõmuni bono populi sui, ita seipsum morti exposuit, vt interficeret oppressores populi Dei. Penituit quoq; de culpis suis, & illa mors fuit ei purgatio, & forte quoddã martyrium. Multoq; plures interfecit moriens, i, hora qua sibi & alijs causam illius mortis procurauit, qd antẽ viuus occiderat. Nam præter fatrapas & conuiuias occidit ibi tria millia plebis, ex tecto atq; solario ipsum ludentẽ spectantis ac irridentis. Vel ideo dicitur moriens multo plures interfecisse, qm̄ oes principes & nobiliores terræ erant ibi oppressi, quorũ pauci plũs reputãtur qm̄ multi vulgariũ. Descendentes aut fratres eius & vniuersa cognatio, tulerunt corpus eius, & sepelierunt inter Sarã & Esthaol in sepulchro patris sui Manuẽ, iudicauitq; Israel 20. annis. Ideo satis iuuenis obiisse videtur. Siquidem in adolescentia sua cœpit Philistæos affligere. At ex tunc cœpit filios Israel (vt creditur) iudicare.

Isidorus. Pet. Co. hist. li. lud. 9. 20.

August. lib. iudic. q. 16.

Gregor. hom. mil. 21.

A Bijt quoq; in Gazam, & vidit ibi mulierem meretricẽ. Per Gazam (secundũ Gregorium in Homilia) designatur infernus, quẽ Christus passione finita ingressus est, quantũ ad animam suam, i, in limbum patrum, in quo fuerunt animæ, quæ aliq; peccatrices fuerunt in seculo, & quo ad hoc, per mulierem meretricem signantur. Porro quoad corpus suum, iacuit & dormiuit in monumento, quasi in domo meretricis, i, carnis in se tẽ & corruptæ, non qd corpus Christi fuerit tale, sed quia in monumentis non nisi huiusmodi corpora cõsueuerunt reponi. Per Philistæos significatur dæmones, perfidij, iudæi, qui Christum in sepulchro gloriabatur esse conclusum, & illic adhibuerunt custodes, vt Christum in corde credentiũ seu creditorum oĩndẽ extinguerent, quatenus nec memoria remaneret ipsius, iuxta illud Hier. 17. Eradamus eum de terra viuentiũ, & nomen eius non memoretur amplius. Veruntã sicut Samson media nocte surgens à somno, remouit & secum tulit portas Gazæ ad supercilium montis: sic Saluator vlt media nocte vel valde manẽ surgens à mortuis, exiuit infernum, cõterens portas aræ, atque de clauso exiuit sepulchro, & eos qui erant in limbo, constituit in loco excelso. Præterea per Gazam intelligi potest terra vniuersa idololatrarum, quam Christus per apostolorum & aliorum prædicationem discipulorum intrauit, in qua vidit mulierem meretricem, i, gentilitatẽ idololatriæ deditam, ad quam gratiose diuertit, meretricem illam cõuertit, & de ea effecit deuotissimam summi Dei cultricem atq; charissimam suam sponsam. Quo cognito, Philistæi, vt potẽ principes, reges, imperatores infideles cum perdidit satellitibus suis persequi, obfidere, occidere nisi sunt Christum in suis mem

membris, & fidẽ ac legẽ ipsius prorsus auferre de terra: sed ipse omne ipsorum resistentiam euacuauit, & faciẽ orbis terræ impleuit semine verbi celestis, multitudine quoq; credentiũ. Amplius, per Dalilam à Samsonẽ amatã, sed versutam, mēdosã & infidelissimã ei, intelligit synagoga, ad cuius reptionẽ primò ad specialiter Chrs descendit. Hęc synagoga diu versute ac multipliciter dñm Iesum tẽtauit, & qualis esset ipsius potestas, explorauit: Dic, inquit, nobis, in qua potestate hæc facis? Et sicut Samson permisit se ligari, & tñ euasit: ita vni genitus patris qñq; permisit se à Iudæis incredulis cõprehedi, & tñ trãsiens, per mediũ ipsorum ibat, eorũ elabens manus. Quẽ admodũ demũ Samson tandẽ capit, excæcatus, ligatus, & in carceratus est: sic Saluator tẽpore prædisposito infirmitatẽ ostēdit, cœpitq; contristari, pauere & tædere. Moxq; irruerunt in eum Philistinim, & cõprehendentes ligauerunt, eiusq; oculos velauerunt, & in domo Caiphæ quasi in carcere tenuerunt captũ vsq; manẽ: deinde manẽ factõ, duxerunt eũ in suũ conciliũ, & irriserunt. Deniq; ipsum persequẽdo, meruerunt occidi, disperdi & condẽnari ab eo, sicut Esa. 63. pdixit: Calcaui eos in furore meo, & cõculcaui eos in ira mea. Quemadmodũ etiam Samson orauit sibi restitui pristina fortitudinẽ suã, sic Chrs passione inuitate, cum clamore valido, lachrymisq; orauit, & pro sua refuscitatiõẽ, ac amissã ad horã fortitudinis reparatiõẽ precatus est: Pater, inquit, clarifica filiũ tuum. Per hoc verò, qd Samson phanum Philistæorum mira euerit virtute, & eius simul oppressit cultores: qd aliud figuratũ est, nisi qd Chrs per suos fideles vbique terrarum idolorũ diruit tẽpla, & pertinaces in idololatria dissipauit: Rursus, sicut Samson vnam expetit vltionẽ pro duobus sibi ablatis luminibus: sic dñs & saluator ex zelo iustitiæ per Esa. 63. locutus est, Dies vltionis in corde meo, annus retributiõis meæ venit. Postremò, per honestã sepulturam Samsonis à suis cognatis, p̄figurata cognoscit venerabilissimã saluatoris sepultura à suis discipulis. Moraliter docet nos ista historia, mulierũ blandimẽta, fallaciasq; vitare, de proprijs viribus nunquã p̄sumere, vincula vitorũ effugere, concessa quoq; grã dona diligentissimẽ custodire. Etenim sicut Philistinim captum Samsonẽ mox excæcauerunt, sic animã tentationi succumbentẽ, dæmones protinus omnino excæcare nitunt, quatenus excæcatã, statim quocũq; voluerint, trahant, illudant, contaminent: maxime verò molunt viros perfectos & religiosos, per Samsonem expressos, deijcere & cæcare. Quod si facere p̄ualuerint, p̄cipue gloriant, & iocum ac ludum suum de ipsis efficiunt, iuxta illud Psal. 52. Qui tribulant me, exultabũt si motus in ideo super nos erã stremus custodiã, sintq; oculi nostri semper ad dñm. Et si quod abist, cõtrigerit nos per peccata & diabolica tentamẽta cæcari, clamemus cum Samsonẽ cũ omni cõstãtia & feruore ad dñm, vt nos rursus illuminare ac confortare dignet, quatenus de inuisibilibus hostibus nostris valeamus nos vindicare, rãto ardentiũ ac indefinẽti in istẽdo vniuersarum incremẽtis virtutum. Atq; deceterò cautiores perseueremus, magisq; timorati, humiles & circũspecti in omnibus, vt cadant à latere nostro mille, & decem millia à dextris nostris.

Hiere. 33. Luc. 20. Luc. 4. Ioan. 18. Marc. 14. Mat. 26. Ioan. 18. Luc. 22. Heb. 5.

Ioan. 17.

Abacuc 2. Psal. 24.

Psal. 90.

Elucidatio Ca. 17. Fuit eodem tempore vir quidam de monte Ephraim, nomine Michas. Art. 30.

C Onsequẽter describunt tres casus, qui tẽpore Iudicum aut circiter cõtigerunt. primus est, de idolo Michæ, q in isto ac sequenti recitat cap. Quo aut tẽpore casus iste acciderit, infra tangeat. Fuitq; eo tẽpore] Non quo Samson præfuit, de quo in fine p̄cedẽtis cap. dictum est, sed quo iudices præerãt, loquẽdo de tẽpore illo indeterminatẽ. [Vir qdam de monte Ephraim, nomine Michas, q exiit Ephraim, q dixit matri suæ: Mille cẽtum argenteos quos separaueras] tibi, i, seorsum posueras quasi pro tua salute, deputãdo illos pro idoli formatiõẽ, & alijs ad idololatriã requisitis, & super quibus me audietẽ iuraueras: Ii, cum iuramẽto asseruisti, qd eis faceres idoli fabricari: Ecce ego habeo, & apud me sunt: Q. d. In bona custodia sunt, atq; (vt aliq dicunt) Michas ad tẽpus eos occultẽ subtraxerat matri suæ, volens eos in alium expẽdere vsũ. Nunc aut ex causa restituit eos matri suæ, qd de pecuniæ amissione vidit eam multũ affligã, & conturbatã, imò & subcontractori maledicentẽ. [Cui illa respõdit: Benedictus filius meus dño. Michas iste & mater eius fuerunt idololatræ: idcirco secundũ expositores, in tota historia ista tam ipse quã mater eius, per Deũ & dñm intelligunt falsum deum suũ seu idolum. Est itaq; sensus, Ad honorẽ dei quẽ colo, sit filius meus benedictus. [R eddidit ergo eos matri suæ, i, Michas p̄fatam pecuniã matri suæ restituit, qd dixerat ei] videlicet filio tuo: [Consecraui & voui argẽtum hoc dño:] i, deo quẽ colo, vt ad eius honorẽ fiat ex isto argẽto simulacrum. Ideo subditur: Evt de manu meã suscipiat filius meus] i, secundũ hanc formã iurauit & voui facere idolũ ex ista pecuniã, qd ego dabo pecuniã istã in manũ filij mei, quatenus ipse faciat inde fieri quod p̄missi. Vndẽ subiungit: [& faciat] per manus artificis [sculptile atq; conflatile.] Ex hoc verbo aliquibus visum est, qd facta sint inde idola duo: vnũ per sculpturã & tũsionẽ, aliud per conflationem seu fusionẽ. Alij dicunt, qd fuit vnum duntaxat, quod primò conflatum est, deinde per sculpturam politum, quod verius reor: quoniam in sequenti cap. legitur, quod filij Dan posuerunt in

Ioan. 17.

Abacuc 2. Psal. 24.

Psal. 90.

Iudic. 16.

Iudic. 18. L. Laiz

Lais idolū Michæ. In Psal. quoq; 105. habet de filijs Israel: Fecerit vitulū in Oreb, & adorauerit sculptile. Vbi per sculptile intelligitur vitulus aureus, q̄ fuit primò cōfatus, deindē & sculptus. [Et nunc trado illud tibi,] id est, argentum prædictum tibi filio meo assigno, sicut promisi. [Reddidit ergo eos ad idola sua,] i. Michas eandē pecuniā mox restituit patri suæ, iam voto matris partim cōpleto, vt ipsa vltimū exequeret propriū votū, habēs in hoc cōsensum filij sui, [Quæ tulit ducētos argēteos, & dedit eos argētario,] i. artificī ex argēto fabricātū, [vt faceret ex eis sculptile atq; cōfatile,] de residuo verò illi pecuniā, facta sunt cetera ad idololatriā illā spectantia. [Quod] idolū post suā formationē [fuit in domo Michæ] ad tēpus, vt infra habet. [Qui ædiculā quoq; in ea deo separauit] i. parua ædē seu camerulā pulchrā in domo sua seorsum apta uit idolo illi, quasi oratoriū quoddā. [& fecit ephod ac theraphim:] quod trāsator exponit, addens de suo, [id est, vestē sacerdotale & idola] Ephod q̄ppe vocat̄ superhumeralē, quo nomine & alia sacerdotalia vestimēta possunt intelligi. Sed quō nūc pluraliter dicit̄, idola, cū dictū sit, q̄ fuerit idolū vnum? imò sequēti cap. fit mētio de idolis & de sculptili atq; cōfati, tanquā de rebus distinctis, idcirco apparet, q̄ erat ibi vñū idolū principale, & vltra hoc aliæ quædā imagines sue simulacra, secundū quod moris est idololatriæ talia plurificare, & vñū principale statuerē. [Impleuitq; vni filiorū suorū manū] i. vñū de filijs suis, & fortē primogenitū aut aliū, quē ad tñ officiū reputauit magis idoneū, inuestiuit de sacerdotio per aliquod positi in manu illius. Vel, impleuit manū ipsius, dādo ei duplicē portionē aut certā munusculā. Vel, impleuit manū eius, ponēdo in manu ipsius sacrificia, quæ per ipsum obtulit deo suo seu idolo. [& factus est ei sacerdos.] In diebus illis nō erat rex in Israel, sed vnusq; quod sibi rectum videbat, hoc faciebat. Fuit quoq; in tēpore illo alter adolescēs de Bethlehem Iuda, nō de illa Bethlehē, quæ erat in tribu Zabulon, [ex cognatione eius.] Quod dicit̄, eius, q̄dam referunt ad Michā, dicentes, q̄ adolescēs iste fuit cognatus Michæ, quod & Magister in historijs ait: alij referunt ad Iudam, dicens, q̄ fuit de cognatiōe Iudæ ex parte matris. Nam tribus Leuitica & sacerdotalis cui libet (vt dicitur) poterat tribui copulari, sc̄ipue tribui Iuda, tanquā regali & nobiliori. Vndē (vt fertur) in Hebræo habet̄, Ex cognatiōe Iuda. [eratq; ipse Leuites,] i. de stirpe Leui ex parte matris. [& habitabat ibi,] Porro adolescēs iste (vt patet supra) fuit de femine Moſis, eratq; Ionathas filius Gerſan filij Moſis. [Egressusq; de ciuitate Bethlehē, peregrinari voluit vbicūq; cōmodum sibi reperisset.] i. peregrē habitare in loco vbi necessaria sibi abundantiū inueniret. Nam cæteræ tribus Israel tunc male soluerunt soluēda Leuitis, s. decimas & alia quædā. Nam multi eorū ad idololatriā labebant̄. Ideo cogebant̄ Leuitæ locū mutare, & necessaria quærere per diuersa. [Cumq; venisset in motem Ephraim iter faciēs, & declinasset parump̄ in domū Michæ, interrogatus est ab eo, vndē venisset. Qui r̄ndit: Leuita sum de Bethlehē Iuda, & vado vt habitē vbi potero, & vtile mihi esse perspexero. dixitq; Michas: Mane apud me, & esto mihi parens.] tanquā pater, habēdo curam & prouidentia mei in spiritalibus ac diuinis. [ac sacerdos. daboq; tibi per annos singulos decē argēteos ac vestem duplicē, & quæ ad victum sunt necessaria, Acquieuit & c. Fuitq; illi] videlicet Michæ, quasi vnus de filijs] i. amorosē & reuerterē tractauit Michas Leuitā illum, quasi propriū filium, immo & quasi patrē, (Nam dixerat, Esto mihi parens) nō vt seruum. [Impleuitq; Michas manū eius,] sicut expositiū est, [& habuit apud se puerū sacerdotē.] s̄p̄atum s. adolescētem. [Nunc scio, dicens, quod benefaciet mihi deus habētī Leuitici generis sacerdotē.] Per deum, intelligit Michas falsū deū, quē coluit, cui acceptius reputauit sacerdotale officiū alicuius de tribu Leui, quā alterius tribus. ¶ Nunc queritur, quo tēpore iste acciderit casus. Quo circa recitat Lyra: Dicunt expōitores nostri, q̄ post mortē Iosue ante Iudicum suscitatiōē. Ad quod allegat, quod tractum est, In diebus illis nō erat rex in Israel. Dicunt quoq; q̄ historia ista hic scribit̄, ad ostendēdum necessitatē dāci iudices Israeli, q̄ errata corrigerēt. Hanc respōsionem Lyra nō approbat, qm̄ iudices Israel nō habebāt efficaciam corrigēdi, q̄ nō præerat per modū dominij, sed directiōis atq; cōsilij. Iterum, qm̄ causa suscitādi iudices fuit, vt per eos filij Israel liberarent̄ a tribulatiōibus q̄bus affligēbant̄. Deindē adiungit: Hebræi verē dicunt, q̄ factum Michæ cōtigit sub Othoniele, q̄ successit Iosue: ad quod pbādum, inducūt quod in fine habet̄ sequēti cap. Māsitq; apud illos idolū Michæ omī tēpore, quo domus Dei fuit in Silo. Quod tēpus incepit ante obitū Iosue, sub quo filij Israel nō corruerunt ad idololatriā. Circa hæc dico q̄ catholici doctorū respōsio introducta, sit vera, & cōsonatiō textui, quā ista Hebræorū respōsio, quia sub Iosue trāslatum fuit tabernaculū dñi de Galgalis in Silo, vt Iosue 18. legit̄. Si ergo idolū Michæ fuit in Lais, seu inter filios Dan ibidē omī tēpore quo fuit domus seu tabernaculum Dei in Silo: pbabiliū sonat, q̄ idolum istud cœpit esse in tribu Dan ante p̄sidentia Othonielis, & statim post Iosue mortē, q̄ postea. Secundò dico, q̄ nec Hebræi generaliter dicunt istud sub Othoniele factum, quāuis q̄dam eorum sic sentiāt: imò Iosephus & alij q̄dam dicunt, hoc factum statim post mortē Iosue ante Othonielis Iudicatum, quæ ad modū etiā in Scholastica narrat̄ hī

Ioseph. 1. an. ud. ca. 6. Pe. Co. hif. li. Iudic. ca. 22

istoria. Insuper in isto & sequenti cap. scribit̄, q̄ in diebus illis nō erat rex in Israel. Et certum est, q̄ nomine regis nō intelligat̄ princeps, monarchicē cū regali autoritate potestatisq; plenitudine p̄sidentis. Sic em̄ tēpore Iudicū vsq; ad Saul, nō erat princeps in Israel: idcirco per regem intelligit quicūq; rector aut iudex. Ideo factū est istud, vacāte huiusmodi rectoria. Præterea, obiectiōes cōtra hæc factæ, nil obtinent. Iudices nāq; cū essent viri mirabiles, virtuosī, prudentes, habuerunt sufficientē idoneitatē corripiendi errātes, immo & corrigendi rebelles, vt patet de Iephte, q̄ vna vice occidit de Ephraim 42. millia pugnatorū: immo ad corrigendū idololatriam solum iudices, sed & torus populus Israel ex Dei tenebatur p̄cepto, vt patet Deuterorū. 17. ¶ Ampliū, Iudices nō sunt dati solum ad liberādum Israel ab aduersarijs suis, sed itē, immo & principaliter, ad reducēdum filios Israel ad cultū Dei, atq; ad cōseruādum eos in illo. Nā & multi iudices eis cōcessi sunt, q̄ nō eruerunt eos ab hostiū impugnationē, s. Samgar, Thola, Iair, Abesān & Abdon. Conueniēter demū dicunt expōitores catholici, q̄ ista historia hic narratur, ad ostendēdum necessitatē dāci iudices Israeli, ad corrigendū errata: q̄ cū dictum est, In diebus illis nō erat rex in Israel: immediatē subiūctum est, sed vnusq; quod sibi rectum videbat, hoc faciebat. Q. d. ideo vnusq; fecit quod voluit, q̄ defuit rector & iudex, quod & experientia frequenter in populo illo edocuit. Vndē supra habetur: Cū mortuus esset iudex, reuertebantur, & multo maiora, i. peiora fecerunt, quā fecerant patres eorum.

Iudic. 12.

Iudic. 2.

¶ Explanatio Cap. 18. In diebus illis non erat rex in Israel. Art. 31.

PROsequitur iam scriptura, qualiter p̄pagata sit idololatria de vna domo ad vnā vr̄bem seu tribū. [In diebus illis nō erat rex] i. rector & iudex [in Israel.] Ideo nemo repressit huiusmodi scelera, sed citò diffundebant̄. [& tribus Dan quærebat possessionē sibi:] i. aliq; de tribu Dan quærebāt aptā vr̄bē, i. mansiōē ad inhabitādum. [vsq; ad illum em̄ diem inter ceteras tribus pro tem nō accepit.] Iosue 19. legitur, quæ ad modū filij Dan, sicut & alijs tribubus Israel, assignatæ sunt multæ vr̄bes ad inhabitādum per sortē, inter quas vna ibidē vocat̄ Lefsem, vt q̄dam expoſitū: quō ergo nūc dicit̄, q̄ vsq; ad illud tēpus tribus Dan nō accepit inter alias tribus? fortē respōdetur, q̄ per synecdochen dicit̄ istud, & itē q̄ nōdum acquisierāt sufficiētia loca & oppida ad manendū. Nam & supra fertur, q̄ Amorrhæus arctauit filios Dan in motē, nec dedit eis locū vt ad planiora descenderent. Deniq; quāuis tribubus Israel simul per sortem missionem multæ vr̄bes assignabant̄, nō tamen mox adeptæ sunt eas, sed paulatim pugnando. [Miserunt ergo filij Dan, stirpis & familiæ suæ quinq; viros fortissimos de Saraa & Esthaol, vt exploraret terrā &c.] In q̄bus sita erant oppida eis à Iosue deputata [Qui cū pergentes venissent in motē Ephraim, & intrassent domū Michæ, requieuerunt ibi.] Fortē em̄ tenebat hospitium. [Et agnoscentes vocē adolescentis Leuitæ,] q̄ ex modo suæ loquelæ eum nouerunt. Nempe (vt dictum est) quāuis omnes Iudæi vno idiomate vterētur, illud tamen diuersimodē proferebant, sicut in cæteris solet fieri linguis. [vt eētq; illius diuersorio] i. domo seu camera in qua necessaria corpori exercebat, in præfata verò ædicula exercitū sua diuina. [dixerunt ad eum:] Quis te hoc adduxit? Quid hic agis? Quam ob causam huc venire voluisti? Itaq; tria interrogauerunt: Primum, à quo esset adductus. Secundū, qd̄ ageret ibi. Tertiū, cur illuc aduenerit. Ipse verò nō respōdit eis explicite, quantum ex textu habet̄, nisi ad secundum, q̄ subiungit: [Hæc & hæc,] videlicet decē argēteos, vestemq; duplicē & victui necessaria, [præstitit mihi Michas,] vt præcedenti fertur cap. [& mercedē conduxit,] per dona præfata, vt sim ei sacerdos. [Rogauerunt autē eum vt consuleret dñm,] i. oraculū & r̄sum à Deo, vel potiū deo Michæ falso, quē adolescentē illū & Micham colere conspexerunt. Sicq; viri isti erant idololatræ, vel ad idololatriam proni. [& scire possent] ex tali oraculo, tan prospero itinere pergerent, & res haberet effectum. Qui respondit eis: Ite cum pace. Dominus respicit viam vestram.] i. approbat vos in hoc, q̄ ambulationē hanc assumpsistis, [&] pro id est, [iter quō pergitis.] Illud responsum dedit eis statim ex proprio capite, ne eorū precibus ampliū molestare. Vel dæmō ei respōdit per idolum. [Euntes itaq; quinq; viri, venerunt Lais:] i. ad vr̄bem sic nominatam, [videruntq;] populū habitātem in ea absq; vllō timore, iuxta consuetudinē Sidoniorum, securum & quietum, nullo eis penitis resistēte, magnarumq; opum & procul à Sidone, atq; à cunctis hominibus separatam. Reuersiq; ad fratres suos in Saraa & Esthaol, & sc̄ificatiōibus qd̄ egissent, respōderunt: Surgite, & eamus ad eos: Videmus em̄ terrā valdē opulētā & vberem. Nolite negligere, nolite cessare. Eamus & possideamus eam, nullus erit labor. Intrabimus ad securos in regionem latissimā, tradetq; nobis dñs locum, in quo nullius rei est penuria, eorū quæ gignit humus.] Hoc hyperbolicē dictū est, ad insinuādum magnitudinē opulentie terræ illius. Multa tñ gignunt ex terra preciosa & medicinalia, quæ ibi non erāt, sed cōmuni viciui necessaria abundabāt ibidē. [Profecti sunt ergo de cognatione Dan sexcenti viri accincti armis bellicis, ascendentesq; manserunt in Cariathiarim] i. vr̄be sic dicta, [Iudæ,] id est, pertinente ad tribum Iuda, [qui locus ex eo tempore castrorum

Iudic. 8.

*in pace

Dan nomē accepit. J. deinde vocatus est castra Dan, quia turba ex tribu Dan nata, ibi ad tempus seu per noctē quieuit. Et est post tergum Cariathiarim. J. ex quo videt, quod non manserant in urbe illa, sed ea pertransiit, extra & prope eam. Fuit autē & alter locus vocatus castra Dan, vt supra patuit. Iudic. 13. [Inde transferūt in montē Ephraim. Cumq; venissent ad domū Michæ. J. ad locum ei vicinum. [dixerunt qnq; viri, q; prius missi fuerant ad cōsiderādum terrā Lais, fratribus suis: J. viris sexcētis: Nostis J. i. scitis ne, vel scire vos congruit, q; in domibus istis J. in vna harum domorum ad Michā spectātium, [sit ephod & theraphim, & sculptile atq; cōflatile? J. Hoc totum pcedētī articulo expōsitū est. [Videte qd vobis placeat, J. attēdite & nobis insinuate, qd vobis debeat com placere de p̄fatis ephod, theraphim & idolo, an s. vultis illa vobiscum portare. Et ex sequētibus verbis elicitur, qd determinauerūt ea secum deferre. [Et cū paululū declinassent, ingressi sunt, J. quinq; viri [domum] i. diuersorium p̄dictū [adoleſcentis Leuitæ, q; erat in domo] J. familia Michæ: vel, in domo Michæ, q; domus Leuitæ pertinebat ad Michā: vel, in domo Michæ, q; domus Leuitæ fuit domus partialis totius domus pertinetis ad Micham. [salutaueruntq; eum verbis pacificis. Sexcēti autē viri ita vt erant armati, stabāt ante ostium: tanquā ad adiuuādum viros quinq; parati, si indigerēt. [At illi q; ingressi fuerant domū iuuenis, J. putā Leuitæ, [sculptile & ephod & theraphim atq; cōflatile tollere nitebātur. J. Ex hoc argui posset, qd sculptile illud fuit aliud à cōflatili, q; separatim sic exprimunt, alijs duobus inter ea expressis. [Et sacerdos stabat ante ostium, sexcētis viris fortissimis haud procul] J. nō remotē [expectantibus] J. reditum quinq; virorum. Iam dicebat, qd sexcēti viri stabāt ante ostium: quō ergo nunc dicit, qd sacerdos seu Leuita stabat ante ostium, sexcētis viris illis haud procul expectātibus? Ad quod videt dicēdum, qd iuuenis ille stetit ante ostium in intrinsecis, alijs extrinsecis, & per aliquantū distantijs. [Tulerūt igitur quinq; viri q; intrauerant, sculptile, ephod, idola atq; cōflatile. Quibus dixit sacerdos: Quid facitis? J. Q. d. cur tam irrationabiliter vos habetis? Vndē apparet, qd edicula in qua erant sacra Michæ, stetit quasi contiguē ad diuersorium sacerdotis. [Cui responderunt: Tace & pone digi-tum tuum super os tuū] J. omnino sile & clausum os tuum tene. quod dixerunt vel comminādo, vel quasi familiariter suggerēdo. Nam subdit: [Veniq; nobiscum, vt habeamus te patrē ac sacerdotē. Quid tibi melius est, vt sis sacerdos in domo vnus viri, J. videlicet huius Michæ, [an in vna tribu & familia in Israel? J. Q. d. Istud tibi honorificentē, vtiliusq; consistit. Tamē reuerā fuit ei magis vitiosum atq; dānabile, q; quo pluribus in idololatria p̄fuit, eo plurius implicabatur criminibus, grauiusq; peccauit. Veruntamē sexcēti viri illi non fuerunt vna totalis tribus in Israel, sed tantū se reputabāt, & totaliter loquebātur ad alliciedū sibi Leuitam. [Quod cū audisset, acquieuit sermonibus eorum] J. ex ambitōe & cupiditate, [& tulit ephod & idola ac sculptile. J. Iam dictum est, qd quinq; viri tulerunt illud, ipsi em̄ cōperunt illa afferre. Sed ac quiescente eis Leuita, permiserunt eum omnia illa auferre & tollere secum, [& cum eis p̄fectus est. J. Sicq; commisit furtum, aliena sic auferēdo. [Qui] qnq; & sexcēti viri ac Leuites, [cūm pergerēt, & ante se ire fecissent paruulos & iumētā, & omne quod erat preciosum, J. imō & sacerdotē cū sacris suis, quæ preciosissima arbitrabātur, quæ omnia p̄miserunt, ne si q; eos insequerentur, possent nocere paruulis & iumētis, aut preciosa attingere, J. iamq; à domo Michæ essent procul, viri qui habitabant in edibus] J. domibus [Michæ, J. videlicet eius domestici & vicini, q; bus domos suas forsan locauit, [conclamātes sequuti sunt] J. Dannitas, q; Michas conuocauit eos, vt secū insequerentur spoliatores illos. [& post tergum clamare cōperunt. Qui cū respexissent, dixerūt ad Michā: Quid tibi vis? Cur clamas? J. Nam aliorum conclamationē ei specialiter imputabāt, quasi dicant: Quō audes contra nos sic clamare? [Qui respondit: Deos meos, quos mihi feci, tulistis. J. Ecce q; stolidia verba. Quō em̄ homo tam fatuus effici potest, vt opera manuū suarū aut aliarum colat vt deos? Cōtra quā infinitā demētiam in Esāia & in libro Sapiētiae disputatur plenariē. Sed quomodo ait, deos meos, si nō erat nisi idolum vnum? Ad quod ex p̄cedētī articulo patet responsio. Est quoq; consuetudo idololatrie taliter loqui, & plurali vt pro singulari, quē admodū de vitulo cōflatili dixerunt impij Israelitæ: Isti sunt dii tui Israel. Itaq; deos meos tulistis, i. mihi abstulistis & vobiscū furtiuē portastis. [& sacerdotē, J. quē Michas putauit per violētā & timorē coactū ad Dannitis ad pergēdum cum ipsis, [& omnia quæ habeo, J. i. ephod & cætera sacerdotalia ornāmētā & sacra, quorum vsus fuit in cultu deorum meorum, quæ omnia tantūm ap̄ precior, q; cætera quæ mihi nō abstulistis, cōparatione illorum pro nihilo reputo. Vndē (vt fertur) in Hebræo habetur, Et qd amplius mihi tanquā dicat, illis ablatis, vilipendo quæ mihi manserunt. Sicq; in sua superſtitione & idololatria fuit malē deuotus. Et vtinam nos tam validē ad verum Deum ac spiritalia afficiamur, q; eorum respectu, pro nihilo reputemus temporalia & terrena. [& dicitis, qd clamas? Dixeruntq; ei filij Dan: Cæue ne vltra loquaris ad nos, & veniāt ad te viri animo cōcitati, [& ipse cum omni] domo tua pereas. J. tu cum tuis domesticis occidaris à nobis, tuaq; domus cōburat. Q. dicit, Noli nos quasi maleficos insequi, q; nō animo furādī, sed religio-

Esa. 44.
45. 46.
Sap. 13. 14. 15.
Exo. 32.

gionis zelo fecimus illa quæ fecimus. Videns autē Michas qd fortiores se essent, J. quæ nec dii sui poterāt eum iuuare, [reuerſus est in domū suam. Sexcēti autē viri tulerūt sacerdotē, & quæ supra diximus, venerūtq; in Lais, & c. & percusserunt habitātes in ea in ore gladij, vrhemq; incendio tradiderūt. J. Os gladij, est eius acumē; quod ita consumit seu necat quos cædit, sicut os manducāris consumit cibaria. [nullo penitus ferēte p̄sidium, eo q; procul habitaret à Sidone, & cū nullo hominum haberēt quicquā societatis ac negocij. Erat autē ciuitas sita in regione Rohob. J. Secundū Lyram, in Hebræo habet, in torrēte Rohob. Sed potius reor verbum illud Hebraicū ad vrung; esse æquē, aptiusq; esse translātū hoc loco, in regionē, quā, in torrentē. [Quā rursū extruētē, habitauerunt in ea, vocato nomine ciuitatis Dan, iuxta vocabulū patris sui quē genuerat Israel, quæ prius Lais dicebat. J. Porro hæc ciuitas forte ceciderat tribui Dan, & ita ex concessōe, imō & iussione diuina poterant eam expugnare. Dannitæ, p̄sertim si ad idololatriā nō ruisent. [Posueruntq; sibi sculptile J. idolum illud sculpturum erexerunt ad suā damnationē sibi in deum, [& Ionathan filij Gersan filij Moſe ac filios eius. J. videlicet Ionathæ, posuerunt sibi in [sacerdotes, J. cū tñ non essent de semine Aaron, in tribu Dan. J. in p̄fata sua vrbe atq; familia, non tamē in tribu illa totali. Iste Ionathas fuit p̄fatus adoleſcēs Leuita, q; & Moſes fuit de tribu Leui. Ecce qd nemo de progenitorū suorum sanctitate debet p̄sumere, aut incautē confidere, sed de humili atq; idonea illorū ſeſtationē potest sperare, cū Ionathas ille neq; ſsimus fuerit nepos sanctissimi Moſis, qui idololatriam tam infinite exhorruit, cuius etiā filius, nomine Gersan, creditur virtuosus fuisse. Sic itaq; posuerunt idolū illud & sacerdotes sacrilegos sibi. [Vsq; ad diem captiuitatis suæ: J. qua capti sunt per regē Assyriorū Salmanasar, vt 4. Reg. 17. describit. Sed quia subiungit, [Manſitq; apud eos idolū Michæ omni tēpore quo fuit domus] J. i. tabernaculū [Dei in Silo, J. vrbe sic appellata, idcirco Hieronymus & alij qdā dicunt, qd dies captiuitatis istius nō refert ad tribum Dan, sed ad domū dñi, vsq; ad arcæ captiuitatem, quæ à Philistiim̄ capta fuit, vt 1. Reg. 4. habet. Tuncq; arcæ ex terra Philistinorū remissa, trāslātū fuit tabernaculum Dei cum arca de Silo in Cariathiarim, prout 1. Reg. 7. legitur. Moraliter, per matrē Michæ, intelliguntur parentes, q; bobolem suam docent superbiam, eamq; ad desiderandū & expetendū diuitias & honores tanquam idola quæ dā idducunt. Per Micham verō, superbi & cupidi ac lasciuī, quorum dicit venter, nummus & dignitas, sunt. Er sicut Dannitæ abstulerunt Michæ suos deos, sic illi frequēter priuantur suis delicijs, diuitijs atq; honoribus per potentiores. Docemur quoq; ex ista historia, quā nocua sit populo pastoris carentia, itemq; absentia: q; & Salomon Prouerbiōrum 11. fatetur: Vbi non est gubernator, corrumpet populus. Nam & lupi explōrant pastoris absentiam. Postremō, per habitatores Lais opulentos & securē manentes, designātur homines carnales, inimorati, & suæ negligentē salutis: q; nullo resistente, i. facillimē superantur, falluntur, atq; ad p̄ternam damnationem à Dannitis, i. inuisibilibus inimicis, trāſitur. Propter quod ait scriptura Ecclesiast. 27. Si non in timore Dei tenueris te instantē, cito subuertetur domus tua. Rursū per Micham q; impleuit manum vnus filiorum suorum, ita quōd factus est ei sacerdos, benē accipiuntur p̄lati, sacerdotes ac clerici, p̄sertim pluraliter beneficiati, q; suis nepotibus, ne dicam & filijs, Ecclesiastica beneficia largiuntur siue procurant propinquitatis affectu, & de patrimonio Saluatoris, quasi propriam hæreditatem efficiunt. At verō per Leuitam sacerdotem, q; statim respondit Dannitis, ite cum pace, Dñs respicit viam vestram: rectē signant confesores, q; incautē facilliterq; absolunt, dummodō valeant nummos acquirere: adulatores quoq; & somniatores, q; libentius placentia, quā vera atq; salubria dant responsa. Per eundē demum Leuitam, q; fecit commutationem illam sacerdotij tam iniustam, p̄figurati sunt sacerdotes, clerici & p̄lati, ambitiosi ac cupidi, q; iugiter ad maiora aspirant, & cōmodi sui affectu, beneficia aut dignitates suas commutant, q; erubescunt simplici Præbenda esse contenti. Iterum per Micham qui Leuitam conduxit, & per Leuitam, q; pro mercede sacerdotale exhibebat officium, aptē Simoniaci designantur. Per Dannitis verō, q; voluntate & potestate pro ratione & æq̄tate vti sunt circa Micham, cōminatione reprimentes eundē, raptōres violenti, oppresoresq; imbecilliorum intelligunt, quibus omnibus æternalis damnatio debetur grauissima.

Expōsitio Cap. 19. Fuit quidam vir Leuites, habitans in latere montis Ephraim. Articulus tricesimus secundus

Secundus casus circa Iudicum tempora factus, hic recitatur. [Fuit quidam vir Leuites habitans in latere montis Ephraim. J. in vrbe sita in latere montis illius, ad tribum Ephraim pertinentis. Leuitæ quippe per omnes tribus Israel erant dispersi, propter causas sæpē p̄ræfatas. [qui accepit uxorem de Bethlehem Iuda. J. Poterant nanq; alijs tribubus, potissimum tribui Iuda, tanquā regali ac nobiliori, matrimonialiter sociari, quia ex hoc non sequebatur hæreditatum confusio. [Quæ reliquit eum, & reuerſa est in domum patris sui in Bethlehem, māſitq; apud eū quatuor mensibus. J. Secundum Lyram, in Hebræo habet, Quæ fornicata est super eum: in quo tan-

Exo. 2. 6.

Hierony.

Philip. 3.

Hierony.

gi videtur causa suae recessionis à marito, qui eam ob suam fornicationem eiecit. Vel ipsa, viro suo ignorante, abiit cum adultero. Veruntamen credo Hieronymum transulisse sicut in Hebraeo habetur, & quòd fortè verbum illud Hebraeum sit ad vtrumque & quocum: & aptius esse translatum hoc loco in hoc verbum, relinquit, quàm transferretur in, fornicata est. Nam paulo post sequitur: Sequutusque est eam vir suus, volens ei reconciliari atque blandiri, quod viri, vxoribus suis adulteris, non solent peragere, quanuis interdum ad magnam aliorum inslantiam recipiant eas ad veniam: imò si fuisset adultera, vir obligatus fuisset eam traducere. Verius ergo reor, quòd in scholastica fertur historia, vt potè quòd mulier fuit viro suo inata propter aliquem viri excessum. Nec veri simile est, quòd cum adultero ausa fuisset redire in domum proprii patris. Iosephus autem ait, quòd mulier speciosa, & vir eam valde dilexit, non tamen inslantiam amabat ab ea, idcirco ex passione amoris verebatur aliqd sinistrum de ea. Vnde frequenter inter eos lites oriebantur, quibus mulier grauata, redijt tandem ad suos parentes, quam se quutus est vir victus amore ipsius. Volens eam secum reducere, habens in comitatu puerum I. ministrum, & duos asinos, I. vnum pro sua euectione, alium pro euectione ministri; & vt in reditu vxor sua super asinum illum sederet, siue vt asini necessaria victui aut alia quauis portarent in via. Quae suscepit eum, I. mulier illa, viro suo marito, eum benignè recepit, tanq̃ oblita iniuriæ sibi factæ, quia iam quatuor mensibus absens fuit marito. & introduxit in domum patris sui. Quod cum audisset focer eius, cumq̃ vidisset, occurrit ei lætus, & amplexatus est hominem. Mansitq̃ gener I. putat Leuites maritus filii viri ad quem venit, in domo foceri tribus diebus, comedens cum eo & bibens familiariter. Die autem quarto de nocte, I. valde manè conuersus, proficisci voluit: I. redire cum coniuge sua. Quem tenuit focer, & ait ad eum: Gusta prius pauillum panis I. aliqd cibi. Surrexitq̃ adolescens die quinta, & venit contra Iebus, quæ altero nomine vocabatur Hierusalem, ducens secum duos asinos onustos & concubinam. Ex hoc euidenter elicitur, quòd concubina in scripturis veteris testamenti interdum pro legitima vxore accipitur, quia hac mulier iam bis vocata est vxor viri istius: Sicque Genesis 29. & 30. Bala & Zelpha interdum vocantur vxores, aliquando concubinæ ipsius Iacob. Namq̃ aderant iuxta Iebus, & dies mutabantur in noctem: I. id est, nox cepit diei succedere. Nam paulò post meridiem exierunt Bethlehem, secundum quod focer dixit ad generum: Considera quòd dies ad occasum declinauerit, I. id est, meridianam horam tranferit, & propinquat ad vespèram, quia tunc sol descendere incipit. Mane apud me etiam hodiè, & duc lætum diem, & cras proficisceris, vt vadās in domum tuam. Dixitq̃: puer ad dominum suum: Veni, obsecro, declinemus ad vrbe Iebusorum. Cui respondit dominus: Non ingrediar oppidum gentis alienæ. Iebusæi quippe oderant Israel. sed transibo vsque Gabaa, & cum illuc peruenero, manebimus in ea, aut certè in vrbe Rhama. Circa hoc refert Lyra: Dicunt Hebræi, quòd historia ista contigit tẽpore Othonielis antequàm filij Iuda ceperunt Hierusalem, de qua captione legitur primo huius libri capitulo: Oppugnantes filij Iuda Hierusalem, ceperunt eam, & percusserunt in ore gladij tradentes eundem incendio ciuitatè. Sed ista opinio videtur inepta, quia (vt patet ex primi expositione capituli) aliqui dicunt, quòd Iosue adhuc viuente, filij Iuda obtinuerunt Hierusalem. Quod etiam Iosue 15. factis insinuari censetur. Etsi non sub Iosue, tamè ante præsentiam Othonielis fortiti sunt eam, sicut ex primo capitulo comprobatur. Porro, quòd ista historia contigerit ante Iudicatum Othonielis, eisdè probatur rationibus, quibus probatum est, historiam Michè non sub Othoniele accidisse. Iosephus quoque hoc idem testatur, & infra ex litera ostenditur: Ideo dici potest, sicut & Iosue 15. scribitur, quòd in Hierusalem simul habitabant Iebusæi cum Israelitis. Et plures fuerint ibi de gentibus alienis, quàm in Gabaa vrbe vrbe Rhama. Transierunt ergo Iebus, & ceptum carpebant iter, occubuitque eis sol iuxta Gabaa vrbe, quæ est in tribu Benjamin. Quòd cum intrassent, sedebant in platea ciuitatis, & nullus eos recipere volebat hospitio: vel quia omnes erant malitiosi, vel pro maxima parte. Etsi qui boni erant ibidem, verebantur importunitatem pati ab impijs, si extraneos hospitarent, aut aliquid tale eos traxit. Et ecce apparuit homo senex reuertens de agro & opere suo vespere, qui & ipse de monte erat Ephraim, & peregrinus habitabat in Gabaa. Homines autem regionis illius, scilicet ciues Gabaa & vrbiũ vicinarum, erant filij Iemini, I. id est, insolentes & improbi. Eleuatisque oculis, vidit senex, I. qui scilicet venit de agro, sedentem hominem præfatum Leuitam [cum farniculis suis] id est, paruus farnicis seu oneribus, in platea ciuitatis, & dixit ad eum: Vnde venis, & quò vadis? Qui respondit ei: Profecti sumus de Bethlehem Iuda, & nunc vadimus ad domum Dei: id est, ad tabernaculum Dei in Silo. Illuc enim volebat cum suis ex deuotione causa oronis accedere; & indè domum reuertì. Innullusq̃ sub teetum suum nos vult recipere, habentes paleas & scenum in asinorum pabulum, & panem ac vinum in meos & ancillæ tuæ vsus & pueri qui mecum est. Nulla re indignemur, I. quam à ciuibus huius oppidi optemus, nisi hospitio. quia necessaria victui habemus

Pe. Co. hif. li. lud. ca. 23. Iose. li. 6. an. iuda. ca. 13.

Iose. lib. 7. in da. an. ca. 6.

nobiscum. Cui ridit senex: Pax tecum sit. Ego præbebo omnia quæ necessaria sunt, vltra ea quæ habes. Et quæ so, ne in platea maneat. Fuit enim senex ille de monte Ephraim, quemadmodum & Leuita, & ita amplius condoluit ei. Introductiq̃ eum in domum suam, & pabulum asinis præbuit, & postq̃ lauerunt pedes suos, recepit eos in conuiuium. Illis epulâibus, & post laborem itineris cibo & potu reficientibus corpora, venerunt viri ciuitatis illius qui considerauerunt pulchritudinem femine in platea, filij Belial, id est, absque iugo, I. quod translator adiecit, exponendo nomè hoc, Belial. Erant itaq̃ sine iugo, i. obseruatione legis diuine ac naturalis, intemorati, indomiti, inuerecundissimi. & circumdâtes domum senis, fores pulsare ceperunt, clamantes ad dñm domus, & dicentes: Hospiti: Educ viri qui ingressus est domum tuam, vt abutatur eo. sicut & Sodomites dixerunt ad Lot. Egressusq̃ est ad eos senex, & ait: Nolite fratres mei, nolite facere malum hoc. Fratres eos vocat ratione cõciuitatis & habitationis, & de semine Israel oēs fuerunt. Quia ingressus est homo hospitium meum, & cessate ab hac stultitia. Habeo filiam virginem, & hic homo habet concubinam: I. vxorem, sicut expositum est, seducam eas ad vos, vt humilietis eas, & vestram libidinem cõpleatis. Tantùm obsecro, ne scelus hoc cõtra naturam operemini in virum. Ex hoc apparet, quòd volebant viro abuti. Iosephus tñ dicit oppositum, allerens quòd quærebant duntaxat vxorem ipsius: sed ideo loquebantur de viro, vt sic extorquerent ab eo vxorem suam, sed hospes id ignorauit. Nolebant acquiescere sermonibus eius, videlicet senis in toto: vel ita se habuerunt in apparatu, ac si non contentarentur, nisi eis vir traderet. Quod cernens homo, eduxit ad eos concubinam suam, I. coniugè, quæ concubina vocatur, non à concubitu fornicario, sed à concubitu simpliciter dicto. Nunc tamen in communi modo loquedi, concubina in malo accipitur, prout vocatur à concubitu secundum se intento, putà libidinoso. & tradidit eis illudendam: quia cum tota nocte abusi essent, vel quia illicitè aut etiam innaturaliter ea utebantur, dimiserunt eam manè. At mulier, recedentibus tenebris, venit ad ostium domus vbi manebat dominus suus, I. putat maritus, qui dominus coniugis appellatur, quia vir caput est mulieris. Vndè & Sara Abraham dominum nũcupauit, quod & princeps apostolorum in sua canonica prima vxoribus in exemplum proponit, vt viros suos honorent. Posset tamen per dominum coniugis, hospes intelligi. Vndè & maritus dixerat seni: Habemus vinũ & panes in meos & ancillæ tuæ vsus. & corruit ibi. Manè factò, surrexit homo & aperuit ostium, vt ceptam exple ret viam. Et ecce concubina eius iacebat ante ostiũ sparsis in limine manibus, præ afflictione, fatione, verecundia, & merore. Cui ille, putans eam quiescere, loquebatur: Surge, & ambulemus. Qua nihil respondente, intelligens quòd erat mortua, & c. reuersus in domum suam, arripuit gladium, & cadauer vxoris cum ossibus suis in duodecim partes ac frustra concidens, misit in omnes terminos Israel. Probabile est, quòd non misit ad tribum Benjamin, quia Gabaa & Benjamin fuerunt. Nec opus fuit mittere nuncium speciale ad tribum Leui, quæ erat per oēs tribus dispersa: quomodò ergo misit duodecim partes per duodecim nuncios ad duodecim terminos Israel? Respondetur, quòd pro tribu Leui, tribus Ioseph fuit in duas tribus diuisa. Et rursus, tribus Manasse pro media parte habitauit vltra Iordanem, pro media citra, & ita ad eam missæ sunt duæ partes. Quòd cum vidissent singuli, id est, factum istud per nuncios intellexissent, atque in signum veritatis partes diuisi corporis conspexissent, conelamabant: Nunquam res talis facta est in Israel, id est, tam abominabilis, innaturalis, crudelis, ex eo die quo ascenderunt patres nostri de Aegypto vsque in præsens tempus. Veruntamen adoratio vituli aurei, & declinatio Dannitarum ad idololatriam, videtur sceleratior fuisse re ista: sed fortè circa vnam personam non contigit antè facinus tantum, vel loquendo de peccato in proximum. Ferte sententiam, & in commune decernite: id est, concorditer iudicate, quid factò opus sit, id est, qualiter crimen istud sit vlciendum. quasi dicant, Oportet nos conuenire in vnum, & super hoc habere consilium. Posset hinc queri, an senex suam filiam, & Leuites suam vxorem impiorum illorum exponendo seu offerendo libidini ad vitandum grauius crimen, videlicet vitium contra naturam, vel ne Leuita occideretur ab illis, excusentur à culpa. Videtur quòd sic: quia ex quadam pietate & charitate hoc fecisse videtur, aut ex metu in virum constantè cadente. Oppositum verò probatur, quod vnus nõ debet committere veniale peccatum, vt alium à mortali præferuet. Nec ex timore penæ, admittendum seu committendum est malum culpæ: multo minus debet quis aliquam personam adulterio vel stupro exponere. Dicendum, quod si senex protulit verba illa cum proposito deliberato sic faciendi, non excusatur à toto, quia à tanto. Si verò locutus est verba hæc ex subreptione, aut solùm animo auertendi impios illos à suo conceptu, excusatur saltem à mortali. Leuita quoq̃ suam coniugem exponendo ex causis præfatis, non excusatur in toto.

Expofitio cap. 20. Egressi sunt itaque omnes filij Israel &c. Art. 33.

R Eorum iusta debellatio modò describitur: Egressi itaque sunt omnes filij Israel, non simpliciter omnes, sed omnes de quibus in fine præcedentis capituli continetur. & pariter con-

Gen. 19.

Iose. lib. 5. an. lu. ca. 6.

1. Cor. 6. Gen. 18. 1. Pet. 3.

gregati, quasi vir vnus de Dan vsque Bersabee, hoc est, de extremitatibus terræ promissionis à parte aquilonari, in qua erat tribus & vrbs Dan, vsq; ad partem australem, in qua fuit ciuitas Bersabee. [& terra Galaad, id est, tribus Israel vltra Iordanem in terra Galaad, & circumcirca morantes, aliquibus tamen demptis, vt infra habetur.] ad dominum in Maspha: hoc est, in loco aut oppido sic vocato. [& omnes anguli populorum, id est, in extremis terminorum tribuum Israel demorantes,] & cunctæ tribus Israel verunt in tribu Benjamin dempta, in ecclesiâ populū dei cōuenerunt. Nam dictum est qd cōuenerunt in Maspha: porro domus seu tabernaculū Dei, fuit adhuc in Silo: quod ergo nunc dicitur, qd cōuenerunt in ecclesiâ populū Dei? Rñdetur, qd ecclesia populū Dei vocatur hic intrāstitiū, ipse Dei populū cōgregatus, sicut & multitudo Christi delium nunc appellatur ecclesia. Cōuenerunt ergo in ecclesiâ populū Dei, quia partes populū seu particulares tribus & turmæ, cōfluxerunt ad totum, imò cōfluendo totum cōstituerūt. Post sunt quoq; per angulos populorum, principes seu principales in tribubus designari. Quemadmodum em latera cōcurrunt in angulo, sic cōmunes & vulgares cōnectunt in superioribus suis. Vnde & Christus lapis angularis est appellatus, quia in ipso tanq; in angulo, cōiuncti sunt per fidem & charitatem populū duo, videlicet Iudæi atq; Gētilēs. [*400. millia peditum pugnatorū.] Hinc elici potest, qd filij Israel magis multiplicati fuerunt in Aegypto, non obstante ibi eorū feruitute grauisima: deinde in solitudine, q̄ in terra pmissonis hucusq; Nempsi his 400. millib; addantur qd defuerunt, videlicet Beniamitæ & habitatores Iabes Galaad qd deerant, vt infra narratur, adhuc summa multum deficit à summa eorum, ad quam in prima numeratione, & item ab ea ad quam in secunda numeratione ascenderūt. [Interrogatusq; Leuita maritus mulieris interfectæ, quod tñ scelus perpetrātū esset,] de qua re voluerūt certius informari, quis iam illud audierint per nuncios eius. Voluerunt quoq; agnoscere, an eius recitatio nuncijs concordaret, qm factum principaliter tetigit eum. [Rñdit: Veni in Gabaa Benjamin cum vxore mea, illucq; diuerſi. Et ecce hoies ciuitatis illius circūdederūt nocte domū in qua manebat: hoc est, qdā viri Belial post solis occasum vallabant hospitium meum, volentes me occidere.] per cōcubitum contra naturam vsq; ad mortem affligere, secundū vnam expositionem in pcedenti articulo tamam vel secundū Iosephi opinionem, volebant interficere virum, nisi eorum voluntati suam exponeret cōiugem. Est autē satis probabile, qd femina illa fuit multum decora, & qd eius pulchritudinem perceperunt prauissimi illi. [& vxorē meam incredibili libidinis furore vexantes.] immoderate & innaturaliter eam tractantes. Et rectè ait, Libidinis furor: quia tam irrefrenatissimus concupiscentiæ ardor, meritò furor vocat, tanq; rationi prorsus contrarius. [Deniq; mortua est.] Quam arceptam, in frusta confecti, misiq; partes in oēs terminos possessionis vestræ, quia nunq; tñ nefas & tam grande piaculum factum est in Israel. Adestis oēs filij Israel. Decernite hoc est, iudicate secundum legis tenorem, [quid agere debeatis.] quia secundum legem tenebatur hoc vindicare. [Stansq; omnis populus, & quasi vnus hominis vocē respōdit:] i. concorditer determinauerunt, non quod omnes simul protulerint verba hæc, sed aliqui superiorum & iudices, quorum sententiæ ceteri acclamabant. Credendum est quoque quod Leuita per testes probauit quæ dixit, præsertim per ministrum suum quem habuit secum, & per senem hospitem suum, & eius do mesticos qui fortassis ob tantum flagitium egressi sunt Gabaa, atque ad testificandum adducti sunt. [Non recedemus.] i. non reuertemur [in tabernacula nostra, nec suam quisquā intrabit domum:] donec fecerimus quæ sequuntur. [Sed hæc contra Gabaa in commune faciemus.] Decem viri eligantur de centum ex omnibus tribubus Israel, & centum de mille, & mille de decem millibus, vt cōportent exercitū cibaria, & possimus pugnare contra Gabaa Benjamin, & reddere ei pro scelere quod meretur. Cōuenitq; vniuersus Israel per synecdochen sumendo partem maiorem pro toto, [ad ciuitatē] Maspha, [quasi homo vnus, eadem mente vnq; cōsilio] vt dictum est, [& miserunt nuncios ad oēm tribum Benjamin,] i. ad diuersas vrbes ipsorum, [qui dicerent: Cur tñ nefas in vobis repertum est?] i. in aliquibus de vestra progenie. Quasi dicat: Hoc vobis cedit in dedecus, nisi dissentiat, & puniēdos tradatis malefactores. ideo subditur: [Tradite hoies de Gabaa qd hoc flagitium perpetrarunt, vt moriantur, & auferatur malum de Israel.] Qui noluerunt fratrum suorum filiorum Israel audire mandati, sed ex cunctis vrbus suis quæ sortis suæ erāt, conuenerunt in Gabaa, vt illis ferrent auxilium, & cōtra vniuersum populū Israel dimicarent. [Quod fuit oīnd iniustum, & ex carnali amore atq; elatione processit, non ex zelo iustitię, nec ex charitate.] Inuentiq; sunt 25. millia de Benjamin educentium gladium, præter habitatores Gabaa, qui 70. erant præter mulieres & paruulos [viri fortissimi,] hoc est, valde fortes in corpore, fortitudine virtutum carentes in anima, [ita sinistra, vt dextra præliantes:] sicq; inftar Ahud iudicis quasi ambidexteri erant. [& sic fundis iacientes lapides ad certum, vt capillum quoq; possent percucere, & nequaq; in alteram partem ictus lapidis deferretur.] Hoc totum hyperbolica est locutio, in qua aliquid dicitur per excessum, ad insinuandum magnitudinem aut eminetiam rei,

Esa. 28.

Act 4.

Ephe. 2.

40.

Judic. 21.

Iose. lib. 5. an. iu. ca. 6.

Judic. 3.

rei, quæ aliter tam conuenienter exprimi nequit: ideo in tali locutione non continetur mendacium, quia & loquens scit quousq; credatur. Itaq; per verba inducta non aliud designatur, nisi quod habitatores Gabaa erāt fundibularij valde periti, non autē qd iuxta verborum tenorem, potuerint sagere à remoto capillum, quem nec videre sic poterant, sicut & Pharao dixit ad Ioseph: Sine oris tui imperio nemo mouebit manum aut pedem in omi terra Aegypti. [Virorum quoq; Israel, absq; filijs Benjamin, inuenti sunt *quadraginta millia educentium gladios, & paratorum ad pugnam.] Quis filij Israel contra Benjamin congregati, surgentes, venerunt in domum Dei, hoc est, in Silo. Itaq; de Maspha venerunt in Silo, & in tabernaculum dei causa orationis, atque vt ibi per summum sacerdotem cōsulerent dñm, sicut tunc moris erat. Vnde subiungitur: [Consulueruntq; dñm per Phinees, qui per orationem & sacrificium petijt sibi reuelari quod querebatur.] dixerunt: Quis erit in exercitu nostro princeps certaminis contra filios Benjamin? Ex hoc probatur vera esse opinio Iosephi, affirmantis qd ista historia gesta sit ante Othoniel, nullo iudice præſidente. Si em Othoniel aut alius iudex tunc præfuisset, accepissent illum pro duce exercitus, nec super hoc dñm consuluisſent. Nam & in cæteris bellis sub iudicibus gestis, ipsi iudices fuerunt duces exercitus. [Quibus respondit dñs per angelum:] Iudas sit dux vester. [Hoc potest intelligi vel de tribu illa, vel de viro aliquo principali in ea, vt s. tribus illa esset in exercitu prima ac principalis, vel qd aliquis vir ex ea, esset princeps exercitus.] Statimq; filij Israel surgentes manē, castrametati sunt iuxta Gabaa. Et inde procedentes ad pugnam contra Benjamin, vrbes Gabaa expugnare cœperunt. Egressiq; filij Benjamin de Gabaa, occiderūt de filijs Israel 22. millia virorum. Rursum filij Israel & fortitudine & numero confidentes, [Ex hoc habetur, qd tam in primo congressu q̄ in isto filij Israel cum immoderata audacia & quadam elatione, videlicet in sui exercitus multitudine, ac proprijs viribus magis, q̄ in dño confidentes, processerunt ad pugnam: ideo dñs permisit eos bis proſterni, vt humiliati, ad ipsum confugerent.] in eodem loco in quo prius certarant, ac iē direxerunt, ita tamen, vt prius ascenderent in Silo ad domum Dei, [& silerent coram dño vsq; ad noctem:] Verunt fletus ille non processit ex vera contritione & humilitate, sed magis ex damni sui dolore, & suæ deiectionis rubore. [Consulueruntq; eum, & dicerent:] Debeo magis populus & exercitus tuus vltra procedere ad dimicandum contra filios Benjamin fratres meos, [dicendo,] Fratres meos, fatentur se non ex inuidia, sed zelo iustitiæ contra illos moueri, quasi iustitiam carni & sanguini preferentes. [an non?] Quibus ille respondit: Ascendite ad eos, & inite certamen. Cumq; filij Israel altera die contra filios Benjamin ad prælium processissent, eruperunt filij Benjamin de portis Gabaa, & occurrētes eis, tanta in illos cede bacchati sunt, vt 10. & 8. millia virorum educētium gladium proſternerent. [Quo circa mirum videtur qd succubuerunt, cum tamen (Deo iubēte) inissent certamen. Et cur dñs dixit eis, vt congregarentur, cum eos agnosceret ruituros? Et respōdendum qd ideo, quia iustam causam habebant. Expediebat quoq; eorum saluti, in prælio cadere, quia & ipsa congressio morsq; illata, fuerunt eorum purgatio. Voluit item eorum fidem probare, & obedientiā coronare, imò nos omnes instruere, vt nequaquam frangatur spes nostra & fides in domino, etiam si aduersa contingant, quemadmodum sanctus Iob 13. loquitur: Etiam si occiderit me, in ipso sperabo. Hinc elici potest, qd interdum in bellis succumbunt hi qui iustam prælii habent causam, quod propter eorum aliquas culpas solet accidere, & pro eorum salute. Porro iniusti ad maiorem suam damnationem, temporalem sortiuntur prosperitatem, quia & ipsi fortassis aliquid habent boni, quod temporaliter muneretur.] Deniq; præter causam p̄tātam, assignatur & alia rationabilis causa à Catholicis & Hebræis, cur filij Israel bis sunt victi, quia videlicet circa vindictā iniuriæ Dei fuerant negligentes, quia Dannitas, qd modico tēpore ante hoc factum ad idololatriam corruerunt, non impugnaverunt, sicut in Deuter. fuit p̄ceptum: & sicut tēpore Iosue voluerunt nouem tribus pugnam inire contra tribum Ruben & Gad, ac mediam tribum Manassæ, cum putassent illos altare sacrilegum cōstruxisse, cum tñ ad vlciscendā iniuriā huius Leuitæ, fuerint satis proni. [Quamobrē oēs filij Israel putā residui de eorum exercitu,] venerunt in domum Dei, & sedebāt flentes coram domino, Jex vera contritione & humilitate, certi quod propter aliqua sua peccata sic essent prostrati. [Ieiunaueruntque illo die vsque ad vesperam,] pro satisfactione diuinæ orationis, [& obtulerunt ei holocausta,] ad diuinam reuerentiam maiestatis, quam offenderunt, [& pacificas victimas] pro remissione suarum culparum ad pacificandum se domino, & vt victoriam obtinerent. Fuitque magnum quod bis tam lamentabiliter pro causa iusta prostrati, imò & semel ad prælium ire iussi, nequaquam contra dominum murmurauerunt, imò nec cōtra Phinees sacerdotem, suspicando quod eos deceperit referendo diuinā responsa, aut confingendo, sed humiliter confugerunt ad Deum, eumq; orando, plorando, sacrificando, & ieiunando, imò & cordialiter pœnitendo placare conati sunt. [& super statu suo interrogauerūt:] hoc est, per sacerdotem petierunt sibi diuinitus reuelari, quid eis esset agendum in tali articulo & euentu. [Eo

Gen. 41.

*400.

Iose. lib. 5. an. iu. ca. 6.

*debemus 3. q. 7. cano qui sine peccato

Deut. 8. Ios. 22.

3. q. 7. ca. Qui sine

tem

tempore ibi erat arca fœderis domini, & Phinees filius Eleazari filij Aaron præpositus domus, id est, princeps & pontifex tabernaculi Dei. [Consuluerunt igitur dominum] per Phinees, per cuius manus & sacrificia obrulerunt, [atque dixerunt: Exire ultra debemus ad pugnam contra filios Beniamin fratres nostros, an quiescere? Quibus ait dominus: Ascendite.] Vnde apparet, quod vrbs Gabaa fuit altius sita, quam campus in quo filij Israel erant. [Cras enim tradam eos in manus vestras. Posueruntque filij Israel insidias per circuitum vrbs Gabaa: quatenus viri illi in insidijs positi, intrarent atque incederent vrbs, Beniamitis inde egressis ad pugnam contra reliquos Israelitas. Qualiter autem liceat uti insidijs in prælijs iustis, dictum est Iosu. 8. [et tertia vice, sicut semel & bis, contra] filios [Beniamin exercitum] produxerunt. Sed & filij Beniamin audacter eruperunt de ciuitate, & fugientes aduersarios longius persequuti sunt. hoc est, filios Israel, qui ex industria & conditio fugerunt, ut filios Beniamin ab vrbe sua protraherent. Ita ut vulnerarent eos, sicut primo die & secundo, & cederent per duas semitas verentes terga, quarum vna ferebatur in Bethel, & altera in Gabaa, atque prosterneret 30. circiter viros. Putauerunt enim eos solito more cedere. Qui fugam arte simulantes, inierunt consilium, ut abstraherent eos de ciuitate, & quasi fugientes, ad supradictas semitas perducerent. Omnes itaque filij Israel surgentes de sedibus suis &c. hoc est, maior pars exercitus quæ se remotè à ciuitate absconderat, surgens de suis latibulis, cepit Beniamitis resistere. Erat quippe exercitus filiorum Israel in tres partes diuisus, quarum vna & minor iacuit in insidijs circa vrbs. Alia pars & maior, accessit vrbs ad prouocandum & extrahendum filios Beniamin. Tertia & maxima pars fuit remotè latens, & ad illam protraxerunt filios Beniamin, filij Israel qui simulauerunt fugam. [Ingrauatumque est bellum contra filios Beniamin, & non intellexerunt quoddam ex omni parte illis inflare interitus. Percussitque eos dominus, hoc est, percussioni exposuit, in conspectu filiorum Israel. Quibus dedit virtutem percutiendi Beniamitis. [Et interfecerunt ex eis in illo die 25. millia, & 100. viros, omnes bellatores & eductes gladium, &c. Remanserunt itaque de omni numero Beniamin, qui euadere potuerunt & fugere in solitudinem, 600. viri. Sederuntque in petra Remmon,] hoc est, in loco petroso, munito in solitudine. [mensibus quatuor.] Et plæxerunt ibi suam calamitatem magno ploratu. [Regressi autem filij Israel, omnes reliquias ciuitatis] Gabaa, [à viris vsque ad iumenta gladio percusserunt.] An verò quod ait, vsque ad iumenta, intelligendum sit inclusiue, an potius exclusiue, dubium esse potest. [cunctasque vrbes & viculos Beniamin vorax flamma consumpsit.] Occiderunt autem filij Israel etià mulieres & paruulos ac paruulas in tota Beniamin tribu. ¶ Refert Lyra in Hebræo haberi, quoddam filij Beniamin præter habitatores Gabaa, erant 26. millia, & quoddam mille ex eis, fugerunt ad oppida sua ex quibus prius venerunt in Gabaa, atque in oppidis illis à filijs Israel sint occisa. Sed hoc non videtur textui consonare, quo dictum est: Remanserunt itaque de omni numero Beniamin, qui euadere potuerunt, & fugere in solitudinem, 600. viri nisi fortè quod ait, Et fugere in solitudinem, sit determinatio eius, quod dicitur, quod euadere potuerunt. Ex his patet tota huius capituli litera, quæ est proxima.

¶ Explanatio cap. 27. Iurauerunt quoque filij Israel in Maspha &c.

Art. 34.

Qualiter reparata sit tribus Beniamin, quæ penè extincta fuit, hic enarrat. [Iurauerunt quoque filij Israel in Maspha: Janteque contra Beniamin pugnare cœperunt.] Nullus nostrum dabit filijs Beniamin de filiabus suis vxorem. [Hoc iurauerunt in detestationem facinoris Beniamitarum, & puto quod iurauerunt, postquam cognouerunt tribum Beniamin velle assistere Gabaoitis, quæ ex tunc comunicauerunt illis in crimine. [Veneruntque omnes in domum Dei in Silo &c. & fere cœperunt, dicentes: Quare dñe Deus Israel factum est hoc malum in populo tuo, ut hodie vna tribus auferretur ex nobis?] i. ex Israelitico populo, quasi dicant, Vtinam non cõtigisset. Verunt non dandum fuit tribus Beniamin omnino occisa, sed videbat breuiter peritura, quæ non apparuit prima facie modus, qualiter posset per gnationem cõseruari, eo quod cæteræ tribus iurassent filias suas non sociare Beniamitis cõiugio, nec poterat gentiles accipere ob legis prohibitionem. [Altera autem die diluculo cõsurgentes, extruxerunt altare in tabernaculo dñi. Sed nonne iam erat ibi altare? Dicunt aliquid illud prius in aliquibus reparauerunt, vel translatum fuit, ideo nouum fecerunt: vel eius relatio, atque in pristino loco positio, vocat eius extructio. [Et obrulerunt ibi manus sacerdotum holocausta] pro gratiarum actioe de triplo cõcesso, [et pacificas victimas] pro remissione culpæ, pace, & græta cõseruationis in bono statu. [et dixerunt: Quis non ascendit in exercitu dñi? Quæ Beniamitas occidit, de vniuersis tribubus Israel?] Hoc inq̄sierunt, ut ea occasione, prouideret residuis Beniamitis de nuptijs. Qui enim ibi non erat, non iurauerunt se non duros filias suas filijs Beniamin, & ite vt illos puniret, ideo subdit: Grandi enim iuramento se cõstrinxerant, cum essent in Maspha, interficij. quod interficeret eos quod defuissent. Ductique penitentia filij Israel sup̄ fratre suo Beniamin, cœperunt dicere: Ablata est tribus vna de Israel. Vnde vxores accipiunt. Oes enim in cõmune iurauimus, non duros nos his filiabus nostras. idcirco dixerunt: Quis est de vniuersis tribubus Israel, qui non ascendit ad dominum in

Ma-

Maspha? Et ecce inueniunt habitatores Gabaa hoc est, vrbs sita in terra Galaad, in illo exercitu non fuisse. Eodem quoque tempore cum essent in Silo, nullus ex eis ibi reperitus est. Miserunt itaque decem millia viros robustissimos, & præceperunt eis: Ite & percutite habitatores Gabaa in ore gladij, tam vxores quam paruulos. Mirum videri potest, quoddam in tota tribu Beniamin quam in vrbe hac Galaad etiam feminas ac paruulos peremerunt, cum paruuli penitus fuerint innocentes. Estque probabile, quoddam multæ sceminae displicentiam habuerunt de crimine illo Gabaoitarum. Ad quod dici potest, quoddam in maiore tantum facinoris detestationem hoc factum sit, & viri in suis vxoribus ac paruulis sunt puniti, cum tamen viri in Beniamin ante mulierum ac paruulorum occisionem, fuerint penè omnes perempti. Fuit quoque mors illa innocentibus maior corona, & sceminis quæ penituerunt, vel in mortali culpa non erant, purgatio. Sed & rigor diuinæ iustitiæ cõmendabatur in hoc. Vir quoque & mulier vna sunt caro, & proles est aliquid suorum parentum. [Et hoc erit quod obseruare debetis: Omne generis masculini & mulieres quæ cognouerunt viros, interficite: virgines reseruate.] Antequam inceperunt interficere eos qui in Gabaa commorabantur, cum diligenti examine scrutabantur pro posse, quæ virgines essent, & separabant eas seorsum. Et satis faciliter poterant inuenire, quæ nec maritatae nec diffamate fuerunt. Vnde subiungitur: Inuentæque sunt de Gabaa quadringentæ virgines, quæ nescierunt viri torum: imò nec illegitimam copulam, [et adduxerunt eas ad castra in Silo in terram Chanaan. Miseruntque filij Israel nuncios ad filios Beniamin, qui erant in petra Remmon] hoc est, in loco saxeo illo valde munito, [et præceperunt eis, videlicet nuncijs, vt suscipiant eos,] i. Beniamitas illos [cum pace] reducendo eos inde pacificè ad populū Dei in Silo. [Veneruntque filij Beniamin in illo tempore. Et datæ sunt eis vxores de filiabus Gabaa: quadringentis videlicet viris, totidem sponsæ.] Dixeruntque maiores natu, qui in suis familijs præsidabant, quorum tamen nullus præfuit toti plebi: [Quid faciemus reliquis, qui non acceperunt vxores?] & ingenti studio puidendum est, ne vna tribus deleatur ex Israel &c. Nonne ex quadringentis illis coniugijs poterat tribus Beniamin reparari? Poterat planè, sed non ita citò. Ideo propter ducentos residuos vxorandos, non debebant filij Israel præfatum suum frangere iuramentum, quantum quidam dicat oppositum. [Cœperuntque hoc est, excogitauerunt, seu ab inuicem acciperent, consilium, atque dixerunt: Ecce solennitas domini est in Silo anniuersaria. i. annua quædam festiuitas, quæ] Silo sita est ad septentrionem vrbs Bethel non illius, quæ alio nomine vocatur Hierusalem, [præceperuntque maiores natu filijs Beniamin, atque dixerunt: Ite & latitate in vineis. Cumque videritis filias Silo] i. filias ciuium vrbs nomine Silo, [ad ducendos choros,] i. choreas [ex more procedere] extra vrbs, [exite repente de vineis, & rapite ex eis singuli singulas vxores.] i. quilibet vnā puellam ad nubendum. Veruntamen raptus talis secundum legem non licuit, sed necessitas & maiorum commissio excusauit raptos in toto vel partim. [Cumque venerint patres earum ac fratres, & aduersum vos queri] i. conquiri [atque iurgari cœperint,] violentiam vobis obijciendo, [dicemus eis: Miseremini eorum. Non enim rapuerunt eas iure bellantiū atque viduorum.] i. isti Beniamites non dicunt quod filias vestras de iure acceperint, sicut hi qui vincunt in prælio, rapiunt filias eorum quos superant, & quantum ad hoc, non habent se presumptuos. [sed rogantibus ut acciperet, non dedistis:] i. filias vestras nolulistis dare his Beniamitis, cum tamen rogaret sibi de vxoribus prouideri. [Et à parte vestra peccatum est hoc est, vos ipsi estis in culpa, non ideo, quod filias vestras non dedistis filijs Beniamin, eas sibi dari rogantibus, eo quod promissistis vos non duros filias illis, sicut & nos natu maiores: sed quod filias vestras permissistis sic chorizando vagari, quod rapit aliter potuerunt.] [Feceruntque filij Beniamin ut sibi fuerat imperatum, & iuxta numerum suum rapuerunt sibi de his quæ ducebant choros, vxores singulas. Abieruntque in possessionem suam,] quæ habuerunt latissimam, quia sexcenti isti residui totam terram tribus Beniamin poterant possidere: idcirco sceminae eis assignatæ, & parentes quarundam, facillidus cõsenserunt filijs Beniamin ad inuendum cõnubia. [et edificantes vrbes, & habitantes in eis.] Filij quoque Israel reuerſi sunt per tribus & familias in tabernacula sua. In diebus illis non erat rex in Israel, sed vnusquisque quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat. i. si ne refrenatioe fecit quod voluit. Nullus autem respiciens ad malū operatur, ut diuinus Dionysius contestatur, i. nullus optat aut facit malum sub ratione mali, sed solum sub ratione boni veri aut apparentis, cum bonum sit appetitus obiectum. Hinc Prouer. 21. habetur: Omnis viri via recta sibi videtur. Et rurſus ibidem: Via stulti recta in oculis eius. Verunt non est putandum, quod in diebus illis vnusquisque in Israel fecit omnino sine refrenatioe omne quod voluit, aut quod sibi bonum apparuit, quia & patres phibuerunt sobolem suam à multis malis, & domini suos ministros, in vrbsibus quoque fuerunt speciales rectores ac iudices: ideo distributio præfata, est accommodata pro generibus singulorum: vel per hyperbolen dictum est hoc, & quia in multis sic fuit. ¶ Denique non solum dum deest superior aut prælatus, sed item dum is qui præest, est penitus negligens in corrigendis & corripiendis excessibus,

Dionysius

Judic. 17. 18. Iose. lib. 5. an. Iu. ca. 6.

bus, verbum hoc dici potest: In diebus illis non erat rex in Israel. Talis etenim praesidens, nomine & non re praesidens est, cui dicitur Zachar. 11. O pastor & idolum. Praeterea, quoniam clausula ista, In diebus illis &c. etiam posita est in descriptio de casu ipsius Michae & Dannitarum, asserit Iosephus casum istum & illum circa eadem tempora contigisse. Moraliter ex horum trium capitulorum historia informamur, quanta mala nascantur ex carnali concupiscentia, & quae ineffabiliter illa obtenebret & incorrigibilia faciat corda seducta: ideo prorsus vitanda est. Porro, per tribum Benjamin, quae hominibus suae profapiae opem & defensionem in malis exhibuit, intelliguntur, qui ex carnali amore aut commodo defendunt, excusant, & adiuvant suos propinquos, amicos, aut socios in peccatis, sicque ipsorum inuoluuntur sceleribus, atque iustitiae remittuntur, tandemque pereunt. Rursus ex praedictis instrumur, quod volentes corrumpere aut corrigere alios, debent hoc facere ordinate, & in primis emendare se ipsos, neque ex rancore, sed zelo iustitiae vitia vindicare. Docemur quoque, incauta nequaquam facere iuramenta, sed oia agere cum cautela. Ad laudem & gloriam omnipotentis, qui est super omnia Deus sublimis & benedictus. Amen.

D. DIONYSII CARTHUSIANI IN LIBRUM RUTH, ENARRATIO.

PRAEFATIO.

Hieronymus.



Esa. 26.

EST sancto Hieronymo, Hebraei librum Ruth dicunt ad librum Iudicum pertinere, quia in diebus vnus iudicis historia Ruth scribitur contigisse. Estque liber iste quoddam illius voluminis complementum. Quocirca quaeri potest, Cur potius intitulatur a Ruth, quam a Booz vel Noemi. Respondendum quod d ideo, quia in isto libello specialiter recitantur virtutes istius Ruth, & gratia Dei in ea amplius commendatur, atque per eam docetur impleta propheta Eisaie de Christo, dicentis: Emitte agnum domine dominatorem terrae, de Petra deserti ad montem filiae Sion. in quibus verbis vel ipsa Ruth ob suam constantiam, firmitatemque animi, petra vocatur: vel per Petram deserti, intelligitur locus de quo extitit oriunda.

ELUCIDATIO CAP. I. IN DIEBUS VNIVS IUDICIS. Articulus primus.

IN diebus vnus iudicis quando iudices praerant? Hoc non est intelligendum, quod in diebus vnus iudicis Israel praefuerunt plures iudices Israeli: sed quod ait, Quando, exprimit tempus indeterminate. vt sit sensus: Quando, id est, quo tempore successiue praerant iudices. Praerant autem (vt dictum est) per modum directionis atque consilij magis, quam per modum iurisdictionis atque dominij. Facta est fames in terra Iudaeae, id est, magna caristia siue sterilitas. An autem in sola Iudaea fuerit illa fames, an etiam in circumiacentibus terris, scriptura non exprimit. Tamen quia mox subditur, quod quidam ex Bethleem traserunt ad habitandum in terra Moabitarum, quae regio est Iudaeae vicina, videtur vel quod solum, vel praecipue fuit haec fames in territorio Iudaeorum. Queritur, quis fuerit iudex sub quo accidit ista historia. Ad hoc Lyra respondet: Magister in historijs & expositores aliqui dicunt, quod iudex iste fuit Heli, qui cum hoc sibi sacerdotium vsurpauit, qui non fuit de stirpe Eleazar, sed Ithamar. Licet autem istud secundum sit verum, videlicet quod Heli sacerdos & iudex, non fuit de Eleazar, sed de Ithamar, non tamen videtur verum quod sibi vsurpauerit sacerdotium, quoniam 1. lib. Regum dominus ait ad eum: Loquens loquutus sum, quod domus tua & domus patris tui ministraret in conspectu meo in sempiternum. Ergo sacerdotium illud habuit ex ordinatione diuina. Nec verum videtur quod ista res sub Heli contigerit, quoniam a principio quo Heli cepit populum iudicare, vsque ad principium regni Dauid, fluxerunt tamen 80. anni, videlicet 40. sub Heli, & totidem sub Samuele & Saul, vt ex 1. Regum habetur. Ergo infra hos 80. annos fuit peregrinatio Elimelech, generatio Obeth ex Ruth, generatio quoque Iesse ex Obeth, & generatio Dauid ex Iesse, imo & vita Dauid vsque ad regni sui exordium, in quo erat 30. annorum. Quod non videtur posse saluari, quoniam Noemi 10. annis mansit in terra Moab, qui additi 30. annis vitae Dauid, in quibus cepit regnare, faciunt annos 40. Iesse quoque dum genuit ipsum Dauid, senex fuit: quia sex filios genuit ante eum, vt legitur 1. lib. Regum. Sicque habuit 30. annos ad minus, quoniam genuit Dauid. Hi autem anni simul iuncti, faciunt 80. annos, si addatur & annus ille quo Noemi est reuersa, & Ruth ipsi Booz coniugio foecundata & impraegnata. Et ita non remanet tempus aliquod vitae Obeth, quousque generasse potuerit ipsum Iesse

Pet. C6. hist. lib. Ruth. 24.

1. Reg. 1. 1. Reg. 1. 2. Reg. 1. 1. R. c. 4. 8. 17.

1. Reg. 2. 1. Reg. 16.

Iesse. Haec Lyra. Circa haec dico, quod magister in historijs non dicit, quod Heli sibi sacerdotium vsurpauit. Sic equidem ait: Post Samsonem iudicauit Israel Heli sacerdos, qui tamen non iudex, sed sacerdos à digniori officio agnominatus est, translato sacerdotio à filijs Eleazar. Hoc videlicet Heli primus de filijs Ithamar accepit sacerdotium. In diebus eius facta est fames in terra. Ecce in his verbis non videtur quod Heli sacerdotium vsurpauerit sibi. Veruntamen addit ibidem Magister: Eleazar & Ithamar fuerunt filij Aaron. De Eleazaro debuit esse sacerdos, de Ithamar autem Leuita: quare additio vera est, si per sacerdotem intelligatur summus sacerdos seu pontifex, per Leuitam sacerdos simplex: Non autem, si intelligatur quod de solo Eleazaro debuit esse quocumque sacerdos, & de Ithamar Leuita, non sacerdos, cum in Leuit. scriptum sit, quod Nadab & Abihu filij Aaron sacerdotibus fuerunt, ipso Aaron pontificatu gerentes: ipsique Nadab & Abihu igne consumptis, pro eis sacerdotio functi sunt Eleazar & Ithamar, sicque deinceps filij Ithamar fuerant sacerdotibus. Et Phinees primogenitus Eleazari post patrem suum pontifex fuit. Sic & Heli iste pontifex fuit, pontificatu translato ad posteros Ithamar, quod durauit vsque ad Sadoch pontificem, qui fuit de Eleazaro, eiectione Abiathar, qui fuit de Ithamar. Insuper 1. Paral. 24. describitur, quod admodum Dauid distribuit 24. ordines sacerdotum, quorum ordinum 16. erant de Eleazaro, 8. de Ithamar. Deinde dico, quod improbatio illa Magistri in hist. s. quod iudex ille non fuerit Heli, non videtur idonea. Non enim dicit scriptura, quod Iesse fuit senex quoniam genuit Dauid, sed quoniam Dauid occidit Goliath, seu missus fuit ad Saul, imo antequam Dauid fuit primò missus ad Saul, talis fuit & tate aetatis, quod vnus dixit de eo Saul: Ecce vidi Dauid filium Isai, scientem psallere, & fortissimum robore, virum bellicosum & prudentem in verbis. Praeterea refert & approbat Lyra opinionem Hebraeorum, dicentium quod iudex sub quo contigit historia ista, fuit Abessan, de quo dictum est Iudic. 12. & quod Abessan alio nomine dicitur sit Booz, sicque idem vir & iudex fuit Abessan & Booz, qui fuit ante Heli 46. annis, vt patet ex decursu lib. Iudic. Sed ista opinio videtur inepta & textui huic contraria. Ait enim scriptura in libri huius exordio, In diebus vnus iudicis. Cum autem scriptura dicit aliquid contigisse in diebus alicuius regis aut iudicis, certum est quod intelligat hoc de diebus, in quibus talis rex aut iudex, fuit iudex aut rex, non de caeteris eius diebus. Abessan autem non praesuit nec extitit iudex, nisi 7. annis, vt Iudic. 12. legitur. Porro Noemi fuit in terra Moab 10. annis. Si ergo Abessan & Booz idem vir fuit, in cuius praesentia contigit fames illa, post cuius exordium Elimelech cum Noemi praefatus est de Bethleem in terram Moabitarum, iam diu defunctus fuisset ante reditum Noemi, nisi diceretur à suo Iudicatu depositus adhuc sanus. Quod nemo affirmat, nec in aliquo Iudice Israel factum est. Si verò dicitur quod Elimelech iter illud arripuit, antequam Booz cepit populum iudicare, potius esset dicendum quod fames ista incepit tempore Iephte, qui 6. annis praesuit ante Abessan. Si autem dicatur, quod fames aut peregrinatio illa ideo sub Abessan (quae & Booz) asseritur facta, quia sub eo est terminata: pariformiter dici posset, quod fames & peregrinatio illae sint factae sub Heli antequam cepit pesse, & sub cuius Iudicatu sint terminatae, quare à fine suo nomen sortitur: Sicque satis multum habebitur de tempore pro vita Obeth, quousque genuit Iesse, quoniam Heli obiit dum 98. erat annorum, & 40. praesuit annis, vt 1. Reg. 4. habetur. Veruntamen non est verum, quod res quocumque denotationem à fine accipiat, imò & aliquam sumit à suo principio. Et quis denotetur à fine, non tamen dicitur facta in fine suo seu termino sui esse, sed in principio eius. Praeterea non oportet putare, quod Iesse fuit ad minus 39. annorum dum genuit Dauid, imò Benjamin iunior ipso Ioseph tempore ingressione suae in Aegyptum, habuit ad minus filios 9. quoniam nondum erat 37. annorum, vt Gene. 46. ostendit. Melius ergo dicunt catholici, quod Hebraei. Itaque in diebus vnus iudicis facta est fames in terra, quae quis quocumque contingat ex naturalibus causis, tunc tamen propter magna Iudaeorum crimina creditur contigisse: quod non videtur posse saluari, si iudex ille fuit Abessan aut Iephte, quod praesessit, aut Elon vel Abdon, quod post Abessan fuerunt: quae (vt patuit) sub illis non leguntur filij Israel recessisse à cultu dei, vt Iudic. 12. Ios. 10. dicitur est. Denique circa illud 1. Paral. 4. Et quod stare fecit solem, ait B. Hieronymus: Tempore Elimelech propter praeparatores legis sol stetit, vt viso miraculo, conuerterent ad deum: quod quoniam eorum praesentem, in tamen praesentem fames, quae in tribu Iuda prior videbatur, cogente inopia, cum vxore & filijs patria pulsus, in peregrinatione cum filijs mortuus est. Hebraei tamen (vt fertur) perhibent eum peregrinatum in Moab, non ex indigentia, sed ad vitandum molestiam: quae cum esset abundans, multi indigentium consuegebant ad ipsum, quibus inuitè sua comunicauit, ideo abiit. Et quia ex vitiosa causa recessit cum bonis suis mobilibus, iusto Dei iudicio depauperatus atque defunctus cum filijs suis in terra non sua. Vnde & Noemi infra testatur, Egressa sum plena: quod tamen ad alium sensum potest exponi. Abijtque homo de Bethleem Iuda, vt peregrinaretur in regione Moabitis: cum vxore sua ac duobus liberis. Ipse vocabatur Elimelech, & vxor eius Noemi, & duo filij, alter Mahalon, & alter Chelion Ephrataei, de Bethleem Iuda. Ingressique regionem Moabitis, morabantur ibi. Et mortuus est Elimelech maritus Noemi, remansitque ipsa cum filijs. Qui acceperunt filij Noemi, vxores Moabitis, quarum vna vocabatur Orpha, altera Ruth. Circa hoc refert Ly-

Pet. C6. hist. li. Ruth. c. 24

Idem.

Leuit. 10.

1. Reg. 17.

1. Reg. 16.

Iudic. 12.

Ios. 10.

Hieronymus.

Lyra, Dicunt Hebræi & quidam catholici, qd Ruth filia fuit Eglon regis Moabitarum, quod factu improbat Lyra, pferim qd non fuit filia regis Eglon, quem Ahud iudex Israel interfecit, quia illam mortuus fuit amplius q̄ per annos 200. Nec apparentiam habet, qd rex Moab dederit filiam suam viro extraneo. Nihilominus dictum illud posset aliquo modo colorari, ex eo quod scriptum

Hieronymus. est i. Paral. 4. Securus & incedens, qui principes fuerunt in Moab, ubi scribit Hieronymus: Mahalon & Chelion filij Elimelech, hęc securus & incedens dicuntur. Si ergo principes ibi erant, videntur ibi nobiliter vxorati. Iam quoq; p̄ habitum est, qd pater eorum fuit de nobilioribus civibus Bethlehem. Vnde qui istud vellet defendere, dicere posset, qd Eglon rex pater Ruth, fuit aliter ab illo quem Ahud interfecit. Ego tñ non puto id verum esse, quia & Noemi & Ruth in magna p̄upertate de terra Moab reuersæ sint. Hieronymus quoque: In Hebræo, inquit, non principes, sed mariti dicuntur. Emanserunt ibi 10. annis, & ambo mortui sunt, Idem filij Noemi, Mahalon videlicet & Chelion, in terra Moab infra 10. annos peregrinationis illius. Reman sitque mulier orbata duobus liberis ac marito. Ideo fuit masculissima, quia nec filij eius sobolem reliquerunt, propter quod spem posteritatis amisit. Et surrexit vt in patriam pergeret. In Iudæam & Bethlehem, cum vtraq; nuru sua. Vxorib; filioru suorum, de regione Moabitiæ. Et quod dicitur, cum vtraque nuru sua, potest determinare verbum illud, surrexit: vt sit sensus, qd duæ feminæ illę surrexerunt cum ea, vt per spatium deducerent eam: vel complexum illud, vt in patriam pergeret: eritq; sensus, quod surrexit cum mulieribus illis, vt simul cum eis reuerteret in terram suam. Sed prima expositio verior reputatur, quia inter alia subiungitur: Et iam in via reuertendi posita in terram Iuda, dixit ad eas: Ite in domum matris vestrę. I. quilibet vestrum ad propriam redeat matrem. Non em̄ erant foreres. Atque per hoc quod dicitur, in domum matris, videtur qd patres earum obierint. Faciat vobiscum dñs misericordiam, sicut fecistis cum mortuis. I. cum vestris maritis adhuc viuentibus, nũc defunctis, ad quos habuistis vos pię & amorosę. Vel, cum mortuis, habendo vos charitatiuę & liberaliter circa sepulchrum ipsorum, & ipsorum mortem vehementer desendo. Et mecum. Det vobis inuenire requię in domibus virorum quos fortiturę estis. I. bonos ac pacificos vobis concedat maritos, quia & hoc magnũ est vobis donum. Quem admodum em̄ Eccl. 26. scriptum est, Mulieris bonę beatus vir, Numerus em̄ ante mortem illius duplex ita veraciter perhibetur, Viri boni beata vxor, &c. Nam & bonus vir melius potest compescere peruersam vxorem, q̄ vxor bona durum & peruersum maritũ. Et osculata est eas, in signum magnę dilectionis, sicut in separatione amantium fieri solet. Quæ eleuata voce fleere cœperunt, I. ex vehementi interiorum commotione cum singultu & vlulatu, ad quod propter cordis molliorem pronã sunt feminæ, & dicere: Tecum pergem; ad populum tuum. Hoc intendebat, trahente eas amore focrus, quæ tam amabiliter habuit se ad ipsas, q̄ ab ea separari, fuisse ipsas molestum valde. Quibus illa respondit, magis quærens illarum, q̄ propriũ, commodum: Reuertimini filię meę. Cur venitis mecum? Num vtrã habeo filios in vtero meo, vt viros ex me sperare possitis? I. sub illa spe non habetis mecum redire, quasi valeatis cum fratrib; defunctorum inire connubium, q̄ iuxta morem nostrę legis fuscitent semen fratrib; suis defunctis, quod & ante legem Moysi seruabatur, vt in Genesi ostenditur de Iuda & filijs eius circa Thamar. In Scholast. quoq; fertur hist. Apud Moabitas seruabatur lex de semine fuscitando. Reuertimini filię meę & abite: iam em̄ senectute cõfecta sum, nec apta vinculo cõiugali. Etiam si postem hac nocte cõcipere & parere filios, si eos expectare velitis donec crescant, & annos pubertatis impleat, antè eritis vetulæ q̄ nubatis. Nolite quæso filię meę facere hoc, quia vestra angustia magis me premit. I. grauius affligor ex cõsideratione vestrę tristitię ac necessitudinis, & q̄ in sterilitatis opprobrio maneretis, mecum manendo. Et egressa est manus dñi cõtra me. I. Deus sua virtute me acriter visitauit per mortes mariti mei & filiorum meorum in iuuetute eorum, & anteq̄ genuerunt. Eleuata igitur voce, rursus flere cœperunt. Orpha osculata est focrum, ac reuersa est, Jacq̄ fecit persuasioni illius. Ruth adhæsit focru sui. Cui dixit Noemi. En reuersa est, i. redire iam cœpit cognata tua. Fortè em̄ fuit neptis istius Ruth, vel propter affinitatem sic nominat eam. Ad populum suum, & ad deos suos. Non videtur hac Noemi fuisse multum deuota & feruens, qm̄ nurum illam, s. Orpham, non admonuit (vt apparet) ad cultũ vnus veri Dei, imò nec ipsam Ruth, cum tñ tam diu essent ad inuicem cõmorare & familiaris, imò videtur ipsi Ruth dedisse cõsiliũ redeundi, sicut iam redijt Orpha. Nam addit, vade cum ea. Quæ respõdit: Ne aduerferis mihi, vt relinquam te & abeam. Hęc Ruth fuit electa à Deo, ideo eam sic affecit, attraxit, & cõstantem effecit. Imò (vt magister in hist. recitat) Noemi dixit ad Ruth: Audi filia, Non est Deus noster sicut dii gentiu, nec populus noster secundũ ritum gentiu viuunt. Expedi tibi vt redeas ad populu tuum & ad deos tuos. Et ait Ruth. Quocunq; em̄ perrexeris, pergã: & ubi morata fueris, & ego pariter morabor. Populus tuus, populus meus: quasi dicat: Parata sum seq̄ ritum populi tui, & Deus tuus, Deus meus. I. Deo tuo volo seruire, non dijs Moabitarum. Præterea

for. secunda

Deut. 25.
Gen. 38.
Pet. Cõ. hist.
li. Ruth. c. 24

Pet. Co. hist.
li. Ruth. c. 24

(vt fertur) videns Noemi ipsam Ruth velle ad Iudaismum conuerti, probauit constantiam eius, ne post apostataret à lege assumpta, idcirco proposuit ei aliqua ardua legis, quæ admodum religionem intrare optantib; proponunt ardua ordinis. Itaq; Noemi dixit ad Ruth: Hebræis & conuersis ad legem eorum, non licet exire & cõmorari extra terram eis à Deo cõcessam, nisi ex grã di necessitate. Ad quod Ruth rñdit: Quocunq; perrexeris, pergã. quasi dicat, nõ alibi. Rursus Noemi ait: Non licet mulierib; Hebræis esse solas cum viris, nisi cum suis maritis. Rñdit Ruth: Vbi cõmorata fueris, & ego pariter cõmorabor, quasi dicat: Non cupio esse sola cum viro. Iterum Noemi: Nos, inquit, tenemur ad onera legis, atq; ad vnus Dei cultum. Et Ruth ait: Populus tuus, populus meus, quasi dicat: Volo ei cõformari in obseruantijs legis, Deus tuus, Deus meus, quem solum decetero colam. Denuò Noemi est locuta: Transgressorib; legis nostrę insignitũ durã diuersãq; mortes, videlicet lapidatio, cõbustio, strãgulatio, gladiatio. Rñditq; Ruth: Quæ te terra morientẽ susceperit, in ea moriar, ibiq; accipiam locũ sepulturę. Itanq; dicat, in terra tua mori parata sum, iuxta meorum exigentiã meritorum. Hęc mihi faciat Deus & hęc addat. I. p̄fecta aut cõsimilia aduersa mihi infligat Deus verus, per quem solum decetero iuro tẽpore opportuno, (si non sola mors me & te separauerit) loco, habitatione & religione. Hunc modum iurandi didicisse videtur Ruth ab Hebræis, hoc est, à suo marito aut focru. Videns ergo Noemi, qd obisti nato. I. firmo & immobili animo Ruth decreuisset secum pergere. Ex inspiratione diuina, sicq; obstinatior sumitur hic in bono. Aduersari noluit, nec ad suos vtrã reditum persuadere. Profectaq; sunt simul, & venerunt in Bethlehem. Quib; vrbem ingressis, velox apud cõctos. I. in es; fama percrebuit. I. vnus alteri velociter insinuauit reditũ Noemi, quia & antea erat famosa, & oibus chara ac pulchra matrona. Ideo subditur: Dicebatq; mulieres: Hęc est illa Noemi, I. mulier illa olim ita notabilis. Et ita de eius reditione gaudebat, eius quoq; aduersitatib; cõdolebant, quasi dicat: Ecce iam quasi sola venit, quæ cum marito & filijs abiit. Quib; illa ait, I. aduersitatẽ suam ostendens, & gaudentiũ lætitiã moderã: Ne vocetis me Noemi, id est, pulchra. Noemi q̄ppe, pulchra interpretat, quasi dicat: Habeo nomẽ sine nois p̄prietate, sed vocate me Mara, id est, amarã, quia amaritudine hoc est, tristitia & dolore valde repleuit me opotens: I. cuius dispositio & voluntate defuncti sunt maritus meus & filij. Egressa sum plena, secundũ eos qui dicunt eam abiisse cum opulentia ob causam inductam, sepulcus est, qd cum diuitijs & comitatu recessit: secundum alios sensus est, qd cum marito & filijs abiit, quos sibi p̄ cõctis diuitijs chariores fuisse testata est, quæ admodũ vxor Tobię ait: Sufficiebat nobis paupertas nostra, vt diuitias cõputarem; hoc, qd videbamus siliũ nostrũ. Et vacuam me reduxit dñs. I. marito filijsq; orbata, aut etiã depauperatam. Cur ergo vocatis me Noemi, quam dñs humiliauit, & afflixit omnipotẽs? Venit ergo Noemi & c. in Bethlehem qñ primũ hordea metebantur. I. tempore hordeacę messis.

¶ Spiritualis explanatio eiusdem cap. I.

Art. 2.

Sicut in modica testa cõtinetur nucleus dulcis, atq; in fauo mellis dulcedo, in malo quoq; granato granũ medicinale: ita & in breui hoc libro Ruth, suauia Christi & ecclesię sacramenta inclusa sunt. Allegoricẽ ergo, per iudicem Israel, in cuius diebus facta est sterilitas in Iudæa, intelligitur collectio pontificũ, qui Iudæis perant in primo Christi aduentu atq; post resurrectionem ipsius, qd populũ à Christi p̄dicatione, fide & cultu totis viribus auerterunt, ita qd magna bonæ cõuersationis sterilitas, & spiritualis alimonie carentia, in populo illo Iudaico extiterunt. Abijtq; homo de Bethlehem Iuda, Ioseph Elimelech, quod interpretatur, dñs meus rex, i. Ioseph dñs & rex noster cum ecclesia ingressus est terras gentiliũ, quia post suam resurrectionem Iudæis in sua perfidia induratis, per primitiuę ecclesię p̄dicatores, sanctos apostolos, & per pphetarum oracula visitauit gentiles, & in eorum demoratus est cordibus. Cum duobus filijs suis, per quos ordo pphetarum & chorus signatur apostolorum, seu ipsi apostoli & ceteri eorum cooperatores discipuli. Per Noemi demũ, quæ pulchra interpretatur, ecclesia designatur, cui Cant. 5. dicitur: O pulcherrima mulierum. Et mortuus est Ioseph Elimelech. Christus nanq; in membris suis persequutiones sustinuit tyrannorum, & sibi fieri reputauit, quod suis infligebatur delictibus, qbus p Zach. 2. loquutus est: Qui tetigerit vos, tanget pupillam oculi mei. Vnde & rursus fatet Matt. 23. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Specialiter verò mortuus fuit in corde eorum, qd per tormenta & violentias corruerunt à fide. Reman sitq; mulier orbata duob; liberis ac marito. Quia & S. apostoli ceteriq; discipuli pro Christo sunt martyrizati, sicut & olim pphete ab impijs sunt afflicti: sicq; eorum p̄sentia ecclesia fuit priuata, q̄ etiã in hac vita spõsi cælestis claro & beatifico priuato cõsortio ac aspectu. Præterea interdum cõtingit ecclesiã ad tẽpũs relinq̄, ita vt solitis cõsolationibus, supernorumq; charismatum affluentijs destituatur, atq; grauisimis persecutionibus exponatur, in tñ, vt cum Apostolo 2. Corint. 1. dicat: Supra modum grauati sumus supra virtutem, ita vt tæderet nos viuere. Tũc ergo quasi orbata se cælesti marito cõqueritur. Et surrexit vt in patriam pergeret cum vtraq; nuru sua. Ecclesia nanq; quosdam gentiliũ in-

Tob. 7.

cōuertibiles repperit, ideo eis relicis, vicissim cōuerfos ex Iudaismo in terra sancta reuifit, quē admodum Iacobus de Hispania in Iudæam reuersus est, & rursus prædicauit ibidem, plurimosq; conuertit. Apostoli quoq; per aliquot annos cunctis temporibus in Hierusalem & ad primitiuam ibi ecclesiam redierunt, sicut hoc partim in Actibus edocetur: Aliquas quoque ex gētib; conuersas personas, secum duxerunt. Veruntū per hanc Noemi reditionem, præcipue figurabatur, q̄ fideles circa finem mundi p̄dicaturi sunt synagogæ, & conuerfuri eandem. Porro per hoc q̄ Noemi vtriq; nurui suæ reditum persuasit, datur intelligi q̄ ecclesia non statim recipit infideles aut etiam catechumenos ad baptismum, sed probat spūs si ex Deo sint. Per idem intelligi potest, q̄ quasdam personas ex gentilitate conuersas, ecclesia remisit & ad loca priora direxit ad prædicandum ibidem, vt prolificarent & fructificarent in gentibus, qui in obstinatis Iudæis proficere non valebant, in quibus nec primitiua ecclesia quiuuit multum facere fructum. Insuper, sicut mulieres & ciues in Bethlehem de reditu Noemi admirati sunt & gauisi: sic Iacobus Hierosolymorum primus antistes & primitiua eius ecclesia, gloriabantur & admirabantur non parum, q̄ Paulus & Barnabas, imò & alij quidam apostoli, p̄cipuiq; discipuli ex Iudaismo conuersi, venerunt ad ipsos, & narrauerunt qualiter fructificassent in gentibus, multaq; millia conuertissent, & diuini coruscassent miraculis. Quibus cognitis, dixerunt Hierosolymitæ fideles: [Hæc est illa Noemi, i. pulchra Christi sponsa. Illi verò dixerunt: Ne vocetis me Noemi, i. pulchram, sed Marai, id est, amarā: propter grauissimas quas ab infidelibus sustinuerunt persequutiones, & quia de pereuntiu excacatione & disperitione intensissimè doluerunt, & quia multi ex eis erant atrocissimè ab infidelibus interempti. Vnde quantum ad hoc, quasi vacuos se redire arbitrabantur. Nunc quoq; ecclesia Christi multipliciter deformata, & pristina gratiæ ac virtutum atque diuinorum charismatum pulchritudine destituta, & tam ab inuisibilib; q̄ à visibilib; hostibus conculcata, querula ait voce: Ne vocetis me Noemi, sed amarā, quia amaritudinibus sum repleta. Moraliter quoq; in terra Israel, i. in ecclesia Christi fit fames, i. virtutū carentia, in diebus vnius iudicij. indigni & scandalosè viuētis prælati aut principes, sub quo etiam aliqui boni patiuntur famem audiendi verbum Dei, qui informari cupiunt de necessarijs ad salutem: sed qui præsumunt, non instruant eos, imò subuertunt pro posse. Ideo boni tales peregrinantur in terram Moab. Quod etiam in bono potest intelligi, quoniam Moab interpretatur, ex patre. Sicq; terra Moab, est congregatio deuotorum & verè fidelium, qui ex Deo sunt nati, & venientibus ad se sermocinantur quæ Dei sunt, ita q̄ sibij ipsi & prauis deherijs salubriter moriuntur, sicut quibusdam scribit Apostolus Coloss. 3. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. At verò per Ruth, quæ focru suæ inauertibiliter mansit adhærens, intelligitur quicunq; fidelis anima, quæ nulla persuasione, aduersitate aut occasione recedere vult ab ecclesiastica vnitatem. Per Orpham verò accipiuntur, qui ad tempus credunt, cōpunguntur, & bona efficiunt: sed tēpore aduersitatis, tētionis aut etiam prosperitatis, labuntur. Docemur quoq; ex ista historia ad intuentum ac affequendum fidelitatem, cōstantiam, cæterasq; virtutes huius electæ Ruth, quæ amore focrus suæ, imò potius impulsu spūs sancti, propriam terram & plebem reliquit, nuptias perfidorum cōtempfit, ad terram Israel, ad cultū ac populū veri Dei accessit, & Deo decetero seruiuit fideliter. Nulla ergo sensuali affectione, quorumcunq; p̄pinq; aut amicorū, nullo voluptatis amore, nullo p̄prij intuitu cōmodi separemur à deo, nec p̄ceptis ecclesiæ efficiamur rebelles, nec viam relinquamus iustitiæ, sed in Dei filiali ac spiritali timore & seruenti amore maneamus immobiles. Proximis quoq; simus fideles, & cum Noemi ita nos habeamus ad p̄ximos, vt non sine fletu & vlulatu valeat à nobis diu ac longè auelli. Insuper Ruth in multis est figura ecclesiæ ex gētilitate collectæ, q̄ dijs suis, cōsanguineisq; relicis, soli cōiuncta est saluatori. Sed & quicunq; fidelem animā, specialiter religiosam personā, quæ mundū & mundana Christi amore relinquit, designat. Postremo, quicunq; fidelis priori deuotione, perfæctione seu gratia spoliatus, seu à cōtēplationis decore, spiritaliq; cōuersatione ad carnalia deuolutus, aut etiā exteriorib; occupationibus detineri coactus, & per eas distractus, merito cōqueri potest ac dicere: Ne vocetis me Noemi, sed amarā, quia amaritudine sum repletus: si tamē huiusmodi homo verè cōteritur, & super damno suæ animæ lachrymatur, atq; ad prioris vitæ puritatem ac libertatem aspirat.

¶ Elucidatio literalis cap. 2. Erat autem viro Elimelech cōsanguineus. Art. 3.

Qualiter Ruth ad notitiā mariti sibi à Deo gratiosè prouisi peruenerit, nūc narratur. [Erat autem viro Elimelech] i. ipsius Elimelech, cōsanguineus homo potēs [de semine Iudæ] & magnarum opum, nomine Booz: qui non solum in temporalibus, sed & in virtutibus extitit opulentus, quia suis benè vtebatur diuitijs. [Dixitq; Ruth Moabitiss ad focrum suam: Si iubes, vadam in agrum & colligā spicas.] Ecce quā humilis petitio licentiæ, & itē quā pium opus, videlicet colligere spicas, sed & quā iustum & non fraudulentum fuerit eius propositum, patet subdendo: quæ iugerint manus metentium, non ergo, p̄posuit aliquam spicam furtim sub-

trahere. Sed & verecundia bonæ Ruth insinuatur ex verbo quod addit, [vbiq; cunq; elementis in me patrisfamilias reperero gratiam. Cui illa respondit: Vade filia mi.] Et hoc quoque fuit amorosum congruumq; responsum. Humilibus enim impendenda est beneuolentia omnis. Petenti quoque humiliter, affectuosè est respondendum. Et si fieri expedit, piè acquiescendum. [Abijt ergo, & colligebat spicas post terga metētium. Accidit autē vt ille ager] quem intrauit Ruth, [haberet dñm nomine Booz, qui erat de cognatione Elimelech.] Ager ille iam antea pertinebat ad Booz, fortè ex legitima successione. Non ergo intrante Ruth agrum illum, accidit istud, q̄ sager ille habuit possessorem, seu dñm nomine Booz, sed hoc accidit q̄ Ruth agrum illum intrauit, & q̄ ager ad Booz pertigens, visitabatur à Ruth, quod vtrique ex diuina cōtigit præordinatione, ad cōsolationem ipsius Ruth. Deus etenim humiles multipliciter cōsolatur. [Et ecce ipse veniebat de Bethlehem, dixitq;] Booz, suos visitans operarios & messoris: [Dñs vobiscum.] Hæc fuit salutatio bona, quasi dicat: Dñs assit vobis per gratiam. Ex quo sumptum perhibetur, q̄ in celebratione sacerdos per hæc verba plebem salutat. [Qui responderunt ei: Benedicat tibi dñs.] Hæc fuit iter salutatio valde idonea & imprecatio boni præcipui. Intelligendum est nanque q̄ spiritalia bona sibi inuicem principaliter imprecabantur. [Dixitq; Booz iuueni qui præerat messoribus] in eorum officio: [Cuius est puella hæc?] i. ad quam spectat personam, seu cuius est coniunx aut filia? Non enim agnouerat eam, & ipsa Ruth in apparatu, in cessu, collectiōe spicarum, tam verecundè atq; humiliter se habebat, q̄ Booz vir grandæus & bonus, non ex libidine, sed cōsideratione tantæ probitatis, motus fuit ad istam interrogationem. Refert Lyra, quòd (secundum Hebræos) ipsa Ruth colligebat spicas iacētes sedendo, ne ipsa se inclināre, aliqua pars sui cruris discoopireretur. sed hoc fabulosum videtur. Talis nanq; collectio in sedendo, solet ascribio pigritiæ, & aptius poterat genculādo colligere, nec sic discoopireretur. [Qui respōdit: Hęc est Moabitiss, quæ venit cū Noemi de regione Moabitide, & rogauit vt spicas colligeret remanentes, sequens messorum vestigia, & de manè vsq; nunc stat.] i. perseverat, in agro, & ne ad momentum quidē domum reuerfa est. In quo patet, quā laboriosa, perseverans, & agilis fuit in labore pro sustentatione cōmuni sustipius & suæ focrus. [Et ait Booz ad Ruth: Audi filia,] Booz ratioe ætatis & auctoritatis seu eminentiæ, imò & ex charitate & pietate nominat eam filia: ne vadas in alterum agrum ad colligendum, nec recedas ab hoc loco, sed iungere puellis meis: & vbi messuerint, sequere. Mandauit enī pueris i. ministris [meis, vt nemo tibi molestus sit.] Hoc ergo p̄cepit eis, auditis verbis præfati iuuenis, antequā dixit ista verba ad Ruth, quauis scriptura non exprimat hoc, sed ex verbis istis hoc innuit. [Sed etiam si fueris, vade ad farcinulas.] i. vasa seu repositoria ciborum ac potuum, & bibe aquas, quas pueri mei bibunt. [Quæ cadens in faciem suam, & adorans super terram] prostrata, ipsum Booz adoratione dulci, tanquā eminentem personam, in quo eius declaratur humilitas, [dixit ad eum: Vnde hoc mihi, vt inuenirem gratiam ante oculos tuos, & nosse me dignareris peregrinam mulierem?] Quasi dicat, Non promerui beneficia tanta à te, & tamen reuerè multo maiora promeruit, ideo sequitur: [Cui ille respōdit: Nunciata sunt mihi oia quæ feceris focru tuæ post mortem viri tui.] Itaq; iam ex fama, quauis nō facie, agnouerat eam Booz. [Et q̄ reliqueris parentes tuos, & terram in qua nata es, & veneris ad populū quem antea nesciebas.] Superius tacitū est, quòd pater Ruth forsā iam erat defunctus: ideo per parētes, postunt intelligi mater eius & cognati antiquiores. [Reddat tibi dominus pro opere tuo] tam virtuoso, id est, præfatis bonis actibus tuis, id est, in præfati det tibi prosperitatem & quādam remunerationem inchoatam, [et plenam mercedem recipias à domino Deo Israel] in futuro, [ad quæ venisti] spiritali accessu pro cordis conuersionem & Iudaismi susceptionem, seu etiam corporali aduentu, in quantum Deus in medio populi sui atque in tabernaculo suo, quod fuit in medio filiorum Israel, specialiter morabatur. [Et sub cuius confugisti alas.] id est, sub cuius pietate, ope, & potestate te constituiti, vt te tueatur ac saluet. Itaque alæ Dei, metaphorice dicit misericordia eius & potestas. [Quæ ait:] quasi sufficienter regravari non valens, nec de suis laudibus publicè à tanto viro prolatis extollens, sed eius benignitati totum ascribens: [Inueni gratiam in oculis tuis nomine mi.] id est, tibi piè complacui, & piè me aspexisti, & inde beneficia mihi gratiosè impendis, [qui conflatas es me, & loquutus es ad cor ancillæ tuæ,] id est, affectuosè me cōsolatus es intimè, & verba tua dulcissima penetrauerunt & lætificauerunt mea præcordia: [quæ non sum similis vnius puellarum tuarum.] i. nec in sima tuæ ancillæ æqualis sum in bonitate & dignitate, cum sim gentiliū filia. Deniq; tanta gratitudo, prudentia, & humiliatio Ruth, prouocauerunt ipsum Booz ad beneficia ampliora ei p̄standa, sicut subiungitur: [Dixitq; Booz ad eam: Quando hora vesperti fuerit, veni huc,] videlicet ad operarios meos, [et comede panem,] id est, cum eis manduca de cibis meis, [et intinge buccellā tuam,] nō vnam tm, sed quot volueris, [in acetum] pro refrigerio. Acetum nanq; est refrigeratiuum. Idcirco in tanto caumate & labore necessariū fuit. [Sedit itaq; ad latus messorum,] ad comedendum, nō tamen tam propè, q̄ tetigit viros:

nec ex opposito sedit virorum illorum, ne inspiceretur. [& congeffit polentā sibi] i. materiam vitus collegit, & inde cibum parauit, quasi totum cibum suum de mēsa aliena sumere rubescēs. [Comeditq; & saturata est.] i. sufficienter, non immoderāter aut gulosē, refecta. [& tulit reliq;] escarum suarum, quas prudēter reposuit, & suæ socruī cōseruauit. Hanc polentā vocat Iosephus alphantā. [Atq; inde surrexit vt spicas ex mōre colligeret.] Præcepit autē Booz pueris suis, dicens: Etiam si vobiscum metere voluerit, ne prohibeatis eam, &c. [In quibus verbis charitas, liberalitas, & misericordia Booz ad peregrinam sceminam, cōmendātur.] [Qlegit ergo in agro vsq; ad vesperam.] in quo patet eius instantia laboriosa. [& quæ collegerat, virga cædens & excutiens,] i. cum baculo, inuenit hordei quasi ephi mensurā. i. mensurā hordei, quæ mensura vocatur ephi, [id est, tres modios.] Et hoc iuxta mensuram & modum loquendi regionis illius. Nomina quippe & quantitates mensurarum, quemadmodum & nummorum, iuxta diuersitatem locorum ac temporum variantur. Ideo ignoramus quantum modius ille continuit. [Quos portans,] videlicet hordeum illud excussit seu hordeorum manipulos, [reuerfa est in ciuitatē] Bethlehem, [& ostēdit socruī suæ,] vt ei cōgratulareretur. [Insuper protulit & dedit ei de reliquijs cibi sui, quo saturata fuerat.] Dixitq; ei socrus sua: Vbi hodiē collegisti? & vbi fecisti opus? Sit benedictus q; miseratus est tui. Indicauitq; ei apud quem esset operata, & nomē viri dixit ei, q; Booz vocaretur. [Vt in cuius agro collegerat.] [Cui rēdit Noemi: Benedictus sit ad dno,] i. laudem & remunerationem à Deo recipiat: qm eandē in specie gratiam, quam p̄buerat viuus, seruauit & mortuus. i. sicut beneficus fuit marito meo & filijs eius cum adhuc viuerent, ita nunc quoq; benefacit eisdem, non in eorum persona quantum ad temporalia ista, sed in persona tua, quæ fuit coniuñx vnus filiorum illorū, & etiā in mea persona, quæ eram vxor mariti illius. [Rursusq; Noemi: Propinquus] inquit [noster est homo.] i. Booz iste, affinis est nobis, quia vir meus fuit cognatus ipsius, similiter tuus maritus. Per hoc Noemi auxit fidutiā Ruth, ad colligendū fiducialiter in agris Booz. At verd, per hoc q; Ruth tam citō excussit manipulos suos, nec cōgregauit inde aceruū, vidē infinuari magna sua & socrus suæ paupertas. [Et Ruth: Hoc quoq; inquit, p̄cepit mihi, vt tam diu messoribus eius iungerer, donec oēs segetes metere.] Cui dixit socrus: Melius est filia mi, vt cum puellis eius exeat ad metendū, ne in alieno agro q̄spia resistat tibi. Iūcta est ergo puellis Booz, &c.] in agro & messione vsq; ad finem messis.

De spiritali eiusdem cap. 2. intellectu. Art. 4.

Allegoricē per Ruth, ecclesia ex gentibus adunata: per Booz, Christus: per Noemi, synagoga accipitur. Quæadmodū autē Ruth inseparabiliter se adiunxit socruī suæ, ita ecclesia gentium synagoga in Ch̄m credenti, obediuitq; ei promptissimē. Itaq; sicut Ruth loquuta est socruī, [Si iubes, vadam in agrum, & colligā spicas:] sic ecclesia ista à cōuerfa Iudæa sumpsit licentiam introeundi veteris test. scripturam, quæ est fertilissimus ager, quadruplicē gñans fructum, quadriformem videlicet sensum, in qua spicas, i. diuersas collegit sententias, [post terga metentium:] i. sequendo vestigia apostolorū sc̄torū, q; erāt in agro isto mēsores p̄cipui, dum hordea metebant, i. prophetarū exponebant oracula: & reponēbant in horreis, q; in scripturis noui testamenti, in libris Euangeliorū & Epistolarum, in Apocalypsi & Actibus allegabant & cōtēntē manebant. Quæadmodū autē ad hordei medullam, ob tegumentorū eius duritiā atq; tenaciam, difficulter pertingit ita ad p̄phetarū intelligentiā voluminū, propter eorum multiplicem inuolutionē, difficilimū fuit pertingere absq; speciali sp̄ssantā illuminatione. Itaq; huius agri dñs est Booz, i. saluator, q; est deus scientiarū dñs, in quo sunt oēs thesauri sapiētiæ & sciētiae absconditi. Hic paterfamilias clemētissimus fuit ecclesie ex gentilitate cōuersæ, eam cōsolando, reficiēdo, laudādo, eo quod carnales suos affectū, & quicquid à Deo est auersuum, propter Deum reliquerit, creditibusq; Iudæis adhæserit. Iussit quoque huic ecclesie, vt in præfatio suo agro ad libitum remaneret, colligeret, imò dedit ei metendi licentiā, id est, alios conuertendi ac publicē prædicandi, atque ad suæ familiæ mensam posuit eam, sacramentum corporis sui ac sanguinis, alia quoque preciosissima fercula spiritalia exhibens ei, imò omnibus illis simul. Denique ista ecclesia tantam in se Christi benignitatem experta, profstrauit se ei humilimē ac deuotissimē gratias egit, & catellis se comparans, nec dignitati feruorū, qui scilicet ex Iudæismo crediderant, æquari se posse præsumens. Virga quoque excutiens quæ collegit, inuenit tres modios, id est, profectum suum in fide & moribus, iuxta doctrinam scripturæ benè examinans, congnouit se super benedictæ Trinitatis notitiā attingisse, exercitiā etiam incipientium, proficientium & perfectorum scandisse, sed & virtutes & dōna ac fructus spiritus obtinuisse, quæ omnia sibi desuper condonata, fidei synagoga monstrauit: quæ admirata est vehementer de tantis beneficijs, ecclesie gentium distributis, benedixitque saluatorem, qui tam copiosissimē gentibus effuserat, & de oleastro fecit oliuam, imò tandem testatus est: Non inuenit tantam fidem in Israel. [Insuper synagoga ista electa, pijsimē confortauit ecclesiam gentium in spe & charitate,

1. Reg. 2.
Col. 2.
Matt. 15.
Rom. 11.
Matt. 8.

te, dicens ad eam: Propinquus noster est homo iste. Christus nanq; verè effectus est noster propinquus, nostrā assumendo naturam, q; & eos q; erant sub lege naturæ, congregauit in vnā ecclesiam sub tēpore illo, quā quasi sororē ecclesie sub euangelica lege existētis, sibi ab exordio desponsauit. Moraliter docet nos ista historia, exēplo Ruth nos ipsos in omnibus humiliare, platis & superioribus, sapiētioribus ac senioribus syncherissimē obedire, quod ad religiosos certum est maximē pertinere. Quod si q; nos ipsos, aut dona dei in nobis laudauerit, nulla ex hoc elatione aut vanitate tangamur: imò tanto humilius Deo regratiemur, quanto maiora aut plura contulerit nobis charismata. Strem⁹ quoq; in agro vsq; ad vesperā, i. in studio scripturæ, exercitijsq; virtutum iugiter persistamus, à sp̄ali profectu nunquam cessemus, ociositatem, nugas & verbositates, omnem etiam negligentiam maximē abhorrentes.

Exp̄lanatio Cap. 3. Postq; autē reuerfa est ad socruī suā, audiuit ab ea: Filia mi, &c. Art. 5.

Processus quo Ruth deuenit ad magnum coniugium, modò describitur: [Postquam autē reuerfa est] Ruth de agro [ad socrum suam,] quod non est intelligendum de die secundo aut tertio quo collegit in agro, sed potius de die vltimo aut circiter, cum in præcedentibus cap. sine dicitur: Iuncta est puellis Booz, & tādū cum eis messuit, donec hordea & triticum in horreis conderentur. Itaq; postquam hoc modo reuerfa est ad socruī suam, ad quā interim s̄p̄pius rediit, audiuit ab ea: [Filia mi, quæ dixit ad Ruth: Filia mea, quæram tibi requiem,] i. opulentum connubium & statum honestum, vt de cetero non indigeas taliter laborare. [& providebo, vt benè sit tibi.] laborando ad hoc cum omni industria & diligentia mihi possibili, quia tam virtuosē te habes circa me. [Booz iste, cuius puellis in agro iuncta es, propinquus est noster,] prout præcedenti capitulo continetur, atq; expositum est, [&] in [hac nocte aream hordei vētilat.] Ventilare, est grana purgare, iactando ea ad ventum. Porrò aream hordei ventilare, est hordea in area seu horreo posita, ita mundare. Hoc autem fecit Booz per suos ministros, & fortè nocte illa ad ventilationem se disponebant. Vndē quidam exponunt sic, vētilat, i. festum agit pro ventilatione. Quo circa in Scholastica fertur hist. Mos erat in Israel, q; in ventilatione areæ, dñs seu paterfamilias grande fecit conuiuium pueris suis atq; messoribus, & dormiebat in area, & quasi solennizans, ab amplexibus abstinebat. Idem fiebat in ouium tonsione. Si autem & post vindemiam, non legi. [Lauare ergo & vngere,] i. corpus tuum laua & vnge, [& induere cultioribus vestimentis,] vt sic ornata, magis complaceas viro ad ineundum connubium tecum, [ac descende in aream. Non te videat homo,] videlicet ipse Booz, imò nec alius, [donec esum potumq; finierit.] id est, ante finem cœnæ, non quod postea se præberet visibilem viro ante ingressum lecti, sed q; facilius post cœnam potuit se celare, dummodò ante eam se occultaret. [Quando autem ierit ad dormiēdum, nota locum in quo dormiat, veniesq;] ipso iam dormiēte, [& discooperies pallium quo operitur à parte pedum, & proiecies te,] tamē hileter & cum modestia, [& ibi iacebis. Ipse autem] cum euigilauerit, teq; esse cognouerit, [dicit tibi, qd agere debeas.] Videtur Noemi dando consilium illud, peccasse: q; tam nulum suam, quàm ipsum Booz, exposuit fornicationis periculo ante coniunctionem legitimam. Et modus iste clandestinus, non erat confonus legi. Fuit quoq; vir alter propinquior ei, quàm Booz: nec sufficit bonam habere intentionem, sed per media apta oportet ad eam procedere. Ruth tamē excusatur, q; non melius sciuit, nec fuit docta in lege. [Quæ respondit: Quicquid præceperis, faciam.] Veruntamē obediētia debet esse discreta, & super congruam ferri materiam. [Descenditq; in aream, & fecit omnia quæ sibi imperauerat socrus sua.] Cumque comedisset Booz & bibisset, & factus esset hilarior, ad dormiēdum iuxta aceruum manipulorum, venit. [Ruth absconditē,] quæ iam antè inter aceruos absconderat se, [& discooperto pallio, à pedibus eius se proiecit:] & ecce nocte iam media, exauit homo, [cum euigilasset,] & conturbatus est, [quia nesciuit qd erat, & forsan suspicabatur esse aduersum quid, vt spiritum malum aut inimicum visibilem,] viditq; mulierem iacentem ad pedes suos. [Forsitan em luna splendente cōsiderauit hoc visu. Vel si caput mulieris tangēdo percepit hoc, ponitur visus pro tactu, vel pro interiori notitia.] [Et ait illi: Quæ es?] illa respondit: Ego sum Ruth ancilla tua. Expande pallium tuum super ancillam tuam, quia propinquus es. [i. accipe me in tuam iure propinquitatis, vt suscites semen nepoti tuo defuncto. Si autem Ruth per verba hæc petebat amplexum, non excusaretur: nisi forsan per ignorantiam, cum tamen ignorantia iuris non excuset, ad cuius notitiā q; tenetur. Quidam autē affirmant, quod per ista quærebatur desponsationem, quia tunc moris erat, quod sp̄salia contrahens, posuit vestimēti sui extremū super sponsum. Porrò magister in historijs ait, quod Booz indicauit huic Ruth in tali solennitate castitatem esse seruādā. Vndē apparet, q; ipsa copulam postulauit. Noemi quoque [vt dicitur] ideo fecit tam tali die & hora accedere, quatenus Booz tunc pronior esset ad amplexum ipsius, tñ & Noemi poterat cōsuetudinem illam scire. [Et ille: Benedicta es, inquit,] à dominofilia. [Mirum quod ex subitanea conturbatione nō reprahēdit eam ex indignatione, quod

ausa fuisset talia attentare. Sed videtur fuisse vir mitis, & cognita voce Ruth, quam sincere dilexit, fuit placatus, imò & Deus spiritum eius mansuefecit, itaq; eam laudauit. Et priorè misericordiam posteriorem superasti. Priorè misericordiam huius Ruth, ipse Booz vocat, & ipsa Ruth tam amorosè & piè se habuit circa suum maritum in eius vita, morte & sepultura, & circa matrè illius. Posteriore autè eius misericordiam nominat, & optauit matrimonio sociari cognato mariti sui defuncti, non qualicumq; sed viro grandæuo, & quasi seni, ad suscitandum semè defuncto. Hinc subditur: quia non es secuta iuuenes, pauperes siue diuites: Quod non ex libidine mota es, quod inde probatur, quod non quaesisti alterum maritum adolescentem seu iuuenè pulchrum, cum quo poteras amplius delectari, sed me. [Noli ergo metuere] inordinato timore, sed quicquid dixeris mihi, hoc est, quicquid rationabiliter à me petieris, [faciam tibi] pro posse meo. [Scit enim omnis populus q; habitat intra portas vrbs meæ] s. Bethlehem, quam dicit urbem suam, quia natus (vt credit) & commoratus fuit in ea, & vnus de principalioribus vrbs erat, aut præfuit ibi. [mulierem te esse virtutis:] i. virtuosam, quod probabiliter cognouerunt ex fama & inspectione & protestatione multorum. [Nec abnuo me propinquum, sed est alius me propinquior, Quiesce hac nocte, & factò manè, si te voluerit propinquitatis iure retinere, benè res acta est. Sin autè ille] q; propinquior me est, i. magis affinis tibi, q; viro tuo cognatior fuit quàm ego, [enoluerit te accipere, ego absq; vlla dubitatione te accipiam. Viuit dñs:] ecce iuratio. His verbis Booz pandit se eà velle accipere in casu illo, ppter ipsius Ruth virtuositatem, & propter legis pceptum, ac desiderio prolis deputatæ marito defuncto. [Dormi vsq; manè, dormiuit itaq; ad pedes eius vsq; ad noctis abscessum,] i. vsq; ad horam propinquam diluculo, non tñ vsq; ad tenebrarum recessum, nam subdit: Surrexit itaq; ante q; homines cognoscere t se mutuo. Et dixit Booz: Cane ne qs noverit q; huc veneris. Ne s. aliqs opinaret aliqd mali gestum ibidem: & qm̄ modus ille ponendi se ad pedes viri, seu occultè petèdi coniugii, reprehensibilis videbat. Completo autè inter eos conubio, res poterat publicari. Itaq; Booz prudenter prouidit famæ suæ ac Ruth. [Et rursum: Expande, inq; pallium tuum, quo operiris, & tene vtraq; manu. Qua extèdente & tenete, mensus est ei sex modios hordei.] Qui modij non fuerunt tam magni, qn̄ sola Ruth potuit eos expedite portare. [Quæ portans, ingressa est ciuitatè, & venit ad focrum suum. Quæ dixit ei:] Quid egisti filia? Narrauitq; ei] s. focri suæ [omnia quæ sibi fecisset homo.] i. quàm gratiosè fecisset sibi hic Booz in verbis & factis. [Et ait: Ecce sex modios hordei dedit mihi, & ait: Nolo vacuum te redire ad focrum tuum. Dixitq; Noemi: Expecta filia, donec videamus quem res exitum habeat. neq; em̄ cessabit homo, nisi compleuerit quod locutus est.]

¶ Spiritus pertractatio eiusdem Cap. 3.

Art. 6.

Sanctissima illa ex Iudaismo conuersa synagoga, considerans quàm studiosè ac feruidè ecclesia ex gentilitate collecta, occupasset se in scripturis, & multis ornata esset virtutibus, locuta est ei: Filia mea, quæram tibi requiem, & providebo vt benè sit tibi, i. ad vitam contèplatiuam quietissimam & pectoris pacem, perducere te conabor, vt decurso vite huius curriculo, ad æternales gloriæ nuptias perducaris. [Booz iste, propinquus noster est.] hoc est, Christus in natura humana communicat nobis. [Et] in hac nocte aream ventilat. [Quemadmodum comparatione veteris testamenti, tempus euangelicæ legis ac gratiæ, dies vocatur, dicente Apostolo ad Roma. 13. Nox præcessit, dies autem appropinquauit: sic tempus huius legis & gratiæ nox appellatur, respectu status & vitæ beatorum in patria. Christus itaq; in hac nocte, hoc est, in tempore vitæ pntis, in qua obscure cognoscimus, atq; in tenebris & vmbra mortis sedemus, ventilat aream hordei, hoc est, ecclesiã suam examinat, bonos à malis discernit, electos à reprobis diuidit, diuersitate meritorum & visitationis internæ. Nunc em̄ exercet huiusmodi iudiciũ discretionis, de quo perhibuit: Nunc iudiciũ est mundi. In fine autè seculi, iudiciũ remuneratiõis & præmiorum facturus est, quod & particulariter facit in obitu singulorum. Nunc igitur modis pñatis ventilat aream suã, qm̄ quosdã in ecclesia & in seculo isto iuste reliq; & perire permittit, alios misericorditer vocat atq; finaliter saluat. Cõsulit ergo ecclesiã, cui libet quoq; fideli animè: [Laure,] à vitijs omnibus te purgãdo, iuxta illud Hierc. 4. Lava à malitia cor tuum, vt salua fias. Et Esa. 1. Lauamini, mundi estote. [Vngere] charismatibus Spũs sancti, hoc est, deũ intèssimè ora, vt donis & gratijs Spũs sancti vngere te dignet, vt vnctio eius doceat te de omnibus. [et induere cultioribus vestimētis.] Vestimēta hæc cultiora, sunt pclariores virtutes, & actus carni eminetiores, seu & quæcũq; virtutes, secundũ suũ gradũ sublimiorè. Cultioribus ergo vestimētis induimur, dum non solũ bona & verè salubria, sed itè meliora & viciniora salutũ, assidue operamur, apicemq; virtutum adipisci conamur. [Et ascende in aream] hoc est, taliter adornatus in anima, intra Ecclesiã. [Non te videat homo] i. opera tua fac cum intentione secreta, qua soli Deo cupias com placere. [donec esum potumq; simerit,] hoc est, epulationè, qua in suorũ cordibus cũ eisdem epulã & cœnat, prout Apoc. 3. contestatur: Ego sto ante ostium, & pulso, si quis aperuerit mihi

hi, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. Durante igitur tali interno cõiuiuo, abscondat se homo, se ab exterioribus elongando. [Quando autè ierit ad dormiendum, nota locum in quo dormiat.] Dormit Saluator in cordibus contèplatiuorum & omnium perfectorum virorum, dum ipsi in eo obdormiunt per contèplationis & omnium exteriorum relictionem, & ibi se inuicem complectunt brachijs charitatis. Debit ergo ecclesiã gētium obseruare, qualiter Christus ita quieuit in cordibus sanctorum ex Iudaismo credētium. [Et discoperies pallium, quo operitur ex parte pedum.] Pallium Christi, est corpus ipsius. Vnde & Genesis 49. de ipso prædictum est: Lavans vino stolam suam, & sanguine vix pallium suum. ¶ Porò per pedes Christi, conuersatio eius humana & corporalis in mundo hoc habita, designatur. Discoperire igitur pallium Saluatoris ex parte pedum, est diligèter inspicere quæ pro nobis corpus Christi sustinuit, & qualiter ipse inter homines vixit, vt sic eius vestigia imitemur. Quod in suis martyribus ecclesiã victoriosissimè adimpleuit. [Et projicies te, ibiq; iacebis,] hoc est, humiliter dño te prosternes, & in humilitate offeres preces. [Ipse autè dicit tibi, quid agere debeas.] quia q; ita se applicuerit Dei filio incarnato, illuminabitur exuberanter celeriterq; ab eo. [Et ecce iam media nocte exiit homo,] hoc est, Christus per modum admirantis se habuit, videns in conuersis gentilibus tantum seruorem, humilitatè, perfectiõnè, in cuius rei typo de fide Centurionis legitur admiratus: [et conturbatus est,] per modum compatientis se habes. [viditq; mulierem iacentè ad pedes suos.] De qua in libro Prouerbiorum legitur: Mulierè fortè quis inueniet? Prouer. 31. [et ait illi,] non ex ignorantia: [Quæ est?] tanquam dicat, Mirum quòd aliqua, talis est. Vnde Cantico 6. fertur: Quæ est ista, quæ ascendit quasi aurora confurgens? Illaq; respondit: Ego sum Ruth ancilla tua, i. ecclesiã seu anima virtuosa. [Extède pallium tuũ super famulã tuã,] i. merito passionis & sanguinis corporis tui me protege, & donis gratiæ me adimple. ¶ Quæ propinquus es, immo proximus nobis, & pro mea salute humanam assumpsisti naturam. Propter quod ait Apostolus ad Hebræ. 2. Quia pueri communicauerunt carni & sanguini, & ipse communicauit eisdem. His auditis, dñs Iesus commèdauit ecclesiã, animamq; fidelem: [Benedicta es] inquit [filia à domino, quæ priorè misericordiam] quam proximis in corporalibus exhibuisti, [posteriore] misericordia [superasti,] tibi ipsi sic prouidèdo, & vitia tua curando, seu spiritalia opera pietatis, proximis impendèdo. [quæ non es sequuta iuuenes,] i. carnalia oblectamēta spreuisti, & spiritalè cum dño vnionè summè optasti. [Noli timere, quicquid dixeris mihi, hoc faciam:] te in omnibus rationabiliter postulatis piè exaudièdo. Omnis em̄ qui petit, accipit. [Nec abnuo] Luc. 11. me propinquũ, sed est alius me propinquior. ¶ Quis est iste alius q; propinquior nobis est, aut esse potest quàm Christus, nisi fortè prælati nobiscum conuersans, q; communionè cõuersationis, identitate status, similitudine mortalitatis & culpæ, proximus nobis est, cum quo per charitatè vniri debemus, quo nos resutante aut deserente, Christus non deserit nos? Surrexit itaq; Ruth manè, quæ Christo iubente, à sua prostratione erexit se, & cepit contemplari diuina. ¶ Postremò, sicut Booz sex modios hordei pallio Ruth in sudis sic cordi ecclesiæ Christus perfectiõnem impressit supernorũ charismatum. Senario nãq; significatur perfectio. [Nolo te redire vacuum.] Sic dominus & saluator accedentem ad thronum gratiæ suæ, non permittit, quantum in se est, sine fructu redire, quia ipse dat omnibus affluenter.

¶ Elucidatio literalis cap. 4. Ascendit ergo Booz ad portam, & sedit ibi.

Articulus septimus.

Desponsatio huius Ruth hæc narratur. [Ascendit ergo Booz ad portam, & sedit ibi] cum iu Deut. 16. dicitur, q; tunc in portis vrbiũ cõsueuerunt sedere, vt cunctis ad eos facilius pateret accessus. Erat autè & Booz vnus iudicum in vrbe Bethlehem, vt putatur. [Cumq; vidisset propinquum preterire, de quo prius sermo habitus est,] qui s. erat propinquior, [dixit ad eum: Declina paulisper, & sede hic, vocans eum nomine suo,] quod non exprimit hic, fortè ppter indignitatè ipsius, quæ in hac causa malè se habuit. [Qui diuertit, & sedit. Tollens autè Booz decẽ viros de senioribus ciuitatis, dixit ad eos: Sedete hic,] vt corã tot testibus negocium istud solènius fieret. [Quibus residētibus, locut' est ad propinquũ: Partè agri fratris nri] i. cõsanguinei, [Elimelech vendidit Noemi, quæ reuera est de regione Moabide,] i. Noemi ista disposuit vedere, vel forsitan vendidit partè agri Elimelech sui olim mariti. Nempe, quod ait, vendidit, vtroq; modo accipi potest, vt in frã patebit. Est autè consuetudo scripturæ, vt cognati inuicem fratres vocent. Quod au dire te volui, & tibi dicere corã cunctis sedētibus & maioribus natu de populo meo. Si vis possidere] agrũ illũ] iure propinquitatis, eme & posside: [quæ hæc dicit, eme, videt q; ager nondũ venditus fuit à Noemi. Vel si veditus fuit, tũc quod dicit, eme, intelligèdum est de vediti agri redēptiõne, quæ erat emptio quædam, pertinuitq; ad ius propinquois, vt Leuitici 25. habetur. [Sin autem displicet tibi, hoc ipsum indica mihi, vt sciam quid facere debeam. Nullus est enim propinquus, excepto te, qui prior es: & me, qui secundus sum.] Hoc sonat, quasi Elimelech non habu-

Iose. li. 6. an. iuda. ca. 14.

buisset propinquos nisi hos duos, quod nequaquam putandum est. Est igitur sensus: Nullus propinquus est, ad quem si pro presenti videatur pertinere emptio ista, nisi tu, qui in propinquitatis gradu es primus, & ego secundus. [Respondit: Ego enim agrum. Cui dixit Booz: Quoniam emeris agrum de manu mulieris.] Si per mulierem intelligat Noemi, sequi videtur, quod agrum istum ante non viderit. Unde quod superius dictum est, Agrum viderit Noemi, exponendum est, vendere disposuit. [Ruth quoque Moabitidæ, quæ vxor defuncti fuit, debes accipere coniugem,] cum sit eadem ratio acciuius legis de faciendo viroque. Unde iuxta Iosephum, Booz dixit: Ergo non ex media parte oportet te legum habere memoriã. Habeas necesse est cum agro relicta Maalon, [vt susceperis nomen propinqui tui in hæreditate sua.] hoc est, filium gignas ex Ruth, qui vocetur filius cognati tui defuncti, & ei in sua succedat hæreditate. Talis autem filius, vocabatur filius legalis defuncti, ne periret eius memoria, & naturalis filius eius qui genuit eum. [Cui ille respondit: Cedo iuri propinquitatis:] quia in ea parte qua ex precepto legis commoditate cõsequi poterat, voluit iure gaudere: non autem in parte, qua poterat inde grauari, alienigenam pauperemque; ducendo. [Neque enim posteritas familiæ meæ delere debeo,] si non ita debeo vacare generationi prolis, quæ ascribatur cognato meo iam mortuo, vt negligam insudare generationi filiorum qui mihi ipsi attribuant. Sicque vir iste non erat charitativus, sed prauus, reputas velut superfluus, semet suscitare alteri seu defuncto. Fuitque, similis filio Iudæ, qui videtur sibi non nasci filios, semet fudit in terram, vt Genes. 38. habet. Vel: Non debeo posteritati familiæ meæ delere, hoc est, non me debeo occupare circa educationem & prouisionem prolis nascituræ ex femina ista, quæ proles alteri deputet, & per hoc negligere curam & prouisionem propriæ sobolis. Alii qui verò exponunt sic: Non debeo posteritati familiæ meæ delere, quia videlicet, si ex femina ista gigneret filios, filij illi non essent inter filios Israel computandi, cum Deut. 23. scriptum sit: Ammonites & Moabites non intrabunt in ecclesiã Dei in æternum. Sed si hoc dicere intendebat, errauit: quia præceptum illud suscipit dispensationem in cõuersis ad Iudaismum, & propter virtutem & fidelitatem Ammonitarum ac Moabitarum quorundam ad filios Israel, vt patet Iudith 14. de Achior principe Ammonitarum. Nec illud præceptum cõcernebat (vt dicitur) mulieres, sed viros: ideo non respiciebat prolem natam ex femina Ammonite vel Moabite, & ex viro Israelita. [Tu meo vtere priuilegio,] quod mihi ex propinquitate competit circa emptionem & matrimonium istud, [quo me libetere carere profiteor.] Videtur autem vir iste aliquantulum excusabilis à legis transgressione, si ita fuit dispositus corde, quod accepisset Ruth coniugem, si Booz eam renueret. [Hic autem mos antiquitus erat in Israel inter propinquos,] videlicet à tempore quo per Moysen data est lex, [vt si quando] i. aliquando [alter alteri suo] iuri cedebat, vt esset firma concessio, [quæ vnus concessit ac dedit suum ius alteri,] [soluebat] hoc est, exuebat [homo] calceamentum suum, & dabat propinquo suo] cui concessit ius suum. [Hoc erat testimonium cessionis in Israel,] i. per hoc factum significabat, quod deponeret calceamentum suum, expoliabatur suo iure, & alter inuestiret de eo. Verum an istud fiebat in qualibet iuris cessione, vel solum in cessione circa connubium, textus non exprimit. Et magis apparet istud secundum. Scriptum est enim Deut. 25. quod propinquo renouente accipere vxorem defuncti, mulier in faciem illius spuebat, eiusque calceamentum soluebat. Deut. 25. Quod obseruabatur, dum mulier virum illum conueniebat coram iudicibus, & ille non accipit. Porro dum propinquus illum conueniebat, nec annuit, tunc ipsemet suum soluit calceamentum. Et ita erat in casu isto. [Dixit ergo propinquo suo Booz: Tolle calceamentum. Quod statim soluit de pede suo. At ille] videlicet Booz, [maioribus natu & vniuerso populo: Testes, inquit, vos estis hodie, quod possederim omnia quæ fuerunt Elimelech & Chelion & Mahalon,] hoc est, quod nunc habeo ius possidendi hereditaria bona, quæ aliquando pertinebant ad Elimelech & filios eius, [tradete Noemi] illa mihi ad emendum & possidendum, siue ad redimendum quæ vendita erant. [Ruth Moabitidem in coniugem sumpserim,] i. ad contrahendum cum ea me modo astrinxerim, [vt suscite nomen defuncti in hæreditate sua, ne vocabulum eius de familia sua ac fratris & populo deleatur.] Per predicta enim nondum eam formaliter sumpsit in coniugem, quod & infra innuitur. [Vos, inquam, huius rei testes estis. Respondit omnis populus &c. Nos testes sumus. Faciat dominus hanc mulierem quæ ingreditur domum tuam] hoc est, statim intrabit, [sic] ut Rachel & Liam] i. benedicat ei sicut benedixit Racheli & Lia, quæ fuerunt principales vxores Iacob patriarchæ, imò & inter eas principalis quodammodo extitit Rachel, quæ Iacob primò petijt, atque formaliter cum ea primò contraxit. Vnde & nunc primò exprimitur, [quod edificauerunt domum Israel,] populum Israeliticum genuerunt per hoc, quod Rachel peperit duos patriarchas, & Lia sex, à quibus exortæ sunt octo tribus in Israel. [vt sit exemplum virtutis in Ephrata,] i. in virtuosam quodammodo alij in exemplum proponatur virtutum in vrbe hac, quæ primò appellata est Ephrata. [Ruth habet celebre nomen in Bethlehem] i. in famam solennem, iuxta illud Prover. 10. Memoria iusti cum laudibus, nomen autem impiorum putrescet. [Fiatque domus] id est, posteritas [tua sicut domus Phares, quæ peperit Thamar Iudæ.] Talis inquam fiat tua posteritas [de semine quod dederit tibi dominus de hac puella.] Fuit enim Ruth adhuc iuuen-

Exod. 34.

Deut. 25.

Gen. 29. 30.

iuuencula, quæ non virgo. Omnia bona hæc imprecati sunt viri illi huic Booz, quia ipse multum benigne, iuste, & humiliter habuit se, accipiendo istam pauperulam. Iuste, quænti ad deum, ob cuius preceptum hæc fecit: Benigne, quænti ad defunctum, cui semet suscitare proposuit: Humiliter, quænti ad cõiugem istam, qua fuit excellens ac spiritualibus benedixit dominus huic Ruth, fecitque eam exemplarem & famosam non solum in Bethleem, sed & vbiq; terrarum, atque ex semine eius, sicut ex semine Phares, orta est regia tribus, & tunc rex regum dominus Iesus Christus. [Tulit itaque Booz Ruth, & accepit vxorem] post pinctam, secundum formam tunc solitam, & forsam p verba de presenti. [Ingressusque est ad eam, & dedit illi dominus vt cõciperet] ex Booz, [Ruth pareret filium.] quod recitat hic per benedictionem magno, quia de stirpe illa nasciturus fuerat Christus, & forsam supernaturaliter factus est, quod ex femina illo cõcepit, quæ ex marito adolefcente antequam nequit cõcipere. Honorificum quoque fuit alienæ & egenæ, ex tanto viro prole habere. [Denique] sicut Salomon licite sumpsit Raab ad Iudaismum cõuersam in coniugem, ita hæc Booz. [Dixeruntque] mulieres ad Noemi: Benedictus dominus qui non est passus, si non permisit [vt deficeret] successio familiæ tuæ, & vocaret nomen eius in Israel. Hic supplendum est aliquid, vt sit sensus: Benedictus dominus qui non est passus, vt deficeret posteritas tuæ legalis successio, sed cõtrariò fecit, vt vocaret nomen eius in Israel, i. successio tua in memoria perueiret, & filij tui posteritas recoleret. [Ruth habet & cõsolatur animam tuam, & enutrit seneclutem.] infantulum istum ex nuru tua natum, in quo magna cõsolationem habebis, tanquam in filio filij tui. [De nuru tua natus est qui te diligit.] i. infans iste cum ad ætatem adultam peruenerit, te amabit & tractabit vt propria matrem seu auiam, si tam diu manseris viuens. [Ruth multo tibi melior est] vnicus filius iste, [quam si septem haberes filios] hoc est, honorabilis tibi est secundum æstimationem humanam, aut etiã verè, vnde hoc modo habere filium de tanto viro, quam septe habere filios ex tuo olim marito, sicut & Helcana dixit ad Annam: Nunquid non ego meior tibi sum, quam si haberes decem filios? Et maximè verum fuit hoc verbum mulierum ad Noemi, in quantum ex illo infante Christus fuerat nasciturus. [Suscepitque] Noemi puerum posuit in sinu suo, & nutricis ac gerulæ officio fungebat] ex amore & gaudio. Iam enim & ipsa cepit in domo Booz morari cum nuru sua, à qua separari nequibat. [Vicinas autem mulieres congratulantes ei & dicentes: Natus est filius Noemi,] i. huic Noemi natus est filius iste per nurum suam, in quantum iste filius deputatur filio Noemi, & tã charus ac cõsolatorius est ei, quasi ipsamet eum peperisset. [Vocaueruntque] nomen eius Obeth,] de factu & cõsensu Booz. [Hic est pater Isai patris Dauid.] Impofueruntque nomen puero in sua circuncisione. Porro Obeth interpretatur seruiens: ideo puerum sic vocabatur, quia dixerunt, quod amplius deseruiret ipsi Noemi, quam si septem filios, priores haberet. [Hæc sunt generationes Phares: Phares genuit Esrom, Esrom genuit Arã, Arã genuit Aminadab, Aminadab genuit Naafon, Naafon genuit Salmon, Salmon genuit Booz.] Circa hoc oritur difficultas, quod Booz fuerit filius ipsius Salmon, qui sub Moysè & Ioseph fuit, & terram promissionis ingressus est, inter quem & tempus huius connubij fluxerunt penè trecenti anni? Ad quã difficultatem amouendam, aliqui dicunt fuisse tres Booz sibi in generatõis linea succedentes, qui sub vno nomine cõprehenduntur, quoniam idem nomen sortiti sunt. Veruntum solutio ista non habet aliquod fundamentum ex scriptura canonica, immo vbiq; in scripturis noui ac veteris testameti generatio ista describitur, de vno dumtaxat Booz fit metio: nec impossibile fuit, presertim illis temporibus aliquem viuere annis trecentis, cum & Sãt. Iob post suam curationem vixerit annis centum quadraginta. Ad quæ etiã Eliphaz dixit: Senes sunt inter nos multo vetustiores quam patres tui. Imò secundum Chronicas tempore Caroli regis, fuit quidam nomine Ioannes, qui annis vixit quadringentis, propter quod Ioannes de Tempore vocatur. Mardocheus quoque, qui captus & trãslatus fuit cum Iochim rege Iuda, & tempore Assueri regis adhuc erat robustus, probat valde diu vixisse. De hoc & super Matthæum diffusius scripsi. [Booz genuit Obeth, Obeth genuit Iesse, Iesse genuit Dauid regem.] In quo vaticinium Iacob de regia dignitate tribui Iudæ danda, cõcepit impleri. Hinc quoque elicitur, editum esse hunc librum tempore Dauid, ac postea, nec vltra Dauid genealogia ista ptenditur aut descendit, cum omnibus constet, Christum ex Dauid stirpe nasciturum fuisse, & iam genitum esse. Ideo demonstrato quod Dauid ex Ruth Moabitide descendit, satis innuitur, Christum (iuxta Esaiæ oraculum) ex ea descensurum. Ad quod declarandum, liber iste specialiter est conscriptus.

Ruth 4. Mat. 1. successio

Reg. 1.

Ram, Ram

Num. 1. 2. 7. 10. 1. Paral. 2.

Iob 42. Iob 35.

Hester 2.

Isai. Gne. 49.

Esa. 22. & 55.

Art. 8.

Ascendit ergo Booz ad portam] Per Booz (iuxta phabita) intelligit Christus, qui ascendit ad portam, quæ de sacratissima virgine cõceptus, ex eadem est natus. Deinde sedit in porta, quia vbiq; per discipulorum suorum predicationem post suam passionem & ascensionem se reperibilem prebuit. Unde de ipso sub nomine sapientiæ scriptum est: Sapientia foris predicat, in plateis dat vocem suam, & in foribus portarum profert verba sua. Et alibi: Sapientia facile inuenit ab his, qui querunt illam: preoccupat eos qui se cõcupiscunt: qui de luce vigilauerit ad illam, non laborabit. assidentem enim illam foribus suis inueniet. Præterea, quia in portis iudices olim sedebant, potest per portam intelligi locus, quo Christus

Luc. 1. 2. Mat. 28. Marc. 16. Pro. 1. Sap. 6.

Mat. 6. 23. Christus populum Iudæorum edocuit, & scribas, phariseos ac sacerdotes repræhedit ac iudicavit, sicut de eo Malach. 3. fuit prædictum: Ipse quasi ignis cõflans, & sedebit cõflans & emundans quasi argentum, & purgabit filios Levi. [Cum q; vidisset propinquum prætereire, de quo prius sermo habitus est.] Juxta præcta, per istum propinquum intelligit ordo seu vniuersitas platorum Ecclesiæ, vi cariorum; Chri, quos oēs & singulos Christus diuino instinctu & per inspiratiões angelicas, per scripturas quoq; & prædicatores hortat, vt accipiat Ruth Moabiticam eis affinis & proximam, i. ecclesiasticam commissam & gregem dñicam tamquam charissimam spõsam spiritaliter diligat, amplectant, custodiant & fecundent, quatenus fratri eorum defuncto, vt potest ipsi Christo pro salute omnium crucifixi, suscipiant semet ex suis ecclesijs, i. multos in Deo regenerent & conuertant, virtuosasq; opera tanquam filios copiose producant. Sed pro dolor iam multi plati hæc adimplere despicunt, q̄ relicti spiritalibus nuptijs ac diuinis affectibus, ad carnalia conuertunt, & instar propinqui ipsius Booz, parati sunt emere agrum Noemi, id est, temporalia comoda sequi, & propria lucra reponere, nolentes ipsam Ruth despoliare, i. pastoralis officij debitum ouibus sibi creditis exhibere, de quibus Ezech. 34. dñs protestat: Vt pastoribus q̄ pascebant semetipsos. Lac comedebatis, & lana operiebamini, gregem autem meum non pascebatis. Sed sicut Booz accepit Ruth, quæ alius eo propinquior refutauit: sic Christus non relinquit Ecclesiã, nec deserit oues suas. Emit quoq; agrum, dum sanguinis sui precio comparam sibi genus humanum, ac mundi imperium principatum. Iterum sicut propinquus ille dixit ad Booz, Cedo iuri propinquioris, vt vtere meo privilegio: sic plane infideles & negligentes plati ius suæ platuræ dimittunt, quantum ad executionem salutem, & Christo suas committunt oues, nõ charitatiuè, sed derisiuè re ipsa dicentes: Custodiat eas q̄ custodit Israel. Ideo Christus loquit eis, singulisq; eorum: Tolle calcæam tuam, i. p̄sidentie tuæ tegumentum te fateri indignum, & illo te prouo. ¶ Porro hoc tegumentum est ipsa p̄sidentia potestas siue auctoritas, qua tales se muniant, & facta sua excusant, voluntate pro ratione vtentes, & quasi sibi licere putantes quicquid voluerint, illud Amos 6. dicentes: Nunquid nõ in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua? In horum testimonium, Christus sibi assumit in testes decem viros de maioribus natu, senioresq; Israel vniuersos, selectos, sapientia præmaturos, atq; in virtutibus clariore, q̄ in clytè impleuerunt decalogum, qui oēs cupiunt Ecclesiam fecundari à Christo, sicut olim ab eo fecundata est synagoga, quod & superplene impletum est. ¶ Postremò, sicut Obeth nato, mulieres duxerunt ad Noem: Benedictus dñs & c. Et rursum: De nuru tua natus est q̄ te diligit, & multo melior tibi est quam si septem haberes filios: ita Ecclesia ex gentibus congregata, & copiosissime fecundata à saluatore, gratias Deo egerunt, & congratulatae sunt primitiuae Ecclesiæ ex Iudæis collectæ, fideles animæ, eo q̄ Ecclesia illa gentiliu ab ecclesia Iudæorum conuersa, tam copiosissimam atq; sanctissimam protulit fructum, multis electis Iudæis p̄stantiorè. De qua gentilitatis fecunditate, vehemētissime est gauius primitiua illa synagoga fidelis, q̄ de sue plebis excecatiõe & sterilitate ineffabiliter mœsta fuit: ideo quicquid charitatis & pietatis valebat, ecclesiæ ex gentibus congregatæ exhibuit: imò simul cõtra ea facta est vna vniuersalis Ecclesia vniuersi filij Dei spõsa charissima, sicut ipse p̄dixit: Alias, inquit, oues habeo, & illas oportet me ad ducere, & fiet vnus ouile & vnus pastor. Qui est dñs Iesus Christus cum patre æterno, & Spiritu sancto paracleto, vnus super omnia Deus sublimis & benedictus, Amen.

D. DIONYSII CARTHUSIANI IN LIBRVM PRIMVM SAMVELIS, QVEM NOS

PRIMVM REGVM DICIMVS, ENARRATIO.

¶ In hoc agitur de gubernatione populi Israel per Iudices, de electione regis Saul, de regimine, gestis & morte ipsius.

PRO O E M I V M.

Joh. 28. Sap. 16.



Reges ex te egredientur, Gene. 17. Deus qui vniuersorum finem considerat, cuncta quæ cõdidit, ad proprium dirigit finem. Quæ admodum autem inter creata huius inferioris sensibilis mundi, dignior est hominibus super sapientissimus eius creator excellentiori modo regit eundem, & cum à mundi rexit exordio. ¶ Denique quo homo ad errorem & deuiationem existit, peccator, eo copiosius ei prouidit de gubernatore. Nepe cum omnis homo possit faciliter decipi & errare, nõ satis reputauit bonus & infallibilis ac prouidentissimus Deus regere hominem per hominem, sed angelica adiecit p̄sidia, supernorum & infallibilium spirituum gubernatiua directione apposuit, nõ solum hominibus subditis q̄ regunt, sed

& eorum rectoribus: imò non tantum singulis hominibus angelos singulos deputauit custodes, qui de infimo angelorum sunt choro, sed & singulis politijs singulos donauit custodes ac rectores angelicos, qui de tertio angelorum ordine esse creduntur. Propter quod Ecc. 17. fertur: In vna quaque gente præposuit rectorem. Nec his contenta maiestas altissima, etiam per seipsam curat, regit, instruit, & accendit, ac perficit hominem. Nec sic alij cum commisit, vt immeritor sit ipse: & diuinam ac propriam gubernationem tollat ab eo, præsertim cum Job 34. dicatur: Quem constituit omnipotens alium super terram? aut quem posuit super orbem, quem fabricatus est? Siquidem vt theologica edocet veritas, Solus Deus intus iustificat, gratiam infundendo, & eius infusione peccata tollendo. Ipse per infusionem virtutes largitur, & sine actuali ipsius motione nil possumus promereri, sed ipse operatur in nobis velle & perficere pro sua bonitate, i. ex propria pietate. ¶ Insuper finita prima mundi ætate, cum homines post diluuium cõpissent densissimis idololatriarum infidelitatibus obtenebrari, ac grauibus vitijs excæcari, volens benignissimus Deus humano generi tandem plenarie subuenire, mittendo à summo celo verbum suum æternum, vniuersum filium in hunc mundum per incarnationis mysterium, qui in assumpta natura inter homines videretur, atque cum eis conuerteretur, ac de omnibus ad veram salutem edoceret, de idololatriarum societate eduxit electissimum quandam virum Abraham patriarcham, ex cuius posteritate & semine pater æternus vniuersum suum statuit incarnandum. Propter quod virum illum, & eius posteritatem varijs donis ac gratijs decorauit, & inter cetera ipsi promisit, q̄ reges ex ipso existerent nascituri, vt filius regis cælestis, summi & omnipotentis, in terra quoq; ex regibus nasceretur, quos electo suo fidelisq; populo Deus voluit præsidere. Itaq; de his regibus & eorum regiminibus ac populis tractat liber nunc exponendus, propter quod liber Regum vocatur. Sed quoniam tota sancta scriptura tractat principaliter de Deo gubernatore & saluatore, aptius dici potest, q̄ liber iste tractat de deo, vt principali rege & gubernatore, per reges Israel, israeliticum populum gubernante, quem populum post Moysen & Iosue per Iudices gubernauit vsq; ad Samuelem inclusiue, & vsq; ad Saul exclusiue, deinde à Saul vsq; ad Sedechiam seu Babyloniam captiuitatem per reges. Post reditum verò à Babylone, per sacerdotes & pontifices vsq; ad Ioannem Hyrcanum, seu filium eius Aristobolum, qui cum p̄sifex esset, etiam regium suo capitata impositus. Præterea, quoniam gubernationis ac p̄sidentie Iudicum, immediate successit gubernatiua p̄sidentia Regum, ideo in voluminis huius exordio aliqua de iudicibus Israel cõscribuntur, puta de Heli & filijs eius, de Samuele quoq; filijsq; ipsius. Et ita introducitur modus per quem, imò & causa ob quam, reges in populo Dei præesse cõeperunt. Postremò, quoniam hic liber totalis, à catholicis in quatuor libros partiales diuiditur, ab Hebræis tñ solum in duos diuiditur, quorum primum vocant Samuel, à suo auctore, quia pro maiore parte à Samuele creditur scriptus, qui liber continet primum & secundum libros Regum: secundum nominant Malachim, i. regum, à materia. Et sicut magister in hist. ait, Scriptus est liber iste chronice sub singulis regibus, qui compactus est in vnum à Ieremia, quod patet ex hoc, quia idem finis est huius libri & Ieremiæ:

¶ HIERONYMI IN LIBRVM REGVM PRAEFATIO.



IGINTI & duas literas esse apud Hebræos, Syrorum quoque lingua & Chaldaeorum testatur, quæ Hebrææ magna ex parte cõfinita est. Nam & ipsi 22. elementa habent eodem sono, sed diuersis characteribus. Samaritani etiam Pentateuchum Moysi totidem literis scriptitant, figuris tñ & apicibus discrepantes. Certumq; est, Esdras scribam, legisq; doctorem, post captam Hierosolymam & instaurationem templi sub Zorobabel, alias literas reperisse, quibus nunc vtitur, cum ad illud vsq; tẽpus iudem Samaritanorum & Hebræorum characteres fuerint. In lib. quoq; Numer. hæc eadem supputatio, sub Leuitarum ac sacerdotum censu mysticè ostenditur. Et nomen dñi tetragrammaton in quibusdam Græcis voluminibus vsq; hodiè antiquis expressum literis inuenimus. Sed & Psal. 36. & 110. & 111. & 118. & 144. quantum diuerso scribantur metro, tñ eiusdem numeri textuntur alphabeto. Et Hieremiæ lamentationes & oratio eius, Salomonis quoq; in fine Prouerbia, ab eo loco in quo ait, Mulierem forte quis inueniet, eisdem alphabetis vel incisionibus supputantur. Porro quoniam literæ duplices apud Hebræos sunt, capha, mem, nun, phe, zade. Aliter enim scribunt per has principia, medietatesq; verborum, aliter fines. Vnde & quoniam à plerisque libri duplices aestimant, Samuel, Malachim, Dibrehaioim, Esdras, Hieremiæ, cum Cinoth, i. lamentationibus suis. Quod igitur 22. elementa sunt, per quæ scribimus hebraicè omne quod loquimur, & eorum initijs vox humana cõprehenditur: ita 22. volumina supputantur, quibus quasi literis & exordijs, in Dei doctrina tenera adhuc & lactens viri iusti eruditur infantia. Primum apud eos liber vocatur Breshith, quæ nos Genesim dicimus. Secundus Ellestmoth, qui

Phil. 2.

Psal. 13. Sap. 18. 1. Ioan. 3. Baruch. 3.

Gen. 10. 15.

Gen. 17.

Iudic. 10. 1. Reg. 3. 11.

Pet. Co. hist. li. i. c. 1. p. 10.

Pro. 31.

qui Exodus appellatur. Tertius Vajkra, i. Leuiticus. Quartus Vaiedabber, quē Numeros vocamus. Quintus Ellehadborim, qui Deuteronomium prænnotatur. Hi sunt quinque libri Moſis, quos propriè Thora, i. legem appellant. Secundum prophetarum ordinem faciunt, & incipiunt ab Ieſu filio Naue, q̄ apud illos Iofue ben Nun dicitur. Deindè ſubtextur Sophim, i. Iudicum librum, & in eundem compingunt Ruth, quia in diebus Iudicum facta eius narratur historia. Tertius ſequitur, Samuel, quem nos Regnorum primum & ſecundum dicimus. Quartus Malachim, i. Regum, qui tertio & quarto regnorum volumine continetur. Meliusq̄, multo eſt, Malachim i. Regum, q̄ Malachot, i. regnorum dicere. Non em̄ multarū gētium regna deſcribit, ſed vnus Iſraelitici populi, qui tribus duodecim cōtinetur. Quintus eſt Eſaias. Sextus Hieremias. Septim⁹ Ezechiel. Octauus, liber duodecim prophetarum, qui apud illos vocatur There aſer. Tertius ordo hagiographa poſſidet, Et primus liber incipit ab Iob, Secundus à Dauid, quem quinq; incifionibus & vno pſalmorum volumine compræhendunt. Tertius eſt Salomon, tres libros habens, Proverbia q̄ illi parabolas, i. Miſle appellant. Quartus Eccleſiaſten, i. Coeleth. Quintus eſt Canticum Canticorum, quem titulo Sirā Sirim appellant. Sextus eſt Daniel. Septimus Dibre haio-mim, i. verba dierum, quod ſignificantius *ἡρονικόν* totius diuinæ hitorix poſſumus appellare, q̄ liber apud nos Paralipomenon primus atq; ſecundus inſcribitur. Octauus Eſdras, qui & ipſe ſimiliter apud Græcos & Latinos in duos libros diuiſus eſt. Nonus Heſter. Atque ita ſunt pariter veteris legis libri 22, i. Moſis quinq; & pphetarū oſto, hagiographorū nouē: quanq̄ nonnulli Ruth & Cinoth inter hagiographa ſcriptitent, & hos libros in ſuo putent numero ſuppriados, ac per hoc eſſe priſcæ legis libros 24. quos ſub numero 24. ſeniorū, Apocalypſis Ioannis inducit, adorantes agnum, & coronas ſuas proſtratis vultibus offerentes, ſtantes coram quatuor animalibus oculatis antè & retrò, i. in præteritum & in futurum reſpicientibus, & indefeſſa voce clamantibus: Sanctus, ſanctus, ſanctus dñs Deus oipotens, qui erat, & qui eſt, & qui venturus eſt. Hic prologus ſcripturarum quaſi galeatum principiū, oibus libris quos de Hebræo vertimus in Latinum, conuenire poteſt, vt ſcire valeamus, quicquid extra hos eſt, inter apocrypha eſſe ponendū. Igitur ſapientia, quæ vulgo Salomonis inſcribitur, & Ieſu filij Sirach liber, & Iudith, & Tobias, & Paſtor, non ſunt in canone, Machabæorum primum lib. Hebraicum reperi, ſecundus Græcus eſt, quod ex ipſa quoq; phraſi probari poteſt. Quæ cum ita ſe habeant, obſecro te lector, ne laborem meum repræhenſione exiſtimes antiquorū. in templo Dei offert vnusq; ſq; quod poteſt. Alij aurum, argentū & lapides preciosos: alij byſſum & purpuram & coccum offerunt & hyacinthum. Nobilicium benè agitur, ſi obtulerim⁹ pelles & caprarum pilos. Et tñ Apoſtolus cōtemptibilia noſtra, magis neceſſaria iudicat. Vndè & tota illa tabernaculi pulchritudo, & p ſingulas ſpecies eccleſiæ præſentis futuræq; diſtinctio, pellibus tegitur & cilicij, ardoremq; ſolis & iniuriam imbrum ea quæ viliora ſunt, prohibet. Lege ergo primum Samuel & Malachim meum: meum, in quā, meū. Quicquid em̄ crebrius vertendo & emendando ſolicitius & didicimus & tenemus, noſtrum eſt. Et cum intellexeris quod antè nesciebas, vel interpretem me exiſtimato, ſi gratus es: vel paraphraſten, ſi ingratus. Quanq̄ mihi oindè cōſcius non ſim, mutaſſe me q̄piam de Hebraica veritate. Certè ſi incredulus es, lege Græcos codices & Latinos, & cōfer cum his opuſculis quæ nuper emendaui, & vbicunq; diſcrepare inter ſe videris, interroga quemlibet Hebræorum, cui magis ac magis commodare debeas fidem: & ſi noſtra firmauerit, puto q̄ eum nō exiſtimes coniectorem, vt in eodem loco mecum ſimiliter diuinauerit. Sed & vos ſamulas Chriſti rogo, quæ dñi diſcumbentis precioliſſima fidei myrrha vngitis caput, quæ nequaquā ſaluatorem quæritis in ſepulchro, quibus iam ad patrem Chriſtus aſcendit, vt contra latrantes canes qui aduerſum me rabido ore deſcruunt, & circumeunt ciuitatem, atq; in eo ſe doctos arbitrant, ſi alijs detrahāt, orationum veſtrarū clypeos opponatis. Ego ſciens humilitatem meam, illius ſemper ſententiæ recordebor: Dixi, cuſtodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea. Poſui ori meo cuſtodiam, cum conſiſteret aduerſum me peccator. Obmutui & humiliatus ſum, & ſilui à bonis.

ſal. 38.

EXPOSITIO LITERALIS CAP. I. FUIT VIR VNVS
de Ramathaim Sophim. Articulus primus.



Oquiturus author libri huius de Samuele, & cur ac qualiter ſucceſſit ipſi He li in Iudicatu ſeu iudiciaria dignitate, incepit à patre Samuelis. [Fuit vir vnus de Ramathaim, Ji. vrbe ſic nuncupata, quæ ſuit vrbs [Sophim] i. excellſorum ſeu ſpeculationum, quia ſuit vrbs ſita in loco ſublimi, & ita de ea vndiq; longè ac latè poterat quis videre. Vel dicitur vrbs excellſorum & ſpeculationū, quia (vt fertur) viri ſtudioſi & ſpeculatiui morabātur in ea. Itaque Ramathaim hoc loco eſt diſtictio vna & nomen ciuitatis, quæ in Mathæo vocatur Arimathia, atq; à Iofepho Ramatha vocatur. Kama nanq; interpretatur excellſum. Ede mōte Ephraim. Mons Ephraim, inter dum accipitur pro monte magno, ſeu loco mōtoſo in tribu Ephraim ſito.

Mat. 27.
Iofe. lib. 5.
an. iu. ca. 15.

ſito. Aliqñ verò accipitur pro terra ſeu prouincia circuniacète. Vndè 3. Reg. 4. habetur, q̄ Benhur fuit præſectus Salomonis in monte Ephraim, i. in vna parte ſeu regione totius Iſraelitici regni, & ita ſecundum quofdā nunc ſumitur. [& nomen eius Elcana, Iquod nomen cōguit ei. Nam Elcana interpretatur poſſeſſio Dei. Et vir iſte fuit Deo intentus & eius poſſeſſio, quia per electionem & gratiam ad Deum pertinuit, qui per Eſa. 43. proteſtatur: Oem q̄ inuocat nomen meum, in gloriam meam creauit eum. [ſilius Ieroſam filij Heliu, filij Thoſu, filij Zuph, Ephratæus.] Dicunt qdam q̄ nuncupatus fit Ephratæus, quia in monte Ephraim habitauit. Alij ſcribunt q̄ dicitur Ephratæus, quia ex parte matris natus fuit de Bethlehẽ ex tribu Iuda, quæ Bethlehem alio nomine Ephrata dicitur, quod alij reprobant, qm̄ iuxta morẽ ſcripturæ, filij non à matribus, ſed à patribus cognominantur. Quo circa dicendum videtur, q̄ etiam in ſcripturis filij ſæpe à matribus cognominantur, ſecundū quod Iudic. 11. legitur, q̄ Iephte fuit filius mulieris meretricis. In eodem lib. viri Sichẽ de Abimelech dixiſſe leguntur, Frater noſter eſt, videlicet ex parte matris ſuæ, vt patet ibi ex textu: imò inſrã patebit, q̄ Iob & fratres ei⁹ cōmuniter noſantur filij Saruiæ, quæ fuit mater eorum, & rarò vel nunq̄ vocatur filij patris eorum. Deniq; per hoc quod antè iam dictum eſt, ipſum Elcana fuiſſe de monte Ephraim, ſatis inſinuatum videtur q̄ Ephratæus exterrit, ſecundū quod Ephratæus dicitur à mōte Ephraim. Idcirco q̄ poſteà dicitur Ephratæus, ideo factum apparet, ne etiam ex parte matris putaretur fuiſſe de monte illo, & vt ſciretur ex parte matris fuiſſe de tribu Iuda & oppido Bethlehem. Vndè & inſrã frequenter deſcribuntur matres filiorum Iuda, & loca ſeu oppida matrum. Ideo cum magiſtro in hiltorijs reor tenendum, q̄ dicitur Ephratæus, i. Bethlehemita. Quòd aut non fuerit de tribu Ephraim, oēs fatentur, dicentes, q̄ fuit Leuites deſcendens à Leui per Caath & Iſuar ac Chore. Sicq; ex parte patris fuit Chorita, nec fuit de ſtirpe Aaron, qm̄ Aaron fuit filius Amram, Amram verò frater Iſuar, de quo deſcendit Chor. vt. 1. Paral. 6. narratur. [Et habuit duas vxores, nomen vni Anna, & nomẽ ſecundæ Phenenna:] non ex libidine, ſed quia (vt dicitur) prima eius vxor fuit Anna, quæ erat pulchra ac ſterilis, ideo ſterilitatem eius expertus, aliam ſuper accepit. [Fueruntq; Phenennæ filij Ji. Phenenna filios habuit ex Elcana, atque (vt dicunt Hebræi) decem habuit filios. [Annæ aut non erant liberi] i. nullam habuit prolem. Et aſcendebat vir ille de ciuitate ſua.] Ramathaim [ſtatutis diebus, Ji. tēporibus ſeu ſeſtis in lege expreſſis & ordinatis ad hoc, q̄ in eis viri pergerent ad vrbum in qua erat templum ſeu tabernaculum Dei, hoc eſt, in ſolemnitate paſchali, pentecoſtes & ſcenopegie ſeu tabernaculorum. Vel potius tam tempeſtiuè ante hæc feſta, q̄ in ipſis erat in vrbe cultus diuini. Hinc ſubditur: vt adoraret & ſacrificaret dño exercituum in Silo, Ji. in tabernaculo quod tunc erat in oppido nomine Silo. De iſto legis præcepto, ſter eundi ad domum Dei in anno, habetur Exo. 23. Ter in anno apparebit omne maſculinum tuum coram dño. Leuit. quoq; 23. Porro dum habitantibus remotè à tabernaculo, frequenter diſpēſabatur, ita q̄ non niſi in paſcha illuc pergere tenebantur. Vndè quibusdam probabilius eſſe videtur, q̄ vir iſte non aſcendit niſi in paſcha, qm̄ paulopòſt dicitur: Sicq; faciebat per ſingulos annos, cum redeunte tempore aſcenderet in domum dñi: & ſic prouocabat eam.] Sed hoc ex verbis illis non ſequitur, imò magis apparet ex textu, q̄ ter aſcendit in anno: quia iam dictum eſt, aſcendit vir ille ſtatutis diebus. Præterea Iofue tranſtulit arcam in Silo, & ciuitas illa ad tribum Ephraim pertinebat, vt Iofu. 16. legitur. Elcana aut morabat in monte Ephraim, & ita non multum remotè à Silo. [Erant aut ibi] putà in Silo & in tabernaculo dñi, Iduo filij Heli, videlicet Ophni & Phinees ſacerdotes dñi, Iſub præ ſuo, qui pōtifeſ fuit & iudex. [Venit ergo dies] opportuna, [& immolauit Elcana,] quibus Leuites exterrit, tñ non licuit ei ſacrificare, niſi per manus ſacerdotis. [Deditq; Phenennæ vxori ſuæ & cunctis filijs eius & filibus partem: Ji. vnicuique illorum aliquam partem de carnibus hoſtiæ immolata. Obtulerat em̄ hoſtiam pacificam, cuius adeps incendebatur ſuper altare, pectusculum verò armusq; dexter erant ſacerdotis ſacrificantis, reſiduum extitit offerentis: & de illo diuidebāt offerentes his qui ſecum aſcenderant, præſertim domeſticis ſuis. De hoc in Leuitico & alibi pleni⁹ ſcriptum eſt. [Annæ aut dedit vnam partem] carnis oblata, [triſtis,] q̄ ei plūs dare non potuit, vt potè qm̄ prolem non habuit: quia Annam diligebat, Iudeo de eius ſterilitate, afflictione, opprobrio ampli⁹ triſtatabatur. Nec dubium quin & Phenennam dilexit. Sed per iſtum modum loquendi innuitur, q̄ Annam magis dilexit, non ſolum cōiugali, ſed & ſpiritali amore: nec ideo tñ, qm̄ Anna pulchrior fuit, ſed & ideo maximè, quia erat tam virtuoſa. In Hebræo habetur, Dedit Annæ miſſionem vnam duplicem, i. vnum ſerculū quod in mēſa mittitur, ſeu partem vnam duas partes valentem. Seu (vt alij dicunt, & redit in idem) in Hebræo habetur, Dedi Annæ vnam partem pulchram, vel duplicem, quia Annam diligebat: ideo eam honorauit, liberaliter ei præſtando portionem tam elegantem. [Dominus autem concluſerat vuluam eius, Ji. ſecunditatem ei non præſtitit, & erat ex naturali cauſa ſterilis, vt apparet. Vel dominus pia diſpenſatione abſtulit ei ſecunditatem ad tempus, vt interim ſua oratione & patientia mereretur ſuo tempore fe

Gen. 48.

Judic. 9.
2. Reg. 2.

ret. Cō. hiſt.
li. 1. Reg. c. 1.

Exo. 4.

Leuit. 30.

licius fecundari. Affligebat quoque eam amula eius, sicut invidia seu invidia, puta Phenenna. Raro quippe concordant uxores eiusdem mariti, praesertim dum maritus plus diligit uxorē, quam aliam. Et vehementer angebat, sicut ad magnam induxit angustiam, cum tamē afflicto non sit adenda afflicto, & de his quae insunt a natura, non mereamur laudari aut vituperari. In tunc, ut sicut exprobraret, sicut in proberaret, quod dominus conluserat vultum eius. Sicut, Phenenna de beneficiis suis fecunditatis intumuit atque inaniter gloriabatur, & Deo fuit ingrata, & iustam personam iniuste fecit morere. Propter quod collatis beneficiis meruit mox priuari. Porro illa flebat, non ex impietate, malitia, aut inordinato morere, sed desiderio proli ad Dei obsequium educandae, & quā moderate contristabatur, quod marito suo fructum coniubij proferre nequebat. Et non sumebat cibum, ut moris est alijs, scilicet cum iucunditate & consueta mensura, & quod parum est, reputatur pro nihilo, iuxta quod Iob 22. legitur: Nudos, i. parum vestitos, spoliasiti vestibus. Vel non sumebat cibum, i. partem ei a viro suo collatum, tunc non comedit. Homines enim in magna tristitia positi, minus afficiuntur ad cibum. Et sancta femina ista potius desideravit compunctioni & orationi, quam comestioni insistere. Dixit ergo ei: Elcana vir tuus: Anna, cur fles? & quare non comedis? & quomobrem affligitur cor tuum? Bonus maritus condoluit conaturali, cuius virtutes cognovit. Ideo consolabatur eam pro posse, quasi dicat: Non decet te taliter contristari. Nunquid non ego melior sum tibi quam decem filij? quod iuxta Hebraeos intelligitur sic, Ego melior tibi sum propter dilectionem, fidelitatem & consolationem meam ad te, quam decem filij Phenennae sint ei. Sed melius videtur à catholicis sic exponi, Ego melior tibi sum, & magis gaudere debes de me, quam si filios decem haberes. Maritus namque & uxor sunt una caro: & vir, coniugis suae solatum est. Veruntamen huic expositioni quidam sic objicit: Quia etsi Anna haberet decem filios, non propter hoc excluderetur aut minueretur amor Elcae ad ipsam, sed potius includeretur & augetur: quare reprobatio non concludit, quoniam etsi amor viri non fuisset per hoc exclusus aut minutus à coniuge sua, attamen amor ille propter annexam sterilitatem non produxit delectationem, quam produxisset, si fecunditas fuisset adiuncta. Imò quo Anna plus suum amavit maritum, eo plus tristitiam, quod ei non peperit fructum. Surrexit autem Anna à mensa, postquam comederat & biberat in Silo, quo constat quod ad mariti sui consolationem & exhortationem parum quid sumpsit de cibo & potu. Surrexit autem ut iret ad fores tabernaculi ad orandum. Et Heli sedente super sellam. I. sedem decem ante postes domus Dei, quatenus à quarētibz consiliū facilius inueniretur. Cum esset Anna amaro animo, sicut in magna tristitia constituta ob causas praetactas, sicut, amaritudo non sumitur hic ut est vitium, sed pro amaritudine laudabili compunctionis aut contritionis suae meroris, quia fortassis ob sua peccata putavit se fructu vteri esse priuatam. De hac amaritudine loquitur Ezechias: Ecce in pace amaritudo mea amarissima. De quo & Proverb. 14. fertur: Cor quod novit amaritudinem animae suae, in gaudio eius non miscebitur alienus. Foravit ad dominum flens largiter, sicut copiose ex abundantia suae deuotionis, ideo oratio eius fuit potens & exaudibilis valde, & vouit votum, dicens: Domine exercituum, si respiciens videris afflictionem famulae tuae, id est, pietatis tuae aspectu alleuaueris cordis mei merorem, misericorditer succurrendo, & recordatus mei fueris, nec oblitus ancillae tuae, sicut per piam exauditionem ostenderit te esse memorem mei, & dederisq; seruae tuae sexum virilem, sicut filium masculinum, dabo eum domino omnibus diebus vitae eius, sicut offeram eum tibi, ut per totum tempus vitae suae consecratus sit tibi, & nouacula non ascendet super caput eius. Sicut Nazareus erit, & iuxta ritum Nazareorum, pili capitis sui nunquam abradentur, prout in Numer. de Nazareis praecipitur. Aliqui autem erant Nazarej Dei, sicut Deo consecrati ad tempus, sicut ibidem habetur: quidam perpetuo, sicut & Samson, ut Iudic. 13. legitur. De literalibus vero & spiritalibus causis rituum seu iussionum ad Nazareos spectantium, in praetacto Numer. libro & alibi dictum est. Denique oratio ista Annae, sicut & ceterae preces, in quibus idem sensus sub alijs verbis frequenter repetitur, fuit seruens omnino & efficax, qualibus orationibus vitur saepe Psalmista, sicut dum ait: Exaudi Deus orationē meam, & ne desperis deprecationem meam: intende mihi, & exaudi me. Factum est autem cum illa multiplicaret preces, sicut orationem suam diu protraheret coram domino, in quo patet orationis eius instantia. Nec obest quod ait saluator Matt. 6. Orantes nolite multū loqui: quia hoc intelligitur de inutili & superflua verborum multiplicatione, non de diuturna orationis protractione, cum scriptum sit apud Luc. 6. & 22. Erat Iesus pernoctans in oratione nocte, & passione instante oravit prolixius. Ut Heli obseruaret os eius, sicut consideraret an aliquid loqueretur. Porro Anna loquebatur in corde suo, sicut cum intima attentione intra se protulit verba suae affectionis, tantumq; labia illius movebantur. Per motum labiorum, non excluditur motus mentis ac dentium, quorum motio motum consequitur labiorum. Sed tantum labia eius mota dicuntur, ad insinuandum quod oravit eam silenter seu basse, quod verba eius audiri non poterant. Ideo subditur: & vox eius penitus non

capiebat

Gen. 2.19

Esa. 38

Numer. 6.

Ibid.

Psalm. 54.

non audiebat. Protulit tñ verba in ore, sed circa interiora ita erat attenda, quod instrumenta uocalia à vocis exterioris formulatione sonora remittebantur, & forsitan tam quiete orauit etiam ideo, ne verborum suorum strepitu, alium quem pia à suae orationis aduertentia impediret. Aestimauit ergo eam Heli temulentam, sicut ebriam vino, sicut dixit: ei: Vsq; quod ebria eris? Pertinuit quippe ad praesulem ac iudicem populi ex suo officio, corripere reos. Digere paulisper vinum quo madescit, vade & dormi ad tempus, ut quiescendo digestio potus fiat in te, nec humores os tuum sic impleant. Respondens Anna: Nequaquā, inquit, dñe mihi ebria sum, nec digestionē vini indigeo. Nam mulier infelix nimis ego sum. Valde misera, loquendo de miserij pœnz, non culpā, saltem mortalīs, hoc est, aduersitatis sum repleta ex sterilitate, dolore, opprobrio, & insultationibus ac derisionibus aemulae meae Phenennae, ideo non delectat me vinum potare. Vnde subiungitur: Vinum & omne quod inebriare potest, non bibi, hoc die, & aliās non nisi raro ac sobrie. Sed effudi animam meam in conspectu dñi, cordis mei affectus obtuli Deo, iuxta illud Psalm. 61. Effundite coram illo corda vestra. Ne respiciat ancillam tuam quasi vnam de filiabus Belial: sicut noli me computare in numero mulierum gulosarū atq; rebellium, quae sine iugo legis, & absq; freno disciplinae cōuersantur & peccant. Quia ex multitudine doloris & meroris mei loquuta sum vsq; in p̄sens. Huc vsq; orauit, seu alia quāq; loquuta sum ex vehemēti dolore de mea praesenti sterilitate & merore persecutionis quam diu sustinui. Dolor equidē proprie est de malo praesentim merore seu tristitia, de malo praeterito. Tunc Heli, compatiens mulieri deuotae in tantis afflictionibus constitutae, ait ei: Vade in pace, sicut tranquillitatem peccatoris & quietem fornicis ab instantibus habe perendo, & Deus Israel det tibi petitionē tuam quam rogasti eum. Hebraica veritas habet, dabit tibi. Hoc etem dixit Heli ex confidentia bona, quā vidit Annā tam ardentē & instantē orasse. Et quā sciuit Deum specialiter pronum exaudire constitutos in graui afflictione & aduersitate, quem admodum ait Psalm. 90. Cum ipso sum in tribulatione. Et forsitan ex repentino instinctu spūs sancti dixit hoc Heli pro mulieris cōsolatione. Praelati quippe diuesimodē tanguntur à spūs sancto ad loquendum atq; agendum propter subditorū salutem aut vtilitatem. Nam & Anna verbum illud, quasi ex ore Dei prolatum accepit, & creditur sic futurum. Ipse nempe oipotens deus fecit verbum illud sic sonare in auribus corporis eius ac cordis, i. eam mouit ad accipiendum taliter verbum praesatum. At illa dixit: Ut inueniat ancilla tua gratiam in oculis tuis. Sicut cupio ut digneris mihi esse gratus & orans pro me. Et abiit mulier in viam suam, redeundo à loco orationis ad suum maritum, & comedit, vultusq; illius non fuit amplius in diuersa mutati, sicut apparatus seu dispositio faciei eius, mansit decetero vniformis & benē se habens, eo quod cor eius fuerat tranquillatum, ac firmiter cōsolatum ex certa spe suae exauditiōis. Ex varia etem dispositione cordis, facies & praecipue oculi diuersimodē disponunt & alterant ac colorantur, iuxta quod ait scriptura Ecc. 13. Cor hominis immutat faciem eius, siue in bonum, siue in malū. Hinc Ecc. 19. legit: Ex visu cognoscit vir, & ab occurſu faciei cognoscitur sensat. Quidam tñ callidi & versuti, norunt interiorē suam malitiam ficta vultus dispositione abscondere. Porro virtuosorum est, motus passionum reprimere & frenare, imò & anticipare, ne in vultu aut visu appareāt. Perfectorū verò ac sapientū est, in vniformi cordis ac vultus dispositione persistere, quemadmodum de beatissimo fertur Martino, quod nemo vnq; vidit eum iratum, tristem, ridētem, turbatum, aut dissolutum, imò semper quasi angelicum praeferebat in facie apparatus. Quidam hac verba exponens: Passiones, inquit, irae & tristitia, quae mutant faciem in diuersos colores, recesserunt ab Anna ex cōsolatione exteriori verborū Heli, & ex interiori cōsolatione gratie Dei. Circa quod dicendū videtur, quod virtuosa haec mulier, etiam ante horum auditū verborū, non subiacuit passionibus irae atq; tristitiae, imò multum mitis & patiens erat, quae nec aemulae suae dura rēdit aut restitit, nec viro suo contra illam conquesta videtur. Porro Petrus Comestor haec commendiosē exponens: Mulier, ait, ex pmissione sacerdotali abiit se cura, vultusq; illius nō sunt amplius in diuersa mutati, sicut animus eius non est deinceps distractus in varietates ditionis. Et furxerunt manē Elcana eiusq; comititia, & adorauerunt coram dño in atrio tabernaculi, & reuerſiq; sunt & venerunt in domum suam in Ramatha iurberem suam, quae antē vocatur Ramatha im. Cognouit autē Elcana uxorem suam Andam, post reditum. Sigdem eundo ad templū seu tabernaculum Dei, existendoq; in vrbe cultus diuini, tēpore festi, & redeundo, cōtinuerunt viri ac feminae vsq; ad reuersionem in propria. Vnde & postea iuerūt viri ac feminae separatim, & recordatus est eius dñs, sicut super naturaliter dedit ei virtutē accipiendi. Et factum est post circumlūm dierum, concepit Anna, videlicet euolutis diebus suae reditiōis, cum cognosceretur à suo marito. Vel dicitur post circumlūm dierum concepisse, quā ad animationē factus in vtero, quae facta est, materia ad hoc satis parata & organata, ad quod numerus certus dierum requiritur. Et peperit filium, vocauitq; nomē eius Samuel, quod interpretatur postulatio Dei, seu postulatus à Deo, ideo ratio nominationis huius subiungitur, eo quod à dño postulasset eum. Deum orasse t

ret. C. 6. hist. li. 1. Reg. c. 2.

pro puero isto sibi supernaturaliter dando. [Ascēdit autē vir eius Elcana, & oīs domus eius]. domestici, s. Phenenna cum sobole sua, [vt immolaret hostiam solennē dño] pro gratiarū actione, [votum suum]. s. sacrificium quod Deo promisit, si puerum sibi concederet, seu oblationem votivam siue spontaneā, de qbus hostijs dicitur Levit. 7. [Et Anna non ascēdit.] illa vice cum viro suo ad domū Dei in Silo. [Dixit enī viro suo: Non vadam, donec ablaçetur in fans, & ducā eum.] ad tabernaculū dñi, [et appareat ante cōspectū dñi,] q in tabernaculo specialiter habitare asserbatur, [et maneat ibi iugiter]. omī tēpore opportuno. [Et ait Elcana vir suus: Fac quod bonū tibi videtur, & mane donec ablaçtes eum, precorq; vt impleat dñs verbum suum.] Quō intelligenda sunt ista? Nōne Anna tenebatur in die purificationis suā puerū suum cum oblationibus p̄sentare & offerre in domo dei, iuxta quod dñs iusserat? In sup quō licuit deuotissimē Annā abstinere à visitatione tabernaculi dñi, vsq; ad Samuelis ablaçtionē, cū cætera vxores cū suis maritis ad minus in pascha accederēt domū Dei, sicut iam dictū est de Phenenna cōiuge Elcanæ? Amplius, incōueniēs fuisse videtur, vt Samuel bimus, i. duorū annorū exiit, sit oblatus ad manēdū iugiter in tabernaculo ad feruendū ibidē. Pueri eqdem circa finē secūdi anni solēt amoueri à lacte. Ad primū horū rñdendū videt, q vtq; secundū cōmunē legē fieri debuit, prout in pallegato lib. Leuitici de purificādis puerperis cōtinet. Sed qm̄ Samuel erat dño sic pmissus & deputatus, q in eius cultu iugiter permaneret, appāret q mater eius ex inspiratione & dispensatione diuina infantulum domi tenuerit, quousq; ablaçtaretur. Ex eadem quoq; ratione poterat interim à visitatione tabernaculi abstinere. Ad tertium Magister in hist. ait: Quidā dicit tres esse ablaçtationes. Primā, à lacte mamillæ, quæ fit 3. anno. Secundā, à lacte infantie, quæ fit 7. anno. Tertiam, à lacte pueritie, quæ fit 12. sicq; remouetur puer, prima ablaçtatione à lacte nutrice, ab ipsa nutrice. Secunda ablaçtatione amouetur à pædagogō. Tertia, à tutore. Dicit ergo qdam, puerum Samuelem adductum ad domum Dei post secundā ablaçtionē, vt literis imbueretur. Vndē in sequentibus legitur, q per singulos annos mittebat ei mater sua tunicam parua. Alij dicunt eum adductū post tertiam ablaçtionē, quasi iam idoneum ad ministrandū, qa mox subditur sequenti cap. Puer autē erat minister in cōspectu dñi. Hæc in historijs. Alij verō dicunt: Duplex est ablaçtatio: vna est abstrahitio à lacte vberum, quæ fit circa principiu 3. anni, vel circiter. Alia est ablaçtatio, qn̄ puer abstrahitur à lacte pueritie, dum s. incipit vri cōmuni bus cibis, quod fit circa 10. annum, de qua ablaçtatione loqitur iam scriptura, qm̄ ante 10. annum aut circiter pueri non sunt apti ad faciendū aliquod officium in templo dñi, sed ex tunc possunt aliqua parua officia exercere, sicut accedere lãpades, & paulatim assue fieri ad maiora. Veruntū his obuiare videtur, quod paulō pōst in textu euidenter subiungit: Māsit ergo mulier, & lactauit filiū suū donec amoueret eum à lacte: Iquod manifestē intelligendū videt de ablaçtatione à lacte mamillæ, quod ipsa met Anna p̄buit filio suo. Deindē addit scriptura: Et adduxit eum secū, postq; ablaçtauerat. Deniq; in historia de natiuitate virginis gloriosæ habet, q parentes ipsi eam, cōpleto p̄trienniu ablaçtationis tēpore, ad tēplum cum oblationib; adduxerit, & in illa ætate dicit eā Epiphanius per 17. gradus tēpli ascēdisse tam expedite, ac si fuisset ætatis perfectæ. Tunc quoq; parentes eius dimiserūt eam ibi cum virginib; alijs. Hæc autē historia in aurea Legēda ascribit S. Hieronymo, quis recitatiuē magis q̄ assertiuē forsitan referat eam, & q̄m̄ ad aliqua, dicatur apocrypha, itaq; iuxta textum videtur dicendū, q statim post ablaçtationē à lacte materno, sit Samuel oblatus & relictus in tabernaculo, & ibi per tēpus nutritus, deindē imbutus, sicq; adhuc puerulus exorsus sit ministrare. Nam & infra habetur: Puer autē erat adhuc infantulus, quod de eo iam ibi adducto asseritur. Puer autē decem duodecimve annorum, non videtur aptē infantulus dici. Est item pbabile, q in tantæ electionis puero tam supernaturaliter dato, fuit ab infantie annis aliquid ingeniositatis, capacitatis & agilitatis supra vires naturæ, ita q in 5. aut 6. anno poterat aliqua parua exercere obsequia. Præterea super id quod dictum est, Maneat ibi iugiter, scribit Lyrā. In Hebræo habetur, vsq; in seculum, i. vsq; ad 50. annum, quia vltra non debent Levitæ seruire in templo, vt habetur Numer. 4. Vndē & infra legitur, q Samuel factus iudex populi, ibat per singulos annos circumiens Bethel & Galgal & Maspha, & iudicabat Israel in supradictis locis. Hæc Lyræ verba videntur sonare, ac si Samuel mansisset in tabernaculo domini vsque ad 50. annum: quod non est putandum, imō adhuc valdē iuuenis factus est iudex populi & propheta, & ibat de vrbe in vrbe atque ad bellum, prout suum requirebat officium. Cum etenim Deo ordinante factus est iudex populi ex dispensatione diuina, perrexit à tabernaculo ad loca & opida opportuna, & reuertebatur in Ramatha, vbi & domus ipsius erat, iudicauitq; populum ibi, vt infra fertur. Insuper, quanvis Levitæ vltra 50. annum non debent seruire in tēplo, faciendū opa laboriosa siue maiora, vt habetur Numer. 4. attñ post quinquagesimū manserunt ministri templi vt antē, faciendū tamen obsequia alia, iuxta illud Numer. 8. Cum quē 50. annum ætatis impleuerint, seruire cessabunt, eruntq; ministri fratrum suorum in tabernaculo fœderis, vt custodi-

Pet. C.6. hist. li. 1. Reg. ca. 3.

Abid.

1. Reg. 7.

ant quæ sibi fuerint commēdata, opera autē ipsa nō facient. Ex qbus ostenditur, q Samuel post quinquagesimū annum nō fuit licētiatus à tabernaculo Dei recedere, ex hoc quōd Levitæ non ministrabāt in tēplo modo præfato vltra quinquagesimū annum. [Et dixit Elcana: Precor vt impleat dñs verbum suum.] Iquid necesse fuit hoc precari, quasi verus & sanctus Deus possit suum verbum nō implere? Et rñdendum q verba diuinæ promissionis intelligēda sunt sæpē sub implicita conditione, videlicet nisi homines suis excessibus mereant oppositum: ideo Elcana hoc rogauit, vt verbum illud quod Heli dixit ad Annā, Dñs dabit tibi petitionē tuā, impleatur, vt f. Samuel sic Deo offerret ac ministraret in tabernaculo, omniq; tēpore vitæ suæ Nazaræus Dei consisteret, vt Anna promiserat. [Et adduxit eū, Jf. Samuelē Annā, [in vitulis tribus] i. cum totidem vitulis, [et tribus modijs farinæ, & amphora vini, & adduxit eum ad domum dñi in Silo.] Non adduxit omnia ista ad immolādum, sed vnum vitulum ad offerēdum, alios duos ad dādum domui Heli, vt puer gratiosus tractaret, quē gubernationi sacerdotis cōmiserunt. Nā subditur: [et immolauerunt vitulum] in sacrificium per manus sacerdotis, ipse videlicet Elcana & Anna. Similiter de tribus modijs farinæ, i. similæ & amphora vini, tātum dederunt pro libamine sacrificij sicut oportuit, atq; residuū dederunt pōtificis domui. [et obtulerunt puerū Heli.] Et ait Anna: Obsecro mi dñe, [supplemētum est, vt patietur me audias, [viuit anima tua] dñe, i. quā verum est q anima tua viuit, tā verum est quod nunc dicā, videlicet, [Ego sum mulier illa, quæ steti coram te hīc orans dñm pro puero isto. Oraui, & dedit mihi dñs petitionem meam, quā postulauim eum] circō & ego cōmodauim eum dño] i. Deo & eius obsequio deputauim, & quasi cōcessim eum quā dedit, cum vniuersa sint Dei, & istum infantē sic cōmodauim, vt à dño obtineamus mercedem, tam puer quā ego. [Cum enī diebus qbus fuerit accommodatus dño] i. per omne tempus vitæ ipsius, quō ipse in Dei cultu spontē permaneret. [Et adorauerunt ibi] in Silo in atrio tabernaculi [dominum] Elcana & Anna.

¶ Spiritalis expositio eiusdem Cap. 1.

Art. 2.

Hic liber Regum inter scripturas canōicas est solennis, mysterijs plenus, moralibus doctrinis referus, ad informationē regum & principum, imō & prælatorum orūm, præcipue valens. Itaq; allegoricē per Elcanā, q (vt habitum est p̄cedenti articulo) interpretat possessio Dei, intelligit Christus vnigenitus patris æterni, loquens Proverb. 8. Dñs possedit me initio viarum suarum, atq; in Euang. Ioan. 17. alloquens patrem: Omnia mea tua sunt, & tua mea sunt. Hic fuit vir, etiā à suæ conceptionis & incarnationis exordio, nō magnitudine corporis & etate, sed omni perfectione sapiētiae ac virtutum. De quo Hier. 31. p̄dixit: Mulier circūdabit, i. vtero habebit, feret, ac pariet virum. Nemp mulierē brachijs suis circūdare aut amplecti virum, non est nouum neq; mirum. De tali ergo circūdatione Hieremias nō loquebat, quippe q verbis istis immedie p̄misi: Nouum faciet dñs super terrā. Fuit quoq; Chr̄s vir vnus, i. maximē singularis & vnicus, parem nō habens, & summē indiuisus à se, ac diuisus seu distinctus ab alijs, & maximē vniformi modo se habens, vt potē à luce sapiētiae ac virtutū sinceritate & ætate nunq; recedens. Fuit item de Ramathaim Sophim, i. de sublimitate altissimæ contēplationis, & ab altitudine cæli oriēs nobis ex alto. Fuitq; Ephratæus, i. frugifer, seu maximē fructuosus, & omī grā plenus, qui dixit: Quia quæ placita sunt patri, facio semper. De quo ab Esāia erat p̄dictum: Si posuerit pro peccato animā suā, videbit semen longæuū, & voluntas dñi in manu eius diriget. Cui & pater ait Esā. 42. Dedit te in lucem gentium, vt sis salus mea vsq; ad extremū terræ. Ecce quā fructuosissimus fuit. [Et habuit duas vxores] i. synagogam primō fecundam, quæ exprimit per Phenennam, & ecclesiam ex gentibus congregatam, primō sterilem, sed fecundissimam postmodū, Et sicut Phenenna ex sua fecunditate intumuit, & Annam contēpsit, vexauit & persequuta est valdē, sic synagoga ex multitudine & magnitudine præstitorum sibi desuper charismatum superbiuit, & gentilitatē, imō & primitiuam ecclesiam gentium, eos quoq; q ex Iudaismo ecclesie gentium se iunxerunt, multipliciter impugnavit, & q omni grā Dei careret ecclesia, impropere autē eidem impia synagoga, [et ascēdit vir ille de ciuitate sua.] sic & Chr̄s statutis diebus venit Hierosolymam, intrauitq; tēplum, secundū naturā assumptā adorauit patrē, sacrificans ei sacrificium perfectissimæ ofonis ac deuotissimæ laudis. [Deditq; Phenennæ partes.] Tunc enim nondum conuersi erant gentiles, nisi paucissimi, sed Iudæorū multi tunc erant fideles, qbus græ partes seu dona diuersa largitus est. Gētilitati autē dedit permodicū, & eius sterilitati condoluit, qā secundum p̄destinationē æternā, valdē specialiter eam amauit. [Dñs autē concluderat vuluam] gentilitatis, i. mentē ipsius nondū per dona græ fecundauit. Porro illa stebat, & non capiebat cibum. Nam quidam gentilium aspirabant ad fidem & gratiam Saluatoris, & suam derelictionem desebant. Vndē & quidam illorum dixerunt Philippo: Domine, volumus Iesum videre, quia nondum pabulo scripturarij, consolatōe interna, donis charismatum erāt refecti. Verūm saluator hāc gētilitatis desolationē citō consolari dignatus est, & eius ofonem impleuit, dans ei

Hiere. 31.

Psal. 18. Luc. 1. Ioan. 8. Esā. 53.

Ioan. 7. 1. 2.

Ioan. 1. 1.

Gal. 4.

copiosissimū fructū, ita q̄ plures filij facti sunt desertæ, quàm eius que fuit libera, & habuit virū. Insup̄ sicut Heli putauit Annā intēssimè deprecantē, existere temulentā: sic principes sacerdotū, cōuersam gētilitatē ad dñm affectuosissimè p̄clamāt, reputabāt in sanientē. Tandē tamen multa turba sacerdotū legalitū cōuersa ad Chr̄m, cōfortauit & cōsolata fuit humilē gētilitatem, p̄mittēs ei exauditionē & s̄cūdationē à dño: quo factō, tranquillitatē cōcepit in anima, & à Chr̄o sp̄o est s̄cūdata. Cumq; filios genuisset ex aqua & Sp̄s sancto, noluit eos Deo offerre, nisi ablactatos à lacte, sciens nullū Deo acceptū, nisi q̄ carnalitū delectationū fœditatē & immoderantiam aspernat, dicēte Apostolo Heb. 5. Om̄is q̄ lactis est particeps, expers est sermonis iustitię. Nec em̄ sapiētia inuenit in terra suauiter viuētium, sed potius in his q̄ carnē suā crucifixerūt cū vitijs & cōcupiscentijs. Ideo loquit̄ Esa. 28. quē docebit dñs scientiā? & quē intelligere faciet auditum? Ablactatos à lacte, auulsos ab vberē. Facta igit̄ hac ablactatiōe, adduxit ecclesia filios suos ad arcem perfectiōis, ad vitā cōtemplatiuā, ad aeternā salutē, [in tribus vitulis] in p̄sidē, sp̄em & charitatē. [& tribus modis farina,] hoc est, in fide superdignissimā Trinitatis, in qb̄us est deitas vna purissimā, tanquā mūdissimā simila: & sicut tres modij sunt æquales, sic in tribus super benedictis personis est vera & summa æqualitas. [& amphora vini,] i. cōsolatiōe & potatiōe sp̄iali, ac sapore iustitię, seu cōmunionē sanguinis Chr̄i. ¶ Præterea, tropologicè per Elcanā designatur p̄latus, quē oportet esse actiōe p̄cipuū, vt verē sit vir vnus, viri nomine dignus, vniformis & stabilis, & cōtemplatiōe p̄ cunctis suspēsus: sicq; sit de Ramatha, i. celsitudine speculatiōis, ita vt oculo cōtemplatiōis secreta mysteria, p̄terita, p̄sentia & futura, aeternā & increata veritatē, incircunscriptamq; bonitatē queat cōspicere, & cū summo ardore diligere. Qui habet duas vxores, vnā virtuosam & aliā vitiosam, i. animā subditi boni sibi cōmissam, similiter animā mali. In om̄i etern̄ grege reperit̄ cōmuniter aliquæ animæ bonæ & aliquæ malæ. Et q̄ boni sunt, infestationem ab impijs patiunt. Sunt etiā aliquæ animæ ad tēpus deuotæ & fructuosæ, que tñ tēpore procedēte extollunt̄ incautē ac dilabūtur. Aliæ verò quæ diu sp̄ialiter fuerāt infœcūdæ, pueniuntur à Sp̄s sancto, & cōuertuntur atq; fructificāt. Ideo in hac vita omnia incerto cursu aguntur, & necessarium est semper timere ac p̄uidere, ne q̄ stare videtur, labatur. Ideo Apoc. 2. monetur: Tene quod habes, ne alius accipiat coronā tuā. ¶ Præterea, qdam per duas vxores vitā actiuā & cōtemplatiuā intelligunt. Estq; necesse in primis assumere vitā actiuā, exercēdo se in adibus virtutum moralium, in luctu & labore pœnitentię salutaris, in exterioribus misericordię operibus, & ita per vitā istam tanquā per ianuā ad vitam ingredi cōtemplatiuam. Quāuis autē vitā actiuā, instar Phenennæ, videatur cōtemplatiua vitā fructuosior esse, cōtemplatiua tamē secretior est atq; diuiniō: imò interdum profert̄ vnum meritorium actum, multis vitæ actiū operibus præstantiorē. Deindē tēpore opportuno sua seruētissima ofone, incalescēt amore, sincero intuitu solet qnq; multis gratiā cōuersionis mereri. Quæadmodū autē Phenēna Annā tanquā infœcūdā improbè exprobrabat, sic qdā actiui cōtemplatiui tanq̄ ociosis & inutilibus obloqui solent. ¶ Porro Anna plorat, nec accipit cibū, qm̄ anima cōtemplatiua ex multis causis lachrymat̄ vber tim, putā ex puro ad deū amore, & ex dulci cōplacētia gratiosæ p̄sentis eius, ex desiderio quoq; suę beatificæ visiōis & plenæ fructiōis. Deindē suis ipsius & aliorū deflet peccata, & p̄p̄riū imperfectum anxie deflet, atq; cū Anna ardētissimè orat, vt deus p̄stare sibi dignetur s̄cūditatē optatam, quā Deo semper cū om̄i ḡrarum actiōe ascribere, p̄ponit fortissimè. Plorat demū ex meditatiōe & cōpassione passionis dñicæ. Ideo s̄cūdatur, cōsolatur & tranquillatur à dño int̄m, vt nec p̄p̄eris extollatur, neq; aduersis deiciatur, nec vultus eius amplius in diuersa mutantur. Vir huius animę, vno modo dici potest eius p̄latus bonus, q̄ tali animę vehemētē cōgratulā, & ḡras refert̄ deo, p̄ ea. ¶ Moraliter ex isto cap. edocemur, exēplo Annę, patiētiam in omni aduersitate habere, māuetudinem obseruare, nec cōtra iniuriātes cōtendere. Increpationes etiam eas, quas forsita nō meruimus, æquanimit̄ tolerare, & correptores ipsos reuētēter affari ac deprecari vt orēt̄ p̄ nobis. In om̄i quoq; angustia ad Deū cōfugere cōsidenter, & corā eo cor n̄m effundere orādo instāter, & taliter exorare cū disciplina atq; silentio, ne sibi oris & gēlibus in disciplinatis, aliorū deuotionē impediāmus, aut eorū orōnes interrumpāmus: imò q̄ taliter orat, iram colligit magis q̄ veniā, secūdū Chryso. imò talis Deū offendit, & p̄ximū, & sua inq̄titudine ac indiscretione grauit̄ ledit seipsum. Hinc & Rabanus loquit̄: Forma orādi nobis hīc traditur, vt nō in multiloquio, sed in cōpunctiōe & lachrymis dñm inuocemus, qm̄ sacrificiū Deo sp̄s cōtribulatus. ¶ Postremò, studeat quilibet nostrū esse vir vnus. Nā vt disseruit Origenes: Quando diu peccatores sumus, indigni sumus titulo huius laudis. Peccator etern̄ nō est vnus, sed multus. Intueor equēdem vultū illius, nūc irati, nūc māsueti, nūc læti, nūc tristis, nūc trāquilli, nūc perturbati, & ita nō est vnus, sed tot in eo personæ vidētur, quot mores. Ideo ait scriptura: Sapiēs in sapientia manet vt sol, stultus autē mutatur vt luna: imò vnusq; q; iustorū non solūm est vnus, sed & omnes competentē vnus dicuntur, q̄ ipsorum est cor vnum & anima vna.

Psal. 61. Thren. 2.

Chryso. Rabanus Psal. 50. Origenes.

Eccē 27. Acto. 4.

¶ Expositio literalis Cap. 2. & cantici sanctæ Annæ: Exultauit cor meum in domino &c. Art. 3.

Proprium est sanctorū, de acceptis beneficijs Dei non inaniter erigi, sed magis humiliari, & Deo pijsimo ac liberaliss. grates referre: & quædā vtriusq; sexus personæ, speciale atq; p̄cipuū quoddamq; beneficium Dei sortitæ, speciale etiā canticū super hoc cecinerūt ac ediderūt, & illud reliquerunt in scriptis, vt nō solūm p̄p̄rijs in personis, sed insup̄ corde & ore posterorū, Deū laudaretatq; ex cōsideratiōe diuinorū effectū, ipsum omnīū fontē honorū deū excessum & om̄i potētē in seipso extollerēt, contēplarent & honorarēt, quæadmodū Iudic. 5. Delboram, & hoc loco Anna, in euang. extollit; Luc. 1. gloriosissima virgo Deifera fecisse legunt̄, itaq; hoc sp̄ū p̄phetiæ illustrata, nō solūm circa se facta, & sibi iam exhibita intueēs, sed & quædā sibi alijsq; futura prospiciēs, grata & hilari voce proripit in laudē Dei, quæ laus seu ḡrarum actiō hic v̄ ocaf̄ orō, præsertim q̄a & ḡrarum actiō, pars ac sp̄s ofonis existit, secūdū illud 1. Tim. 2. Obsecro primò omnīū fieri obsecrationes, orōnes, postulationes, ḡrarum actiōes pro omnibus hominibus. Ait ergo: [Exultauit cor meū in dño:] i. tam vehemētī iocunditate impletū est sp̄iali, q̄ redundauit in partē sensitiuā atq; in corp̄, iuxta illud Psal. 83. Cor meū & caro mea exultauerit in Deo vnū. ¶ Deniq; omnis delectatio ordinata & bona, est in Deo. Delectatio p̄p̄e consistit in adū, & ei annectit̄, eumq; cōcomitat̄ & perficit, dummodò actus cōueniēs sit ac placēs, vel saltē cōueniēs reputēs. Delectatio autē ordinata & bona, nō nisi in actu consistit virtutis, cuius actus ad debitū finē refert̄ & congruēt̄ exequit̄. Dupliciter itaq; cōtingit gaudere seu delectari, aut exultare in deo. Primò tanq̄ in p̄p̄rio & immediato obiecto, sicq; delectamur in Deo per fidem, sp̄em, charitatē & cōtemplationē, hoc est, in ipsum credēdo, in ipsum sperādō, eum amādō & cōtemplādō. Propter quod dixit Apostolus Roma. 15. Deus sp̄i vos repleat omni gaudio & pace, in credēdo. Et rursus Rom. 12. Spe gaudētes. Sic quoq; lætamur in Deo, ipsum orādō, laudādō, psallēdo. Secūdò, delectamur in deo tanq̄ in obiecto mediato, seu tanq̄ in fine, in quātum operationes virtutū circa obiecta creati versantiū, ordinamus ad Dei honorē, & eas secūdū deum exequimur. ¶ Præterea, quīs gaudiū seu delectatiō magis ad vires appetitiuas, videlicet ad appetitū sensitiuū ac voluntatē pertineat, nihilomin⁹ experiētia docet, q̄ etiā in aliarū potentiarum actib⁹ delectatiō vera existat, sicut in intelligēdo, recordādō, gustādō, t̄gēdo, & aliorū exteriorum interiorumq; sensuū actiōe. Delectatiō etern̄ orit̄ ex vnione potētis cognoscitiuæ, aut appetitiuæ cū obiecto sibi cōueniētē, ip̄ saq; delectatiō est q̄si quædā q̄tatiō, tranq̄latiō, ac distinctiō potētis in suo obiecto sibi cōueniētī. Anna igit̄ ex cōtemplatiōe dilectiōe; Dei, & ex speculatiōe beneficiorū ac operū eius, toto corde (hoc est, intellectu ac voluntate) exhilarata: Exultauit, inquit, cor meū in dño, i. intellectu seu ratio & voluntas animæ mæ in Deo sunt gloriata, & gloriatio illa intellectualis, solet gaudiū appellari: & p̄p̄riè exultatiō, quæ extra se saltatiō, nuncupat̄, qm̄ ex plenitudine sua redundat in inferiores animæ vires, atq; per signa relucet in corpore, præsertim in visu & vultu, imò aliqñ resulat̄ inrantū, q̄ facit hominē tripudiare, saltare ac plaudere, quæadmodū David ante arcū viribus totis saltauit, & claudus ex vtero matris, à principe Apostolorū curatus, ambulauit exiliēs, ac dñm laudās. Nempe vt ait philosophus, Quæadmodū sphaera superior suo impetu rapit & post se trahit sphaeras inferiores, quas quotidie circūuoluit ab oriente in occidentē, illis ecōtrariō motu proprio ab occidēte in orientē tendētibus: sic superior pars animæ, p̄sertim volūtas, inferiores vires, appetitumq; sensitiuū sua in eas redundantia post se trahit ac rapit: quod in sublimiter cōtemplantibus clarissimè demonstrat̄, quorum corpus & corporeę vires ex vehemētī occupatione intellectualium virium, circa diuina obiecta sopiunt̄, & à suis actibus suspendunt̄. [& exaltatū est cornu meū in Deo meo.] Cū dicat Psal. 74. Dixi iniquis, nolite iniquè agere: & delinquentibus, nolite exaltare cornu: Et Amos 6. dicat: Vae qui dicitis: Nunq̄ non in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua? Quid est quod sancta hæc scemina protestat̄, exaltatum est cornu meum? Sed aduertendum, quòd cornu in scripturis multipliciter sumit̄: Vno modo pro regia potestatis, sicut Dani. 7. & Apocalyp. 5. frequenter, vt cū apud danielē legit̄: Cōsiderabam cornua, & ecce cornu aliud paruulum ortum est de medio eorum, & tria de cornibus primis euulsa sunt. Secūdò accipit̄ cornu pro euidenti manifestatione, iuxta illud Luc. 1. Erexit cornu salutis nobis. Tertiò, pro fortitudine corporali seu spiritali, vt cūm Deuteronomij 33. in benedictione Ioseph asserit̄: Cornua eius, cornua rhinocerotis, in ipsis ventilabit gentes. Quartò, pro inordinata & p̄sumptuosa erectione superbius, & hoc vocat̄ cornu superbię. Sicq; frequentius in scripturis & in communi modo loquendi accipitur. Quintò, pro forti & virtuosa tendētia in aliquod magnum, quod vocat̄ cornu magnanimitatis. Hinc aliqui rectē dicunt, q̄ cornu in scripturis sumit̄ pro motu seu conatu mentis se extendētis in aliqd̄ arduum: quod si fiat secūdum rationis dictamen & diuinę legis doctrinam, vocat̄ cornu virtutis: Sin autē, vocat̄ cornu elatiōis. Itaq; Anna ait: Exaltatū est cornu meū in deo meo. i.

2. Reg. 6. Acto. 3.

mo.

¶ Expo-

motus & actus spei meæ, per Dei auxilium, cōsequutus est optatum effectum: quā quod orando obtinere speravi, obtinui. Rursus: Exaltatū est cornu meū in Deo, i. fortitudo mihi gratiosē concessa, preualuit. [Dilatatū est os meū super inimicos meos, i. aduersarios meos iustē irrisi, putā Phenennā & liberos eius, q̄ me oderunt & affixerunt, quāuis ego diligerē eos. Inuisibiles quoq; animæ meæ hostes, q̄ me ad pusillanimitatē & immoderatā tristitiā trahere nitebant, derisi & uicti. Vel dilatatū est os meū, i. late apertū ad laudādum & glorificādum dñm Deū super inimicos meos, i. de iusta eorū deiectione. Vel super eos, i. plūs q̄ os eorū, i. ga lætata sum in saluati tuo, i. in salubri tuo auxilio, vel in teipso omnīū summo saluati, de quo beatissima cecinit uirgo Lucæ 1. Exultauit spūs me⁹ in Deo saluati meo. Vel in saluati tuo, i. in expectatiōe & fide saluatoris futuri, s. regis Messīæ, de quo Iacob Gen. 49. Salutare tuū, inq̄, expectabo dñe. Et Simeon iustus Luc. 2. Viderunt, ait, oculi mei salutare tuū. Deniq; merito huius fidei atq; lætitiæ spūalis preualuit Anna, & ex ipsa lætitiā dilatauit modo pfato os suū. Ex his cōsolationibus & donis sibi cōcessis Anna se eleuat ad contēplandū & laudādum Deū in semetipso. Non est sanctus ut est dñs: Iqm̄ ipse solus essentialiter & independēter sanctus est, & sanctitas infinita, cuius essentia est puritas foris interminata. De quo legit in prima Ioānis epistola. Deus lux est, & tenebræ nō sunt in eo vllæ. Ceteri, sancti sunt per participationē & gratiā ac certā mensurā: neq; em̄ est alius extra te, i. p̄ter te nō est alius uerus Deus, aut tibi æqualiter sanctus. Hinc Esa. 43. dñs cōtestatur: Ante me nō est formatus Deus, & post me nō erit. Et iterū: Nunq̄ est deus absq; me? (& non est fortis sicut Deus noster, i. uidelicet Deus Israel q̄ solus est uerus atq; op̄otēs Deus, cuius fortitudo est independēs, imparticipata, & penitus infinita, quæ nō potest in tot & tanta, qn̄ possit in infinitiēs plura atq; maiora, cui omnia non solum sunt possibilia, sed & facilia, im̄ d̄ facillima & æquē facilia. ¶ Consequēter inuehit cōtra p̄sumptos & arrogantes. Ad literam quoq; loquitur contra Phenennam & sobolē eius, quæ contra Annam intumuerunt. [Nolite multiplicare loqui sublimitia] i. uerba iactantiæ & p̄sumptionis, [gloriantes] inaniter, non in dño, sed in uobis, q̄ si à uobis aliqd̄ habeatis, nisi deficere & p̄ccare. Ideo ait p̄pheta Psal. 11. n̄ perdat dñs uerba labia dolosa & linguā magniloquā. [Recedant uetera de ore uestro, i. à uerbis iniquis ac solitis, pungitiuis, derisorijs cōtra me sæpē prolatis, cessate, quia Deus scientiarum dñs est. i. ipse in seipso sapientissimus est, & dator ac dñs omnis sciētīe: ideo omnia ei constat, & superbo rum uerba uerosa detestat ac punit. [& ipsi p̄parantur cogitationes:] hoc est, ei ostenduntur ac innotescunt ad iudicandum. Quasi dicat: Non solum uerborum, sed cogitationum quoque inspektor & iudex est dñs. [Arcus fortium superatus est, i. armatura & impugnatio p̄sumentium de proprijs uiribus, succubuerunt, sicut & iacula Phenennæ & prolis eius amplius mihi inferri non poterunt. [& infirmi] i. propriam fragilitatem & infirmitatem seu defectuositatē humiliter recognoscentes, [accincti sunt robore, i. gratia ac uirtutibus desuper confortati, iuxta quod Esa. 40. scriptum est: Qui dat lasso uirtutem, & robur his q̄ non sunt, multiplicat. [Repleti prius, pro panibus se locauerunt:] hoc est, q̄ aliquando erant abundantes ac diuites, ob suam ingratiudinē atq; superbiam, ad tantam sunt deuoluti in opiam, quod pro necessarijs uitæ se locauerunt & seruerunt. [& famelici saturati sunt:] id est, qui pauperes erant, sua humilitate meruerunt ditari, sufficienterque refici. In quibus uerbis Anna tangit Phenennam & pueros eius, à sua p̄sumptione deiectos, & pristina fecunditate ac uertate priuatos. [Donec sterilis peperit plurimos:] hoc est, ipsa hæc Anna quæ diu fuerat infæcunda, procreauit sobolem copiosam, uidelicet tres filios & filias duas, ut infra habetur: [& quæ multos habebat filios,] putā Phenennam, [infirmata est:] quia nascentibus filijs filiabusq; Annæ, filij Phenennæ moriebantur, ut fertur. Circa hoc in Scholastica narratur historia: Quod in Cantico legitur, Donec sterilis peperit plurimos &c. Hebræus pro plurimos, habet septem: & pro, infirmata est, habet, sec̄ta est, id est, separata: & tradit quodd̄ singulis filijs Annæ nascentibus, singuli Phenennæ filij moriebantur: & quinque filijs Annæ, duos filios Samuelis connumerat, ut sint septem. Hæc ibi. In quibus uerbis per quinque filios Annæ, intelliguntur tres filij eius, & filia dicitur: quod filius notat prolem, non sexum, vel indifferenter seu indistinctē sexum utrunque, sicut cum dicimus: Pater & filius sunt correlatiua. His addit Lyra: Quidam Hebræi dicunt, quod quando Anna peperit puerum unum, Phenenna sepeliebat duos de pueris suis. Ideo nato quarto puero Annæ, octo filij Phenennæ erant mortui: ideo Anna propinquate ad patrum quintum, timens Phenenna de morte duorū filiorū suorū superstitum, humiliter Annam rogauit, ut oraret pro uita & cōseruatiōe filiorū suorū superstitum: quod Anna fecit, ideo duo filij illi Phenennæ, decæterō reputati sunt filij Annæ, qm̄ eius precibus sunt cōseruati in uita, sicq; dicitur septem peperisse. Et isti Hebræi dicunt Phenennam decem filios habuisse. His adijcit Lyra: Iste expositio non habetur de textu, sed ab Hebræis ponunt ad uerificādū hoc dictū, Peperit septē. Ideo ueris uidetur dicendū, quod translatio nostra est melior, dicēs: Peperit plurimos. Nam dictio Hebraica, putā Scibeah,

Esa. 44.
Luc. 1.
Hier. 32.
1. Cor. 4.
Prouer. 6.
Pe. Co. hif. lia. reg. c. 3.

Scibeah, hic posita, æquoca est ad significādum septē, quam significationē sequuntur hic Hebræi moderni: & ad designādū satiētatē, & hanc significationem sequutus est noster translator, & forsitan tunc Hebræi hanc sequebantur. Secundum hoc ergo Anna peperit satiētatē, hoc est, habuit pueros ad sufficiētiam, quod expressit Hieronymus, dicēdo, plurimos. Et hoc conuenientiū sicut dicere, quā si dixisset, satiētatē uel satis, secundum quod idem dicit Hieronymus in epistola ad Hieronymum Pammachium, de optimo gñe interpretādū, q̄ melior interpretatio nō semper trāsferit uerbū ex uerbo, sed interdū sensum ex sensu. Verū cōtra hæc scribit R. Paulus, dicēdo, q̄ dictio ista Scibeah, in Hebræo nō est proprie æquoca, prout hic ponit. Solutū em̄ significat septē in propria significatione, licet saturitatē designet secundū etymologiā, sed translatio nostra quæ dicit plurimos, obtinet ueritatē ex alia ratione. Nam in Hebræo septē qñq; significat plurimos, ut intelligat numerus determinatus p̄ indeterminato, ut Esa. 4. Apphēdent septē mulieres uirū unū. Sicq; trāsator noster hic trās tulit nō sensum ex sensu, sed etiā uerbū d̄ uerbo. Hæc Paulus, cuius uerba longum est discutere, tñ quod Lyra ait, ueris reor, p̄sertim cum multa æquoca sint, quibus proprie nō significēt nisi unū, hoc dempto, q̄ dicit modernos Hebræos hic dicere septē, quasi antiqui Hebræi ita dixerint, quod tñ dicit opinatiue magis q̄ assertiue. Sciēdum ergo q̄ etiā antiqui Hebræi ita dixerunt. Sigdm̄ Septuaginta sic trāsulerunt: Sterilis peperit septē, & factosa in filijs infirmata est. Textus quoq; quo uisit Origenes, sic cōtinet: Quo ad uisq; sterilis peperit plurimos. Præactas autē Hebræorū narrationes seu expositiōes, Origenes reputat fabulas. Hoc tñ facit, ad innuēdum quodd̄ ueris uisus iste ad literā exponi nō queat de Anna, quæ non peperit septem, sed quinq; [Dominus mortificat & uiuificat.] Hoc ad literā uidet Anna dixisse, q̄ filios Phenennæ uidit in spū occidendos à dño, filijs suis in uitam progredientibus: sicq; [deducit ad inferos] Jani mas defunctorum, sumēdo infernum siue pro loco damnatorum, siue pro limbo puerorum, siue pro limbo patrum, siue pro purgatorio. [& reducit] mortuos suscitando, uel eos q̄ lætaliter infirmant, curando. Tales em̄ erāt quasi in uia ad inferos. [Dñs pauperē facit & ditat.] Quosdam em̄ iusto iudicio priuat terrenis diuitijs, quosdam spūalibus opibus, quos ad uirtutum fastigium ruere finit, alios cōtrario modo ditat. [humiliat] superbos, [& subleuat] humiles. Literaliter quoque insinuat Phenennam sobole diuītē, esse depauperatam per filiorum interitum, & sibi oppositum contigisse. [Suscitatio de puluere egenum, & de stercore eleuat pauperem, ut fideat cū principibus, & solum gloria teneat.] q̄ frequenter pauperes atq; ignobiles promouet ad principatum & regimen aliorum, quemadmodum Moyses oues pascentem toti Israelitico p̄tulit populo. Hinc Eccl̄ 10. scriptum est: Sedes ducū superborū destruxit Deus, & sedere fecit mites eis. Hæc in seipso Nabuchodonosor expertus, fatetur: Post finem dierum altissimo benedixi, q̄ po testas eius potestas sempiterna, & omnes habitatores terræ apud ipsum in nihilum reputantur. Iuxta uoluntatem suam facit, tam in uirtutibus cæli, quā in habitatoribus terræ, & gradientes in superbia, potens est humiliare. Hinc rursus se in somno audisse fatetur: In sententia uigilino decretum est, & sermo sanctorum est, donec cognoscant uiuētēs, qm̄ dominatur excelsus in regno hominum, & cuiuscunq; uoluerit dabit illud, & humilimum hominum constituet super eo. ¶ Deniq; sic deus Ioseph de squalore ergastuli p̄fecit ægypto, & tres pueros ex camino ignis fecit principes in prouincia Babylonis. Hinc subditur: [Domini enim sunt cardines terræ:] Cardines terræ, dicuntur eius extremitates, q̄ sunt Dei, sicut & totum terræ elementum, potestate & iure creationis, conseruationis, ac gubernationis. [& posuit super eos orbem:] Hoc ait, quoniam terra est quasi fundamentum & infimum elementorum, & secundum apparentiam uidetur cælum seu orbis super extrema terræ locatus, iuxta æstimationem illorum qui putabant cælum esse uelut cameram ac semicirculum, iuxta quem modum Esaia 40. legitur: Qui expandit cælum sicut tabernaculum ad inhabitandum. Vbi Septuaginta transtulerunt, uelut cameram. Uel sensus est, Posuit super eos orbem, hoc est, polum fecit cardinibus terræ eminentiorem. [Pedes sanctorum suorum seruabit,] hoc est, affectus & processus eorum manu tenebit ac dirigit, iuxta illud Lucæ 1. Ad dirigendos pedes nostros in uiam pacis. [& impij in tenebris conuiescent,] hoc est, suo tempore confusi silebunt, nec euidenti ueritati contradicere poterunt, p̄sertim in die iudicij, sicq; obmutescēt in tenebris culpæ ac infernalis miseræ, quāuis in inferis eiulabunt. [quia non in fortitudine sua roborabitur uir,] id est, proprijs uiribus nemo poterit Deo resistere, immo nec boni quid agere, aut uirtuosus censerī. [Dominum formidabunt aduersarij eius:] Deus enim omnipotens ad libitum suum perterret, deijcit & condemnat omnem impiorum cateruam, p̄sumptionem, animositatem, audaciam. Est istud generaliter potissimē fiet in die iudicij, sicut Esa. 41. p̄dixit: Ad eū ueniēt, & confundētur oēs q̄ repugnat ei. [& super ipsos in cælis tonabit,] quod & instante extremo iudicio fiet ineffabiliter ac riuus, quā super Aegyptios olim intonuit, quod fiet in cælo æreo. Tonabit quoq; super eos, sententiam horribiliter proferēdo. Hinc scriptū est: Tonabit Deus uoce magnitudinis suæ, post eū rugiet sonitus.

R. Paulus.
Origenes.
Exod. 23. 6.
Dani. 4.
Ibidem.
Gene. 47.
Dani. 3.
Exod. 7. 8. 9.
10. 11.
1ob. 37.
Tona-

Tonabit voce sua mirabiliter, q̄ fecit magna & inscrutabilia. [Dñs iudicabit fines terræ.] hoc est, omne genus humanum, quod sit particulariter in mortibus singulorum, & vniuersaliter fiet in die nouissimo. Ideo ait, propheta Psal. 9. Parauit in iudicio throno suo, & ipse iudicabit orbem terræ in ætate, iudicabit populos in iustitia. [Et dabit imperiū regi suo, & sublimabit cornu Christi sui.] Tempore Annæ nōdum p̄fuit aliq̄ rex Israel. Ideo istud de Christo verissimè explanatur, cui pater dedit omne iudicium, hoc est, iudiciariam potestatem, & executionē particularis ac generalis iudicij, iuxta illud Ioan. 5. dedit ei potestatem & iudicium facere, q̄a filius hominis est. Item q̄; Pater omne iudicium dedit filio. Hanc etenim iudicij executionē Christus sua humilitate, dijudicatione & passione promeruit. Exinanit nemp̄ seipsum, factus obediēs vsq̄; ad mortē, propter quod & Deus exaltauit illum. ¶ Porro cornu Christi, i. potestatem & magnificentiam Christi filij sui, Deus pater multipliciter exaltauit ab exordio mundi, per mysteria & figuras, atq̄; oracula, ac vaticinia prophetarum ac patriarcharū, per quos primò in lege naturæ, deinde in lege scripta aduentum, excellentiam & efficiētiam regis Messia prædixit. Deinde in statu tēporis plenitudine, in ipsa salutifera & incōprehensibili verbi æterni incarnatione, Deus Trinitas contulit Christo secundū naturam assumptā, auctoritatē, potestatem atq̄; dominium, non solum super totum genus humanū, sed & super omnē naturam creatā, vniuersamq̄; creaturā. Sicq̄; in ipsa incarnatione exaltauit cornu Christi sui secundū rei veritatē, non tamē secundū manifestationē & executionē. Hinc Christus ante suam passionem dixit: Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius. Statim verò in ipsa Christi ex virgine natiuitate, cepit Deus pater cornu Christi exaltare per manifestationē, per mirabilia, quæ in eius natiuitate ad ipsius declarationē fiebant: q̄a tunc stella apparuit Magis, Angelus quoq̄; pastoribus, q̄bus & Christi ortum ac magnificentiam patefecit. Multitudo etiam cælestis exercitus eadē cecinit hora, Templum æternitatis collapsum est, Olei fons erupit. Deinde Christus inter homines cōuersando ac prædicādo, per verba atq̄; miracula sua cepit excellentiam declarare & exequi: non tamē plenariē, quia adhuc fuit passibilis, & paulo post crucifixus. Post resurrectionem verò & ascensionē, missio desuper Spūs sancto, exorsus est eam sublimis exequi & monstrare per sanctos Apostolos, primitus in Iudæa, deinceps vbiq̄; terrarum: quod & interim per diuersos sanctos est profecutus. Porro in generali & extremo iudicio omnes aduersarij Christi, plenissimè subijciētur eidem. Hæc de literali huius cantici expositione sint dicta.

¶ Præterea, sicut hic refert Lyra, qd̄ magnus apud Hebræos, videlicet Ioathan filius Oziel, in trāslatione sua Chaldaica aliter canticū istud exponit ad literam: quam expositionē Lyra satis prolixè profecit, sed eam breuius quo potero tangam. Itaq̄; ait Ioathan ille, q̄ propter mirabilia quæ Anna præuidit in spū à filio suo Samuele fienda, quæ infra habentur in textu, dixit: Exultauit cor meum in dño. & q̄a præuidit q̄ Heman cum filijs suis natus ex Samuele, futurus erat cantor in templo, adiecit, Exaltatum est cornu meum, i. gloria mea in Deo meo. Insup̄ quia præuidit Philistæos propter arcam Dei plagados & compellēdos ad remittēdum hanc, addidit: Dilatum est os meū super inimicos meos, & q̄a præuidit regē Assyriorum Sennacherib cum suis deiciendū, propter blasphemias suas in Deum, ait: Non est sanctus vt est dñs & c. Præuidit quoq̄; qualiter Chaldæi erant regnum Iuda & tēplum vastaturi, atq̄; ob hoc à Persis & Medis vastandi: ideo est locuta: Nolite multiplicare loqui sublimia, s. vos Chaldæi. Qd̄, q̄a & vos in breui estis perdēdi. Præcognouit etiam qualiter tēpore Antiochi erāt Græci Iudæos oppressuri, & per Machabæos vincēdi, propter quod addit, Arcus fortium, putā Græcorū, superatus est, & infirmi, s. Machabæi cū suis, q̄ primò fugerunt, accinēti sunt robore. Præuidit itē qualiter Iudæi erāt sub Assuero rege per Aman affligēdi, atq̄; per Hester ac Mardocheum eruedi, idcirco apposuit: Repleti prius, s. Aman & sui primò ditissimi, pro panibus se locauerūt: q̄a per Hester sunt penitēs suppeditati: & famelici saturati sunt, q̄a tūc filij Israel liberati, fuerūt ditati & copiose refecti. Ad istā quoq̄; expositionē sequētia applicat: de q̄ expositione pertrāseo, qm̄ falso innitit fundamentō, videlicet Messia nōdum venisse. Est itē factis incertum, an Anna præcognouerit omnia ista: quæ si præcognouisset, probabile reor, q̄ de eis clariūs ac latius prophetaffer.

Ioan. 3.
Luc. 2.
Mat. 2.
Luc. 2.
Ibidem.
Luc. 2.
Mat. 27.
A. So. 2. 3.
Acto. 4.

Ioathan filii Oziel Iudæorum doctor.

1. Para. 2.

1. Reg. 5. 6.
4. Reg. 19.
Esa. 37.
4. Re. 17.
25.

1. Mac. 1. 2.

Hest. 3. 5.
Hest. 6. 7. 8.

1. Pet. 2.

Art. 4.
Per Annam, quæ interpretatur gratia, designatur Ecclesia & quæcunq̄; fidelis persona. Itaq̄; Christi ecclesia, videns omnē plenitudinē gratiæ sibi à Deo collatam, & quicq̄; diuinorum charismatum olim fuit in synagoga, in se præclarissimè esse trāslatū, cū gratiarū actione fatetur: [Exultauit cor meum in dño.] & q̄a regia potestas sacerdotiumq̄; legale Iudæis ablata sunt, & Ecclesiæ sublimiori modo concessa, subiungit: Et exaltatū est cornu meum, videlicet regnum & sacerdotium, in Deo meo. Vndē sacratissimus princeps Apostolici agminis scribit fidelibus, Vos gen̄ electum, regale sacerdotiū, gēs sancta, populus acquisitionis. [Dilatatū est os meū super inimicos meos.] I. Iudæos fidei aduersarios iuste irideo, potēter deuici rōne, miraculis & allegationibus scripturarū veteris test̄ amēti multipliciter cōsutaui, similiter hæreticos vtriusq̄; test̄a-

menti scripturis contriui, tyrannos quoq̄; & persecutores diuino auxilio superauit: & hoc, q̄a laeta sum, d̄ dñe p̄ æterne, in salutari tuo, i. in fide & gr̄a Christi, per quē tot bona sum cōsecuta, q̄ mihi pmisit: Dabo, inq̄; vobis os & sapiētiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri. Ideo d̄ Iudæi cæteri, increduli, [Nolite multiplicare.] i. verba p̄sumptuosa & vana, contra ecclesiā gloriantes, insipienter, sed [recedant vetera de ore vestro.] i. pristina infidelitatis verba relinquite, literalē occidentē legis ac prophetarū sensum abijcite, doctrinam & expositionē infidelium magistrorū vestrorū calcate. Ega Deus sciētiarum dñs est, qui per Spūs sanctum sanctos Apostolos plenissimè ac verissimè docuit intelligētiam legis ac prophetarū, quæ admodū ante passionē suam Christus eis promisit, dicēdo: Cū venerit ille Spūs veritatis, docebit vos omnē veritatē. [Arcus fortium superatus est.] i. omnis armatura seu argumētatio Iudæorum & philosophorū, cæterorumq̄; perfidorū, q̄ olim videbant potētes, & ecclesiā diuersimodē inuasē runt, soluta & victa est. [Et infirmi accinēti sunt robore.] i. Apostoli & primi discipuli Christi, induti sunt omni virtute ex alto, & per eos gentiles, olim omni spūali fortitudine gratiæ destituti, effecti sunt virtuosī ac victoriosi, quæ admodū Paulus apostolus ad Ephe. 6. scripsit eis dem: Cōfortamini in dño, & in potētia virtutis eius, accipite armaturā Dei. [Repleti prius.] putā Iudæi, q̄ olim multiplici opulētia sapiētīe ac virtutū, ac spūalibus ferculis abundabāt. [Pro panibus se se locauerunt:] quia priuati sunt omnibus bonis illis, & qdam ex eis conuersi, à Christianis doctrinā veræ salutis medicauerunt. [donec sterilis peperit plurimos.] i. cōuersa gētilitas olim in secunda, innumerabiles renerauit ex aqua & Spūs sancto, atq̄; per euangelicæ legis prædicationē parturijt, sicut ait Apostolus 1. Cor. 4. In Christo Iesu per euangeliū ego vos genui. [Et quæ multos habebat filios,] s. synagoga, in qua frequēter fuerunt multi electi, [infirmata est:] q̄a iam dudū om̄ succubuit, & in extremā hanc captiuitatē redacta est. [Dñs mortificat.] per Titum & Vespasianū corporaliter trucidauit Iudæos incredulos, quos & per inuisibiles hostes excēcari & indurari iuste pmisit. [Et viuificat.] per gratiā in p̄senti, & per gloriā in futuro vasa misericordiæ suæ, electos ex gētilibus. [Dñs pauperē facit.] synagogā, [et ditat.] ecclesiā: [humiliat.] Iudæos incredulos, [et subleuat.] Christianos fideles. [Suscitāt de puluere egenū, & de stercore eleuat pauperē, vt sedeat cum principibus, & solū gloriæ teneat.] Multos em̄ gētilis vitij obtenebratos, & fordidibus carnalitatū inuolutos, ad tantā diuinorū charismatū exuberantiā, erexit atq̄; prouexit, q̄ inter Apostolicos viros dignē se cōnumerati, & aliorū plati effecti, sessuriq̄; sunt inter eos, q̄ Saluator sp̄opondit: Vos q̄ secuti estis me, sedebitis super thronos, iudicātes duodecim tribus Israel. Ad istā expositionē sequētia queunt faciliter applicari. ¶ Præterea exponi potest hoc canticū in persona cuiuslibet Christiani deuoti, p̄sertim religiosi. Vnusq̄; ergo fidelis dicere potest: [Exultauit cor meū in dño.] i. cōsiderādo seu contēplando infinitā bonitatē, omnipotētiā & sapiētiam Dei, vniuersamq̄; perfectionē, excellentiam & beatitudinē eius, gauisus sum vehemēter, & toto corde cōgratulus sum tam incircūscriptibili perfectioni & gloriæ creatoris, præsertim contēplando super beatissimē Trinitatis, Patris & Filij & Spūs sancti, cōmunicationē & emanationē adintrā: mutuā quoq̄; trium superuenerabiliū personarū contēplationē, dilectionem, complacētiam, fruitionē, consuetudinēq̄; super felicissimā & æternam. Exultauit demū cor meum in dño, intuēdo beneficia eius generalia ac specialia, naturalia & supernaturalia, corporalia ac spiritalia, præsertim, quæ, quanta & qualia ynigenitus patris æterni, p̄ nostra salute assumpsit, fecit ac pertulit: cōsiderādo etiā diuina pmissa, & qualiter super optimus & supersapiētissimus & super munificētissimus Deus Trinitas seipsum & sujsus clarā, immediatam, facialem, deliciosissimā visionē, æternā ac beatificā fruitionē, inæstimabiliter prorsus dulcissimā, nobis præparauit in p̄mijū. His igiŕ modis exultemus in dño, imò & in omni actu virtuosō ad Deo honorē exhibito gloriemur, iuxta illud Psal. 99. Seruite dño in lætitia. Et rursus Phil. 4. Gaudete in dño semper, nec solum in actibus bonis, sed itē in perfectiōibus, aduersitatibus, correptionibus & tētationibus, sicut ait apostolus Iacobus: Omne gaudium exultimate fratres cū in tentationes varias incideritis. Et Saluator: Gaudete, inq̄; in illa hora, & exultate, qm̄ merces vestra copiosa est in cælis. Qui autē lætā cū malefecerit, aut q̄a laudat & honorat ab alijs, aut qm̄ temporaliter prosperat, aut q̄a videt alios inter se discordare, contēdere aut turbari, non iam in dño, sed potius in diabolo gloriat, & vanus & excors est. [Et exaltatū est cornu meū in Deo meo.] i. virtus seu fortitudo antiæ meæ in adiutorio altissimi, hostibus meæ salutis restitit, atq̄; pualuit ac profecit. Hoc dicat ad gloriā omnipotētis, q̄ in quacunq̄; tentatione cernit se triūphasse, aut profecisse in bonis, & gratus sit Deo, ne quāq̄ extollens seipsum, & semper sit cautus & timoratus, ne cadat. Absint semper à nobis diabolica cornua crudelitatis, animositas, ambitio. Circa hoc loquitur Origenes: Sunt cornua quædā iustorum, quibus vniū bona agēdo, aut rectē loquēdo, sicut cū dicunt ad dominum: In te inimicos nostros ventilabimus cornu. Vndē & alibi dicitur: Exaltabuntur cornua iusti. Oportet ergo nos habere cornua ista, quæ iustus de crucis

Luc. 27.

2. Cor. 12.

Ioan. 16.

Ioan. 3.

Roma. 9.

Matt. 19.

Iaco. 1.

Matt. 5.

Luc. 6.

Pro. 2.

Phil. 33.

Origenes.

Psal. 43.

Psal. 74.

Christi apicibus cōferunt, vt in his destruantur & eiciantur aduersarias potestates de anima no-
 straq; expulsis, plantet in nobis vinea, q̄ facta est dilectio in cornu in loco vberi. [Dilatātū est
 os meū super inimicos meos.] Hoc dicat ad Dei honorē, q̄ recordatiōe & allegatiōe scripturę ad-
 uersarios veritatis, p̄sertim inuisibiles & amulos superauit, q̄ hostiū boni cōmunis efficaciter fue-
 rit relictus. [Quia lætata sum.] d̄ dñe, ego creatura tua, [in salutari tuo,] de quo cecinit Esa. 52.
 Viderunt oēs fines terrę salutare Dei nostri. In quo q̄ synecrēter delectat, exaudiri ac triūphare
 Ecci 35. merei, sicut ait scriptura: Qui orat dñm in oblectatiōe, exaudiet. Et rursus: Delectare in dño, &
 Psal. 136. dabit tibi petitiōes cordis tui. [Nō est sanctus vt est dñs. Ideo oportet eī in sanctitate & iustitia iu-
 Luc. 1. giter deseruire. Maledictus q; est q̄ op̄ ei' efficit negligētē. [Neq; em̄ est alius extra te.] Nā pater
 Hier. 48. in filio, & filius in patre, pater quoq; ac filius in Spū sancto, & Spūs sanctus in patre ac filio. Nam
 Ioan. 14. singulę personę, in singulis verē & imperscrutabiliter ac circūcessibiliter sunt. [Et nō est for-
 tis sicut Deus noster,] q̄ solus potest humanę ac fragili creaturę tm̄ conferre grā robur, vt spi-
 ritibus illis callidissimis atq; nequissimis, & concupiscentiis, ppriis ac vitijs vniuersis p̄ualeat, &
 in Deo sit stabilita, imō & si pro fidei cōseruatione exegerit ratio, etiam miracula operet, sicut
 Ioan. 14. p̄dixit Saluator: Qui credit in me, opera quę ego facio, & ipse faciet. [Nolite multiplicare lo-
 qui sublimia, gloriātes.] Hoc p̄sumptuosus, superbis, vaniloquis, ex charitate est opponēdum, vt
 cessent à verbis iactantiz, nec laudet neq; extollant seipso, cū & Apostolus ad Roma. 1. dicat: No-
 li altum sapere, sed time. Salomon quoq; Prouer. 27. Laudet te Apollus, & nō os tuū: extraneus,
 & nō labia tua. Deniq; vnusq; dicat viribus animę suę, intellectu videlicet, cogitatiue & ima-
 ginatiue: Nolite multiplicare loqui sublimia gloriātes, i. ab omni cogitatiōe superba, ab adiu-
 uentiōibus vanis, ab apprehēsiōibus phāsticis, à magnificatiōe proprij subiecti cauetē, nec
 intra vos corā Deo proferre seu loqui audete, quod corā hominibus loqui est reprehensibile. Ab
 altis quoq; materijs, & ab incomphensibiliū perscrutatiōe est tēperandū, vt nō audeamus de su-
 persubstantiali Deo aliqd̄ fari p̄ter tradita nobis in diuinis scripturis, vt diuinus Dionysius &
 Damascenus scripserunt. Nepe vt Salomon p̄testat Prouer. 25. Sicut q̄ comedit mel multū, non
 est ei bonū: sic q̄ perscrutator est maiestatis, opprimīt à gloria. Hinc Origenes differuit: Non di-
 xit, Nolite loqui excelsa. Ergo licet mihi aliqua loqui excelsa. Multiplicare autē loqui excelsa &
 Eccī 3. ardua, mihi nō licet, cū scriptū sit: Altiora te ne quęsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris: sed
 quę p̄cepit tibi Deus, intellige semper. Quę sunt ergo in q̄bus excelsa me loqui oportet? Quā-
 do de omnipotētia Dei, de inuisibilitate & sempiternitate eius loquor, excelsa loquor: quādo de
 vniuenti eius cōternitate, ceterisq; mysterijs, p̄nuncio, excelsa loquor: qñ de Spū sancti ma-
 gnificētia dissero, excelsa loquor. Post hanc Trinitatē omnia sunt humilia & deiecta, cōpara-
 tio necessitudinis eius. Hęc Origenes. [Recedant vetera de ore vestro.] id est, omnia verba in-
 ordinata, vitiosa, illicita deinceps vitate. Si qs loquitur, quasi sermones Dei. Sermo vester semper
 in grā sit sale cōditus. Hinc ad Ephē. 4. docet: Omnis sermo malus ex ore vestro nō procedat: sed
 qui bonus est ad edificatiōē, vt det gratiā audiētī. [Arcus fortium superatus est.] Hi q̄ fortes &
 magnos se arbitrant, iusto Dei iudicio permittunt facilliter vinci omni v̄to tentatiōnū ac impe-
 tu passiōnū, & multipliciter labi, siue dū ab alijs patiunt aduersa, siue dū laudant & honorātur
 à proximis, q̄ radices humilitatis & fundamētum timoris Dei nō habēt. Interdū quoq; contin-
 git deuotos & virtuosos ex sua negligētia periculose securitate aut tentatiōnū impulsu paula-
 tim euacuari & cadere. [Et infirmi accinēti sunt robore.] humiles s. & q̄ se iugiter infirmos, de-
 fectuosos, vilesq; iudicant. nam & infirma ac stulta mundi elegit Deus. [Repleti prius,] i. q̄ do-
 nis gratiæ abundabant, p̄ pro panibus se locauerunt: [quando (vt tactum est) ad ruinam sunt de-
 uoluti, & rursus per penitentiā conant ad pristinā redire mēsurā, seq; humiliant, & illorū ofoni-
 bus, meritis ac doctrinis quærunt refici ac iuari, q̄bus aliquando in spūalibus fuerant ditio-
 res. [& famelici saturati sunt.] Benē famelici sunt, q̄ esuriunt sitiuntq; iustitiam, & famem habēt
 audiendi verbum Dei, q̄ saturari merentur & refici à Spū sancto. Hi sunt, qui quę retrō sunt, ob-
 liuiscētes, in anteriora extendunt seipso, non arbitantes se apprehēdisse, sed assidue pro-
 prium imperfectum p̄santes, toto affectu student in omni virtute proficere, quotidianas suas
 defectuositates & culpas vberimē deplorantes. Hęc itaq; contingeret, [donec sterilis] i. ani-
 ma prius instructuosa [p̄eperit plurimos] fructus virtutum. [& quę multos habebat filios.] i. quę
 antē erat bonis actibus fecunda, [infirmata est,] gratiam amittendo: ideo nullus alium, quū
 iniquū aut negligētē, incaute diiudicat aut contēnat: q̄ est hodiē illo fortassis est melior, cras
 forsitan erit deterior. ideo ait Saluator Matth. 7. Nolite iudicare. Et Paulus Roma. 14. Tu q̄ es qui
 iudicas alienum seruum? suo dño stat aut cadit. Stabit autem, Potēs em̄ est Deus statuere illum.
 [dominus mortificat] impios occidendo & condemnando, seu vitam gratiæ non p̄stlando,
 aut gratiam delinquenti iuste tollendo. [& viuificat:] q̄ ab ipso est vita naturę, vita gratiæ, &
 vita glorię, qui & impium per penitentiā piē viuificat. Mortificat quoq; salubriter, dando mor-

Dionysius Damascenus Origenes.

Ecci 3.

i. Pet. 4. Coloss. 4.

1. Cor. 1.

Matt. 5. Phil. 3. Psal. 138.

mortificationem viuificā, de qua Apostolus Coloss. 3. Mortificate mēbra vestra quę sunt super
 terrā. Et iterū: Mortui em̄ estis, & vita v̄ra abscōdita est cum Christo in Deo. Hęc mortificatio, est
 vitiorū extirpātiō, sicut p̄sunt à vitijs refrenatio, membrorū scandalizantiū abscōditiō, i. eorū ab omni
 v̄su prauo coercitio, & maximē priuati amoris extirpātiō integra, ita vt qs dicere queat: Viuo
 autē iam nō ego, viuūt verō in me Christus. [deducit ad inferos,] sicut expositū est, & etiā inspi-
 rādo homini cōsideratiōē infernalis dānatiōis ac p̄næ æternę salubrē. [& reducit,] dando vitę
 correctiōē, atq; leuādo mentē ad cęlestiū intuitū gaudiorū. [Dñs pauperē facit, & ditat, humili-
 liat,] dando homini veram & humilem sumpsit recognitionē, infundendo humilitatis virtute-
 m, [& subleuat,] mentem de vitiorum profundo, de lacu miserię, de pusillanimitate, per spei
 fidutiā, & confessiōē remediātes. [Suscitāt de puluere egenum & c.] i. in infimis cogitatiō-
 bus, in quinamētisq; carnis delentes, paulatim perducit ad vitam spūalem & sanctā, contem-
 platiōisq; apicem, ita vt tales inter viros heroicos reputent, & digni sint alijs p̄sistere. [P̄des
 sanctorum suorum seruabit,] vt perseueret ac p̄grediant in regia via, & nec delectat ad dexterā
 aut sinistram. Incessabiliter equidē indigent cōseruatione diuina, qua sibi p̄uulserit subtrāta,
 aut sinistram. Incessabiliter equidē indigent cōseruatione diuina, qua sibi p̄uulserit subtrāta,
 Deut. 5. 17. mox corruunt. [& impij in tenebris conticescēt.] Obnubilati erēt tenebris ignorantię & erro-
 rum, passiōem ac vitiorum, tacēt & obmutescunt à laudibus Dei deuotis, ab oratiōibus fer-
 uidis, ab exhortatione idonea, à correptione fraterna, & ab vtilibus verbis. Et iuxta Apostolum,
 2. Timo. 4. à veritate auertunt auditum, atq; ad fabulas conuertuntur.

Ibidem. Matt. 18.

Galat. 2.

Psal. 40.

Deut. 5. 17. Isa. 30.

Declaratio residuę partis huius Cap. 2. Art. 5.

HIC recitat reprobatio Heli sacerdotis, pontificis ac iudicis Israelitarum, filiorumq; eius.
 [Et abiit Elcana in Ramatha in domum suam.] i. cum Anna redijt in propria. [Puer autē
 Samuel] q̄ ab innocētia & puritate, nō à morum insolentia, puer vocat̄ sed & gr̄ate extitit puer,
 moribus autem & sapiētia fuit vir: imō vt Iosephus refert, duodecimo anno vitę suę orsus est va-
 ticinari. [Puer autē erat minister.] Leuitarum obsequio, [in conspectu dñi] q̄ Samuelis ministe-
 rium approbavit, [ante faciem Heli sacerdotis. Porro filij Heli] erant [filij Belial] id est, indo-
 miti & absq; iugo, [nescientes dominum.] Non em̄ sciebant dominum p̄ctica & formata sci-
 entia, iuxta quod dominus ait per Hieremiam 2. Tenentes legem, nescierunt me. Attamen do-
 minum cognouerunt in formā scientiā, de qua ad Rom. 1. asserit: Cū cognouissent Deum, non
 sicut Deum glorificauerunt. [neq; officium sacerdotum ad populum] hoc est, proprium officii
 um non curabant agnoscere, nec illud sciebant formata sciētia, quę bonę actioni est iuncta.
 [sed quicunq; immolasset victimam,] i. animal immolatiū in hostiam pacificam, de qua p̄-
 cipue sermo, [veniebat puer sacerdotis,] i. minister alicuius filiorū Heli ex cōmissione dñi sui,
 [dum coquerent carnes, & habebat fusculam tridentem] id est, ferreum instrumētum tri-
 dentium, quo carnes ex caldaria extrahunt, [in manu sua, & mittebat eam in lebetem, vel in cal-
 dariam, aut in ollam siue in cacabum: & omne quod leuabat fuscinula,] i. quamcunq; partem car-
 nis existentis in olla, [tollebat sacerdos sibi] de manu sui ministri, & fecit sibi illud lautius co-
 qui. [Sic faciebat vniuerso Israel] veniētium in Silo. Etiam antequā adolerent adipem, [i. ante-
 quā offerentes exhiberent suo modo adipē sacerdotibus ad accendēdum, vel antequā ipsi
 sacerdotes hoc facerēt, nam ad eorum spectabat officium, cremare adipē super altare holocau-
 storum, vt patet Leuit. 3.] veniebat puer sacerdotis, & dicebat immolanti, [videlicet viro q̄ ani-
 mal adduxit, vt per manus sacerdotis dño offerret:] [Da mihi carnem] de animali oblato, [vt co-
 quam sacerdoti] seorsum iuxta desiderium eius. [Non em̄ accipiam a te carnem coctā, sed cru-
 dam:] quod fuit contrarium & obseruantiam legis, secundum quam animal occiso & immola-
 tum, carnes eius coquebant cōmuniter, tam sacerdoti q̄ offerētī: & tunc vna, imō & melior pars, ces-
 sit in vsum ac esum sacerdotis, alia in vsum offerētis. Holocaustra verō totaliter cōburebantur:
 nec aliq; pars hostię immolatę p̄ peccatō, cessit in offerētium vsum: quę omnia patent in Leuit. 1.
 & ibi cum rōnibus suis exposita sunt. [Dicebatq; illi immolans: Incendat primū iuxta morem
 hodiē] i. legis iustitię [adeps,] iuxta illud Leuit. 3. Omnis adeps dñi erit iure perpetuo. Ideo ad
 Dei honorē debuit adeps primū cremari. Vndē in animalium excoriatiōe adeps separabat, &
 primū accēdebat. [& tolle tibi quantumcunq; desiderat anima tua.] i. de reliquo corpore anima-
 lis, p̄sertim cocto, accipe quantum vis, etiā plūs quā legē sacerdoti debet, dū modō non
 fiat p̄tracta iniuria Deo. [Qui respondēs, aiebat: Nequaq;] sic faciam. [Nunc em̄ dabis] mihi car-
 nem crudā, [alioq; tollam vi.] Ecce quā cōtumacia, incorrigibilitas & aspēnatio Dei, imō &
 violētia manifesta. Ita intumuerunt & malē audaces fuerunt filij Heli & eorū ministri, videntes
 patrē suū esse iudicē populī atq; pontificē, i. ciuilitē ac spiritaliter p̄sidentē. Porro ministri illi
 fuerūt Leuitę sacerdotibus seruiētēs. [Erat em̄ peccatū puerorū] maximē filiorū Heli & mini-
 strorū eorū, [gr̄ade nimis corā dño:] i. diuino iudicio, q̄ sacrilegi erāt in Deū, & violētī ac scam-
 dalosī in proximū, imō in totā cōmunitatē, [q̄ detrahebāt homines à sacrificio dñi] i. impediē-
 bant

Ioseph. 1. 5. an. iuda. ca. 15.

Leui. 5. 6. Leui. 7. 9.

Leui. 6.

bant eos à legitima immolatiōe, & propter abusum eorū, multi omiserunt sacrificia debita p̄sentare. Hinc Iosephus ait: Filij Heli cōtra homines iniuriosi, contra diuinitatē impij, nulli iniquitati parcebant. [Samuel autē ministrabat ante faciē dñi, puer accinctus ephod lineo.] Tali linea veste, quali vti cōsueuerunt Leuitæ in suo officio, quæ & minores sacerdotes poterant vti. Et non erat ephod sacerdotale, i. pontificale, cuius superhumeralē ephod appellabat, vt Exo. 28. indutum est. Aliqui quoq; affirmāt, q̄ fuit ephod prophetici, qm̄ & propheta aliqui tali solebāt veste vti. Quod ait minores sacerdotes ea poterāt vti, hinc demonstrat, qm̄ infra habet, q̄ Doeg interfecit octogintaquinque viros indutos ephod. [Et tunica parua faciebat ei mater sua, quam afferebat statutis diebus ascendēs cum viro suo, vt immolaret hostiā solennē & votum suum.] Pertunica, intelligi potest omnis vestitus Samuelis in illa etate. [Et bñdixit Heli Elcanæ & vxori eius, dicit q̄: Reddat tibi dñs semē de muliere hac pro scēnore quod cōmodasti dño.] i. pro eo q̄ hunc puerū Samuelē per modū scēnoris Deo obtulisti. Fœnus em̄ cōmodat, vt pro eo aliquid recipiat. Sic parēs Samuelis eū dño obtulerunt, quatenus inter cetera etiā per hoc mererent ampliorē fecunditatē adipisci à dño, quod & factū est, sicut subiungit: [Et abierunt in locum suum. Visitauit ergo dñs Annam.] dando ei fecunditatē, [& concepit & peperit.] successiue tres filios. Sic tamē, q̄ vnus illorū, fuit Samuel, vt cōmuniter dicit. [& duas filias.] Deniq; ad tantā prolificatiōē videt̄ benedictio & oratio Heli pontificis cooperata. Nam & p̄pter dignitatē tantī officij Deus tunc multa agebat. [Et magnificatus est puer Samuel apud dñm.] in virum perfectū corā Deo excreuit, proficiēs sapiētia, etate & gratia. [Heli autē erat senex valdē, & audiuit omnia quæ faciebant filij sui vniuersi Israel.] circa eorum sacrificia, [& quomodo dormiebant cum mulieribus, quæ obseruabant ad ostium tabernaculi.] i. foris ad atrium excubabant, quia venerunt vt iuxta legis præceptū Leuitici 18. scriptum, post partum suum purificarent & immolarēt. Sic q̄; impij illi polluebant eas, quæ venerant vt purificarent. Aliqui tamē dixerunt, q̄ non dormiebant cum illis, sed sumpta pecunia, licentiauerunt eas ad dormiēdum cum suis maritis in fra dies purificatiōis: quod dictum, pro prima sui parte, videt̄ contrarium rextui: pro secunda verò sua parte, credibile est, ex quo sacerdotes isti erāt tā scelerati, [& dixit eis: Quare facitis res huiusmodi quas ego audio, res pessimas ab omni populo?] i. multo peiores quàm sunt quæ faciunt populares. Vel, pessimas ab omni populo, i. abstrahendo à sacrificijs populi, carnes crudas etiam ante adipis cremationē, & vxores abstrahendo à suis maritis per adulterium. [Nolite filij mei, non em̄ est bona fama quam ego audio, vt transgredi faciat̄ populum domini,] communitatē scandalizando, atq; à solitis sacrificijs (vt dictum est) auertendo, vxores quoq; ad scelera inducendo enormia. [Si peccauerit vir in virum,] seu homo in hominem, [plaecari ei potest Deus,] per sacrificia & orones tam suas quàm sacerdotis, nō tamē sine pœnitentia vera peccantis. [Si autem in Deum peccauerit vir, q̄ orabit pro eo?] quasi dicat, irremissibile est, quod non est intelligendum, quasi sit simpliciter irremissibile, vel quasi non sint sacrificia instituta in lege pro peccatis in Deum commissis, præsertim cum pro adoratione aurei vituli dñs iusserit certa sacrificia tam ab Aaron quàm à populo immolari. Sed istud dicitur, ad insinuandum, quod peccata in Deum commissa, loquēdo in generali, sint multo enormiora & difficiliora remissibilia, quàm peccata in proximum, secundum quem modum Exo. 28. habetur: Homo homini seruat iram, & à Deo querit medelam? quis exorabit pro delictis illius? Ioānes quoque in 1. sua canonica: Est, inquit, peccatum ad mortem: nō dico vt pro illo roget quis. Sic & saluator in Evangelio: Blasphemia, ait, sp̄s non remittetur in hoc seculo neque in futuro. Porro peccata in Deum, sunt propriè quæ sunt contra tria prima præcepta. Peccata in proximum, quæ sunt cōtra alia septem. Et quāuis loquendo in genere, peccata in deū, sint grauiora, nihilominus in speciali, quædam peccata in proximum, grauiora sunt quibusdā peccatis in Deum: vt homicidium grauius est, quàm violatio sabbati siue periurium. nam & peccata in proximum, sunt contra Dei præcepta. [Et nō audierunt vocem patris sui Iuribus cordis, id est, increpationi & iussioni sui patris nō acquieuerunt, quia obdurati erant cōsuetudine vitiosa.] quia voluit dñs occidere eos. [Si hoc ita est, videtur quod excusabiles erāt, & quod deo sit imputanda eorum perditio. Non em̄ poterant voluntati Dei resistere, neq; hanc immutare. Præterea, teste Apostolo, 1. Timo. 2. Deus vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitioē veritatis venire. Propter quod in secunda sua canonica beatissimus archiep̄stolus contestat̄: Nō tardat dñs promissum, sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed oēs ad pœnitentiā reuerti. Vnde Ezéch. 18. loquutus est: Nunquid voluntatis meæ est mors impij, dicit dñs, & non, vt conuertat̄ à vijs suis, & viuat? Verum ad omnia ista, secundum Damascenum, est vna responsio, quod si deus voluntate antecedente vult omnes saluari, impiosq; conuerti, videlicet cōsiderando eos vt homines sunt: non autem voluntate consequente, quia pensando quosdam vt reprobos & iniquos, vult eos damnari, & interdum temporaliter perimi. Hi ergo non obtemperauerunt suo patri, quia dominus voluit

Iose. libr. 5. ant. iu. ca. 15.
1. Reg. 22.
Exo. 32.
1. Ioan. 5.
Matt. 12.
Marc. 3.
Exod. 20.
1. Pet. 3.
Damascen.

voluit eos occidere, in quātum erāt tā vitiosi: p̄pter quod grām, sine qua nemo cōuertit̄, eis iuste abstraxit. Veruntū nō fuerunt necessitati ad vitia, quæ remāsit in eis libertas arbitrij. Et si fecissent quod erāt in eis, nō fuissent à deo relictī. Idcirco eorum dānatio nō est Deo imputanda: & qm̄ Deus p̄conouit filios Heli per tēporalē pœnā nō cōuertēdos, voluit eos etiā morte infernali occidere. [Puer autē Samuel p̄ficiēbat atq; crescebat, & placebat tā Deo quàm hominibus:] quæ per dona nature & munera gr̄e, fuit valdē amabilis, affabilis, humilis, charitatiuus, suauis & exēplaris in cunctis. Sic & de Mose scriptū est Exo. 45. Dilectus Deo & hoibus Moses. Sed obijci potest illud Psal. 72. Qm̄ Deus dissipauit ossa eorum quæ hominibus placēt. Et quod ait Apostolus ad Galatas 1. Si hominibus placēt, Christi seruus nō essem. Et r̄ndendum, q̄ scriptura hæc loquitur de hominibus bonis & virtuosis, aut saltem bonæ inclinatiois, de quibus rursus idem fatetur Apostolus 1. Cor. 10. Ego per omnia omnibus placeo. Nō autē de p̄uersis & induratis hominibus, de quibus ait scriptura Prover. 29. Abominant̄ impij virū iustū. [Venit autē vir Dei ad Heli.] Quis fuerit iste vir Dei, nescit̄: & quā ludai de hoc diuersimodē fabulant̄. Nā aliq̄ dicit, q̄ fuerit Phinees quem cōstat iam dudū obisse. Sed dixerunt quādam Hebræi, q̄ fuit resuscitatus, vel idē in alio corpore, quæ omnia sunt incerta aut falsa. Alij dixerunt, q̄ fuit Helias, quæ cōstat tunc nōdum fuisse natū, nisi q̄ quidā stulti Hebræi affirmāt etiā Eliam fuisse in alio corpore Phinees ipsū. Alij dixerunt, q̄ fuit angelus in specie viri. Quidā verò q̄ fuit Elcana pater Samuelis, sed iuxta literā verius reor, q̄ fuit aliq̄ propheta existēs tunc tēporis, q̄ saltē hac vice tacitus fuit gr̄a p̄phetali, sicut & Iudic. 6. legit̄ dñs misisse virum prophetā ad filios Israel increpādos. Nec puto q̄ vir iste fuerit Elcana: quia iam multa sunt nominatim de eo relata, cur ergo & istud opus p̄claris ceteris, nō esset nominatim de eo cōscriptum? [& ait ad eum: Nunquid nō apertē reuelatus sum domui patris sui?] imō manifestē apparui Aaron patri tuo & domesticis eius, [cum esset in Aegypto,] quod secundū Hieronymū fuit, quando dñs iussit Aaron vt iret in occursum Moysi, vt legit̄ Exod. 4. quod dñs per angelū credidit Aaron præcipisse. Et quāuis dñs forsitan nō apparuit ita domui Aaron, tamē ipse Aaron poterat domui sue significare apparitionē & iussionē sibi factas à dño, diciturq; aliqui, q̄ Deus tunc reuelauit ipsi Aaron, q̄ futurus erat summus sacerdos. Hoc tñ in textu isto non exprimit̄ euident̄. quod verò subiungit, [in domo Pharaonis:] exponi potest, qm̄ terra habitatiois Hebræorum, ad Pharaonem pertinuit. [& elegi eum ex omnibus tribubus Israel] mihi in sacerdotem, immō & in pontificē præ ceteris vniuersis. Electio Dei æterna est, sed per exteriora quædam signa manifestat̄ interdū in tēpore. Sicq; Exod. 28. describit̄, quā & qualiter Deus reuelauit Moysi in monte Sinai, q̄ applicaret ad se Aaron & filios eius, vt sacerdotio fungerētur, & Aaron pontificatu. neindē Numer. 17. recitatur, qualiter idem ostēderit dñs per virgē Aaron floritionem. Iosephus verò ait, q̄ etiā parētibus Aaron & Moysi Deus in Aegypto reuelauit in somno, Iose. lib. 3. an. ti. iud. ca. 12. q̄ generaturi essent filij, q̄ filios Israel educeret de Aegypto. Tunc quoq; reuelauit eis de sacerdotio & pontificio Aaron. [vt ascēderet ad altare meum, & adoleret mihi incēsum, & portaret ephod] pontificale, i. superhumeralē, [corā me, & dedi domui patris tui] i. sacerdotibus Aaronitis [omnia de sacrificijs filiorū Israel,] i. quosdā partes de sacrificijs vniuersis, p̄sertim pacificis seu salutaribus, quæ offerret̄ur p̄ pace ad eū siue ad hoies dāda aut cōseruāda, seu p̄ salute data, dāda, aut cōseruāda: Et quæ fiēbāt pro salute aut pace data, dicebātur sacrificia gr̄arum ad iōnis. De his itaq; sacrificijs armus dexter & pectus cedebāt in vsum sacerdotis offerētis. Similiter pel lis. Porro adeps & duo renes atq; renunculi, adolebātur seu incēdebātur dño super altare holocausti. In hostijs aut̄, p̄ peccatis, plura pertinebāt ad sacerdotes, quæ ex eis nil cessit̄ in vsum offerentium ea p̄ suis peccatis. Sed quæ pro totius populi peccato fiebat oblatio, totū etiā pellis com burebatur. [Quare calce] i. aspernāter & insolēt̄, sicut quod calce repellit̄, [abiecisti victimā meā] i. sacrificia mihi offerēda nō permittēdo vt legitimē immolētur, [& munera mea] i. hostias spontaneas quæ vltra debitū ex deuotiōe offerūtur. Vel, munera mea, quæ hæc ipsa quæ mihi offerūtur, sunt dona & bñficia mea vobis à me collata, quæ admodū 1. Para. 29. David loquitur Deo. Tua sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. [Quæ p̄cepta vt offerret̄ur in templo] i. in atrio tabernaculi, in quo atrio stetit altare holocausti. Quāuis em̄ immolarētur sponta necē, tñ locus fuit determinatus ex lege, [& magis honorasti filios tuos, q̄ me:] quæ permittit eos in punctis p̄ceptis, & partes sacrificiorū sacerdotibus deputatas, voluisti eis dari: ea verò quæ mihi offerēda erāt, nō fecisti mihi offerri. Quāuis etem̄ neli filios suos increpauit, non tñ ita districte, vt tenebat̄, seu vt enormitas criminū eorū exegit. Ideo Glossa ait ex verbis Hieron. Coercuit & corripuit eos, sed leuitate seu m̄suetudine paternali, nō seueritate & auctoritate p̄tificiali. Ideo in iniquitate filiorū suorū dānatus est, videlicet in quātū ei iuste imputabatur, quia nō restitit eis, nec increpauit & castigauit, vt debuit. Sicq; etiā pro p̄pria culpa punire est, quæ neglexit debitū sui implere officij. [vt comederetis primitias omnis sacrificij Israel populi mei] i. p̄cipuas partes sacrificiorū adhuc crudas assumeretis, faceretisq; eas vobis laudē

Iose. lib. 3. an. ti. iud. ca. 12.
Leuit. 7.
Nume. 28.
Deut. 18.
Leuit. 3.
Leuit. 22.
Leuit. 14.
Deut. 12.
Hierony.

& seorsum coqui cōtra legis præceptū, quod filij Heli fecerunt iuxta præhabita, & patri eorum imputatur, quia non debite impediuit. [Propterea ait dñs Deus Israel: Loquēs locutus sum, vt domus tua] i. tu ipse & filij tui, [& domus patris tui] i. cognatio Aaron, de cuius semine natus es, [ministraret in conspectu meo,] i. sacerdotale & etiā pontificale officium exequēdo in templo, [vsq; in sempiternum] i. per omne tēpus veteris testamēti. Istud de summi sacerdotis officio potissimū dicit. [Querit ergo, vbi vel qñ locutus sit dñs, q̄ domus Heli fungeref sacerdotio summo. Et apparet q̄ nullibi. Præceperat em̄ dñs Exo. 28. & Num. 20. vt Aaron pōtifer, & post eum primogenitus eius Eleazar, sicq; deinceps, pontifices essent. Heli aut nō fuit de stirpe Eleazari, sed ipsius Ithamar. Respondēdum, q̄ in casu summū sacerdotiū poterat & debebat deuolui ad filios Ithamar, & ita tunc factū est, & credit id cōtrigisse propter peccata posterorū Eleazari, q̄ in executione pontificij sui valde negligētes fuerunt. Ideo sicut hīc legit̄ dñs dixit q̄ summū sacerdotium transferret ab eis ad Heli filium Ithamar, & fortē per aliquē prophetā prænunciavit hoc tunc, quāvis scriptum non sit. Nō em̄ omnia scripta sunt. [Nunc aut dicit dñs: Absit hoc a me.] i. exigente iustitia mea, nō implebo illā promissionē, quæ sub cōditione fuit intelligenda, vt potē nisi peccādo enormiter, obicē poneretis, sicut nunc posuistis. [Sed quicunq; glorificauerit me,] i. mihi cum debita fidelitate & reuerentia seruiendo, [glorificabo eum] præmio copioso. [Qui autē contēnuit me] i. sciētē & ex habitu prauo peccat, p̄sertim q̄ incorrigibiles sunt, & suis abutunt officijs, [erunt ignobiles:] i. confusibiliter disperibunt, & ipsa eorū iniquitas est ignobilitas maxima. Et interdū fit istud in vita p̄senti, quāvis dñm non semper: quæ frequēter impij prosperrant & florent in seculo isto, iusti verō ecōtrariō aduersitatibus affligunt̄. Dñs tñ ad literam loquebat̄ potissimū de sacerdotibus illis legalibus, q̄ benē agēdo, honorabant in vita p̄senti, Deo sic disponēte. [Ecce dies veniunt, & præcidā brachiū tuum] i. potestātē & auctoritatē pontificalem tollam a te ac posteris tuis. [& brachium domus patris tui] i. tuam cognationē a patre tuo seu auo aut proauo procreatā, auferā de hac vita in iuuentute eorum. Ideo subditur: [vt non fit fenex in domo tua] i. in sobole tua atq; domesticis. Translatio ista pōticipij a domo Heli ad posteritatem Eleazari, facta est tempore Salomonis, qui Abiathar pontificem natum de Heli, eiecit a pontificiō, & tradidit illud Sadoc ex Eleazaro nato, sicq; summum sacerdotium fuit reductum ad priorem originem. [Et videbis æmulū tuum in tēplo in vniuersis prosperis Israel:] quoniam sub Salomone fuit mira prosperitas in Israelitico populo, & ingens honor pontificis, & hoc Heli vidit, & inuidit, non personaliter, sed in sobole sua: quia Abiathar & filij eius de sua deiectione & ipsius Sadoch promotione dolebant, inuidiamq; habebant nōnunquam, aut quidam eorum. [& non erit fenex in domo tua omnibus diebus.] Hoc verificatum est per interfectionem filiorum Heli in iuuentute eorum, per occisionem etiā sacerdotum quos Saul impiē trucidauit, qui magna ex parte fuerunt de Heli & Ithamar. [Veruntamē non auferam virum penitus ex te ab altari meo] i. aliqui posterorum tuorum erunt in officio sacerdotum minorum, in quo & Abiathar post suam deiectionē a pontificiō mansit. [Sed vt deficiat oculi tui & tabescat anima tua,] i. hoc ipsum quod aliqui posterorū tuorū erunt in sacerdotali officio, erit ad afflictionem & desolationem ipsorum, quantum ad hoc quoddā videbunt se ita humiliatos & subditos his, quos patres eorum aliquando præstulerunt. [& magna pars domus tuæ moriet̄, cum ad virilem ætatem venerit:] quod in sacerdotibus Nobe occisis a Saul videtur impletum. [Hoc autem erit tibi signum, quod venturum est duobus filijs tuis Ophni & Phinees: In die vna morienturambo.] i. per hoc scies vera esse quæ dixi, q̄ duo filij tui eodem die interficientur. quasi dicit, de propinquo do tibi signum, quoniam te sene adhuc viuente, percipies eos ambos pariter interisse. [Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum & animam meam faciet,] i. id est, viuet, & suum implebit officium secundum meam voluntatem & intentionem. Loquitur autem Deus metaphoricē de se, quasi de homine, dicēdo, Iuxta animam meam, cum ipse in sua natura sit simplicissima mens. [& ædificabo ei domū fidelem:] i. bonam & stabilem prosperitatem ei cōcedā. Quidā exponūt ista de Ch̄so, q̄ est sacerdos in æternū secundū ordinē Melchisedech, cuius posteritas fuerunt sancti Apostoli & ceteri electi sacerdotes ac p̄sules euangelicæ legis. [Cui expositionis non videt̄ consonare quod subdit: [& ambulabit corā Ch̄so meo cunctis diebus.] Ideo alij exponūt ista de Sadoc pontifice iusto, q̄ corā Salomone est fideliter cōuersatus plurimis annis. [Futurū est autē vt quicq; remanserit in dono tua, veniat vt oref pro eo] i. tēplum seu atriū eius ingrediat̄, non iam ad sacrificiādū & orandū pro alijs, vt moris ac iuris est sacerdotum, sed magis ad rogandū vt sacerdotes oref pro ipso, eisq; offerat aliqd, quatenus deprecetur p̄ ipso. ideo subdit: [& offerat nummū argenteū & tortā panis,] i. alij sacerdotum: [Dimitte me, obsecro, ad vnā partē sacerdotale,] i. ad vescendū de aliqua portione hostiæ Deo oblatæ, ad esum sacerdotū spectāte, [vt comedā buccellā panis,] i. modicū quid māducem. Potest quoq; istud exponi de sacerdotibus inferioribus ex Heli descēditibus, q̄ ad pōticipē habebāt re-

* honorificauerit

Reg. 2.

Reg. 22.

Reg. 2.

Reg. 22.

Psal. 109.

Reg. 12.

Deute. 2.

currere & aliquid ei offerre, vt oraret pro ipsis. [Præterea queritur, cur tanta vltio per tot generationes inflicta est posteris Heli propter peccatum ipsius, cum alibi dñs sæpius protestatur, se visitaturum peccata patrum in filios vsq; in tertiam & quartam generationem. Rñdetur q̄ peccata corporales vita præsentis, sunt medicinales, & ordinantur a Deo in bonum animæ patientium eas: idcirco non aduersatur iustitiæ, q̄ proles pro peccato parētis talia sustinet. Hi etiam potestri aliunde culpabiles erant, propter quod maiora perpeti meruerūt, nec eis debebatur dignitas pōticipalis ex lege aut iure successiois. Nam & ipsum Abiathar eiecit Salomon a pōticipatu propter ppriam ipsius Abiathar culpam, propter quam dixit ad ipsum, Filius mortis es. In talibus quoque casibus parentes puniuntur in pœnis & aduersitatibus sobolis suæ, Deo sic ordinante. De mystico sensu residuæ partis huius 2. cap. Art. 6.

Exo. 20. Num. 14.

Reg. 2.

ET abijt Elcana in domum suam. Cum Elcana iste vir Leuites & virtuosus, compleisset in tabernaculo dñi suum obsequium, & Anna vxor ipsius, pariter redierunt in sua. Per quod significatur, q̄ sacerdotes, pastores, prælati & prædicatores verbi Dei, mox vt in ecclesijs, & circa subditos seu proximos suum cōpleuerunt officium, debeant euagationes & fabulationes vitare, atq; ad loca intrare secreta, vt ibi cōscientiæ suæ domū seu interiora cordis sui discutiāt & emendent, Deoq; vacent, quatenus orando & meditando, seq; deuotionaliter exercendo, obrineant illuminationem tam copiosam, & feruorem tam validum a spūsancto, q̄ rursus tēpore opportuno queant alios magis idonee informare, purificare, accendere. [Porro filij Heli, filij Belial, nescientes dñm neq; officium sacerdotum ad populum:] Per impios illos sacerdotes, intimatoros, auaros, adulteros, designantur nunc vniuersi sacerdotes & clerici, religiosi atq; canonici, qui amplius quærunt commoda sua & oblectamenta immunda, promotionesq; proprias, q̄ Dei honorem & animarum salutem: & ecclesiastica bona, oblationes fidelium, & quæ dño offeruntur, expendunt carnaliter aut superbē, & auaritiæ student, sicq; sub professione, nomine & habitu spūalitatatis, cor gerunt repletum vanitatis mundi aut vitij carnalis: idcirco sunt filij Belial, membra & serui diaboli, satellites dæmoniorum, quibus inestimabilis ira propinquat, & intoleranda damnatio proxima est, quia peccata eorum sunt coram Deo grandia nimis. nam & populum Dei enormiter scandalizant, ac bonis ecclesiæ quæ cōsumunt, sunt profus indigni. Et quidam eorum sunt adeo intimatori ac vitiosi, q̄ ea quæ pro reparatione ecclesiæ ac necessarijs in diuino officio aut condecenti ornatu basilicæ offeruntur, in suos redigunt vsus, ne dicam, in vsus scortorum & filiorum suorum: Quid dicturi sunt impij & infelicissimi isti, cum diuino tribunali fuerint præsentati? Respiciant ergo & erubescant, & dignos pœnitentiæ agant fructus, & Samuelis imitent virtutes, q̄ ephod lino sicut accinctus, per quod mortificatio carnis, puritas cordis, exēplaritas operis figurant, quibus ministris ecclesiæ decorari oportet. Nempe vt asserit Glossa: Qui Deo ministrare desiderat, necesse est vt castē & sobriē viuat, præsertim cum cunctis fidelibus iubeat Christus: Videte ne grauetur corda vestra crapula vel ebrietate. Sed pro dolor, multi cum filijs Heli quærunt non solum sufficientia, sed & superabundantia & delicatiora, & incontinentiæ p̄sent incitamenta. [Et tunica parua faciebat ei mater sua.] Tunica parua, est humilis vita, quam mater ecclesia parat ac docet filios suos, quatenus opera sua, q̄rumlibet magna, in humilitate custodiant, paruipendant: & quicq; boni in eis est, Deo semp attribuant: sicq; iuxta Iudæ apostoli documentū, odiant eam q̄ carnalis est, maculatam tunicam. [Et bñdixit Heli Elcanæ & vxori eius, dixitq;: Reddat tibi dñs semē de muliere hac pro scenore quod cōmodasti dño.] Sic boni p̄lati, religiosorumq; patres, bñdicere debent secularibus, qui sobolem suam offerunt Deo in locis deuotis, in quibus dum proles oblata seu spontē ingressa, benē se habet, gaudium parit superioribus suis, quorū bñdictione & oratione, imō & meritis ac precibus prolis laudabiliter conuersant. Deus frequenter etiam in tēporalibus bñdicit parētibus, & eos mēte fecūdat ac corpore. Verū sunt aliq; Deo ingrati ac infideles, q̄ filios suos aut filias a religionis ingressu, spiritali cōuersatiōe toto posse auertūt: & quod Deus eis gratiose cōcessit, malitiosē abstrahūt Deo. Quōd si aliquē ex fructu veri sui habuerint mūdo ineptū, hūc deputāt Deo, cui nō viliora, sed p̄stantiora sunt offerenda. [Et Heli audiuit vniuersa q̄ fecerūt filij sui vniuerso Israeli.] Per hunc Heli, q̄ tūm ad se) videt̄ fuisse vir mitis & pius, intelligunt negligētes p̄lati & patres, imō & vniuersi q̄ circa impletionē p̄cepti fraternæ correptionis, sunt remissi ac tardi, p̄sertim q̄ subditos suos debite in crepare ac castigare nō satagūt, propter quod oīa subditorū vitia redūdāt in ipsos, & dānantur ac puniunt̄ p̄ ipsis: ideo piculosum est p̄sidere, & curam accipere animarū. Atque vt asserit Origenes, Bonum est non proflire ad ecclesiasticas dignitates. Vndē & Chryostomus: Quis est, inq; qui cupit p̄selle, nisi q̄ non timet iudicium Dei? Ecce Heli filijs suis in reparatoriē est loquutus: Quare facitis res huiusmodi, res pessimas? Et tñ tanq̄ trāsgressor p̄cepti paternæ ac fraternæ correptionis, reprobatur a domino, improperturq; ei q̄ magis honorauerit filios suos q̄ Deum. Constat ergo quōd iuxta grauitatē & scādaloositatem culpārum eorum q̄ peccāt, di-

1. Tim. 2.2. Matt. 3.

Tit. 2. Luc. 21.

Iudæ 1.4

Matt. 18.

Origenes Chryost.

re & acriter sint a superioribus suis reprehendendi ac puniendi & reprimendi. Quid ergo damnationis imminet his, & qui detestabiles sunt coram altissimo, quod debitum suae plationis & preceptum correctionis in subditis suis non implent, in unum, ut nec molliter quidem se remissè corripiant delinquentes, vel personarum sint acceptores, unum palpando per alios? O qui variis modis communicant hi peccatis alienis. Insuper, qui multi praesules & archidiaconi ac decani audiunt his diebus, qualiter filij, i. subditi eorum presbyteri, canonici, seu in sacris ordinibus constituti, dormiunt cum mulieribus coniugatis ac alijs, imò & sponso caelesti consecratis: nec tamen, ut tenentur, corripunt, sed poena pecuniaria contentantur, nec lucra querunt animarum, sed suarum impletionem bur-sarum. Aut quod sceleratissimum est, haec ipsa facinora quae in alijs corrumpere & corrigere obligantur, exercent etiam publice, & magis quam subditi, & transgredi permittunt ac faciunt populum Dei. Hi maledicti non solum priuant diuinis promissis, quae bonis sacerdotibus ac praelatis idoneis facta sunt & parata: sed cum Heli incurrunt cõnationes atque punitiões multiplices, ac paueas à iudice adorando, in cuius manus incidere est horrendum: quod glorificantes se, gloriosè exaltat: & eos à quibus cõtemnitur, quod filios suos aut proximos magis honorant, amant, aut timet, quam Deum, horribiliter confutabit. Accendamus igitur zelo iustitiae & deitatis seruire in primis contra nos ipsos, & contra vitia nostra & negligentias, proprias, detestando, puniendo & vitando ea quotidie cum debita seriositate: deinde aduersus peccata & vitia proximorum, potissimè subditorum & domesticorum nostrorum: & quos magis diligimus, reprehendamus instantius: nec ex timore offendendi homines, aut desiderio complacendi hominibus, omittat quis quod Deus requirit, Alioquin iudicabitur plus honorare homines, quam hominum creatorem.

Heb. 10.

¶ Expositio literalis cap. 3. Puer autem Samuel ministrabat domino coram Heli.

Articulus 7.

Recitatur hic, qualiter praescripta increpatio & reprobatio Heli potestificis, etiam manifestata sit Samueli, & per Samuelem pontifici: promotio quoque; Samuelis ad gratiam prophetalem. Puer autem Samuel ministrabat domino coram Heli, & sermo domini erat preciosus. Ji. difficile obtineri poterat diuina seu prophetalis responsio ad interrogata ac dubia. Pauci quoque; tunc erat qui populum salubriter informabat. In diebus illis non erat visio manifesta: quia etiam alicui se habet reuelatio prophetica, sicut in precedenti cap. dictum est de viro nei misso ad Heli, hoc tunc raro & secrete fiebat, omne autem rarum, est preciosum, dum modò sit appetibile. Circa haec scribit Lyra: Propter malitiam filiorum Heli, & negligentiam patris eorum in corrigendo, cessauerunt reuelationes & rationes domini. Vñ in Hebraeo habetur: Sermo domini erat prohibitus & obturatus. Contra quae obijci potest, quia (ut dicunt Thomas & alij) quibus interdum puniatur Deus unum pro peccato alterius in temporalibus, non tamen in spiritualibus. Denique temporibus Manasse, Amon, & filiorum Iosias, erat multo maior iniquitas sacerdotum, imò & populi, quam tempore isto Heli. Et tamen tunc erant multi & magni prophetae, & visiones aperta, ut patebit infra lib. 4. & 2. Paral. atque frequenter in Hieremia, asseritque; Rabbi Paulus, dictionem illam Hebraicam, pro qua Hieronymus transtulit, preciosus, non significare nisi preciosum. Itaque iuxta doctrinam Augustini libro de ciuitate Dei, videtur dicendum, quod apud aeternam & infinitam sapientiam creatoris, inuariabiliter ac sapientissimè est decretum ac diffinitum, quod & ubi ac qualiter miracula & ceteri miraculosi effectus contingant. Sic quoque; de prophetis visionibus est tenendum. Factum est ergo in die quadam, Heli iacebat in loco suo, Ji. in lecto seu thalamo iuxta tabernaculum ad dormiendum, & oculi eius caligauerant: praeseneclute, ex organi indispositio. Alioquin si organum visus in senes, esset dispositum sicut in iuvene, tam clarè videret senex ut iuuenis, ut ait Philosophus. Nec poterat videre lucernam dei, antequam extingueret. Hoc alij sic exponunt, quod non poterat videre in die, quoniam lucerna tabernaculi erat extincta. Alij sic: Non poterat videre ante diem, quoniam lucerna extinguebatur, quae expositiones obscurae sunt, & extortae videtur. Quidam ergo magis ad literam & clarius sic exponunt, quod non valebat videre lucernam adhuc ardentem seu lucentem, propter visus sui debilitatem, quae admodum vespertilio lucem diei pati non potest. Sed huic expositioni quoque; obijci, quod nemo tam debilem habet visum, nec ita caecutiens est, quoniam clarius videat lucernam ardentem quam extinctam. Hinc secundum Magistrum in historia Hebraica distinguitur & persequatur ita: Non poterat videre: deinde subiungunt secundum Hebraicam veritatem, lucerna domini nondum extinguebatur: sicque; congruenter subiungitur, Samuel autem dormiebat. His concordat quod libro de Hebraicis questionibus dicitur. Et idem approbat Lyra, additque; Translatio nostra videtur hoc loco corrupta per imperitiam correctorū, quod duos versus coniunxerunt in vnum, sicut in alijs pluribus locis est factum: ideo consequenter posuerunt hic lucernam in accusatiuo, pro lucerna in nominatiuo. Unde apparet, quod veritas nostrae translationis à principio fuit haec, Non poterat videre: ita quod versus hic terminatur. Et sequitur: Lucerna domini ante quam extingueretur, Samuel dormiebat: hoc est, antequam lucerna domini extinguebatur, puta in nocte, Samuel dormiebat. Veruntamen quia non vi-

Pet. Co. hist. li. 1. reg. ca. 5. Hieronymus.

videtur quod talis corruptio possit de facili generaliter fieri, reor dicendum, quod textus sicut iacet, potest conuenienter saluari: pro quo primo pensandum, quod in tabernaculo erat septem lucernae ardentibus de nocte, quarum quatuor extinguebantur de mane, quae rursus de vespere accendebantur. Et istae lucernae erant lampades valde clare lucentes, absque; intermedio nostro super candela-burum posita, quae omnia in Exodum exposita sunt. Insuper aduertendum, quod dupliciter dicitur aliquis non posse videre lucernam ardentem seu lampadem. Primo, quia nequaquam perceptius est visuum specierum seu rationum ipsius. Secundo, quia eam non potest inspicere absque; sui visus poena ac laesione, iuxta quod modum nocturna nequit lumen solis videre. Dicendum ergo, quod Heli ita fuit caecutiens, quod absque; notabili visus sui tormento, nequibat lampades illas ardentibus & lucetes aspiciere. Sicque; communiter dicitur, quod homo non potest solem in rota suae claritatis intueri. Et ita non poterat Heli videre lucernam dei, hoc est, lampades illas ardentibus, intelligendo plurale per singulare, antequam extingueretur: non quod postea viderit eas: quae admodum fertur apud Matth. 1. quod Ioseph non cognouit Mariam, donec peperit: non quod postea eam cognouerit. Vel forte extinctis lampadibus in ipso crepusculo vel aurora, melius & sanius vidit eas, quam in tanti luminis conglomeratione atque; vigore. Samuel autem dormiebat in templo domini ubi erat arca Dei. Per templum domini, imò nec in exteriori tabernaculi parte, idcirco dicitur Samuel in templo dormiisse, hoc est, in quadam appendicia eius, puta in thalamo iuxta tabernaculum, in quo thalamo solus dormiuit Heli, non tamen in lecto eodem. Et vocauit dominus Samuel. Hoc dominus fecit per ministerium angeli, qui (ut apparet) vocauit Samuelem dormientem, ita quod ex illa uocatione euigilauit: sicque; videtur fuisse uocatio exterior, sicut & paulopostè alloquebatur eum allocutione exteriori uocali, quamque; & interiori uocatione imaginaria potuerit eum usque; ad expergefactionem uocasse. Qui Samuel respondens, ait: Ecce ego paratus sum ad tuum preceptum. Et cucurrit ad Heli, & dixit: Ecce ego praesto sum. Vocasti enim me in nunc. Hoc Samuel affirmauit: ideo dixit falsum materialiter, non autem formaliter: imò formaliter dixit verum, quia sic dixit, ut sentit. Qui dixit: Non uocaui te filij in hac hora. Reuertere & dormi. Et abiit, & dormiuit. Et adiecit dominus rursus uocare Samuel. Cõsurgensque; Samuel, abiit ad Heli, & dixit: Ecce ego, quia uocaui me. Qui respondit: Non uocaui te filij mi. Reuertere & dormi. In quibus promptissima Samuelis obedientia commendatur, quia in tempesta nocte silentio toties & tam celeriter ac patienter surrexit & cucurrit ad Heli dominum suum, à quo se uocari per-tauit. Ex quo item elicitur, quod non iacuerunt remotè ab inuicem. Porro Samuel necdum sciebat dominum, Ieo modo quo propheta, necdum cognouerat modum quo dominus cõsueuit prophetis apparere ac loqui, vel praesentire nondum habuit scientiam de Deo notabilem. Neque; reuelatus fuerat ei sermo domini, hoc est, allocutio prophetalis non fuit ei adhuc facta aut declarata. Dicit quoque; Iosephus, quod 12. suo anno coepit prophetas visiones habere. Et adiecit dominus, & uocauit adhuc Samuel tertio. Qui cõsurgens, abiit ad Heli, & ait: Ecce ego, quia uocaui me. Intellexit ergo Heli, quod uocaret dominus puerum. Heli namque; innocentiam eminentemque; gratiam Samuelis perpendit, ideo supponit eum uocari à spiritu bono. Et ait ad Samuel: Vade & dormi: & si deinceps uocauerit te, dices: Loquere domine, quia audit seruus tuus. Abiit ergo Samuel, & dormiuit in loco suo. Et uenit dominus in die persona apparere, & loquens, & stetit, & uocauit sicut uocauerat secundo, Ji. prius seu altera vice. Vel secundo, Ji. bis expressit nomen Samuelis, ipsum uocando. Nā subdit: Samuel Samuel. Quae repetitio est signum dilectionis, vel excitatio attentionis, vel seriositatis & magnitudinis rei indicium. Porro, ut Iosephus innotuit, Dominus ter Samuelem uocauit, ad figurandum tres dignitates ipsius: Idem quae ex hac hora est factus propheta, postea iudex, obtulit quoque; sacrificium ut sacerdos, eo quod paruulus esset Icaoth filius Phinees filij Heli. Veruntamen si p̄ducta ritè p̄sent, dominus Samuel quater uocauit. Et ait Samuel: Loquere domine, quia audit seruus tuus. Circa huc passum quidam scribit: Quem admodum ars & natura p̄cedunt de imperfecto ad perfectum, sic reuelationes secundum processum temporis: quae prophetarum posteriores, ad tempus Christi propinquantes, habuerunt clariore, prophetias de Christo, quam prophetarum priores. Ad quod dico, quod istud in quibusdam sic fuit, sed non est regulariter verum. Non enim Aggaeus, Naum, Abacuc, Iohel, & similes eis, fuerunt magis illuminati de mysterijs Christi, quam Dauid & Esaias, quod diu antè fuerunt, sed eorum uerò, cum dicat Hieronymus, quod Esaias uenerit Christus atque; Eccelesias mysteria, ita id liquidum, p̄sequens est, ut potius Euangelista quam propheta sit iudicandus. Et dixit dominus ad Samuel: Ecce ego facio uerbum in Israel, Ji. citò faciam opus tam metuendum, & plagam seu uisionem tam grandem in Israelitico populo, quod quocumque; audierit, tinniet ambae aures eius. Ji. quocumque; fidelium illud perceperit ac benè perpenderit, uehementer mirabitur ac p̄uebit, instar eius quod audit sonum tam ingentem, quod aures suae tinniunt inde. Hoc impletum fuit in arcae captiuatione, & filiorum Heli ac populi Israel magna strage, ac ceteris quae in sequenti scribuntur cap. In die illa suscitabo aduersum Heli omnia, quae loquutus sum super domum eius: Incipiam & cõplebo. Prædixi enim ei, Ji. Heli pontifici per uirum Dei, ut praecedenti habetur cap. quod dicitur iudicaturus essem

Exo. 27. Ibd.

Iose. lib. 5. an. iu. ca. 15.

Hieronymus.

1. Reg. 4.

1. Reg. 2.

1. Reg. 2. esse domū eius in æternū. Ji. debite puniturus tā ipsū Heli, q̄ filios eiꝝ ac posteritatē p̄cenis p̄petuis, iuxta expositionē cap. p̄cedentis [propter iniquitatem] i. congerit magnam ac enormitatem iniquitatum eius, eo q̄ nouerat indignē agere filios suos, & non corripuerit eos. Itam rigorose, vt tenebatur, prout ista cap. p̄cedenti exposita sunt. [Dicitur cō iurari domui Heli, Ji. irreuocabiliter de ipsiꝝ diffiniui, q̄ non expietur iniquitas domus eius vidimis & muneribus vsq; in æternum. Ji. q̄ eorum facinora nunq̄ dimittent eis per q̄cunq; sacrificia legis, q̄tū ad p̄enam vitæ p̄sentis: p̄cinitibus tñ non p̄ludēbatur via salutis, q̄tū ad remissionem culpæ ac p̄cna æternæ. Ecce q̄ terribiliter loquitur dñs cōtra Heli, eo q̄ p̄ceptum paternæ correptionis non adimpleuit. [Dormiuit autē Samuel vsq; manē, aperuitq; ostia domus dñi. Et Samuel timebat indicare Heli] pontifici [visionem] p̄fatam, propter ipsius terribilitatem, & propter ipsiꝝ Heli auctoritatem atq; ne nimis contristaret senior ille. [Vocauit ergo Heli Samuelem, & dixit: Samuel fili mi. Qui r̄ndens, ait: Præsto sum. Et interrogauit eum: Quis est sermo quem loquutus est ad te dñs? Oro te, ne celaueris me. Hæc faciat tibi dñs, & hæc addat, Ji. taliter te castiget & grauius te affligat per temporalia quæuis aduersa, prout iustitiæ suæ placuerit, [si absconderis] ad me sermonem ex omnibus verbis quæ dicta sunt tibi. [Dicunt qdam, q̄ ista fuit forma adiurandi quæcunq; solita apud Hebræos: & q̄ si sit sensus, Faciat tibi Deus tot mala, quot fecit alicui homini, & adhuc plura. Sed videtur q̄ adiuratio ista sub tali sensu, fuisset illicita, qm̄ imprecatio talis obuiaisset ac derogasset iustitiæ. Non em̄ meruisset quis tanta incidere mala, propter hoc q̄ non impleisset huiusmodi ad que per verba illa adiurabatur. Sicq; adiuratio illa fuisset maledictio inhumana, cūm tñ multi iusti ea vti legantur: ideo exponenda videtur sub quadā cōditione implicita, sicut exposita est. [Indicauit itaq; ei Samuel vniuersos sermones, Ji. cuncta verba sibi contra domum Heli, & contra populum Israel reuelata, [& non abscondit ab eo. Et ille r̄ndit: Dñs est, [torius creaturæ] factior, princeps & iudex, a quo appellari non potest, & cui nullus potest aut debet resistere, cūm ipse sit verè oipotens, & prima mensura, causa ac regula totius iustitiæ, sapientiæ ac virtutis: ideo quicquid dicitur, bonum & sapientiale cōsistit. Hinc subditur: [Quod bonum est in oculis suis, faciat. Ji. quod sapientiæ sua didicerit, impleat. Hinc Sapient. 12. Legitur: Quis tibi dñe imputabit, si perierint nationes quas tu fecisti? Nec em̄ est alius Deus q̄ tu, cui cura est de omnibus. Cūm sis ergo iustus, oia iuste disponis. Virtus em̄ tua, iustitiæ initium est. Hinc Job 6. dicitur: Quis ego, vt cōtradictam sermonibus sancti? Ex hac tam patienti & humili r̄nsonē Heli elicunt aliqui, q̄ acceptando super se & suos diuinæ sententiæ æquitatē, meruit, mediante sua cōtritione, p̄citorum suorum remissionem, & pro eis temporaliter est punitus, non æternaliter cōdemnatus, quibus & post hanc vitam etiam Purgatorij tulerit p̄cenas: quod item ex his, quæ in sequenti habent cap. ceterum probabile. Erat em̄ p̄uens pro arca Dei magis, q̄ pro filijs suis tēpore belliauditaq; arca captione, ex nimio m̄orore cecidit mortuus, cūm tñ filiorum suorum occisione audita manserit sedens. Denique r̄nsonem hanc Heli sequutus est David, fugiens Absalonem. Porro verba sc̄torum dicentium Heli dñatum, exponi possunt, q̄ æternam meruit damnationē filios suos non increpando condignē, & damnatus fuisset, nisi p̄cenuisset. Et rursus de cōdemnatione temporalis occisionis verificantur, [Creuit autē Samuel, & dñs erat cum eo, & non cecidit ex omnibus verbis eius in terram. Ji. cuncta quæ prophetauit & docuit, erant vera, nec quicq̄ ex eis fuit frustratum aut supeditatum. Sic & Job 29. Lux, inquit, vultus mei non cadebat in terram. [Et cognouit vniuersus Israel à Dan vsq; Bersabee, Ji. totus populus ille ab vna terræ suæ extremitate vsq; ad aliam, [q̄ si delis Samuel, p̄pheta esset dñi. Et addidit dñs vt appareret in Silo, Ji. post p̄scriptā apparitionem adhuc s̄p̄pius apparuit Samueli in tabernaculo suo, quod erat in vrbe Silo. [qm̄ reuelatus fuerat dñs Samueli in Silo. Ji. ex quo iam semel cœpit se ibi manifestare Samueli, prout p̄phetis se manifestare confuevit varijs modis, videlicet in somno atq; vigilia, & per angelos sanctos: hinc in eodem loco dignatus est dñs prosequi reuelatiōes suas ad Samuelem, iuxta verbum dñi. Ji. secundum quod dñs per Moysen in Deuteronomio prædixit se responsum populo suo per prophetas. Propter quod iussit: Non sit inter vos qui pythones cōsulat neq; diuinos, & quærat à mortuis veritatem. Hinc loquitur Esa. 8. Nunquid non à Deo suo populus quæret veritatem? Ad legem magis & ad prophetas, & secundum legis mandata procedite, quærendo consilia & responsa, & ad prophetas pro talibus confugiatis. [Et euenit sermo Samuelis vniuersi Israeli. Ji. vniuersis in generali & singulis interrogantibus eum, contigit quod eis prædixit.

Gregorius Sermo domini erat preciosus. hoc est quod ait in Euang. Christus Luc. 10. Messis multa, ope rarior aut pauci. nam etsi sint multi qui verbis abundant, pauci tñ inueniuntur, in quibus vita & mores verbis prædicationis concordent. Idcirco sermo eorum cōtēnitur, nec dignus est sermo dñi appellari, cūm potius sit locutio vanitatis & verbū cupiditatis, q̄ charitatis & recte intentionis: aliqñ in primis p̄dicarent sibi metipsis. ¶ Denique p̄dicandum est tempore opportuno, &

1. Reg. 4. 1. Reg. 15. 16.

Deut. 18.

& non nimis sæpē, nec nimis rarō, vt cuncta moderetur discretio. ideo super hunc locum ait Hieronymus: Prædicatio si rara est, non sufficit: si assidua, vilescit. Prædicandū est itaq; sæpē, sed non nimis continuē, cūm dicat Apostolus Hebr. 6. Terra super se venientē sæpē bibens imbrem, accipit benedictionem. Terra bibit imbrem, dum populus deuotē & auidē audit sermonē. ¶ Porro q̄ in discreta assiduitate sermocinantur, figurantur per seminifluos qui erant secūdum legem immundi. Ideo ait scriptura: In auribus insipientium ne loquaris, quia despiciēt doctrinam eloquij tui. Itemq; Vbi non est auditus, non effundas sermonem. [In diebus illis nō erat visio manifesta. Iga dum negligens præfuit, illuminatio deest subiectis. Ideo ait Salomon: Cūm impij sumptulerint principatum, gemet populus. [Heli iacebat in loco suo, & oculi eius caligauerant.] Per Heli intelliguntur prælati remissi, inutiles, mala consuetudine & vitijs inueterati, corde obtenebrati, qui videre non queunt lucernam, i. sapientiam patris in carnaram, seu verba legis diuinæ, quia non habent intellectum formatum ac benē dispositum. Etenim animalis homo non percipit ea quæ sunt Dei, nec sapit eis scriptura diuina, quam vocat lucernam qui ait [Psal. 138. Lucerna pedibus meis verbum tuum. Vni quoq; non possunt videre lucernam Dei, i. diuina præcepta attendere & implere reculant. Vnde Pouer. 6. habetur: Mandatum, lucerna est: & lex, lux: & via vitæ, increpatio disciplinæ. [Et vocauit dñs Samuelem.] Quædamodum dñs per iuuenem Samuelem redarguit senem Heli, ita quotidie quosdam, qui vitam suam in negligentijs & vitijs transigerunt, corripit dñs per iuniores deuotos & seruidos. Quidam etiam in suæ cōuersiōis exordio tantis gratiæ donis replentur, tamq; strenuē ac instanter p̄ficiunt, q̄ seniores pigros citō præcedūt, quibus specialis humilitas necessaria semper est, atq; sollicitē obseruanda. ¶ Postremō p̄femus in textu huiꝝ cap. q̄ promptō obediēs, q̄ vigil & alacer, q̄ docilis ac dirigibilis fuerit Samuel in adolescentia sua, q̄ tam citō ac sæpē in ipsa nocte occurrit ad Heli, & ei in cunctis mox paruit. Quod si alicui fuerit aliquid specialis deuotionis, illuminationis aut visionis supernē concessum, nequaquam incautē & sine legitima ratione id prodat, pensans quod loquitur Esa. 24. Secretū meum mihi, ne deceterō simili dono priuetur.

Hieronymus
Num. 5
Pro. 23
Eccles. 31
Pro. 29

1. Cor. 3

¶ Elucidatio cap. 4. Et factum est, in diebus illis contēnerunt Philistij. Art. 9.
A Dimpletio diuinæ cōminationis, in duobus p̄cedentibus cap. posita, hoc loco describitur. ¶ Et factum est, in diebus illis cōcenerunt Philistij in pugnam. Ji. ad pugnandū contra filios Israel, q̄ a tēpore Samsonis cœperunt se opponere Philistijs, quibus ante 40. annos seruierāt, vt iudic. 13. scriptum est. ¶ Egressus est nanq; Israel obuiam Philistij in bellum, & castrametatus est [Israel, i. filij Israel posuerunt acies suas atq; tentoria iuxta lapidem adiutorij. in campo circa saxum grāde, quod (vt infra fertur) vocatū est lapis adiutorij, propter causam ibi descriptam, sicq; iuxta ordinem historię, istud dicitur per 780. 17. i. anticipationem, q̄tū ad nomen loci istius: sed habendo respectum ad tēpus quo ista conscripta sunt, non est anticipatio, quia tunc locus ille sic appellabatur. [Porro Philistij venerunt in Aphec, Ji. ad locum sic dictum, q̄ pertinebat ad vr̄bem nomine Iezrah. [& instruxerūt aciem.] exercitum suum ordinauerunt contra Israel. ¶ Nam turba inordinatē locata in prælio, non est nisi victima hostiū, secundū Vegetiū lib. de re militari. [Inito autē certamine, terga vertit Israel Philistijs, & cesa sunt in illo certamine passim. Ji. cōmuniter [per agros quasi 4. millia virorū] rex Israel. Nam & populus Israel multipliciter erat culpabilis, & sacrificia debita malē persoluit. [Et reuersus est populus ad castra. Ji. ad tentoria sua, quod tam de Israelitis, q̄ de Philistijs accipi potest. [Dixeruntq; maiores natu de Israel:] i. nobiliores & duces exercitū seu principes tribuū, quibus incumbēbat cura boni cōmunis: Quare percussit nos dñs hodiē corā Philistij: hoc est, cur p̄misit nos suos cultores p̄cuti, & quosdam nostrū occidit ab idololatris istis in circūcis? Et in his verbis insinuaerūt, hostes suos nil potuisse, nisi potestate eis à Deo cōcessa, q̄ oim bellorū moderator sit dñs, dans triumphū quibus voluerit, propter causas suæ sapientiæ notas. Sic ergo quasi admirādo locuti sunt, Cur percussit nos dñs? Et habita inter se collatione, putauerūt, q̄ propter absentiam arcæ id cōtigisset. Nam in descensione Iordanis & vastatione Hiericho, arca fuit ante populū deportata, vt patet Iosue 3. Tñ in circuitatione Hiericho, portabatur inter bellatores & vulgus. Hinc subdūt: [Afferamus ad nos de Silo arcam fœderis dñi.] per Leuitas seu sacerdotes. Numer. etem 4. habetur, q̄ portanda erat per Leuitas. Præfatis tñ Iosue capitulis 3. & 6. legitur portata per sacerdotes. [& veniat in medio nri, vt saluet nos de manu inimicorum nostrorum. Misit ergo populus,] quosdam Leuitas & sacerdotes in Silo, & tulerunt in dē arcam fœderis domini exercituum, quæ dicebatur arca fœderis domini, quia in ea continebantur tabulæ testamētī, per quod dñs inijt p̄cūm & fœdus percussit cum Israel. [sedētis super Cherubim.] Exo. 25. describitur, quōd propiciatorium fuit sedes Dei in sancta sanctorum. Cur ergo dicitur Deus sedēs super Cherubim, & non potius super propiciatorium? Respōdetur q̄ ideo, q̄ secundū vnam expositionē, quæ per verba hæc cōfirmari videtur, propiciatoriū illud erat qdam aurea mensa seu tabula super arcam leuata, & in suis extremitati-

1. Reg. 23

Judic. 13

1. Reg. 7

Vegetius

Ios. 3
Ibid.

Exo. 25

tatibus sustentata per Cherubim duos, inter q̄ media fuit tabula illa: propter quod & sup Cherubim fertur dñs sedes. Et quia ibidem gloria dñi interdum apparere solebat, ideo quoq; P̄sal. 79. cantatur: Qui sedes super Cherubim. Deniq; Cherubim plenitudo scientie interpretatur. Dicitur ergo dñs super Cherubim residere, qm̄ om̄ium intellectuum substantiarum intellectum, capacitatem, scientiamq; transcendit. Erantq; duo filij Heli cum arca fœderis dñi Ophni & Phinees, tanq̄ principales arcæ custodes, & Phinees primogenit⁹ Heli fungebatur officio sui patris in multis, qui & filijs suis præcepit, ne sine arca redirent ad se, propter quod timerunt & acriter pugnaverunt, ut in Scholast. recitatur hist. Cumq; venisset arca fœderis dñi in castra, vociferatus est omnis Israel voce grandi præ gaudio, & ex spe prævalendi propter dignitatem & reuerentiam arcæ præsentis, de cuius aduentu Deo regratiabantur. Et forsitan ad incutiendum timorem aduersarijs, etiam sic clamabant, & personuit terra, & audierunt Philistijm vocem clamoris, dixeruntq;: Quænam est hæc vox clamoris magni, tam alti & gaudiosi [in castris Hebræorum] Et cognouerunt q̄ arca dñi venisset in castra. Vnde hoc cognouerunt Philistij & qd̄ ipsi sciuerunt loqui de arca? Rñdendum q̄ inter Philistæos sæpè habitauerunt qdam Hebræi, & alij qui Philistæi multa audierunt ab Hebræis de Deo & lege eorum, & de efficacia ac sanctimonia arcæ, idcirco suspicabantur arcam venisse. Et timeruntq; Philistijm, dicentes: Venit Deus in castra. Ji. Deus Hebræorum venit ad eos ad auxiliandum. Et ingemuerūt, dicentes: Væ nobis. Non em̄ fuit tanta exultatio heri & nudius tertius, vā nobis. Quis nos seruabit? i. eripiet [de manu deorum sublimium istorum?] Cur pluraliter aiunt, deorum, cum scire potuerint filios Israel vnum solum colere Deum? Dicit potest, q̄ utebantur plurali pro singulari. Vel opinabantur, filios Israel cum summo Deo suo etiam quosdam alios colere deos, sicut & sæpè fecerunt iniquè. [Hi sunt dij qui percusserunt Aegyptum omni plaga in deserto. Ji. finali & consummata plaga percussērūt Aegyptios, eos mergendo in mari rubro, quod per partem deserti Aegypti currebat, ut Exo. 14. legitur, quasi dicant: Sicut Aegyptij victi sunt, ita & nos vincemur. Huic expositioni catholicorum, vt dicit quidam, non videtur consonare litera sequens, qua subditur: Cōfortamini, & estote viri. Ji. viriles õs Philistijm, ne seruatijs Hebræis, sicut & illi seruierunt nobis. Sed dicendū q̄ litera ista benè consonat p̄ductis. Non em̄ est inconueniēs, q̄ idem exereitus ex q̄busdā cōsiderationibus formidauit, deinde ex alijs causis & cōsiderationibus se inuicē animauit & confortauit, sicut & idem homo primò veretur, deinde se cōsolatur: quæ admodum etiam lib. 1. Machab. de exercitu Ionathæ fertur, q̄ cognita cōprehensione Ionathæ, de qua maximè doluerunt & terri erant, hortati sunt semetipsos, & exierūt parati in plium. imò de isto sunt in scripturis multa exempla. Expositio quoq; Hebræorū quam ponit, non videtur recitatio cōdigna. [Confortamini & bellate. Pugnaverunt ergo Philistijm, & cæsus est Israel, & fugit vnusquisq; de exercitu Israel, q̄ euadere potuit, in tabernaculū suum. Et facta est plaga magna nimis, & ceciderunt de Israel 30. millia peditum, & arca dei capta est, duo quoq; filij Heli mortui sunt. Currēs aut̄ vir de tribu Beniamin ex acie, quem (vt fertur) Hebræi dicunt fuisse Saul, dicentes, q̄ abstulit tabulas testamēti de manu Goliath Gethæi, quas ille ex arca accepit, & reportauit eas in Silo, quod videtur ad Iudæicas fabulas pertinere, quia & Saul tunc adolescens fuit, nec potuisset humana potētia tabulas abstulisse illi giganti. Si aut̄ supernaturali virtute id egit, eadem potuisset & arcam Philistæis auferre. [Venit in Silo in die illa, scissa veste & cōspersus puluere caput. Cumq; ille venisset, Heli sedebat super sellam Ji. cathedrā, cōtra viam] q̄ duxit ad locū certaminis, [spectās. Ji. expectans secundū quosdā, q̄a (vt dicunt Hebræi) iam cæcus fuit. Vel si adhuc cæcūtiens, vidit illum vt cunq; cupiēs scire exitum belli. [Erat em̄ cor eius pauēs p̄ arca dñi. Nam p̄pter comminationes sibi factas, valdè expauit de exitu malo, p̄sertim, q̄ audierat filios suos vna die cæcos. [Vir aut̄ ille postq̄ ingressus est, nunciauit vrbī. Et vlulauit ois ciuitas. Et audiuit Heli sonitū clamoris, dixitq;: Quis est hic sonitus tumultus huius? At ille festinauit, & venit, & nunciauit Heli. Heli aut̄ erat 90. & 8. annorum, & oculi eius caligauerāt, & videre non poterat, & dixit ad Heli: Ego sum qui veni de prælio, & ego qui de acie fugi hodiè. Cui ille ait: Quid factum est fili mi? Rñdens aut̄ ille qui nunciabat, Fugit, inquit, Israel coram Philistijm, & ruina magna facta est in populo. In super & duo filij tui mortui sunt, Ophni & Phinees, & arca Dei capta est. Specialissimè ergo timuit ne arca caperetur: quā cum captam audisset, cecidit retrorsum. Audita aut̄ morte filiorum suorum ac plebis, qui euit: sed arcæ cōprehensione audita, præ tristitia corruit. Vnde videtur in eo affectus gratiæ & zelus Dei, pro tunc præualuisse affectioni naturæ, amorq; sobolis. Vnde subditur: Cumq; ille nominasset arcam dñi, cecidit de sella retrorsum iuxta osium, & fractis ceruicibus, mortuus est. Senex em̄ erat vir & grādæuus, Ji. 98. annorum [& ipse iudicauit Israel 40. annis. Jicq; videtur 58. annorum fuisse, qñ esse dñs est iudex. [Nurus autem eius &c.] Hic enarratur, qualiter vxor Phinees auditis tam mœstis rumoribus, subitò peperit, & pariendū mox expirauit. Primò tamē puerum natum vocauit Icabod, quod interpretatur, inglorius seu sine

ret. Cō. hist. li. 1. reg. c. 6. clamore

1. Mach. 12. 1. q. 4. ca. Eccl. 1. ca.

1. Reg. 2.

ne honore. Vñ & causam nominationis adiecit, dicēs: [Trāslata est gloria de Israel. Hoc est, ipsa honorabilis res, scilicet arca vel gloriatio Israelis, extincta est, ablata sibi tā sancta re. Et eadem verba p̄tulit ex parte mariti sui defuncti & fratris illius, q̄ si vixissent, meritò dixissent hæc verba.

¶ Spiritualis pertractatio eiusdem capituli quarti. Arti. X.

Per Philistæos, qui interpretantur, portione cadentes, intelligunt̄ inuisibiles inimici, aut etiā homines impij, vitiorum superfluitate inebriati, qui inuident iustis, & contra eos ineunt pugnā temptationis, aut corporalis afflictionis, seu persecutionis, a quibus fideles propter sua peccata sæpè vincuntur in agris, i. in latitudine viæ ad perditionem ducentis. ¶ Præterea per Israelitas, de sua ruina mirantes, atq; pro sua subuentione arcam domini afferentes, intelliguntur Christiani, qui instante tribulatione quacunq; seu pestilentia, circumferunt Sacramentum atq; reliquias, non tamen emendant suam conuersationē & mores: ideo propter sua demerita nō iuuantur, imò interdum grauiori peste cæduntur, & hoc iustissimo dei iudicio, qui cordiū videns arcana, scit illos pro euasione & cessatione periculorum corporaliū deprecari, nō ex recta radice, hoc est, non ex charitate, neq; syncera intentione, sed ex amore carnali, quo diligunt vitā præsentem ac prospera eius. Sicq; oratio eorū fit in peccatū, & indignationē puocat deitatis, quoniam importunè & indiscretè orant pro his rebus, de quibus ignorant, an saluti eorū expediant: & ea quæ deus requirit ab eis, & de necessitate sunt salutis, omittunt: quod totum præposterū est, & verè cōtrariū æquitati. Quæ admodū etiam ex clamore Israelitarū fuerunt Philistæi perterriti, sic demones ex cantu & pulsu, ex facris & sacramētis ecclesiæ solent arceri & formidare: in hominibus vitiosam Ecclesiasticorū vitam cernētes, qui deū ore laudātes, cor suū longè ab ipso auertunt, hortantur se inuicē ad impugnandū fideles, præcipuè clerū, ex quibus heu prosterunt quotidie millia multa, quos ad diuersa & graua ducunt peccata. ¶ Præterea, per hoc quòd Hebræi arcam suam & gloriam, ac tabulas testamenti, continentes decalogū, amiserunt, figuratū censet, q̄ exigentibus suis sceleribus, præsertim in Christū commissis, priuandi erant omni gloria legis suæ, sapientia spirituali & scientia salutari, & q̄ ipsa lex, quantum ad p̄cepta moralia, cū libris prophetarū ac psalmis transferenda fuit ad Gentiles: quo facto, defecit sacerdotiū ac pontificiū Iudæorū. Quod itē p̄figurabatur per subitam mortē Heli pontificis, filiorūq; eius sacerdotum. Interitus quoq; synagoga, per mortem nurus præfate, designabatur: quæ tñ intereundo peperit filium, quia reliquæ ex synagoga saluatae sunt, sicut per Hieremiam deus prædixit: Cōgregabo vos vnum de ciuitate, & duos de cognatione. ¶ Postremò pensandum, quòd Heli & nurus eius qui vituperantur, tantū de arcæ cōprehensione tristati sunt, quòd subitò expirauerunt, quò cōstat, quòd reprehendendi sunt Christiani quàm plurimi, qui de captione sancti sepulchri, & vacatione totius sanctæ terræ, & sacratissimorū locorū prophanatioe, parua aut nulla afficiuntur mœstitia. Rursus, de corporali Israelitarū occisione vlulauerunt habitantes in Silo: sed de quotidiana peccantiū morte sp̄iali in anima, & de æterna pereuntiū cōdemnatione, & præsertim de tam multiplici ac enormi dei inhonoratione & offensione omni penè momento, vix est qui lachrymā fundat. Vbi spiritualis dilectio? vbi zelus diuini honoris? Et tñ propter has causas, semp̄ causa est & ratio copiosa piè lugendi omni veraciter Christiani fidei, vt sanctus ait Basilius.

Psal. 108.

Esaie 29. Matth. 15. Marc. 7.

Rom. 11. Hierc. 23.

Basilius

¶ Expositio capituli quinti: Philistijm autem tulerunt arcam dei. Arti. XI.

Modò describitur, qualiter Philistæi propter arcā plagati sunt, hoc est, propter scelera que commiserunt in deum, & circa ipsius arcam. [Philistijm aut̄ tulerunt arcam dei, & abspertauerunt eam à lapide adiutorij in Azotum.] quæ fuit vna quinque, principalium vrbium terrarum, & fortè primò occurrit eis in reditu, ideo primò in eam tulerunt arcam. [Tuleruntq; Philistijm arcam dei, & intulerunt eam in templum Dagon: J ad reuerentiam Dagon dei sui, ascribentes ei victoriam suam, [& statuerunt eam iuxta Dagon.] tanquam trophæum, i. spoliū victoriæ. [Cumq; surrexissent diluculo Azotij altero die, J vt præ solito Dagon deum suum honorarent, cuius virtute arbitrabantur se tantum sortitos triumphum, [ecce Dagon iacebat prostratus in terra ante arcam domini.] tanquam eam adorans, vt Iosephus scribit, quòd deus omnipotens fecit, ad reprimendum Philistinorum audaciam atq; blasphemiam, dicentium se arcam cepisse virtute Dagon: cuius oppositum patuit per hoc, quòd Dagon iacuit sic prostratus ante arcam. [Et tulerunt J hoc est, acciperunt, [Dagon J sacerdotes ipsius, [& restituerunt eum in locum suum:] erubescētes de dei sui tanta deiectione, & manè ac clam̄ restituerunt eum, ne communitas hoc ipsum perciperet. [Rursumq; manè die altero confluentes, inuenerūt Dagon iacentem super faciem suam in terra coram arca domini:] Qualiter verum est hoc, cum protinus subiumgatur: [Caput aut̄ Dagon & duæ palmæ manū eius, abscissæ erant sup limen:] caput ergo & facies erant iam separatæ a corpore Dagon, non itaq; iacuit super faciem suam. Respōdetur, q̄ Dagon iacuit super faciem suā, i. super inferiorem superficiem suā, ac si vultū habuisset ter ræ hærentē: sed & caput iacuit, versa in terram facie eius. Et in his deus euidentiū demonstrauit

Iose. lib. 6. aut. iu. ca. 1.

P omni.

omnipotentiam ac iustitiam suam super deum & populum Philistinorum, nec poterat plaga ista celari ut prior, quia idolum reintegrari nequiuit. Et facta est ista punitio ministerio angeli, tamen incertū videtur, an ministerio angeli boni, an mali, quoniam tales plagae ab utroque factae leguntur. [Porro Dagon solus truncus remanserat in loco suo. Propter hanc plagam non calcant sacerdotes Dagon, & omnes qui ingrediuntur templum eius,] i. nullus ingredientium illud ex plebe eorum, [super limen Dagon,] i. super limen templi eius, [in Azoto usque, in hodiernum diem,] quasi limen illud sanctificatum sit ex contactu Dagon super illud sic dimembrati, propter quod indignos se reputabant super illud calcare. Sic & in Genesi habetur, quod filii Israel non comedunt neruum, qui emarcuit in femore Iacob. [Aggravata est autem manus domini super Azotios,] i. deus omnipotentiam atque iustitiam suam poenalius adhuc monstravit in habitatoribus Azoti, quia ex praeteritis mirabilibus non fuerunt conversi ab idololatria dei sui, quem tam confusibiliter a deo Israel victum & plagatum viderunt. [Et demolitus est] i. destruxit seu grauius vulneravit [eos,] sicut subiungitur. Veruntamen quod in aliquibus libris mox sequitur, istud videlicet, [Et ebullierunt villae & agri in medio regionis illius, & nati sunt mures, & facta est confusio mortis magna in ciuitate,] non est in libris correctis, quia nec in Hebraeo, sed ab aliquo Glossatore primo est additum per modum expositionis & Glossae, atque ad minus peritis post textum additum & insertum, quod & in alijs locis scripturae reperitur aliquando factum. Porro sensus huius additionis, ex sequenti cap. expositione patebit. [Et percussit in secretiore parte natium,] ut potest inferiorum partium, per quas egerunt grossiora naturae superfusa, [Azotum & fines eius:] i. habitatores vrbis illius, villarumque eius. [Videntes autem viri Azotij huiusmodi plagam,] quae (secundum expositores concorditer) fuit dysenteria feeda ac vehemens & crudelis, & intestinum inferiorum corruptio & putrefactio quaedam, in tantum, quod vermibus scatebant & prominebant extrinsecus, quam plagam per experientiam in se videbant, i. sentiebant, aut etiam aspexerunt ad apponendum remedium. [Quaeritur, quare hac plaga magis, quam alia, sint percussi. Responderi potest,] quod ad humiliandum eorum blasphemiam, praesumptionem, turpissimamque superbiam. [Vnde cantatur in psalmo: Percussit inimicos suos in posteriora, opprobrium sempiternum dedit illis. [dixerunt: Non maneat arca Dei Israel apud nos, quoniam dura est manus eius,] i. ultio nobis propter eam inflicta, dura inquam [super nos & super Dagon deum nostrum.] Ecce quam stulti & miseri, qui illum coluerunt pro deo, qui seipsum nequibat iuuare, nec suos cultores: nec conuerti voluerunt ad eum, cuius insuperabilem experiebantur potentiam. [Et mittentes, congregauerunt omnes satrapas Philistinorum ad se, & dixerunt: Quid faciemus de arca Dei Israel? Responderunt Gethae: Circunducatur arca Dei Israel,] quae sperabant quod in alijs vrbibus non fieret propter eam huiusmodi plagam, vel experiri volebant, an propter arcam seu ob eius praesentiam inflingeret eis illa punitio, quod tamen Azotij facti iam erant. [Et circumduxerunt arcam Dei Israel,] illis autem circumducendum eam, fiebat manus domini Dei per singulas ciuitates interfectionis magnae nimis, & percutiebat viros vniuersosque vrbis a paruo usque ad maiorem, [qui & praeter feminas erant culpabiles,] & compertescerant prominentes extales eorum: [i. extermae partes eorum per quas immunditiae emittuntur. [Inieruntque consilium Gethae,] & fecerunt sibi sedes pelliceas:] ut potest mollissima sedilia, ut minus affligerentur sedendo. Siquidem illa pars sedis, super quam incumbant parte qua sedemus, erat de pellibus forsitan ouium. [Miserunt ergo arcam domini in Accaron. Cumque venisset arca domini Dei in Accaron, exclamauerunt Accaronitae,] dicentes: Adduxerunt ad nos arcam Dei Israel, ut interficiat nos & populum nostrum. Miserunt itaque & congregauerunt omnes satrapas Philistinorum. [qui quinq; erant, iuxta numerum quinque,] principum vrbium [qui dixerunt: Dimitte arcam Dei Israel, & reuertatur in locum suum,] i. ad populum Israel, vel ad Silo seu in tabernaculum domini, [et non interficiat nos:] i. propter eius praesentiam non interficiamur [cum populo nostro.] Multi quippe ex plagis praeteritis moriebantur, [Fiebat enim pavor mortis in singulis vrbibus, & grauissima valde manus domini Dei. Viri quoque, qui mortui non fuerant, percutiebantur in secretiore parte natium, & afflictebat vlulatus vniuersosque,] ciuitatis in caeli.] [Quaeri potest,] cur isti idololatrae non proiecerint arcam illam in ignem vel, cur non considerint eam in frustra? Respondere quis poterit, quia (ut Salomon protestatur) non est sapientia, non est scientia, non est consilium contra dominum, qui immutat corda hominum, & quodcumque voluerit, vertit ea. Ipse autem noluit hoc habere. Vel ut aliqui opinantur, non audebant hoc facere, ne peiora eis acciderent. Itaque iuxta Glossam, iusto Dei iudicio communi plaga percussi sunt, quia culpa eorum fuit communis. [Mystice,] per arcam intelligitur Christus seu eius humanitas. Per deiectionem ergo & detractionem Dagon, figurata est destructio idolorum ubique terrarum, ex spiritali adductioe saluatoris per apostolorum praedicationem ad gentes. Per vulnerationem quoque & interfectionem infidelium Allophylorum, designata est spiritualis obsecratio atque perpetua damnatio eorum, qui Christianam noluerunt recipere fidem. Per Philistinorum vero percussione in natibus, monstratur censetur, quod hi, qui

Prover. 12.

Iob 12.

Prover. 21.

qui ex sua arrogancia & presumptione manserunt increduli, meruerunt (ut ait Apostolus) dari in reprobum sensum, atque ignominiosas incidere passiones carnalitates exteriorum, iminentis, id est, usque Rom. 1. ad vitia contra naturam se extendentes. Postremo, hoc, quod fecerunt arcam circumducere ad experiendum, an plaga illa serent verum ad Deo Israel, propter praesentiam arcae designata est curiositas, imo peruersitas & stulta subtilitas philosophorum & tyrannorum & aliorum obstinatorum, Porphyrij, Iuliani, Auerrois, Celsi, & consimilium: qui videntes signa, prodigia atque miracula sanctorum apostolorum & apostolorum virorum, nisi sunt ea obscurare & annihilare, volentes ea reducere ad causas naturales occultas, vel ad magicas artes, siue ad diabolicas opes & cooperationes: quod omnes defecerunt, scrutantes Psa. 67. scrutinia, & deceperunt in primis seipsum ac alios multos, quorum nomina scripta non erant in libro vitae. Apoc. 17. [Declaratio cap. VI. Fuit ergo arca domini in regione Philistinorum septem mensibus. Arti. XII. Capitulum hoc enarrat, qualiter arca dei remissa sit, & de mirabilibus dei in hoc opere perpetratis.] Fuit ergo arca domini in regione Philistinorum septem mensibus: infra quos praefatis modis plagati sunt, & non cessantibus plagis, [Et post haec vocauerunt Philistinim] & communitas populi, [sacerdotes & diuinos] suos, tanquam caeteris prudentiores. Vocantur autem diuini, qui sibi usurpant quod Dei est, praecognitionem & annunciationem futurorum pure conringentium seu similitum notitiam secretorum, de quibus interdum a demonibus instruntur eo modo, quo daemones talia scire queunt coniecturaliter magis, quam certitudinaliter, ex subtilitate ingenita & experientia longa. [dicentes: Quid faciemus de arca Dei?] Indicate nobis, quomodo remittamus eam in locum suum. Qui dixerunt: Si remittitis arcam Dei Israel, nolite dimittere eam vacuam: i. inhonoratam, quasi dicant, pro irreuerentia Deo Israel irrogata circa arcam ipsius, impendite ei honorem per oblationes & dona: aliter non poteritis eum placare. Hinc subditur: [sed quod debetis, reddite ei pro peccato] vobis relaxando, [et tunc curabimini,] & scietis] per experientiam vestre curationis, cum iuxta nostram consultationem egeritis, [quare non recedat manus eius a vobis:] i. cur interim effectus diuinae potentiae, ut potest punitio vestra, non cessat. Nam hucusque fuit inter Philistaeos diuersa opinio de causa praedictae plagationis. Nempè nonnulli dixerunt eam contigisse ex acri infectione, alij ex corruptione fructuum terrae, quidam a casu, nonnulli quod arca praesentiam. [Qui dixerunt: Quid est quod pro delicto reddere debeamus ei?] i. quam satisfactionem, ut culpa nostra nobis dimittatur? Responderuntque illi: Iuxta numerum prouinciarum Philistinorum, i. principum vrbium cum villis & attinentijs suis, quae vrbes fuerant quinque, [quinque] annos aureos & quinque mures aureos facietis] formari per manus artificum, ut sint memoriale diuinae potestatis & suae ultionis in vobis. Veruntamen Iosephus dicit, quod erant quinque quo simulacra hominum aurea, [quia plaga vna fuit omnibus vobis & satrapis vestris.] i. eadem vltio in specie: & ideo sicut fuit communis & par plaga, debet esse satisfactio vna ac generalis, ut poena correspondeat culpae. [Facietisque similitudinem anorum vestrorum, & similitudines murium,] qui mures [demoliti sunt terram.] Mures enim ebullierunt de terra, & fructus ipsius destruxerunt, imò & prominentes extales ipsorum Philistinorum mordebant & corrodebant. [et dabitis Deo Israel gloriam,] i. potentiam atque iustitiam eius protestabimini ista agendo, per quae etiam fatebimini vos esse percussos ab ipso, eo quod arcam eius ceperitis. [si forte releuet] Deus [manum suam] i. plagas suas tollat [a vobis.] iam ante dixerunt, & tunc curabimini: quare ergo dubitatiue nunc dicunt, si forte &c. Respondetur, quod illud fuit verbum bonae fidei, non certae scientiae. [et ad dijs vestris & terra vestra.] Ex hoc videtur, quod Philistaei non solum coluerunt Dagon, & quod Deus non solum exercuit ultionem in Dagon, sed item in alijs Philistinorum dijs seu idolis, sicut & olim in dijs Aegyptiorum. [Quare aggravatis corda vestra] per obstinationem & impoenitentiam & per arcae detentionem, [sicut aggravauit Aegyptus & Pharaon cor suum:] i. Aegyptij qui populum Israel dimittere diu recusauerunt. [Nonne postquam percussus est, tunc dimisit eos, & abierunt?] Nunc ergo arripite, & facite plastrum nouum, non vetus, ad reuerentiam arcae, [et duas vaccas factas:] i. vitulos iam habentes, [quibus non est impostum iugum,] iungite in plastrum, & recludite vitulos earum domi. Tolletisque arcam domini, & ponetis in plastrum, & vasa aurea quae exoluistis ei pro delicto, ponetis in capsellam ad latus eius, & dimittite eam, ut vadat. Et aspicietis. Et si quidem per viam sinium suorum ascenderit contra Bethsames, ipse fecit nobis hoc malum grande: si autem minime, sciemus quia nequaquam manus eius terigit nos, sed casu accidit. Fecerunt ergo illi hoc modo. Et tollentes duas vaccas quae laetabant vitulos, iunxerunt quae plastrum, vitulosque earum concluserunt domi. Et posuerunt arcam dei super plastrum, & capsellam quae habebat mures aureos & similitudinem anorum. Ibant autem in directum vaccae per viam quae ducit Bethsames, & itinere vno gradiebant pergentes & mugientes, & non declinabant ad dexteram neque ad sinistram. Sed & satrapae Philistinorum sequebantur usque ad terminos Bethsames. [Textus planus est, itaque omnia ista consulerunt sacerdotes & diuini ad agnoscendum pro certo, an plaga illa fuisset inflicta a Deo. Quod enim vaccae insolitae iugum portare, & a suis

Exod. 10. 11.

Exod. 5. 6.

7. 8. 9. 10. 11.

fecitibus separatæ, traheret currum per viam rectam, per quam antè nunquã ierunt sine ducto-
re seu auriga, sicut multipliciter supra naturã. Ideo fuit signum sufficiens, q̄ tribulatio illa esset à
deo Israel propter arcam immisissã. [Porro Bethsamitæ metebant triticũ in valle.] quo cõstat, tẽ-
pore messis hæc contigisse. Eratq; Bethsames vna sacerdotaliũ vrbium in sorte Beniamin. Ideo
autẽ fecerunt Philistæi vaccas trahere currum per viam ducentem ad vrbem istam, quia fortassis
primis occurrebat egredientibus ab vrbe Philistij, à qua arca cepit remitti. Est quoq; & alia
vrbs sic vocata in Nephthalim tribu. [Et eleuantes oculos, viderunt arcam, & gauisi sunt.] Beth-
samitæ, [cũm vidissent] arcam. [Et plaustrum venit in agrũ Iosue Bethsamitis.] i. cuius præfate
vrbs, [et stetit ibi.] quia vaccæ subliterunt ibidem, quasi peracto suo officio, ex instinctu diui
no. [Erat autem ibi lapis, & cõciderunt ligna plaustrũ, vaccasq; impoferunt super eã.] i. super li-
gna plaustrũ conscissa in frusta, holocaustum dño. [i. ad offerendum carnes vaccarum illarum
Deo in holocaustum, quod ignis lignorum vorauit.] [Leuitæ autem deposuerunt arcam
Dei] de plaustro, antequã plaustrum concidebatur, [et capsellam quæ erat iuxta eã, in qua erãt
vasa aurea, i. præfata simulacra anorum ac murium, quæ (vt ex isto loco apparet) concaua erãt,
ita quod aliquid poterant continere, propter quod (iuxta proprietatem Hebræi sermonis) va-
sa dicuntur. Etenim vasa vocant Hebræi, omnia quæ sunt alicuius rei contentiua. Quidam tamẽ
per vasa aurea intelligunt vasa huiusmodi, in quibus (vt dicunt) positi erant ani, muresq; aurei,
quod nõ est idonee dictum, quia in textu paulõ antè habetur: Tolletis arcam & vasa aurea, quæ
exolulistis ei pro delicto. [et posuerunt] arcam atq; capsellam [super lapidem grandem,] qui
(secundum Iudæorum fabulas) fuit ara olim cõstructa ab Abraham, qui (vt in Genesi legitur) in
pluribus locis edificauit altaria. [Viri autem Bethsamitæ] scilicet sacerdotes vrbs illius sacer-
dotalis, obtulerunt holocausta, [scilicet vaccas prædictas, aut etiã sacrificia alia. Nam subditur:
et immolauerunt victimas in illa die dño] pro gratiarum actione, q̄ arcam tam miraculose &
gloriosè reduxit. Vndè & ligna plaustrũ ac vaccas, in quibus fecit Deus prodigia illa, cõuerterunt
in Dei honorẽ, i. in holocausti materiam & inflammationẽ, tanq̄ quæ Deo iam fuerunt quodã-
modò consecrata. [Et quinq; satrapæ Philistinorum] cum famulis suis [viderunt,] ista & mira-
bilia memorata, [et reuersi sunt in Accaron in die illa,] certificati ex istis prodigijs, q̄ eorum pla-
ga fuit à Deo. Credendum quoq; videtur, q̄ Philistæi his gestis fuerunt sanati. [Hi sunt autẽ ani
aurei, quos reddiderunt Philistæi pro delicto suo.] Hic exprimuntur quinq; vrbes p̄cipuæ, qua-
rum quælibet dedit aureum anum vnum. [Azotus vnũ, Gaza vnum, Ascalõ vnum, Geth vnum,
Accaron vnum.] De numero quoq; murium aureorum subiungitur: [Et mures aureos] exolue-
runt [secundum numerum vrbium Philistij] quinq; prouinciãrũ, i. quinq; aureos mures, se-
cundum quod quinq; erant metropoles, [ab vrbe murata vsq; ad villam quæ erat absq; muro.]
Hoc tripliciter explanatur. Primò, q̄ erant tantũ quinq; vrbes Philistinorũ, & ideo tm̄ quinq;
mures aureos esse oblatos. Ildorus verò & magister in historijs dicunt oppositum, adijcientes,
q̄ erant quinq; p̄cipuæ vrbes, & aliæ minũs principales, quarum vna (vt infra habetur) Sice-
leg fuit. Ideo dicunt, q̄ vnaquæq; principium ciuitatum illarum, obtulit tam aureum anum q̄
aureum murem. Cæteræ solum aureos mures. Tertij dicunt, q̄ solum offerebantur quinq; aurei
ani & totidem mures, & q̄ cæteræ vrbes seu villæ adiacentes, pro expensis contribuerunt. [et
vsq; ad Abel magnum] i. lapidem magnum, de quo iam supra dictum est. Hoc additur, ad mō-
strandum q̄ vrbes & villæ Philistinorũ, porrigebantur vsq; ad lapidem illum ex vna parte. Abel
autem interpretatur, luctus: ideo lapis seu locus ille vocatus est Abel, quoniam paulõ post fuit
ibidem luctus ingens, propter eorum qui arcam viderunt, occisionẽ. Alij dicunt, per Abel ma-
gnum, intelligi oppidum Bethsames, quod secundum eos dictum est postea Abel, ob luctũ præ-
fatum: quod non videtur, quia subiungitur, [super quem posuerunt arcam domini, qui erat vsq;
in illa die in agro Iosue Bethsamitis:] in cuius agro nõ erat sita vrbs illa, sed lapis præfatus. [Per-
cussit autem dñs de vrbe Bethsamitis] quosdã, [eo quod vidissent arcam dñi] nudam & disco-
poptam, secundum quod Philistæi eam remisisse creduntur: & sic arcam aspicerẽ, prohibitum
fuit, non solum vndecim tribubus, sed & Leuitis sub pœna mortis. [et percussit de populo septua-
ginta viros.] Hoc, vt recitat Lyra, etiam Hebræi exponunt sic, q̄ solum septuaginta viri fuerunt
percussi, qui erant tantæ reputationis, q̄ equiparabantur septuaginta millibus de plebeijs, iuxta
quem modum dicitur ad Dauid infra secundo Regum: Tu vnus pro decem millibus cõputaris.
Principales em̄ de populo percussi fuerunt, q̄ debebant populum ordinare & p̄cauere de prædi-
ctis offensis. Sed huic expositioni obuiare videt̄ series literæ, in qua apertissimè quasi de diuersis
narratur, q̄ dñs percussit de populo septuaginta viros. [et quinq; quaginta millia plebis.] Præter-
eã ad sacerdotes & Leuitas p̄cipuè pertinebat, instruere populum de necessarijs ad salutem
& sp̄ualibus rebus. Si ergo principales ex populo, vt optimates & iudices, percussi fuissent, quia
populũ non cõpescuerunt ab intuitu arcæ, videtur q̄ sacerdotes & Leuitæ p̄sertim percussi fuissent
pro

Iosue 15.

Iosue 19.

Gene. 15.

Gene. 22.

Ildorus

Pet. Co. hi-

sto. li. 1. regũ

cap. 7.

Regum. 7.

Numer. 4.

pro illo vulgi peccato. Magister quoq; in historijs & alij expositores solennes aliter tenent, &
literam sicut peccat exponunt. Ita q; aduertendum, quod arcam dimiserunt fati diu sub dño, & ma-
gis diu q̄ licuit: propter quod populus Israel vndiq; copiosissimè concurrebat, & multi ex curio-
sitate arcam intuebantur, contra illud Numerorũ: Alij nulla curiositate videant quæ sunt in san-
ctuario, priusquam inuolunturalio quin morientur. Quauis autẽ peccata subditorũ superiorũ-
bus imputentur, non tamẽ sic, quin & ipsis subditis, qui & pro p̄prijis puniuntur excessibus: nec
ignorantia iuris diuini, quod quis scire tenetur, putã diuina p̄cepta, excusat. Iusuper Lyra scri-
bit, quod vna causa percussiois populi fuit, quia holocaustũ indebitè offerebãt, offerendo vac-
cas in holocaustũ, cum tũ in Leuitico iusserit dñs, vt non nisi masculus offerretur in holocaustũ.
Si autem illa fuisset causa percussiois prædictæ, videtur omninò, quod sacerdotes qui hoc fe-
cerunt, fuissent percussi. Idcirco iuxta prædicta magis apparet, quod ex dispensatione seu inspi-
ratione diuina obtulerunt vaccas illas in holocaustum, sicut & sacrificabant ibi in agro extra ta-
bernaculum & altare. Nã vaccæ illæ per miracula Dei in eis ostensa, erãt Deo quodãmodò con-
secratæ, & ei tantummodò offerendæ, nec sumptæ erãt ex pecoribus Israeliticæ plebis. [Luxitq;
populus] residuus, [eo quod percussit dñs plebem plaga magna.] Quæ autem fuerit plaga illa,
nescitur. [Et dixerunt viri Bethsamite: Quis poterit stare in cõspectu dñi nei sancti huius?] qua-
si dicant, tanta est distinctio diuinæ iustitiæ, quod metuendũ est in eius præsentia apparere, atq;
difficile ei placere, & eius percussioem euadere, iuxta quem sensum scriptum est in Iosue libro:
Non poteritis seruire dño, Deus em̄ sanctus & fortis æmulator est, & non ignoscet sceleribus ve-
stris. [Et ad quem ascendet à nobis?] i. quis tantæ virtutis inuenietur, qui dignus sit eã suscipere
res. [Miseruntq; nuncios ad habitatores Cariatharim,] quæ erat vrbs famosa & fortis, [dicentes:
Reduxerunt Philistij arcam dñi. Sed cur non remisertur eam in Silo ad tabernaculũ domini?
Forſitan intendebat q̄ postea illuc deduceretur.] [descendite, & reducite eam ad vos.] ¶ Quæ-
ritur circa prædicta, quo spiritu sacerdotes & diuini Philistinorũ, dederunt tam sanum consiliũ
de modo remittendi arcam ad populum Israel: Ad quod quidam respondent, q̄ ex instigatione,
reuelationeq; dæmonũ, quos etiam dicunt diuinitis compulſos ad dandum diuinis tale respon-
sum, quemadmodũ sæpè leguntur dæmones propalasse virtutes sanctorũ. Porro sanctus Hiero-
nymus in quibusdam locis videtur sentire, q̄ sicut Balaam, ita & isti ex spiritu Dei bono fuerunt
inspirati ad ista dicenda. Nam prophetia & secretorum reuelatio, sunt dona gratiæ gratis datæ,
quæ bonis & malis cõmunia sunt. ¶ Iterum queritur, Cũ arca fuerit res prorsus inanimata, cur
propter eius intuitũ tam grauitè cesset eus populus: Et respondendũ, quod Deus sub pœna mor-
tis, phibuit non solum aspectũ arcæ nude, sed & aliorum quæ in tabernaculo erant, ad cõmendan-
dum dignitatem sacerdotalis officij, & p̄sertim propter mysticas significationes spiritualesq;
rationes, super librum Numerorũ expressas. Arca autẽ fuit figura humanitatis Christi & sacramen-
tum altaris, quæ nõ sunt nisi cum debita reuerentia aspicienda. ¶ Rurſus queri potest, Cur Philis-
tæi percussi nõ sunt, quia arcam viderant nudam: Respondetur, quia non fuit eis prohibitum,
quoniam lex eis data non fuit. Vndè ad Romanos ait Apostolus: Scimus quia quæcunq; lex lo-
quitur, his qui in lege sunt, loquitur. Etenim hi quibus lex data est, per legem iudicantur.

Pet. Co. li. 1. re- gum cap. 7. Numer. 4.

Leuitic. 1.

Iosue 24.

Hieronym. Nume. 23. 24.

Numer. 4.

Roman. 5.

1. Corint. 1.

De spiritali eiusdem cap. VI. intellectu. Arti. XIII.
Per terram Philistinorum, designatur gentilitas: per arcã, Christus sapientia patris. Fuit itaq;
Christus septem mensibus, i. multo tempore euangelicæ legis in terra gentium. Durante
etenim persequutione ecclesiæ, fideles & infideles passim habitabant commixtũ. Cumq; per-
fidi & tyranni Christum in suis membris irreuerenter tractaret atq; crudeliter persequerentur,
siebat frequenter, quod impij illi à Deo subitanis ac lætalibus plagis terribiliter cõdebantur,
ita quod à territũ, à Christianorũ persequutione quandoq; ad tempus cessabant, & arcã mittebant
de loco ad locum, Christianos pellendo de vrbe in vrbem, quos tandem victi dimiserunt in pa-
cẽ: imò innumerabiles eis conuersi, munera Deo Christianorum immolauerunt. [Feceruntq;
similitudines anorum suorum] i. in quinamenta & vitia sua per inhoneſtiora membra commil-
sa, humiliter confitebantur. Deniq; ex isto, quod Philistæi fecerunt & obtulerunt similitudines
membrorum, in quibus erant plagati, & bestiarum per quas puniebantur: videtur mos in oleuif-
se, quod hi q̄ cruciantur in manu, pede aut alio membro, offerant talium membrorũ similitudi-
nes cereas, aureas siue argenteas omnipotenti. ¶ Amplius, per plaustrum nouum, in quo arca re-
missa est, intelligi potest cor spiritaliter innouatũ seu reformatum, vel homo perfectus, qui ex-
emplis suis, meritis & precibus alios secum defert ad regnum celeſte, Deum quoq; portat in se,
ita vt ei valeat dici, quod Helisæus dixit Helizæ, & rex Israel Helisæo: Pater mi, currus Israel & au-
riga eius. Talia plaustra Christum portant de loco & populo vno ad alium, qui & ingratis ac in-
duratis relictis, ad dociles reuertuntur: quod deuotissimis prædicatoribus ac prælatis potissi-
mũ comperit, quibus multos lucrificantes competit illud in Psal. 47. Currus Dei decem
P 3 milli-

Roman. 8. millibus multiplex. Huic plaustrum duæ vaccæ factæ iunguntur, quibus nodum impositum fuit iugum: per quas intelliguntur fideles personæ, virtuosæ actibus fecundatæ, quæ iugo iniquitatis ac demonum subijci renuerunt, & viris præfatis cooperantur in bonis, & ipsos trahunt ad diuersos hinc inde visitandos ac instruendos. Hæ personæ gradiuntur per rectam ac regiam viam, & omni sensuali affectu ad propinquos aut prolem relicto, naturali quoque amore charitati subiecto, euangelica implent consilia, parentes, soboles, consanguineos, coniugem deferendo, quatenus Deo liberiori, stabiliiori, puriori; mente intenti sint, de quibus in Deuteronomio legitur dictum figuratim: Qui dixit patri suo & matri suæ, nescio vos, & fratris suis, ignoro illos, & nescierunt filios suos, hi custodierunt & loquuntur tui. Pergunt itaque, per viam quæ dicitur Bethfames, hoc est, per arctam viam salutis, quæ ducit ad domum, non manufactam, æternam in cælis, in qua sol intelligentiæ atque iustitiæ clarè & incessabiliter cernitur ac laudatur, iuxta illud psalmi: Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Signum Bethfames interpretatur, domus solis, mugiuntque, pergenndo, sua ac proximorum peccata plangendo, cum gemitu deprecando, ad patriam & visionem Dei beatificam aspirando, iuxta illud beati Apostoli: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Quo affectu cecinit & Propheta: Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Et item: Sitiuit anima mea ad Deum fortem viuum. Hi itaque, in capsella, hoc est, in conscientia humili vel pœnitentia salutari, custodiunt & reponunt bona quæ operantur. Porro Bethfames metebant triticum in valle. Per Bethfames designatur non solum triumphans ecclesia, in qua sol iustitiæ faciè ad faciè lucet atque conspicitur, sed militans quoque; ecclesia, in qua per gratiam & virtutes, per fidem & sapientiam contemplatur & colitur. Sicque Bethfames non solum sunt ciues cælestis Hierusalém, sed & filij militantis ecclesiæ, qui in valle hac lachrymarum & humilitatis decliuitate triticum metunt, hoc est, virtutum opera & fructus spiritus intra se colligunt, vt diuites fiant in operibus bonis, qui oculos cordis eleuando, Christum dominum sibi gratiosè aduenientem intuentur, & super hoc gloriantur: qui plaustrum cœcidunt in frusta, & vaccas desuper ponunt in holocaustum, dum se ipsos per contritionem & deuotionem totaliter diuino mancipant cultui, nihil sui relinquentes sibimet ipsis, atque ad idem agendum suos inducunt discipulos & subiectos. [Erat autem ibi lapis magnus.] Per quem cordis constantia, aut fidei fundamentum, aut dñs ipse, cui ait Psalmista, Dñs petra mea: potest intelligi, cui debet omne opus bonum inniti atque imponi, ne deiciatur, quatenus qui bona exequimur, viro cõparemur sapienti, qui domum suam ædificauit supra petram, ita vt nec venti aduersitatum, nec flumina tentationum, nec impetus passionum aut vitiorum potuerint eam deicere. [Erat quoque, satrapæ Philistinorum viderunt, & reuersi sunt die illa in Aecaron.] Per quinque satrapas istos, ritè designantur filij seculi, nobiles & potentes secundum carnem, delectationibus quibusque, sensuum dediti, qui etsi audiant verba Dei, videantque, exempla iustorum, & miracula omnipotentis agnoscant, rarè tamen & pauci conuertuntur ad dominum. Propter quod ait Apostolus: Videte vocationem vestram fratres, quia non multi potentes, non multi nobiles, nõ multi sapientes secundum carnem sunt inter vos. [Perussit autem dominus de viris Bethfames, eo quod vidissent arcam domini.] Per hoc præfiguratur cognoscitur, quod hi qui sacramentum eucharistiæ irreuerenter intuentur aut sumunt, aut Christum præsumptuosè contemplari attentant, aut fidei secreta curiosè rimantur, percuti ac perire merentur: quod in multis hæresiarachis, qui per septuaginta viros exprimuntur, & in illorum infelicibus discipulis, qui per quinque quaginta millia figurati sunt, videmus impletum: qui olim fuerunt in ecclesia tanquam filij & ministri ac membra, sicut ait sanctus Ioannes in prima sua canonica: In nobis erant, sed non erant ex nobis. Frequenter quoque contingit quod ecclesiastici viri notabiliter virtuosæ, & in dño spiritaliter gloriati, repente vana gloria impugnentur ac polluantur, & quadam spiritali elatione labantur. Ideo castigantur à dño in præsentia, ne pereant in futuro. Nam & impiissima & callidissima illa vulpecula inanis gloria, seu spiritalis superbia, in spiritalium charismatum affluentia periculosissimis insidiatur, irrepit & maculat: propter quod iugi & timorata cordis custodia opus est incessanter. [Luxitque, populus,] quia deuoti & charitatiuè aliorum deplorat ruinam, & simul de proprio casu suspecti sunt. [Dixeruntque, viri Bethfames &c.] quia ex propriæ deiectionis experientia pensant, quam difficile sit iugiter in via iustitiæ perseuerare, vnde & alios exhortatur ad spiritualem cautelam & ad perfectionis constantiam, à qua dolent se corruisse.

¶ Expositio capituli septimi. Venerunt ergo viri Cariathiarim, & reduxerunt arcam domini, &c. Articulus XIII.

Riformatio Israelitici populi facta per Samuelem, & illorum ad meliorem statum reductio, hic narratur. Nempe vt Salomon protestatur, cum decesserit propheta, populus corruet. Sic econtra, cum propheta affuerit, populus surget, nisi forte obstinatus, incorrigibilisque consistat. Venerunt ergo viri Cariathiarim, i. habitatores principalis vrbs illius, & reduxerunt ar-

eam dñi. [Crededum videtur, quod sacerdotes seu Leuitæ, iuxta legis præceptum, portauerint eam in vestibus super humeros suos.] & intulerunt eam in domum Aminadab [qui erat vir iustus & tamen famosæ virtutis, quod præ cæteris reputauerunt eum dignum præsentia hospitacione; arca, & fuit sacerdos in Gabaa.] Istud quod dicitur hic, quod intulerunt eam in domum Aminadab in Gabaa, ali- quod dicitur non fuisse tunc factum, quos sequitur Lyra: Hoc, ingens, non fuit factum statim, sed per magnum tempus post, quia per aliquod tempus arca fuit in Cariathiarim, & inde translata fuit in Maspha, & inde in Galgala, vt dicitur in lib. de Hebraicis quæst. & postea translata fuit in Nob, deinde in Gabaa, vt dicitur hic. Sed istud non videtur textui consonare, quoniam de eisdem viris & sub eodem cõtextu hic legitur, Venerunt viri Cariathiarim, & reduxerunt arcam dñi, & intulerunt eam in domum Aminadab in Gabaa: quod totum videtur hic dici de eadem arce translatione. Denique non apparet, quod tot intermedijs translationibus omissis, scriptura ista loquatur de translatione arce in oppidum Gabaa, post descriptionem translationis eius de Bethfames in Cariathiarim. Hi quoque, quæ eam reportauerunt in Cariathiarim, diu fuerunt defuncti, antequam arca fuit translata in oppidum Gabaa: ideo de eis istud non verificatur. Potius igitur reor, quod Gabaa non sit hoc loco nomen ciuitatis, de qua fuit Saul: sed iuxta interpretationem suam, designat excelsum seu collem, quia in loco eminenti constituerunt arcam propter reuerentiã eius, iuxta quem modum in Euang. Matt. 2. fertur: Vox in Rama (i. in excelsa) audita est, ita quod Rama non sumitur ibi pro vrbe, & istud cõcordat dictis Hieronymi & Magistrum in hist. vt super Paral. plenius est ostensum. [Eleazar autem filij eius sanctificauerunt, i. instituerunt, vt cultodiret arcam dñi.] & forte iuxta ritum legis in Leuitico scriptum, cõsecrauerunt eum in sacerdotem, si antè non fuit sic cõsecratus. Vel si iam erat sacerdos, hortati sunt eum, vt per continentiam ab vxore ad tempus, per orationes & sacrificium, exhiberet se ad custodiendum arcam idoneum. [Et factum est, ex qua die mansit arca in Cariathiarim, multiplicati sunt dies.] In multis diebus seu potius annis, putã 20. annis, mansit ibidem. Vnde subiungitur: [Erat quippe iam annus vice simus, i. tot anni fluxerunt interim quod arca fuit illo in loco.] Videtur autem Iosephus velle, quod arca fuit ibi vsque ad octauum annum regni Saulis, in quo non octauo ipse deportauit eam secum in castra, hoc est, ad locum certaminis, vt infra tãgitur. [Et requieuit omnis Israel post dominum.] In infra hoc tempus ad dominum sunt conuersi, & quiescuerunt in eo, adhærentes ei fideliter. Cum enim viderent, qualiter à Philistinis erant percussi propter sua & Heli filiorumque eius facinora, & quam grauer Deus plagauerat Philistinos propter arce præsentiam, atque quam miraculosè arcam reduxit, compuncti sunt, & admonitionibus Samuelis obtemperarunt. Vnde quod dictum est, Erat quippe iam annus vice simus, quidam exponunt, quod tot anni fluxerunt ex eo tempore, quo post mortem Heli cepit Samuel instruere plebem. [Ait autem Samuel ad vniuersam domum Israel, dicens: Si in toto corde vestro reuertimini ad dominum.] per plenam contritionem, obedièntiam, dilectionem, causerite deos alienos de medio vestri, Baalim & Astaroth. [Si iuxta præhabita totus populus Israel per tot annos quiescit post dominum, quid necessaria fuit exhortatio ista?] vel, qualiter apud se adhuc deos alienos habebant? Ad hoc videtur dicendum, quod quauis cessauerunt idola colere, adhuc tamè apud se tenerunt simulacra. Et forsitan quidam eorum nondum ex toto ab idololatria recesserunt. Totum nanque frequenter sumit varias denominationes à diuersis partibus suis, ita quod diuersa quasi de eodem toto prolata, ad diuersas eius partes sunt referenda. [Et præparate corda vestra domino,] id est, ad gratiam ac virtutes seu ad earum incrementa disponite vos, faciendo quod in vobis est, & obicem auferendo. [Et seruite ei soli.] seruitute patriæ, quæ soli vero Deo debetur. [Et eruet vos de manu Philistinum.] Abstulerunt ergo Baalim, id est, idola Baal comminuerunt, & cultum ipsius abiecerunt, & Astaroth, id est, idola huiusmodi falsi dei, & seruiuerunt domino soli. Dixit autem Samuel: Congregate vniuersum Israel in Maspha. [Commisit enim quibusdam, qui ex parte ipsius discurrebant per totam terram Israel ad denunciandum, vt cuncti ad eum venirent viri ac principales de populo.] Vel commisit istud principibus tribuum. [vt orem pro vobis ad dominum.] Nonne & alibi potuit orare pro populo, etiam non præsentem? Poterat vtique. Voluit tamen orare pro communitate, ea præsentem & dominum inuocante, quatenus ex multarum præsentia facierum exaudibilior esset sua oratio. Ob aliam quoque causam populum conuocauit, videlicet ad tractandum cum eis de bono communi, atque ad renouandum pactum inter Deum & populum. Denique ad illam vrbe[m], scilicet Maspha, populum conuocauit: vel propter conuenientiam loci, vel quoniam vrbs illa extitit celebris, quoniam Iosue frequenter fuerat ibi. [Et conuenerunt in Maspha, hauseruntque, aquam.] Fuit etenim cõsuetudo Iudeis, in initum fœdus cum Deo vel homine, cõfirmare per aliquod signum vel factum sensibile, vt patet in Iosue lib. 1. Ios. 24. alibi sæpè. Sic & hac vice renouato fœdere, quo obligauerunt se Deo seruire, in signum & testimonium pacti huius, aquam hauserunt, & effuderunt in cõspectu dñi: tanquam ipso facto dicentes: Sic sanguis noster fundat, & pereat vita nra, si nõ seruauerim⁹ pactum. Item ad figurandum, quod sicut aqua effusa,

Num. 3. Aminadab
Hieronym⁹
1. Reg. 9.
Hiero. 31. Hieronym⁹
1. Reg. 7. Luc. 8.
Iose. lib. 6. an. lu. ca. 1. Reg. 14.
1. Reg. 42. 1. Reg. 56.

non redit, ita nec ipsi ad idololatriam reuertentur. Vel aquam haustam fuderunt, ad designandum cordium suorum effusionem coram Deo per deuotam orationem, contritionem & planctum. Nam subditur: Et ieiunauerunt in illa die, ad impetrandum remissionem culparum, & cetera dixerunt: Tibi peccauimus dñe. & ita humiliauerunt seipfos. Propter quod aliquid dicunt, quod in dignum humiliationis fuisse, quod aquam fuderunt, quasi dicentes: Instar aquae huius effusa, viles atque inutiles sumus. Quidam, quos Scholastica hist. sequitur, dicunt, quod in aqua illa fuerunt maledicta cogesta, quae admodum in aqua sacrificij zelotypiae: quam si bibisset idololatra, labia sua sibi inuicem in se parabiliter iungebant. Sicque patuit infidelitas eius. Nonnulli dixerunt, quod Samuel idololum quoddam cominuit, eiusque puluerem misit in aquam illam: quam bibentes, discreti sunt idololatrae ab alijs, ita quod in barbis idololatraru apparuit signum impietatis eorum. Cui simile est, quod in Exodo Moses fertur fecisse. Iudicauitque Samuel filios Israel in Maspha, causas eorum discernendo, lites discorsasque sedando. Et audierunt Philistinim, quod congregati essent filij Israel in Maspha, & ascenderunt satrapae Philistinorum cum suis ministris ad Israel. Ii ad impugnandum filios Israel, quos contra se congregatos suspicabant. Quod cum audissent filij Israel, timuerunt a facie Philistinorum. Dixeruntque filij Israel ad Samuelem: Ne cesses clamare. Ii. feruerunt orare pro nobis ad dominum Deum nostrum, ut saluet nos de manu Philistinorum. Iam de proprijs meritis non presumimus, nec de viribus nostris confidimus, sed te esse Dei amicum cognoscimus. Tulit autem Samuel agnum lactentem unum, & obtulit illum holocaustum integrum domino. Praeparatum est, quod Samuel erat Leuita, non Aaronita: qualiter ergo licuit ei sacrificare, nisi ex dispensatione diuina, & necessitate urgente, atque, ut alij dicunt, quoniam Iacob filius Phinees filij Heli adhuc paruulus erat. Et clamauit Samuel ad dominum pro Israel, & exaudiuit eum dominus. Factum est autem, cum Samuel offerret holocaustum domino, Philistinim iniere praesidium, contra Israel. Intonuit autem dominus fragore. Ii. sonitu vel tonitruo magno in die illo super Philistinim, & exterruit eos: quia (ut Iosephus tradit, & in Scholast. hist. recitatur) mota est terra, & pandebat, seu patebat hiatus per loca, & fulgure quodam interierunt. Iuxta quem modum Deus exterruit Sifaram & eius exercitum, ut recitat Iosephus. Et caesi sunt a filijs Israel. Egressique filij Israel de Maspha, persecuti sunt Philistaeos, & percusserunt eos usque, ad locum qui erat subter Bethchar. Ceteri vero fugerunt, quos filij Israel insequentes percusserunt. In cuius tam gratiosi ac miraculosi triumphum memoriale perpetuum, fecit Samuel quod subdit: Tulit autem Ii. accepit Samuel lapidem unum grandem, & posuit eum inter Maspha & Sen, hoc est, in terminis inter loca seu oppida sic vocata, in loco huius victoriae. & vocauit nomen loci illius, Lapis adiutorij: propter supernam auxilium Dei auxilium ibi impetratum. Dixitque: Hucusque auxiliatus est nobis dominus. hoc est, usque, ad tempus istud seu usque, ad locum hunc. Sicque locus ille vocatus est lapis adiutorij, i. ager aut capus continens lapidem significatiuum & memoratiuum auxilij, ibi desuper dati. Et humiliati sunt Philistinim, nec apposuerunt ultra ut venirent in terminos Israel. Facta est itaque, manus domini super Philistaeos. hoc est, diuina potestas eos repressit, & debilitauit, ac refrenauit ab impugnatione Israelitarum. In cunctis diebus Samuelis. Ii. omni tempore quo praesuit Israel: quia sub Samuele domino seruiuerunt, & ita tam meritis Samuelis, quam proprijs, istam aduersariorum suorum repressionem sortiti sunt, & reddidit sunt vrbes quas tulerat Philistinim ab Israel, & ab Accaron usque, Geth & terminos suos. Liberauitque Israel de manu Philistinorum. Eratque pax temporis inter Israel & Amorrhaeum, hoc est, reliquas Amorrhaeorum quae adhuc morabantur in terra promissionis: quia pro tunc non resistebat Hebraeis, imò (ut alij dicunt) seruebat tunc eis sub tributo. Iudicabat quoque Samuel Israel hoc est, Israeliticum populum in cunctis diebus vitae suae. Contrarium huius apparet ex sequenti cap. quoniam eo uiuente praesuit Saul rex. Et respondendum, quod Saul regnate, Samuel adhuc erat magnus in populo, & iudicauit, hoc est, iudicia Dei docuit populum, ac in multis direxit tam regem ad tempus, quam multos de populo, quando uixit. Et ibat per singulos annos, circumiens Bethel, & Galgala & Maspha, & iudicabat Israel in supradictis locis, Ii. tribus vrbibus illis tunc famosis. Dicuntque aliqui, quod Bethel erat famosa, quoniam Iacob vidit somnium ibi, ut Gene. 28. habetur: Galgala propter secundam circumcisionem ibi factam, ut dicitur Iosu. 5. & propter Pascha celebratam ibidem: Maspha, propter frequentiam Iosue in eadem. Et iuxta hoc, per Bethel esset hoc loco intellegendam Hierusalem. Fuit autem & alia Bethel. Nam & Hieroboam posuit unum aureorum vitulorum in Bethel. Itaque in tribus solennitatibus hebdomadarijs, quarum scilicet durauit vna hebdomada, ut potest Pascha, Pentecostes, & Scenopegia, ascendebat ad oppida illa, & iudicauit plebem in eis. Alijs diebus ascendit ad eum populus in Ramatha, ut iudicaretur & instrueretur ab eo. Unde subiungitur: Reuertebaturque. Iestis illis expletis in Ramatha, in qua natus est. Ibi enim erat domus eius: paterna & haereditaria. Leuita namque & sacerdos habuerunt loca propria ad manendum, & ibi iudicauit Israel. Intra Samuel ait ad populum: Si de manu cuiusquam munus accipit, quasi dicat, non accipiet: ex quo videtur, quod proprijs expensis visitauit loca praefata ad populum iudicandum & erudiendum, quo plane exemplo reprehenduntur, qui in visitationibus grauantur

pet. Co. hist. li. 1. reg. c. 8. Num. 5.

Exo. 32.

1. Reg. 2.

Iose. lib. 6. an. iu. ca. 2. Pet. Co. hist. li. 1. reg. ca. 8. Iose. lib. 5. an. iu. ca. 9.

1. Reg. 8.

3. Reg. 12.

1. Reg. 7.

1. Reg. 12.

sita-

stratos expensis, & sumunt ab eis munuscula, quod in iure frequenter ac distribuit etiam sub praena excommunicationis prohibetur. Aedificauit etiam ibi in Ramatha altare domino. In lib. Iosue Ios. 22. scribitur, qualiter nouem tribus volebant ascendere ad praesidium contra duas ac media tribus, eo quod iuxta Iordanem aedificassent altare. Deuter. quocumque. 12. dominus iussit, ut non nisi in vno loco sacrificia fierent. Quod igitur licuit Samueli in Ramatha altare construere? Et respondendum, quod eadem autoritate & dispensatione, qua sacrificauit cum non esset sacerdos, ut tactum est. Nam & Geodeon ac Helias, qui nec Leuitae erant, sacrificasse noscuntur. Porro quod ex Deuter. allegatum est, intelligendum est, sicut ex textu ibidem colligitur, pro tempore quo dominus urbem diuini cultus deterruinauit, & templum seu tabernaculum Dei cum arca in vrbe illa fuerat stabiliter collocatum. De mystico septimi huius cap. sensu. Art. 35.

Venerunt viri Cariath larim, & reduxerunt arcam. Per viros illos qui ciues erant vrbis Israeliticae plebis, intelliguntur conuersi ex iudaismo, qui Christum per arcam designatum, cum reuerentia fideliter susceperunt. Per Eleazarum vero, sacerdotes qui ex lege ad euangelium sunt conuersi, accipiuntur, de quibus S. Lucas ait Actu. 6. Multa turba sacerdotum obediebat sibi dei. Et Esa. 61. Vos sacerdotes domini vocabimini, de quibus & Malac. 3. avertentur sacrificia in iustitia. Per hoc demum quod Eleazarus sacerdos sanctificatus est, quatenus dignus esset arcam custodire: praefiguratum est, quod puros & sanctificatos esse oporteat sacerdotes nouae legis, qui Christum vnigenitum patris consecrant, offerunt, tractant, & sumunt. Requieuit ois Israel post dominum. Ita & nos, relicta in quietudine vitorum, immoderatione passionum, sollicitudine seculari, stabiliri & conuiescere studeamus in Deo. Ipse enim est finis nostrer, ad quem semper respicere & adspirare debemus, in quo solo vera & salutaris quies consistit, & in ipso per fidem, sapientiam & virtutes defigimur. Optimum etenim est, gratia & virtute cor stabiliri. Impij autem in circuitu ambulantes, quoniam rebus vanis, caducis, variabilibus, magis quam summo & incommutabili bono, inheret: & haec ipsa in haesio tam inordinata, peccatum est, & agitatio mentis. Nam sicut virtutes mentem in Deo stabilunt & quietant, sic passiones & vitia in quietam, nutantem, gyrouagant reddunt eandem, sicut Thren. 1. habetur: Peccatum peccauit Hierusalem, propterea inuisibilis facta est. Propter quod lob 11. dicitur: Si iniquitate abstuleris, stabilis eris, & non timebis. Hinc quoque: Ecce 27. fertur: Homo sanctus in sapientia manet ut sol. Nam stultus sicut luna mutatur. Porro stultus est omnis, qui dono sapientiae caret, & vitij passionibus succumbit, in quo puerilitatis vitium regnat: quoniam sicut pueri poma & pira praefertunt auro & gemmis, sic talis carnalia & caduca praeposit diuinis atque aeternis. Taliumque stultorum, iuxta Salomonem, infinitus est numerus. Ait autem Samuel ad vniuersam domum Israel: Si in toto corde vestro reuertimini ad dominum, auferre deos alienos de medio vestrum. Hoc vnusquisque praelatus & praedicator dicere debet toti congregationi, & vnique cui praestet aut praedicat. Oportet equidem toto corde conuerti ad dominum, quem toto corde iubemus diligere, & cui praeter omnibus tenemur intellectu & voluntate integraliter adherere, qui ait Iohel. 2. Conuertimini ad me in toto corde vestro. De his vero, qui conuertuntur ad dominum non toto corde, scriptum est Ose. 10. Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. Hi sunt, qui Deo & seculo volunt inherere ac complacere. De his quoque, qui solo ore conuertuntur ad dominum, ipse per Esa. 29. testatur: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est a me. Similiter de his, qui solo exteriori opere videntur conuerti ad Deum, scribit Apostolus 1. Corin. 13. Si tradidero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. imò de quibusdam talibus ait Saluator Matt. 7. Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Et sicut ibidem, praefertur Christus, Vestimenta ouium sunt, ieiunium, oratio, eleemosyna: quibus, id est, quorum fictis imaginibus, seductores suam celat impietatem. Insuper deos alienos auferamus de medio nostri, hoc est, vnusquisque de corde suo tollat ac iugiter pellat omnem affectionem vitiosam ad creatura ac peritura vana phantasmata, cogitationes peruerfas, inutiles phantasias. Quod enim quis amplius colit & amat, quam Deum, hoc sibi impie efficit deum seu vltimum finem. & praeparate corda vestra domino. hoc incessanter agamus, vitando occasiones peccandi, & exteriora virtutum adminicula amplectendo, examinando quosque conscientias nostras, & qui quid in nostris est viribus faciendo, Deique operam assidue inuocando, & tunc dominus copiose iuuabit, & quod suum est, gratiose implebit, qui ait per Hier. 30. Quis est iste qui applicet cor suum, ut appropinquet mihi? Quasi dicat, talem protinus mihi coniungam. Et seruite ei soli. Qui seruit hoibus propter Deum, soli Deo quodammodo seruit. Quod esse agendum docet Apostolus ad Ephe. 6. Serui, inquit, obedite dominis carnalibus in simplicitate cordis, sicut Christo, non ad oculum seruientes, quasi hoibus placentes, sed ut serui Christi, seruientes sicut domino, & non hominibus. Abstulerunt ergo & c. Quomodo filij Israel Samueli in his protinus obedierunt, sic subditi suis praelatis & praedicatoribus debent mox obtemperare

Judic. 6. 3. Reg. 13. Deut. 12.

Heb. 13. Gal. 11.

Ecces. 1.

Deut. 6. Matt. 22. Marc. 12. Luc. 10.

pe-

perare. [Dixit aut Samuel: Congregate vniuersum Israel in Maspha. Sic maiores prelati & pontifex summus deberent opportunis & prefixis temporibus, presertim instantibus arduis causis, synodum conuocare, ac deuotissime celebrare. Thauserturque; aquam, & effuderunt in conspectu dñi. Ita & nos aquam lachrymosae contritionis ac deuotionis haurimus precibus ex fonte diuinae & incircumscripibilis pietatis, patrem misericordiarum seruidè deprecantes, vt huiusmodi

Thre. contritionem & deuotionem nobis conferre dignetur, & effundamus sicut aquam cor nostrum in conspectu dñi Dei nostri, aut precibus nostris abstinetiam, ieiunium & humilitatem semper

Hiere. iungamus, dicentes ex intimo corde: Tibi peccauimus dñe. Et audierunt Philistim q̄ congregati essent filij Israel. Sic inuisibiles hostes precipue impugnare non cessant cōgregationes deotas, & quanto diligentius ad p̄fectum virtuosum nos damus, tanto inuidiosius & insolentius instant. Tunc ergo deuoti clamēt ad dñm, & superiorū suorum, p̄sertim virorum virtuosorum, imò & beatorum in patria suffragia orationesq; postulet. Tulit aut Samuel agnum laetentē. Sic deuotus pastor pro sibi commissis & recomēdati celebrare debet, & patri aeterno offerre vnigenitum suum, agnum q̄ tollit peccata mundi. Quē admodum aut Samuele sacrificante & orante, in-

Ioan. tonuit dñs magno super Philistim fragore, sic meritis orationū & celebrationum deuotorum sacerdotum, atq; virtute sacramenti altaris quod offerunt, Deus fugat & conterit inuisibilem hostium turbam. Tonat quoq; altissimus, dum per os efficacium p̄dicatorum loquitur populo suo, per quod sp̄iales hostes vertuntur in fugam, vt Rabanus ait. Tulit aut Samuel lapidē vnum. Per hunc lapidē adiutorij, inter Israelitas Philistinosq; positum, intelligitur dñs & saluator, q̄ est lapis angularis, petra refugij, & preciosissima gemma, ac robur & fons adiutorij nostri, q̄ inter electos & reprobos stat defensor. Vnde Septuaginta trāstulerunt, inter Maspha nouam & veterem.

Rabanus Alia quoq; q̄dam translatio continet, inter Maspha & Siceleg, quae vtriusq; Philistinorum. Facta est itaq; manus dñi super Philistinos cunctis diebus Samuelis. Sic p̄sidentibus viris virtuosis ac sanctis, repelluntur à subditis contrarij potestates. Nempe qualis est rector ciuitatis, tales & habitantes in ea. Quo constat, quantum bonum, & q̄ p̄sulgidum Dei donum sit, idoneus & pastor condignus. Ideo verè ait scriptura: Rex sapiens, populi stabilitorem est. Itemq; Multitudo sapientum, sanitas est orbis terrarum. & reddite sunt vrbes. Sic virtuosus prelarus animas à demonibus victas, Christo reducit, & cōgregationes deformatas reformat, atque ab ecclesia malignantium in ecclesiam Deo militantium multos restituit ac deducit. Eratq; pax inter Israel & Amorrhæum. Sic boni fideles cum peccatoribus, quantum sine offensa Dei queunt, libenter pacem habere conentur, dicente Apostolo Roman. 12. Si fieri potest, quod in vobis est, cum oibus hoibus pacem habere. Sit etiam in vnoquoq; nostrum pax ordinata inter Israel & Amorrhæum, hoc est, inter sp̄m rōnalem diuinā cōtemplantem, & inter carnem, ita q̄ corpus in cunctis promp̄tè obediatur ratiōi, & ratio Deo. Absit aut à nobis pax inordinata & pessima, qua sp̄s acquiescit desiderijs carnis, & ratio cōcupiscentijs seruit, ita q̄ fatua famula dñae principatur. Hæc est pax inquinata, quam cum Eua habuit Adam, q̄ ad Eua suggestionē comedit fructum prohibitum.

Esa. 28. Aet. 4. 1. Pet. 2. Iudicabat quoq; Samuel Israel cunctis diebus vitz suae. Sic is qui p̄aest, omni tempore p̄sidentiae suae infatigabiliter debet suum implere officium, & subditos sine personarum acceptio-

Ecc. 10. Sap. 6. Ibid. ne iudicare, corripere, corrigere, informare, sicut 2. Timot. 4. iubet Apostolus: Prædica verbum: in sta opportunè, importunè: argue, obsecra, increpa in omni patientia. Hoc est contra eos, qui dum senescunt, substituant sibi vicarios, & sollicitudinem pastorem remittunt, cum tanto plūs deberent esse pro commissis solliciti, quanto plūs appropinquant suo fini, atq; examini iudicis summi. Et ibat per singulos annos circumiēs. Sic oino, sic veri episcopi, archidiaconi, abbates, & ceteri visitatores omni tempore opportuno, & in iure determinato, debēt subditos suos, cō-

Gen. nobia, collegia, parochias, charitatiuè ac strenuè visitare, vitia extirpare, collapsa & deformata totis viribus reformare, bonos confirmare in bonis, & prouocare ad meliora, præcipua quoque loca diligentius custodire. Sicq; reuerti ad propria, ad prouidendum proprijs suis ouilibus, atq; vt ibi promptè inueniantur à cunctis, qui eorum consilio aut iudicio egent.

Expolitio literalis cap. 8. Factum est autem cum senuisset Samuel &c. Art. 16. Historia huius narrat capituli, cur & qualiter Israeliticus populus petijt præfici sibi regem, cuius postulationis duplex fuit causa, vt infra habet. Factum est autem cum senuisset Samuel, ita q̄ solito more non potuit exercere labores in visitando & oibus seruiedo, ac exteriora tractando, quod viris sanctis onerosum est valdè, q̄pe q̄bus dulcissimi atq; charissimi est, vacare diuinis, & sp̄ualibus occupari. Propter quod Augustinus vir sanctus dixit: Mallem quotidie aliquid manibus operari, q̄ iudicis & lites vestras audire & expedire. [Posuit filios suos iudices super Israel. Id est, constituit eos plebis Israeliticæ iudices, non reges aut principes. Hoc sanctus Samuel non fecit carnali affectu, sicut nunc multi promouent suos cognatos, ne dicam & filios, ad præbendas & ecclesiasticas dignitates: sed quoniam iudicauit eos ad iudiciale officium

verè

verè

verè

verè

verè

verè

verè

verè

verè

verè

verè dignos, & forsitan tunc digni erant, quibus post suam, p̄motionem corrupti sint corde, quemadmodum Saul. Principatus q̄pe ostendit virū, & honores mutant in multis moribus. Veruntū non recolo me legisse q̄ aliquis iudicum ante Samuelem, vel viuens suae in extremis cōstitutus, posu-

erit aliquem filiorum suorum iudicem populi. Nam vt in prima secundae asserit Thamas, & idem dicitur Alexander de Hales, alijq; communiter, & infra patebit, Deus elegerat sibi filios Israel in populū peculiarem & prædilectum: ideo voluit per seipsum eis præficere iudices & rectores. Vnde de iudicibus communiter scriptum est, q̄ dñs suscitauit eis saluatorem seu iudicem. Hinc

Moses nullum filiorum suorum instituit iudicem, sed petijt sibi reuelari à dño, quem vellet sibi succedere. Vnde videtur, q̄ Samuel ex diuino instinctu fecerit istud, & q̄ filij eius primò sibi fuerunt. [Fuitq; nomen filij eius primogeniti Iohel, & nomen secundi Abia, iudicum in Bersaba.] Magister in Bersaba: Cum senuisset Samuel, posuit filios suos Iohel & Abiam, alterum in Bethel, alterum in Bersaba, vt ibi sedentes, iudicarent populū. Quò ergo hic dicitur, iudicum in Bersaba, quasi ambo fuerint iudices ibi? Ad quod videtur dicendum, q̄ scriptura breuitatim hic studet, per expressionem vnius loci, dat alterum locum intelligi. Vel fortè successiue sederunt ambo in Bersaba. Iterum quæri potest, quò Magister in historijs dicat vnum eorum positum fuisse in Bethel, cum Iosephus dicat, in Bethlehem, quod etiam Rabanus sequitur, imò & Magister præfatus circa exordium libri huius. Ad quod dicendum, q̄ per Bethel, intelligit in Bethlehem. Vel vitio scripturum, pro Bethlehem, scriptū est Bethel. [Et non ambulauerunt filij illius in vijs eius: hoc est, virtutes & opera virtuosa sui patris secuti non sunt, sed declinauerunt à recto itinere post avaritiam, illam sectando, quod iudicibus summè vitandum est. [acceperuntq; munera intentione sinistra, & peruerterunt iudicium.] hoc est, in iustè iudicauerūt scierunt ad cōplacendum his, à quibus munera acceperunt. Contra quod scriptum est Exo. 23. Non accipias munera, quæ excæcant etiam prudentes, & subuertunt verba iustorum. Porro iudex debet esse quasi animata iustitia, & tanq̄ lex viuā, vt nec amore, nec odio, nec cupiditate, nec timore, nec aliquo modo ab æquitate & veritate discedat. Et quocunq; modo contrarium fecerit, ad satisfactionem seu restitutionem tenetur his, quibus impetè iudicando damnū aut molestiam infert. [Cōgregati ergo vniuersi maiores natu Israel, venerunt ad Samuelem in Ramatha, dixeruntq; ei: Samueli: [Ecce tu senuisti, & filij tui non ambulant in vijs tuis. hoc est, rectitudinem iudiciorum operumq; tuorum non imitantur. [Constitu nobis regem, vt iudicet nos, sicut & vniuersæ habet nationes.] i. ceteræ gentes communiter, vel quædam de oibus. Si nobiliores isti, iuxta euangelicę sapientię documenta, primò admonuissent iudices illos, vel patri eorum denunciaissent, vt filios suos corripere, consultius processissent. Nunc aut flatim, p̄cesserūt ad depositiones illorū. [Duplicuitq; sermo in oculis] hoc est, in intellectu & ratiōe seu sapiētiā Samuelis, eo q̄ dixissent, da nobis regem, vt iudicet nos. & non potuisti, corrigere filios tuos, vt iustè se habeant. Duplicuit ergo illa petitio Samueli, non ex ambitiōe, sed æquitate & amore ad bonum cōmune, q̄ sciebat populo potius expedire q̄ regeretur per iudices, & qm̄ sciuit, q̄ deus sibi retinuit regale atq; monarchicum regimen populi huius. [Insuper duplicuit Samueli, q̄ vulerunt gentibus cōformari, instar gentium regem habendo, quasi non regerentur excellentiori modo à Deo, q̄ gētes. Duplicuit quoque sancto viro suorum peruersitas filiorum. [Et orauit Samuel ad dñm, vt ei reuelaret quid sibi esset agendum. [Dixit aut dñs ad Samuel: Audi vocem populi in oibus quæ loquuntur tibi: de ista materia, i. præfice eis regem. Si peccauerunt regem petendo, cur dñs iussit satisfieri eorum petitioni? Respondetur, q̄ Deus iusto iudicio istud permisit siue mandauit, in p̄nam & humiliatiōem superbientium, & quoniam regem habere non erat malum in se, & quia ex adimplentiōe petitionis illorum, seu regum institutione, decreuerat multa bona elicere. Nam & per Iacob patriarcham prædixit reges ex tribu Iuda nascituros, Gene. 49. Ad Abraham quoq; Reges, inquit, egredientur ex te. Vnde quod dñs dixit, Audi vocem eorum: quasi iratus, locutus est. [Non em̄ te abiecerunt, sed me. Ji. non te solum aut principaliter, sed me qui hucusq; fui eorum rex, & de vicario regiminis mei eis prouidi, iudices suscitando. Idcirco oportet patientiam te habere. Quoniam autem Samuel filios suos instituit iudices, dicuntur tamen filij Israel eum abieçisse, quia eum in suis filijs abiecerunt, vel quia adhuc māsit iudex supremus in populo illo, ita q̄ ad eum seibat in maioribus & dubijs causis recursum. Nam super illud, Cum senuisset, loquitur Glossa: Aetate & curis grauatus, solentia non poterat celebrare iudicia. [Ne regnem super eos, per me ipsum circa eos exercēdo p̄sidentiam regiam. Nam secundum doctores, ipsi iudices non habebant super populū aliquid prælatiæ authoritatis aut iuris, nisi q̄ populus Israel in tribulationibus suis vebatur illorum consilio aut prudentia, prout de hoc super librum iudicum plenius recolo dicam. Sic igitur abiecerunt me & te, iuxta oia opera sua, q̄ fecerunt à die qua eduxi eos de Aegypto, vsq; ad diem hanc. hoc est, sicut & ipsi & patres eorum frequenter se malè habuerunt, à tempore egressionis eorum ex Aegypto vsq; in præsens, sic & in isto malè egerunt. Itaq; non est intel-

ligent-

ligent-

ligent-

ligent-

ligent-

ligent-

ligent-

ligent-

ligent-

ligent-

ligent-

ligent-

ligent-

ligent-

ligent-

ligent-

ligent-

ligent-

ligent-

Deut. 7. Iudic. 3.

Deut. 18.

pet. C6. hist. li. 1. Reg. c. 9.

Iose. lib. 6. an. lu. ca. 3.

Rabanus Pet. Co. hist. li. 1. Reg. ca. 2.

Mat. 18.

Gen. 12.

legendum, q̄ isti de q̄bus hæc dicebant, fuerunt de Aegypto eduçti, nisi in lumbis patrũ suorum. ^{1. Reg. 7.} Vel q̄ in oibus actibus suis interim peccauerunt, cum & p̄cedenti cap. multa bona de istis conscripta sint. [Sicut dereliquerunt me, & seruiuerunt dijs alienis, interdum, non semper, sic facit etiam tibi.] hoc est, ingrati sunt tibi, & p̄sidentiam tuam abijciunt, sicut mihi fuerunt ingrati, & meam gubernationem dereliquerunt, subdentes se alienorum dñationi deorum. Ecce q̄ p̄dē & dignatissimē loquitur Deus maiestatis immēsa, ad labilem atq; ex se fragilem creaturam, se comparās homini. [Nunc ergo vocem eorum audi. Veruntñ contestare.] i. cum p̄testatione certifica eos, & p̄dic eis ius regis, qui regnaturus est super eos. Dixit itaq; Samuel oia verba dñi ad populum, qui à se petierat regem, & ait: [Hoc erit ius regis q̄ imperaturus est vobis, filios vestros tollet & ponet in curribus suis, hoc est, faciet eos aurigas quadrigarum suarum, [facietq; sibi equites, i. quosdā filiorum vrorum faciet esse equites suos, &] quosdā p̄cursores quadrigarum suarum, & constituet sibi] ex eis tribunos, i. qui p̄sunt mille viris, & centuriones, ita q̄ oportebit eos patēre assiduis p̄liorum periculis, sicq; dignitati eorum erunt annexa onera graui. [& aratores agrorum, & messores segetum, & fabros armorũ & curruũ suorum. Filias quoq; vestras faciet sibi vnguentarias & focarias,] hoc est, vnguentorũ paratrices & coctrices, [& panificas.] i. panum factrices. [Agros quoq; vestros & vineas, & oliua optima tollet, & dabit seruis suis. Sed & segetes vestras, & vinearum redditus addecimabit.] hoc est, ad decimam accipiet, [vt det eunuchis.] i. custodibus lecti sui aut puellarũ, [& famulis suis. Seruos etiam vestros & ancillas & iuuenes optimos & afinos auferet, & ponet in opere suo. Greges quoq; vestros addecimabit, vosq; eritis ei serui.] ^{1. Reg. 7.} Circa hæc arguit Thomas in prima secundæ q̄stione 505. Sicut regnum est optimum regimē, ita tyrannis est pessima corruptio regiminis. sed dñs regem instituyendo, instituit ius tyrannicũ. Dicitur em̄ 1. Regum: Hoc erit ius regis q̄ imperaturus est vobis, Filios vestros tollet. Ad idem doctor resp̄det: Ius illud non determinatur regi ex institutione diuina, sed magis p̄nunciatur ibi vsurpatio regum, qui sibi cõstituent ius iniq̄um, in tyrannidem degenerates, & subditos deprædantes. quod patet per hoc, quod in fine subiungitur, Vosq; eritis ei serui, quod propriè ad tyrannidem pertinet, quia tyranni suis subditis principant vt seruis. Vndè ista dicebat Samuel ad deterrendũ eos, ne peterent regem. Nam sequitur: Noluit aut populus audire vocem Samuelis. Veruntñ potest contingere, q̄ etiam bonus rex absq; tyrannide filios subditorum tollat, & constituat tribunos & centuriones, & multa à subditis suis accipiat ad procurandum bonum commune. Hæc Thomas. Hinc dicunt & alij, q̄ quædam sunt de iure regis in necessitate constituti, quæ non sunt de iure eius extra casum necessitatis, imò tunc ad tyrannidem pertinerent. Prædicta ergo omnia possunt in necessitate ad ius regis spectare, q̄a in tali casu sunt regis seu principis ad vtendum, & disponendum de eis secundum exigentiã boni communis. Si verò rex aut princeps modo præfacto vtatur bonis ac sobole subditorum, extra necessitatis articulum, putà ad proprium commodum, tyrannicum est. ^{1. Reg. 7.} Insuper aduertendum, q̄ duplex est dñatio: Vna videlicet naturalis & ordinata, qua quis alijs præest ad illorum profectum & vtilitatem, quæ dñatio etiam quædam seruitus appellatur, in quantum ad inferiorum commodum, non ad emolumentum proprium, ordinatur. Hæc tamē est seruitus administrationis & prælationis ac dignitatis, secundum quam summus prælatus ecclesię, vocat se seruum seruorum. Alia est dñatio innaturalis, inordinatã, & quodammodo violenta, qua quis alijs præsidet solum ad commodum suum, quæ est tyrannis. Veruntñ inter has duas est dñatio quædam media, quæ quis ordinetur ad commodum dñantis, tñ hoc ipsum fit sine iniuria seruiantis, imò cum vtilitate & mercede ipsius. Itaq; etiam subditi regis virtuosij, sunt serui ipsius seruitute ordinatæ subiectionis, & etiam casti timoris atque spontaneæ voluntatis. [Et clamabit in die illa à facie regis vestri, quem elegistis vobis,] hoc est, à rege tali liberari petetis, propter pressuras & præfatas iniurias quas inferet vobis, [& non exaudiet vos dñs in die illa.] in præfacta petitione, q̄a inobedientiam vestram puniet, [quia petistis vobis regem. Noluit aut populus audire vocem Samuelis,] i. admonitioni qua hortatus est eos, vt cessarent petere regem, ac cessare noluerunt. [sed dixerunt: Nequaq; i. nullo modo succedet nobis tam malè cum rege, vt comminaris. Vel, nequaq; obtemperabimus tibi in hac tua persuasione. Vel, nequaq; clamabimus à facie regis nostri, nec omittet dñs nos exaudire, eo q̄ petierimus regem.] [Rex em̄ erit super nos, & erimus nos quoq; sicut oēs gentes.] quasi dicat, inferiores & viliores esse videmur cæteris gētibus, qm̄ non habemus regem seu principem tantæ dignitatis, vt illa, sed solum iudicem & rectorem cõsiliatiũ, [& iudicabit nos rex noster, & egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis.] Et audivit Samuel oia verba populi, & locutus est ea in aurib; dñi. Dixit aut dñs ad Samuelem: Audi vocem eorum, & cõstitue super eos regem. Et ait Samuel ad viros Israel: Vadat vnusq; in ciuitatē suam. [hoc est, ad propria reuertamini, patietiamq; habete, quousq; dñs mihi reuelat quem ipse velit vobis regem creari.] Quauis em̄ Deus à principio non instituit eis regem, attamen circa regem institutum

dum duo instituit. Primum, vt in eius electione expectarent iudicium Dei, iuxta illud Deut. 17. Eum constituit regē, quem dñs Deus elegerit. Secundũ fuit, vt non facerent sibi regem alterius gentis. Propter quod subditur ibi Deut. 17. De medio fratrum tuorum. ^{1. Reg. 7.} Moraliter docemur ex isto cap. q̄ detestanda sit in iudicijs ois auaritia, & quanta ex ea sequantur peccata: quia vt ait Glossa, pro munere facit iustitiam opprimi, & ad epulas ac preciosa conuiuia ab alijs præparata inducit, imò gignit dolos, mendacia, periuria, inuiserositatem, testimonia falsa, innocentiũ oppressionem, & innumerabilia mala. Patet quoq; ex dictis, q̄ periculosum & malũ existat in subditis, immanis proprii sensus, nec superioris sui sanis obtemperare cõsilijs. Itē, q̄ serui Dei non debēt velle assimilari filijs & amatorib; seculi. Et rursus ex præhabitis innotescit, q̄ Deus interdum exaudit petitiones malorum in p̄nam eorum, exaudiens eos ad votum, non ad salutē. Idcirco in his, de q̄bus sumus incerti, an sint p̄ nostra salute, debemus sic dñm inuocare, vt eius mo deramini sapiētissimo atq; pijsimo committamus ipsam precum nostrarum exauditionem, in quantum expediat nostræ salutis exauditio ipsa: & hoc est cum conditione saltem implicita exorare. ^{1. Reg. 7.} Circa capitulũ hoc q̄ritur, an populus Israel peccauit postulado regem, & apparet q̄ non, q̄a secundũ philosophũ tertio Politicorũ, regimē monarchicũ seu regale, quo vnũ toti multitudi ni principatur, est optimum: ergo hoc petere, non est culpa. Insuper dñs dedit formã & modum petendi regem, dicēdo: Cũ ingressus fueris terram, & dixeris, Constituã super me regem, cum constitues quem dñs elegerit. Oppositum tñ huius patet ex dictis, atq; ex eo quod infra habetur: Sciētis q̄ grãde malum feceritis in conspectu dñi, petentes super vos regem. Ad hanc q̄stionem Lyra ex verbis S. Thomæ rñdet: Filij Israel peccauerunt regem petendo, qm̄ Deus elegit sibi filios Israel in populum peculiarem & specialem, ideo voluit esse immediatus rex plebis illi, propter quod legem dedit ei in monte Sinai per seipsum, i. per angelũ in persona ipsius loquētē, & non per hoĩem mediatore. Hinc voluit hoĩes gubernatores populi illius institui à se immediato, tanq̄ vicarios suos, non tanq̄ reges & dños, vt patet de Mose & Iosue, & de iudicib; sequentibus, de q̄bus Iudic. 3. legitur: Suscitauit dñs illum aut illum: & ideo filij Israel fecerunt cõtra ordinationem dei, petendo super se regem hoĩem mortalem. Dicendum ergo ad primũ obiectum, q̄ si gubernatio regis est optima, ergo optimum est habere Deum regem immediatē. Ad aliud rñdendũ, q̄ verba illa Dei de rege cõstituendo, fuerunt permissio, non concessio propriè dicta. Sed cõtra hæc scribit Rabbi Paulus, dicendo: Institutio regis in aliquo populo, non tollit immediatam gubernationem Dei ab eis. Stat em̄ q̄ Deus sit immediatus rex alicuius populi, ipsum in principalibus per se regendo, & tñ populus ille habeat regem hoĩem, vt patet de populo Chriano. ^{1. Reg. 7.} Deniq; populus Chrianus nõ est minũ peculiaris & specialis populus Dei, q̄ olim populus Hebræorum: sed longè plũs, iuxta illud 1. Pet. 2. Vos aut genus electum, regale sacerdotium, gens sancta. Et tñ populus Chrianus gubernatur per hoĩes reges. ^{1. Reg. 7.} Insuper Deus dedit populo Christiano legem, non per angelum in sua persona apparentem, sed per seipsum in humanitate assumptæ: ergo magis est peculiaris populus Dei, q̄ populus Israel. Et tñ cõpetit sibi regi per reges. Ampliũ, si filij Israel peccauerunt regem petendo, ergo perseuerassent semper in illo peccato, duratē regimine regio. Propter has rationes Paulus dicit, q̄ populus Israel non peccauit, regem petēdo, sed q̄a petierunt regem aliter, q̄ eis fuit cõcessum. Nam petierunt regem q̄ eis p̄sset cum plenaria potestate, ita q̄ esset absolutus à legibus. Nõ em̄ solum postulabat esse sub rege modo eis cõcesso à Deo, videlicet q̄ eis p̄sset secundũ Dei p̄cepta, sed vt rex iudicaret eos eo modo, quo reges gentiũ cõmuniter iudicabāt eos absq; limitatione potestatis, & absq; refrenatione appetitus. Ista rñsio Rabbi Pauli, nullius videtur valoris. Nulla em̄ gens in mundo tam facta fuit aut est, quæ cupiat talem habere regem, q̄ regat eos absq; limitatione potestatis, & absq; refrenatione appetitus, cum hoc sit tyrannicè gubernari, imò Romani & alij multi gētiles interfecerūt aut eiecerunt reges suos se ita habentes. Dicendũ ergo, q̄ populus Israel peccauit regem petendo. Nam & super illud Deut. 7. Eum constitues & c. loquitur Augustinus: Cur populus Israel Deo displicuit regem petendo, cum hoc fuerit eis permissum. Sed intelligendũ est, non hoc fuisse secundum voluntatē Dei q̄ id fieri non p̄cepit, sed desiderantibus permisit. Glossa etiam super illud, Constitues, ait: Permittit, non committit. ^{1. Reg. 7.} Præterea infra Samuel ait: Videntes q̄ Nahas rex filiorum Ammon venisset cõtra vos, dixistis: Nequaq; sed rex imperabit nobis, cum dñs Deus vester regnaret in vobis. deinde ait, Inuocabo dñm, & dabit voces & pluias, & videbitis, q̄a grande malum feceritis, petentes super vos regem. Quo factõ, populus dixit: Ora pro seruis tuis. Ad didimus em̄ vniuersi peccatis nostris malum, vt peterem⁹ nobis regem, q̄bus Samuel dixit: Vos fecistis vniuersum malum hoc. Ecce apertissimè docet scriptura, q̄ peccauerunt, regem petēdo. Nunc ergo ad instantias rñdendũ, ad quas dicendum, q̄ tempore Mosaicæ legis cæteræ gētes cõmuniter ad idololatriam declinabant, imò & summi Dei, puidentiã negauerunt. Ideo Deus voluit in regimine Iudæorum suam prouidentiam multipliciter demonstrare, exercendo in eis

Deut. 17.

1. Reg. 12. Deut. 7. Exo. 24.

Exo. 34. Num. 27. Ios. 1.

Deut. 17. R. Paulus.

Augustinus.

1. Reg. 12.

regiam gubernationem perse & iudices suscitando, qui auctoritatem praelaticam non habebat in populo (vt communiter) secundum doctores catholicos. Insuper voluit eis monstrare, quis fieret rex eorum, qm̄ imò requireret regem: & hoc modo immediate regi à Deo, nò stat cum regimine regis mortalis. Ad aliud rñdendum, q̄ populus Christianus non est populus vnus trñsmòdò nationis, sed iuxta pphetarum oracula, oēs tribus, linguas & gentes includit, & per p̄dicationem euangelicæ legis, vniuersis nationib⁹ multipliciter patefacta est veritas vnus summi Dei, & generalis atq; distincta ac plena prouidètia eius. Idcirco quìs populus Christianus, ad quem & Apostoli, ac primitiua ecclesia ex Iudaismo conuersa, est pertinens, sit maximè peculiaris plebs Dei: non tñ præfata ratio habuit locum in eo, q̄ immediate absq; regali humano regimine gubernaretur. Et per hoc patet ad tertiam obiectionem responsio. Ad quartam dicendū, q̄ quìs filij Isra el peccauerunt, regem petendo, tñ nec ipsi, nec eorum posteri peccauerunt, illum suscipièdo in regem, quem Deus perhibuit se eleuisse in regem ipsorum, putà Saul, Dauid, & posteros eius.

¶ Expositio literalis cap. 9. Et erat vir de Benjamin, nomine Cis. Art. 17.

Instituto primi regis Israel, hoc loco describitur. [Et erat vir de Benjamin] i. de tribu Benjamin natus. [nomine Cis, filius Abiel.] Primi lib. Par. 5. cap. habet, Ner genuit Cis, & Cis genuit Saul, quomodo ergo Cis vocatur filius Abiel? Ad hoc in lib. prællegato Paral. est respòsum. **Bareth, filij** filij Seror, filij Bechorath, filij Aphiah, filij viri Iemini. ¶ Aiunt qdam q̄ Iemini fuit vir quidam viliissimus in tribu Benjamin, qui posteris suis sæpè legitur impropertus. nam & Saul in strā se humiliando, & quasi indignum ad regnandum probando: Nunquid non, inquit, filius Iemini ego sum, & cognatio mea nouissima inter oēs familias de tribu Benjamin? Veruntā Iosephus protestatur, q̄ Cis fuit vir potens ac nobilis, & Saul strenuus. Hinc alij dicunt, q̄ Benjamin & filius Iemini, idem significent, qm̄ Ben est idem quod filius, & Iamin idem quod Iemini, quod interpretatur dextera. Sed huic responsioni obuiare videtur, quod ait, Nunquid non filius Iemini ego sum? Nempe si idem significant Benjamin & filius Iemini, tunc idem est dicere, Nunquid non filius Iemini ego sum, & Nunquid non Benjamin ego sum? Nisi forsā dicatur, q̄ Iemini hic sumatur pro Benjamin, vt sit sensus, filius Iemini, i. Beniamita seu de femine Benjamin ego sum. [Fortis robore. Ji. ipse Cis fuit robustus, & forsitan non solū corpore, sed & corde, vt potè virtuosus. [Et erat ei filius vocabulo Saul, elect⁹ & bonus.] Posset quis dicere: Si electus, ergo & prædestinatus. Sed electus, in scripturis frequenter aliter q̄ pro prædestinato accipitur, vt Psal. 104. Non cōmunicabo cum electis eorum. Et Psal. 77. Electos Israel impediuit. Fuit ergo electus, i. vir elegans & magna prærogatiua in naturalibus, & bonus moraliter. [& non erat vir de Israel melior illo, Ji. conuenientior eo ad officium regis, qm̄ fuit magnus, robustus, pulcher & virtuosus, vt quidam exponunt. Veruntā per hæc verba videtur specialiter insinuari præcipua excellentia ipsius Saul in omni virtute, seu magna valdè virtuositas eius, propter quam nemo in populo Israel fuit dignior eo ad regnum. Qui em̄ melior, qui perfectior, qui sapientior in omni populo, eligendus est ad præsidendum, secundum Origenem. Et quìs in foro contentiosus sufficere eligere bonum & sufficientem, tñ in foro conscientie necesse est eligere meliorem, seu eum quem conscientia iudicat optimum atque dignissimum ad primatum. [Ab humero & sursum eminebat super oem populum] Ji. valdè elegantis erat stature, quod competit principi. Sicque de eminecia in naturalibus atque gratuitis commendatur. [Perierant autē asinæ Cis patris Saul.] i. perditæ seu amissæ erant ad tempus, & perditæ putabantur. [Et dixit Cis ad Saul filium suum: Tolle tecum vnum de pueris, Ji. de ministris, [& confurgens, vade & quære asinas,] propter viæ solatiū, vel propter negocij expeditionem, aut propter ipsius Saul honorabilitatem voluit pater suus vt nò iret solus, sed cum ministro. [Qui cum pertransissent montem Ephraim, & non inuenissent, transierunt etiam per terram Salim,] de qua apud Ioānem scriptum est: Erat Ioannes baptizans in Ennon iuxta Salim, i. locum seu oppidum sic vocatum. [& non erat, sed & per terram Iemini,] hic per Iemini designatur vir quidam notabilis & famosus, vt videtur. [& minimè reperunt.] Cum autē venisset in terram Zuph,] Per hūc Zuph quidam intelligunt atauum Samuelis, de quo Zuph in exordio huius libri habetur. Sed cum Zuph ille fuerit Leuites, iuxta præhabita, non videtur terram habuisse hæreditariæ possessionis: nisi forte dicatur terra Zuph ratione originis, vel quia ad alenda pecora sua habuit eam. [& non inuenissent, dixit Saul ad puerum qui erat cum eo: Veni, & reuertamur, ne forte dimiserit pater meus asinas, & sollicitus sit pro nobis.] i. ne forte tam anxius sit propter nos, timendo de nostro periculo, q̄ deserit sollicitari pro asinabus. Sciebat etem̄ Saul, se esse valdè dilectum, imò charissimū patri suotñ ex humilitate cōnumerat sibi suum ministrum, dicendo, & sollicitus sit pro nobis. In hoc quoq; apparet bonitas Saul, imò & prudentia eius, q̄ patris sui dolorem verisimiliter æstimauit, & eidem condoluit. [Qui puer ait ei: Ecce vir Dei est in ciuitate hac] putā in Ramatha, cui propinquus sumus, [vir nobilis,] quia erat iudex populi, & propheta, & oim nobilitate virtutum ornatus. Comæ quod loquitur, sine

Bareth, filij

1. Reg. 9.

Iose. lib. 6. an. iu. ca. 4.

1. Reg. 9.

Origenes

2. q. i. ca. iudic. ccs.

ambiguitate venit. Ji. quicquid futurum prædicit, certissimè adimplètur, loquendo de prophetia. [Nunc ergo eamus illuc, si forte indicet] Ji. quia forsitan indicabit, [nobis de via nostra, propter quam venimus, Ji. de negotio viæ nostræ,] de asinabus quas quærimus. Mirum, q̄ Saul ista non sciuit, aut non considerauit, videlicet Samuelem esse prophetam, & habitare in Ramatha, & venientibus ad se dare responsa. Puto autē q̄ habitualiter sciuerit ista. [Dixitq; Saul ad puerum suum: Ecce ibimus. Quid feremus ad virum Dei?] Panis defecit in storchis nostris, Ji. viaticū quod nobissem accepimus in peris, saccis seu repositorijs nostris, iam penè consumptum est, [& sportulam non habemus] Ji. munusculum in sportella, seu argentum in pera parua, [vt demus homini Dei, nec quicq; aliud.] Vndè secundum Lyram, in Hebræo habetur, encanium: sed potius reor, nomen illud Hebraicum ad vtrūq; esse æquiuocum. [Rursum puer respondit Sauli, & ait: Ecce inuenta est manu mea quarta pars stateris argenti.] i. manum meam mittendo in burfam meam, extraxi nummū qui valet quartam partem stateris argenti. Stater autē est medietas vnciæ, valens (vt dicitur) quinq; nummos vsuales. Et idem dicuntur siclus & stater. [demus homini Dei, vt indicet nobis viam nostram, Ji. qd agere debeamus, & qualiter habeat se materia, propter quam arripuimus iter hoc.] Præterea, si Saul & puer eius intendebant pecuniā dare prophetæ, p̄ ipsiā actū seu prophetica denunciatione veritatis, tanq̄ precium rei, fuisset illicitum, quia Simoniacum est. Si autē tanq̄ victus stipendium, vel ex vrbānitate & tanq̄ liberale munusculum, ne vacui coram propheta starent, vel quasi beneuolentiæ suæ indicium ad prouocandum prophetam ad in sinuandum quod scire optabant, seu ad captandum eius beneuolentiam, sicut religiosi aliqd datur, vt orent pro dante, non fuisset illicitum dare neq; accipere. Verum, vt Iosephus scribit, er Iose. lib. 6. an. iu. ca. 4. Hieronym⁹. Iosephus scribit, vt ait Hieronymus, Si accepit stipēs, fuit vitæ, non prophetiæ precium. Demum quod segtur, Olim in Israel, vsq; ad id, Et dixit Saul, nō sunt verba pueri Saul, sed authoris libri istius, secundum Hebræos. Veruntā secundum Bedam, non sunt verba historiographi, i. scriptoris seu authoris libri, sed Esdræ, qui reparando hunc librū, sicut & cæteras veteris test. scripturas à Chal dæis combustas, interposuit verba ista, [Olim in Israel sic loquebatur vnusq; vsq; vadens consilere Deum,] & pergens ad inquirendum consilium de agendis, siue oraculum aut respòsum à Deo per prophetam, per cuius os spūs dñi loquebatur, iuxta quod in 2. Petri canonica asserit: Nō voluntate humana allata est aliqñ scriptura, sed spūs sancto inspirati, loquuti sunt sancti Dei hoīes. [Venite, & eamus ad Videntem.] Ji. prophetam. Interdum tñ aliq iuerūt vel soli vel secretè ad prophetam, & tunc nō dixerūt hæc verba ad alium. [Qui em̄ propheta dicitur hodiè,] Ji. tempore isto, [vocabatur olim Videns.] Eidem etem̄ rei imponuntur & competunt diuersa nomina secundum diuersas proprietates & aēiones, entitates seu habitudines eius. Dicebantur ergo propheta, a. l. actū & excellentia interioris visionis, q̄ ex supernaturali reuelatione cognouerunt & mentaliter p̄viderūt multa secreta atq; futura: & idem propheta vocati sunt à denūciatione talium quæ sic viderūt, videlicet à profando, i. a loquendo & denunciando procul posita, i. futura seu ab aliorum cognitione remota. [Et dixit Saul ad puerum suum: Optimus sermo tuus.] Iam autē dixit ad suum ministrum, Ecce ibimus. Nunc verò, optimus sermo tuus. Ex qbus cōsideratur bonitas, docilitas, humilitas & affabilitas eius. Dicunt autē Hebræi, puerum istum fuisse Doeg Idumæum, q̄ postea fuit potentissimus pastorum Saul, ita q̄ Saul postea taliter eum promouit, quia hac via secum perrexit, qm̄ in regem est vnctus, & duxit eum ad Samuelem. [Veni, eamus. Et ierunt in ciuitatem, in qua erat vir Dei. Cumq; ascenderent clium ciuitatis,] Ji. montosum excelsum siue flexuosum vrbs Ramathæ, [inuenerunt puellas egredientes ad hauriendam aquam, & dixerunt eis] puellis: [Num hic est Videns?] hoc est, est ne propheta in vi be hac? [Quæ respondentes, dixerunt illis, Hic est. Ecce ante te est,] Ji. parū distas ab eo, q̄ in oppido est in loco altiori, q̄ sit locus, in quo nunc istas. [Festina nunc. Hodie em̄ venit in ciuitatem, q̄ sacrificium est hodiè populi in excelsis.] hoc est, ipse ex parte populi offeret hodiè hostiam pacificā in loco vtilissimi, cuius hostiæ vna pars ad sacerdotem pertinuit sacrificantem, aliæ partes ad offeretes spectabāt, & edebantur ab eis. Hieronymus videtur sentire, q̄ sacrificiū hic sumatur pro prandio quod parauit licuerit Samueli, qui nō fuit sacerdos, sacrificare, & qualiter in excelsis offerri licebat, phabitu est. [Ingredientes vr̄bem, statim inuenietis eum anteq̄ ascendat excelsum ad vesendum. Neq; em̄ comesturus.] comesturus est populus à Samuele inuitatus, [donec ille veniat, quia ipse bene dicitur hostiæ, Ji. cibo proponendo pransuris, qui fuit oblatus in pacificam hostiā,] & deinceps comedent qui vocati sunt. Nunc ergo cōtendite, quia hodiè reperietis eum. [Puellæ istæ primò singulariter loquuntur ad Saul, Ecce ante te, festina nunciam verò pluraliter loquuntur ei & eius ministro. Loquebantur enim singulariter Sauli, vt principali, & fortè ipse interrogauit puellas

Iose. lib. 6. an. iu. ca. 4. Hieronym⁹.

Beda

2. Pet. 1.

1. Reg. 22.

Leuit. 7.

1. Reg. 7.

ellas, deinde cernentes quam familiariter ac socialiter habuit se ad suum ministrum, loquuntur sunt pluraliter simul ambobus. Fueruntque puellae istae satis diffusae in verbis more foemineo, multo plura dicentes, quam erant interrogatae, & velut instruentes viros ignotas. Item tanquam contritules tanti prophetae, pandebant aut etiam iactabant se scire ritus & consuetudines vasis sancti. Quidam vero affirmant, quod admirantes decorem & elegantem staturam Saulis, ac delectati pulchritudine eius, cupiebant eum diutius intueri: ideo detinebant eum in verbis. Et ascenderunt in ciuitate. Cumque illi Saul & puer eius ambularent in medio vrbs, apparuit Samuel egrediens obuiam illis non casualiter, sed ex proposito, cuius causa subiungitur: ut ascenderet in excelsum. Dominus autem reuelauerat auriculam Samuelis, si secreta manifestaauerat Samueli, sicut quod aliquid intimat alteri in aure. Ante vnam diem, antequam veniret Saul, in die immediate precedente, eadem hora qua contigit obuiatio ista, seu egressus Samuelis ad obuiandum Sauli, dicens: Hac ipsa qua nunc est hora, cras mittam ad te virum de terra Ii, de sorte & tribu Beniamin, & vnges eum ducem Ii, regem super populum meum Israel, & saluabit populum meum de manu Philistinorum, quia tunc erant populi Israel magis infestissimi. Deus autem super plus tribuit, quam permittit, sicut ad liberalissimum dominum pertinet.

1. Reg. 11. Vnde & postea saluauit populum suum per Saul, non solum de manu Philistinorum, sed & aliorum multorum, & specialiter paulo post de manu Nahas regis filiorum Ammon. Quo circa estio oritur, cum infra Samuel dicit filijs Israel, Videtes quod Nahas venisset aduersum vos, dixistis: Nequaquam, sed rex imperabit nobis, ita quod aduersus regis illius fuit filijs Israel occasio regem petendi, cur dominus non dixit, saluabit populum meum de manu Ammonitarum? Ad quod dici potest, quod Ammonitae non erant tam duri ac potentes, ut Philistaei ideo data permissione de Philistinorum refrenatione, satis darentur.

1. Reg. 31. Ita intelligi deiecitio Ammonitarum. Saluauit autem Saul filios Israel de manu Philistinorum frequenter & pro magna parte. Non tamen semper neque totaliter, imo tandem occisus fuit ab eis. Vnde quod dominus ait, Saluabit &c. potest intelligi, quod penitus superasset Philistaeos, nisi peccado meruisset succubere.

1. Reg. 8. Si quidem huiusmodi permissiones intelliguntur sub conditione, nisi videlicet obex ponatur. Ita respectu populi meum ioculo pietatis ad succurrendum, quod mirum videtur, cum dominus quasi indignatus dederit regem. Vnde videtur, quod rege dato, & se quasi repulso a regia praesidentia, magis debuerit eos relinquere, quam ante, quod quis iustus fuisset, tamen piissimus dominus reddidit bona pro malis. Ad quod etiam quorundam bonorum deuotae preces cooperabantur. Propter quod subdit: Venit enim clamor eorum ad me, si feruens oratio horum mihi accepta est. Vel clamor eorum, id est gemitus afflictionis & oppressionis eorum, quod est vnum de quatuor quae coram Deo vltionem efflagitant, iuxta illud:

Clamitat ante Deum vox sanguinis, & Sodomorum, Vox oppressorum, merces detenta laborum.

Hinc ait & Exo. 3. dominus: Clamor filiorum Israel venit ad me. Cumque aspexisset Samuel Saul, dominus dixit ei: Videlicet Samueli per reuelationem seu allocationem internam, factam per angelum, quia per angelos factae sunt reuelationes propheticae, ut diuinus Dionysius docet. Et ecce vir quem dixeram tibi, Iest iste qui tibi propinquat, teque affabitur. Ille eni habitur populo meo. Iest quidam dominatio ordinata & recta, qua superior imperat subditis, iuxta legis diuinae tenorem, ad subditorum vtilitatem. Sicque Saul dominatus est populo, quod diu benedixit se habuit. Sic Moses appellatus est dominus a filijs Israel, imo & ab Aaron fratre ac subdito suo. Alia est dominatio factus & vfurpata, qua quis alteri praestit ac imperat iniuste secundum propriae libitum voluntatis. Sicque pro maioris temporis parte dominatus est Saul populo, cui frequenter impide iussit secum procedere contra Dauid. Secundum Lyram, in Hebraeo habetur, iste retinebit populum meum: quia ad regem pertinet populum retinere, ne in bellis precipitanter se ingerant, & etiam temporis pacis, ne iniuste contra proximos agant. Veruntamen potius puto, quod verbum illud Hebraeum, vtrumque significet, & ita in Hebraeo non magis habetur, retinebit, quam dominabitur: aptiusque translatum est, dominabitur, quam si transferret, retinebit: quoniam filij Israel petierant regem qui eis imperaret: & dominari communiter ascribitur regibus. Saul quoque permotico tempore retinuit populum, ne iniuste contra proximos ageret: quia biennio, ut legitur, praestit bene, diu autem induxit populum suum ad persequendum Dauid & cunenum eius. Accessit autem Saul ad Samuelem in medio portae, & ait: Indica mihi, oro, vbi est domus Videtes. Et ecce humile verbum.

Dionysius

Exo. 32

1. Reg. 22. 23. 24. 26.

Joan. 1.

Istud autem contingit videtur in porta, per quam Samuel exiit vrbs versus excelsum, in quo fuerat oblaturus: quia iam dictum est, Cumque illi, Saul & puer eius, ambularent in medio vrbs, apparuit Samuel egrediens obuiam illis, ut ascenderet in excelsum. Respondit Samuel Sauli, dicens: Ego sum Videns. Non iactanter hoc dixit, sed veritatis amore, & quoniam publicum fuit, atque ex Dei praeccepto tenebatur ei dicere & facere quae sequuntur. Sacratissimus verus de Ioannes Bap. interrogatus, Propheta es tu? alio intuitu dixit, non. Ascende ante me in excelsum, ut comedas hodie mecum. Quare non dixit, Sequere me, vel, Perge mecum in excelsum, sed, ascende ante me? An ad praefigurandum, quod Saul erat sibi & alijs praeficiendus in regem? Samuel quoque erat senex, nec potuit per iter illud montosum celeriter scandere. Et dimittam te mane. Et oia quae sunt in corde

tuo,

tuo, indicabo tibi. Quod non dixerit hoc de asinarum inuentione, constat ex verbis sequentibus, quae de illis tanquam de alia re, mox subdit: Et de asinis quas nudius tertius perdidisti, ne sollicitus sis, quae inuentae sunt. Itaque sicut Magister in hist. refert, est sensus: Omnia quae sunt in corde tuo, id est, quae tibi praecipiam faciunt admirationem & dubitationem, indicabo, id est, exponam tibi. Quaedam enim in Scholast. fertur hist. dicitur Hebraei Saulem vidisse per somnium, se collocatum in vertice palmae, quod Samuel sibi exposuit, dum vnxit eum in regem. Nam hoc praefigurauit visio collationis illius in summitate arboris palmae. Et cuius erunt optima quaeque in Israel? Ii. ad quae pertinebunt maxime dignitates atque praecipuae opes Israeliticae plebis? Nonne tibi & omni domui patris tui? Ii. tibi & tuis consanguineis ac sobolibus deputabunt ac conferentur. Nam regia dignitas data est Sauli & filio eius Ithobeth ad tempus post eum. Saul quoque suos cognatos permouit ad diuersa officia. Ideo ait Glossa: Vno de familia sublimato, oibus suis praefert. Denique etiam per haec verba Samuel dedit Sauli intelligere visionem praefatam, quam & Saul ex verbis his intellexit, ut potest quod sublimandus esset in principem populi. Nam fertur: Respondens autem Saul, ait: Nunquid non filius Iemini ego sum? Hoc iam in isto articulo expositum est. De minima tribu Israel, id est, de tribu Beniamin, quae tunc erat paucissima numero, quam tempore Iudicum fuit quasi extincta propter crimen in vxorem Leuite commissum, ut in Iudicum historia legitur. Vel ideo ait, de minima tribu, quoniam Beniamin fuit iunior inter filios Iacob. Iuniores autem solent vocari minores, sicut & Iacobus, frater Simonis & Iudae, dicitur minor, quae vocatione posterior respectu Iacobi fratris Ioannis. Propter quod Ioseph dixit de Beniamin: Iste est frater vester paruulus? Vbi alia translatio habet, minimus. Et tamen Beniamin erat tunc singulis fratribus suis sobole maior, ut potest decem filios habes. Et cognomen mea nouissima. Ii. extrema seu infima est, inter omnes familias natus de tribu Beniamin. Iuxta hunc modum Gedeon quoque ait: Ecce familia mea infima est in Manasse, & ego minimus in domo patris mei. Tales autem locutiones ex humilitate & vrbanitate prolatae, facillime verificantur: quia quod altero maius est vno respectu, alia consideratione potest eo minus consistere. Sic quippe & Paulus: Ego, inquit, sum minimus apostolorum, quoniam non sum dignus vocari a apostolo. Item, Venit Iesus peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Rursus, quod dicitur minima seu nouissima, potest exponi valde parua. Quare ergo loquitur es mihi sermonem istum? Ivi delictis, cuius erunt optima quaeque? quasi dicat, non videtur credibile, quod tam ignobilis sit taliter sublimandus. Assumens itaque Samuel Saulem & puerum eius, hoc fuit sacrificio iam completo, introduxit eos in triclinium. Per triclinium, secundum Glossam, intelligitur caenaculum sic nunc upatum a triplici ordine leulorum seu menfaru ipsorum discumbentium in eisdem. Nam olim sup lectos sedendo edebat. Et dedit eis locum in capite eorum quod fuerat inuitati. Ii. in loco supremo illorum, propter futuram Saulis dignitatem, & quae electus erat ad eam a domino. Erant enim quasi triginta viri. Dixitque Samuel coquo: Da partem quam dedi tibi, & praecipui vt reponeres seorsum apud te. Leuauit autem coquus armum, & posuit ante Saul. Iste quoque parte regalae posuit ante futurum regem. Dixitque Samuel: Ecce quod remansit, id est, quod residuum fuit de hostia immolata, caeteris partibus eius deputatis praeferiorum hic inuitatorum refectioe. Nam caeteras oblatae carnis partes, Samuel praeferiorum deputauerat esu, & armum praef Saul. ideo subditur: Pone ante te, & comede: quia de industria seruatum est tibi, quoniam aliae partes determinatae fuerunt praef alijs, quoniam populum vocauit. Es comedit Saul cum Samuele in die illa. Et descenderunt de excelso iuxta quod fuit triclinium, in oppidum Ramatha, praedio facto extra vrbs. Et loquutus est Samuel cum Saule in solario domus Samuelis. Ibi enim loquitur est Samuel de pertinentibus ad salutem cum Saul, admonendo eum ad meliora. Strauitque Saul in solario, & dormiuit. Cumque mane surrexissent, & iam dies luceeret, vocauit Samuel Saulem in solario, dicens: Surge, & dimittit te. Et surrexit Saul. Egressique sunt ambo, ipse videlicet Saul, & Samuel domum Samuelis, & sequitur est eos puer Saulis. Cumque descenderet in extremam partem ciuitatis, Samuel dixit ad Saul: Dic puero vt antecedeat nos, & transeat. Ine audiat verba mea, nec videat quod facturus sum tibi. Hoc videtur dixisse in oppido. Tu autem subsiste paulisper, hoc extra oppidum creditor protulisse in loco quo vnxit Saulem. Et indicet tibi verbum domini. Ii. tibi denunciet quod Deus iussit tibi dici & fieri per me.

Pet. C6. hist. li. 1. re. ca. 10.

Judic. 20. 21. Gen. 35. Gen. 43.

Judic. 6.

1. Cor. 15. 1. Tim. 1.

De spirituali huius 9. cap. sensu. Art. 18.

Per Cis, designatur quonque platus: Per filium Cis Saulem, subditus virtuosus, quem Deus praeter per Samuelem, per Christum praeficit gregi suo, regem (id est, platum) petenti. Qui enim inter subditos caeteris eminent sapientia & virtute, dignus est platione. Tali Sauli praecipitur quere asinas perditas, id est, rudes animas deuiantes per loca diuersa, id est, hinc inde per vitiorum abrupta: quas cum inuenire nequeuerit, debet ad Christum confugere, vt eius directione inueniatur. Sicque Christus Saulem pro aliorum salute sollicitum, inuitat ad vscendum secum in mensa sapientiae, & reficit eum quadruplici intellectu scripturae, panditque ei qualiter inueniuntur sint, inueniriue possint animae oberrantes, quae interdum per alios bonos, & non per pastores proprios, conuertuntur. Denique Christus est in ciuitate, id est, in militante ac triumphante ecclesia, & quod ad ipsum vult pergere, debet aliquid

quid ei deferre, cum scriptum sit: Non apparebis in conspectu dei tui vacuus. Debet ergo ei offerre orationem, laudem, aut gratiarum actionem vel debitam feruitutem. Porro per puellas egredientes ad hauriendum aquas, recte intelligunt animarum innocentes, personarum simplices, que per desideria pia & opera bona accedunt ad thronum gratiarum confidenter, ad fontem sapientiarum Dei in excelsis, ut aquam sapientiarum ex euangelicis libris, tanquam ex fontibus saluatoris, atque ex predicantium sermonibus, ex euangelicis quoque, hauriant sacramentis, quae & gratiam sibi communicant, alijs charitatiuè impartiant, & qualiter Christus valeat inueniri, pro posse ostendunt. Nam dicunt, [Hic est] Christus. Item ubique est praesens, qui & suis promissit: Ecce ego vobiscum sum cunctis diebus. [Ecce ante te.] Non enim longe est ab vnoquoque nostrum. imò praecipue eos qui se concupiscunt, & in vijs ostendit se eis hilariter. Si quidem facienti quod in se est, Deus gratiosè mox adest, dat enim oibus affluenter, qui in veritate eum accedunt ac deprecantur. Multoties etià praenit non queretes. [festina nunc.] Nemo quippe, ut S. ait Ambrosius, cum desidia dignè querit Christum: & in comparabile illud infinitumque bonum cum pigritia & negligentia quaerere, est paripede illud. idcirco ait per Esa. 21. Si quaeritis, quaerite: conuertimini & venite. Si quaeritis, inquit, in Deum per gratiam adipisci cupitis & studetis, quaerite eum condignè, vt potè toto corde & tota tribulatione animarum vestrarum. Ideo ait: Conuertimini ad me in toto corde vestro. [Hodie enim venit in ciuitatem.] Idem & saluator quotidie intrat ecclesiam per sacramentalium praesentiam, per gratiosam in habitationem, per multiplicem actionem, sicut fatetur Ioan. 5. Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. [quia sacrificium est hodie populo in excelsis.] Populus Christianus per manus sacerdotum suorum quotidie offert atque sacrificat patri aeterno vnigenitum filium eius in sublimitate catholice veritatis, & in deuotionis sanctae excelsis, & contemplationisque arce. [Ingentes vrbes, statim inuenietis eum.] Qui enim incorporatur ecclesiae, mox vnitur Christo: & ciuitatem hanc per fidem & charitatem intranti, prout dicitur quod eum oportet facere. [Nunc exi] conuertite. Hoc est quod monet. Apostolus: Quae sursum sunt quaerite, vbi Christus est in dextera Dei: quae sursum sunt sapite, non quae super terram: diuina, caelestia & aeterna contemplantini & amate, quorum intuitu & amore cuncta sensibilia atque carnalia pro nihilo habetote.

¶ Expofitio cap. 10. Tulit autem Samuel lenticulam olei. Art. 19.
Vntio Saulis in regem facta secretè, & publicatio eius, hic describitur. [Tulit autem] i. in manu sua accepit & secum portauit, [Samuel lenticulam olei,] quo reges atque pontifices vngentur in lege, dicebaturque oleum vntionis, de quo dictum est Leuit. 8. Porro secundum Magistrum in hist. Lenticula est vas quadrangulum fistile, habens foramen in latere. Alij scribunt, quod fuit vas aureum siue argenteum, in quo ponebatur oleum memoratum. Ait nanque Isidorus: Lenticula est vas olearium, ex argenteo aut aere factum, à liniendo vocatum, quia exinde reges & sacerdotes liniebatur. [Et effudit super caput eius] in signum interioris vntionis, quia cor eius regia autoritate perfundebatur. [Et ait: Ecce vnxit te dominus super haereditatem suam in principem.] i. per vntionem istam statuit te regem super Israeliticum populum, quod est plebs Dei haereditaria peculiaris. Vnde per Esa. 19. loquitur dominus: Benedictus populus meus Aegypti, & opus manuum mearum Assyrio, haereditas autem mea Israel. [Et deosculatus est eum,] in signum dilectionis praecipuae, quia electus fuit à Deo in regem & saluatore plebis suae ab impugnantibus eius. In signum quoque, quod non inuidit, imò & fauit promotioni suae, cum tamen per eum ipse Samuel ac filij sui deicerentur à principatu, in quo patet virtuositas Samuelis. [Et] liberabis populum eius de manibus inimicorum eius, qui in circuitu eius sunt. Et hoc tibi signum, quia vnxit te dominus in principem: totum hoc nec de textu est, nec in Hebræo habetur, sed ab aliquo veterum commentatorum fuit pro Glossa adiectum, postmodumque ex scriptorum imperitia litera est insertum. [Cumque] abieris hodie à me, [hic dantur Sauli signa veritatis praefata] pronuntiationis propheticæ, vel quae aliquo modo dubitabat ex consideratione sui humilis status, vel ut fides eius certior redderetur, inuenies duos viros iuxta sepulchrum Rachel in finibus Benjamin in meridie. [Rachel iuxta Bethlehem,] in sorte & terra tribus Iudae, sepulta est, vt legitur Gene. 35. Si ergo viri isti in termino tribus Iudae inuenti sunt, quò in finibus Benjamin sunt reperiuntur? Rñdetur quod sepulchrum Rachel situm fuit in extremis finibus Iudae, quod fuit in confinio Benjamin, quoniam tribus istae erant coniugatae, erantque iidem fines ambarum. Quidam tamen exponunt sic: Inuenies duos viros, supple nunc existetes iuxta sepulchrum Rachel, quae erunt in finibus Benjamin dum eos reperies, [salientes magnas foueas,] i. praegaudia magno transilientes fossata, vel causa exercitij id agentes, secundum quosdam, Hebræus habet, ad claras foueas, quod secundum eos potest esse proprium nomen, quaedammodum Claraualis. Veruntamen magis periti asserunt istud, videlicet, salientes magnas foueas, in Hebræo non haberi. [dicetque] tibi: Inuentae sunt a fine, ad quas ieras pergendas, & intermissis pater tuus asinis, sollicitus est pro vobis, & dicit: Quid faciam de filio meo? Quasi dicat, tam mectus sum, eo quod tempore aestimato non redijt, vt ignorem quid agere debeam. quo constat, quod valide eum dilexit, non solum vt filium, sed & quia

Pet. Co. hist. li. 1. ca. 10. Isidorus 2. q. 1. ca. sacramenta.

tam elegans fuit in naturalibus & supernaturalibus donis. Sequitur signum secundum: [Cumque] abieris inde, & ultra transferis, & veneris ad quercum Thabor. Dicunt nonnulli, quod Thabor sit hic nomen viri, non montis, ita quod quercus illa à viro illo cognomè sortita est ab euentu, sicut in Gene. dicitur, quercus fletus vbi sepulta est Delbora. Inuenient te ibi tres viri ascendentes ad reum in Bethel, vnus portans tres haedos, & alius tres tortas panis, & alius portans lagenam vini. Ii. ad offerendum atque, orandum in excelsis vrbs sic dicitur, in quo loco dicebatur Deus esse sicut in ceteris locis diuini cultus. Sicque ascendendo ad locum illum, dicebatur ad Deum ascendere, cum tamen ad incircumscribitibile, infinitumque Deum ubique praesentem, motibus corporis non accedatur. [Cumque] te salutauerint, dabunt tibi duos panes, & accipies de manu eorum. Sequitur tertium signum. [Post haec venies in collem domini,] i. in colle in quo morabantur prophetae, secundum Glossam. Quidam verò per collem hunc domini, intellexerunt collem Cariath Iarim, in quo exiit arca Dei: quod alij reproband, quia inde iam erat translata per Samuelem in Maspha, quod nihilominus facilliter solueretur, quoniam multa retinet nomina sua antiqua, quauis prima appellationis cessauerit causa, sicut in Euangelio dicitur Simon leprosus. [vbi est statio Philistinorum.] quia in loco illo aliqui castrametati sunt Philistaei: siue vt alij opinantur, per stationem Philistinorum designatur locus munitus seu castrum, in quo Philistaei constituerant quosdam ex suis homines bellicosos ad refrenandum Hebræos, quemadmodum primo libro Machabaeorum multoties fertur, quod in arce Hierusalem alienigenae positi erant. Vnde infra quoque narratur, quod Ionathas percussit stationem Philistinorum quae erat in Gabaa. [Et cum ingressus fueris ibi vrbes, obuiam habebis gregem prophetarum descendentium de excelsis:] praefato domini colle in quo comorabantur, [et ante eos] obuiam habebis [psalterium & tympanum & tibiam & citharam:] i. quosdam in his musicis instrumentis ludetes atque psallentes, & hoc ex spiritali iucunditate. Ad prouocandum quoque spiritalem feruorem & alacritatem, aut etiam prophetiam reuelationem, prout infra libro quarto legitur Helisaeus dixisse: Adducite mihi psalterium. Diuersae equidem melodiae diuersas in homine excitant affectiones. Nam quaedam planctum, quaedam gignunt laetitiam, imò & deuotionem, eleuationemque mentis ad contemplantum sublimia. [Ipsosque] prophetantes. Et insiliet in te spiritus domini. Ii. spiritus sanctus repente ac promptè descendet in te per quosdam suos effectus, multiplicationemque gratiae ac donorum, ideo subditur: [et prophetabis cum eis, & mutaberis in virum alium:] i. solito deuotior ac spiritalior eris. Magister in historijs recitat, quod Samuel primus instituit conuentus religiosorum iugiter psallentium domino, & dicebantur conuentus eorum cuneus, quasi conuincens, vel conuincit, dicebaturque prophetare, i. Deum iugiter laudare, & forte quidam ex eis aliqui prophetabant. Haec ibi, ¶ Praeterea tripliciter dicitur aliquis prophetare. Primo, praenunciando futura pure contingentia ex reuelatione diuina, à quo actu proprie, imò & in communi modo loquendi appellantur prophetae. Secundo, quia scripturas exponit, sicque loquitur Paulus: Prophetae duo aut tres dicant. Tertio, quia spiritalia cantica seu psalmodia decantant seu Deum collaudat. Potest addi & quartus modus, quo falsi prophetae interdum prophetae dicuntur, sicut in Hieremia Ananias propheta, caterique prophetae qui apprehenderunt Hieremiam prophetam, dicentes: Iudicium mortis est huic viro. Itaque in illo cuneo prophetarum, erant tribus praetactis modis prophetae, vt creditur: imò fuerunt ibi nonnulli, quorum vnusquisque vacinabatur futura, & scripturas exposuit minus peritis, & psallebat cum alijs. [Quando ergo euenerint signa haec omnia tibi,] i. ista quae tibi praedixi, quae naturaliter pro certo praesciri non poterant, cum merè contingentia fuerint, quannis respectu diuini praesidentiae certa. [fac quaecumque] inuenerit manus tua. Ii. quicquid rationabiliter agendum tibi occurrerit, & iste esse modus loquendi, ad insinuandum quod dirigeretur à Deo, ideo subditur: [quia dominus tecum est] per gratiam specialem. [Et descendes ante me in Galgala.] Sicut Andreas expositor dicit, Samuel per haec verba docuit Saulem, quid sibi agendum esset in arduis causis, non statim post praeducta, sed postquam esset à populo susceptus in regem, vt si, in arduis casibus imminenti bus nil attentaret agere sine praesentia directioneque Samuelis, qui pro Saule dominum sacrificijs, orationibusque placaret, si opus esset, dominum quoque consuleret. itaque ait: Descendes ante me in Galgala, quoniam locus ille famosus & aptus est ad sacrificandum & orandum pro te. [Ego quippe descendam ad te,] dum te ibi esse cognouero, [vt offeras] per manum meam, [oblationem] pro peccato sed holocaustum, [et immoles pacificas victimas,] i. ego pro te offeram ista, nec recedes quousque, venero. ideo subditur: [Septem diebus expectabis, donec veniam ad te, & ostendam tibi quid facias:] instruendo te de agendis, vt sine propheta & sacerdote nil agas. Veruntamen istud complexum, septem diebus, referunt & coniungunt quidam ad verbum hoc, offeras, vt sit sensus, quod septem diebus sacrificaret pro eo quotidie semel, quemadmodum in consecratione pontificum fieri iussit dominus. Verum Andreas hoc reprobat, eo quod nullibi in scripturis legitur, quod in inunctione noui regis deberet talis sacrificatio fieri tot diebus: nec legitur facta pro aliquo rege, nec sequente capitulo in quo legitur de inuocatione regni Saulis, fit aliqua mentio de

Gene. 37. Math. 26. Marc. 14. Machab. 1. 6. 9. 13. 1. Reg. 14. 4. Reg. 3. Pet. Co. hist. lib. 1. Reg. ca. 10. 1. Corint. 14. Hierem. 18. Exod. 29. 1. Reg. 15. huius.

huiusmodi oblatione pro Saul. Aliqui aut potius tenent, q̄ Samuel loquebatur Sauli non indeterminate pro quocunq; casu arduo sibi in posterum imminenti, sed pro certo casu, qui sibi post suam designationem in regē, hoc est, post suæ vñctionis & electionis publicationē, inflaret. Itaq; cum auertisset humerum suū, vt abiret à Samuele, immutauit ei Deus cor aliud. Ii. p gratiæ suæ visitationem dedit Sauli cor virtuosius & specialiter magnanimus. [& venerit omnia signa hæc in die illa:] ex quo probatur clara & plena diuinæ providentiæ cognitio, sublimitas quoq; gratiæ prophetalis Samueli cōcessa. [Veneruntq; ad prædictum collem, & ecce cuneus prophetarum obuius. Et insiliit in eū spiritus dñi, & prophetauit in medio eorū. Videntes autem oēs, qui nouerant eum heri & nudius tertius, q̄ esset cū prophetis & prophetaret] ipse Saul, [dixerunt ad inuicē: Quænam res accidit filio Cis?] Admirati sunt em de tanta tamq; repentina immutatione Saulis, quasi dicant, quo ordine, aut qua ex causa factū est istud? Si quidē prophetæ illi, erant viri deuoti & quasi sequestrati à seculo, [Num & Saul inter prophetas?] tanq̄ dicant, Mirum est hoc, & tñ videmus sic esse. [Responditq; alius ad alterū, dicens: & quis pater eius?] ac si dicat: hoc augeat admirationem, qm̄ constat, q̄ pater istius nō sit propheta. Porro, vt dicitur, in Hebræo habetur, & quis pater eorū? quasi dicant, suam admirationē quodammodò soluendo ac moderando: Idem est pater oim̄ prophetarū, videlicet Deus q̄ dona gratiæ suæ liberè impartitur, q̄buscunq; voluerit: nec ex carnali propagatione prophetiæ gratia obtinetur, ideo pater cælestis potuit & huic gratiam hæc conferre. [Propterea versum est in proverbium, Num & Saul inter prophetas?] De rebus nanq; miris & inopinatis solet interdū aliquod formari proverbium seu verbū vulgare, figurale, obcurū. Itaq; p̄verbium istud dicebatur, non tantū de Saule, sed & de quocūq; inopinatē aut subitō exaltato, aut gratiam prophetiæ adeptō. quasi dicatur, & ipse Saul, quannīs hoc mirū & inopinatū extiterit, cōputatus est inter prophetas, & tale qd̄ ceteris quoq; potest acciderē. [Cessauit autē propheta.] Dicit Hebræi, atq; in libro de Hebræis quæstionibus, q̄ liber sc̄d̄ Hieronymo à multis ascribitur, recitatur, q̄ prophetauit de Gog & Magog, & futuris eorū bellis, de præmijis quoq; iustorū, supplicijisq; prauorum. Meritō ergo dixerūt, quanam res accidit filio Cis? quasi dicant, res inopinata, mira & magna. Saul quippe vir elegātis staturæ, strenuus & robustus, reputatus fuit idoneus ad exteriora & bellica opera, magis quā ad prophetandū. [& venit ad excelsum,] de quo descenderat cuneus pphetarum. [Dixitq; patruus Saul] videlicet Ner frater Cis, [ad eum & ad puerū eius: Quō abiit?] Qui responderūt: Quærere aīnas. Quas cum nō reperissemus, venimus ad Samuelem. Et dixit ei] s. Sauli [patruus suus: Indica mihi, qd̄ dixerit tibi Samuel. Et ait Saul ad patruum suū: Indicauit nobis quia inuentæ essent aīnæ. De sermone autē regni nō indicauit ei, quē loquutus fuit ei Samuel.] quia res fatis incredibilis videbatur, & Samuel voluit id latere ad tempus præfixum à dño. Propter quod fecit puerū Saulis præcedere, ipsumq; Saul vnxit secretē. Et itēm, ne videretur inaniter gloriari. Ex q̄bus innotescunt humilitas atq; prudentia Saul, q̄ secretum illud tam congruē siluit, nec proximis suis innotuit, quod & illos valdē potuit exhilarare, & de se admirationem inducere. Quō exemplo quorundā iactantia, vanitas, insipientia arguuntur, qui nil nōrunt celare: & præsertim si quid gloriæ & honoris eis exhibitū fuerit, aut exhibendū, filere nō valent, & propriā pandunt soliditatē. Quōd si propriū nequeunt celare secretū, quomodò hi q̄bus reuelauerint, illud tacebunt? nō ergo glorificemus nos ipsos, sed manum dñi expectemus. [Et cōuocauit Samuel populum in Maspha,] quia in vrbe illam iam transfulerat Samuel arcā Dei, [& ait ad filios Israel: Hæc dicit dñs deus Israel: Ego eduxi Israel de Aegypto, & erui vos] i. patres vestros, [de manu Aegyptiorū, & de manu oim̄ regum qui affligebant vos. Vos autē hodiē proiecistis dñm deum vestrum,] i. beneficijs eius ingrati fuistis, & improbè recessistis de eius regimine, [qui solus saluauit de vnuerſis malis & tribulationibus vestris, & dixistis: Nequaquā volumus diutiūs regi per iudices,] sed regē constitue super nos,] prout supra patuit. Ex his innotescit, q̄ peccauerūt regem petendo. [Nunc ergo state coram dño per tribus vestras & per familias. Et applicuit Samuel oēs tribus Israel, & cecidit fors super cognitionē Benjamin, & applicuit tribū Benjamin & cognitionem eius. Et cecidit fors super cognitionem Metri, & peruenit vsq; ad Saul filium Cis.] Pro Metri, in Hebræo habetur Macheri, vt Iosephus protestatur: atq; vt dicunt Hebræi, est nomen cōmune, significās peritos in arte sagittandi aut proijciendi lapides fundis. Gabaita autē, de q̄bus ortus est Saul, ab antiquo fuerunt peritissimi fundibularij, prout in Iudicū libro legitur. In dē cognominata est vna familia vr̄bis illius, cognatio Macheri Metri, de qua natus est Saul. Sed qualiter peruenit fors vsq; Saul, cum fuerit absens? Respondetur q̄ scriptura non exprimit quales fuerint illæ sortes, idcirco nō constat. Porro magister in historijs ait: Cre dicitur Samuel temperasse sortes iuxta cor suum. Ideo dicitur, q̄ à Deo temperatæ fuerunt, secundum illud Proverbiorum: Sortes mittuntur in sinū, sed à dño temperant. [Quæsierūt ergo eū, & non est inuentus illic] in populo ibi præfente. [Et cōsulerūt post hæc dñm] per Samuelem, q̄ oraculū Dei poposcit, in vr̄bum ventu-

Hieronym.

1. Reg. 8.

Iosue lib. 6. an. iu. ca. 4. Iudic. 20.

Pet. Co. h. sto. lib. 1. Re. cap. 10. Prouer. 16.

rus

rus esset illuc. Responditq; dñs: Ecce absconditus est domi.] Dicunt aliqui, q̄ Saul sciēs se queri, mansit in domo sua in Gabaa. Alij probabilis asserunt, q̄ venit cum alijs vsq; in Maspha iuxta Samuelis edicium, & ne de singularitate vel inobedientia notaretur: sed in hospitio suo in Maspha se occultauit ex humilitate & pudore, reputans se indignum regali fastigio & honore. Cui assertioni videtur consonare quod subditur: [Cucurrerunt itaq; & tulerunt eum indē.] Si autē fuisset adhuc in Gabaa, tædiosa interuenisset mora anteq̄ fuisset adductus, nec tam celeriter potuisset asferri. [Stetitq; in medio populi, & altior fuit vnuerſo populo ab humero & sursum.] Et ait Samuel ad oēs populum: Certē videtis quem elegit dñs:] vt sit rex, quia tam excellēs statura cōsona fuit regiæ dignitati, & quia fuit vir fortis, pulcher ac strenuus, imò quod amplius est, virtuosus & optimus, Samuele excepto. Hæc Samuel dixit, ne tribus nobiliores agrē ferrent promotionē Saulis. [qm̄ non est fimilis illi in oim̄ populo.] Et clamauit oīs populus,] i. qdam de omnibus tribubus, seu maior pars populi, vel prima facie oēs propter nouitatem rei conclamabant, [& ait: Viuat rex] diu & prosperē. [Locutus est autē Samuel ad populum legē regni,] id est, iura regis exposuit plebi, quid s. regi tenerentur, & qualiter rex ac populus deceret adinuicē se haberent, [& scripsit] in libro, fortē antequā ibi aduenit, [& repositit coram dño:] in tabernaculo arcæ. [Et dimisit Samuel omnem populum singulos in domum suam. Sed & Saul abiit in domum suam in Gabaa.] Et abiit cum eo pars exercitus, quorū tetigerat Deus corda:] i. viri boni qui cōsenserunt electioni diuinæ, & verbis Samuelis credebāt, certī q̄ Deus per quemcūq; sibi placētē posset populum suū saluare. [Filij verò Belial] quorū indomita erat malitia, qui suam superbiam iugo legis diuinæ nō refrenabant, [dixerunt: Num saluare nos poterit iste?] Tanq̄ dicant: Non est aptus pro rege cū sit simplex, nec satis exercitatus in bellicis rebus. [Et despexerūt eum] tanq̄ de tribu natum ignobiliore seu minori, & forsitan isti superbi fuerunt de nobilioribus tribubus oriundi, [& nō attulerunt ei munera:] prout tunc fuerat consuetudo principibus & regibus nouiter institutis dare encēnia, quod nunc vsq; apud quosdā est moris. [Ille verò dissimulabat se audire.] quod fuit prudentiæ. Cōmisit nanq; dispositioni prudentiæ Dei cōseruationē suæ institutionis, nec voluit regnū suū turbatione, lite & sanguine inchoare. [Deniq; si ostendisset se verba illa audire, nec vindicasset, pusillanimis videretur.] Si verò vlcisceretur, ferocitati & arrogantiæ ascriptū fuisset: ideo debet vnusquisq; suæ præfidentia principatum à pietate, modestia, & patientia inchoare. Roboratur nanq; clementia thronus regis. Prouer. 20.

De spiritali huius decimi capituli sensu. Art. XX.

Sicut præhabitu est, per Samuelem intelligitur Christus, qui suos vicarios spiritaliter vnigit, gratiarum charismata eorum cordibus influendo, per quæ ad suorum executionem officiorum sunt idonei, nisi obicem ponant. Itaq; per lenticulam olei, ecclesiastica possunt sacramēta designari, quæ gratiæ sunt vasa, ex quibus fideles multiplicem hauriunt gratiæ largitatē. Rursus lenticula olei, potest intelligi ipsa omnipotentia & munificentia Dei, in qua omnia virtualiter & superfluentissimè continentur, de qua & copiosissimè effunduntur. I & deosculatus est eum:] per quod designatur, quā specialiter amet saluator suos vicarios, aliorum efficacēs pastores, per quorum diligentiam & conatum passio sua fructificat, Deus pater honoratur, & anima, propter quas ipse filius vni factus est homo ac crucifixus, saluantur. [& ait: Ecce vnxit dñs super hereditatem suam in principē.] Hæreditas Dei est populus Christianus, quem oim̄ dñs emit & redemit precio magno, q̄ per inspirationē internam siue per superiorē prælatū loquitur vicario suo nouiter instituto in prælationis officio: Ecce vnxit te dñs super hereditatem suam in principem, hoc est, attende tui dignitatem officij, & satisfac ei, vt oratione cordis, prædicatione oris, exemplo virtuosa: prædicationis pascas gregem tuam tibi cōmissam. Vndē Apostolus Colossensibus scribens: Archippo, inquit, dicite: Vide, ministerium tuum quod accepisti in dño, vt illud impleas. [Inuentæ sunt aīnæ,] diligente pastore suos vndiq; visitante, & reducere cupiente errantes, interdum denunciatur à bonis hominibus, q̄ etiam hi quos nondū personaliter adiit aut instruxit, conuersi sunt: quod Deus interdū agit exemplis, meritis & precibus solliciti ac deuoti pastoris. [& intermissis pater tuus aīnis, sollicitus est pro te.] Quannīs em officium prælationis sit sanctum, nihilominus est valdē periculosum. Fit aliquando, vt qui alios cupit conuertere, peruertat ab alijs, & paulatim refrigerat à charitatis suæ seruore, ita vt illud Apocalypseos ei dicatur à dño: Habeo aduerſum te, quod charitatē tuam primā reliquisti. [post hæc venies in collem dñi.] Per collem dei, contemplationis gratia seu virtutū perfectio designatur, ad quam à spiritu sancto perducitur, qui aliorum regimine fideliter occupat, & in vitæ actiue exercitijs se charitatiuē exercet. In hoc colle [est statio Philistinorū:] quoniam inuisibiles hostes acriter contra tales præliari non cessant. Nam & angelus satanæ Paulum colaphizauit. [ibi obuium habebis cuneum prophetarum.] quia in vita contemplatiua occurrunt homini psalms & cantica ac vaticinia patrum ac vatium, in quorum decantatione, intelligentia, meditatione multi-

1. Reg. 9.

Prouer. 20.

Colof. 4.

Matth. 24. Apoc. 2.

2. Cor. 12.

multipliciter oblectatur, ita quod insilit in se spiritus sanctus, & vaticinatur cum illis Deum laudando, futuraque contemplando, & mystica ex diuina illuminatione intelligendo: sicque mutatur in alterum virum, quia diuinus & spiritualis profususque; theoreticus efficitur, & hominem in homine exuens, super se eleuatur, ita ut cum Hieremia queat fateri: Factus est sermo dei in corde meo quasi ignis aestuans, & defeci, ferre non sustinens. [Quando ergo euenerint omnia hæc signa tibi, fac quæcūque inuenerit manus tua:] quia dum homo tantis gratiæ charismatibus adimpletur, securè à spiritu sancto dirigitur, & agere potest quodcūque; ratio seu cōscientia sua esse agendum discernerit. Tunc tamen descendere debet in Galgala, hoc est, ad religioſa secretaque loca, in quibus sacrificium laudis, thymiama orationis, & obseruantiam mandatorū immolet Deo, & Christum ibidem præstoletur septem diebus, omni videlicet tempore opportuno, ut de agēdis illustreretur ac doceatur ab ipso. Sicque ibidem in abscondito hauriat, quod postmodum ouibus publicè communicet & propinet, iuxta quod ait scriptura: Memoriam abundantia suauitatis tuæ eructabunt. Præterea, viro quocūque; seculari, tam spirituali & contemplatiuo effecto, multi mirantur, & dicere queunt: Num & Saul inter prophetas? Instruamur demū ex isto capitulo, ad imitandum primam illam Saulis humilitatem, prudentiam, atque modestiam, qui sciens se electū & vinctum in regē, abscondit se, reputans se indignum. Væ igitur eis, qui cum adhuc passionibus suis fordescant, & vanitate replentur, ingerunt se ad præsidendū, & ad prælationē cæca & indurata mente aspirant. Rursus exemplo Saulis adhuc pij ac humilis, discamus proprias laudes, etiā si magnum quod in nobis extiterit, humiliter reticere, tantiam omē vitare, & quæ in secreto accepimus, inuolubiliter ac prudenter celare, cū ecclesiasticus affirmet: Qui denudat arcana amici, perdit fidem, denudare autē amici mysteria, desperatio est anime infelicis. Propria quoque; mysteria & secreta nequaquam incautè pandamus, cum scriptum sit: Omni homini cor tuū ne reueles, ne postea cōuicietur tibi. Sunt autē qui celare nil nōrūt, nec propria, nec aliorū occulta, etiam si ea receperunt in fide, cum tñ ea sine mortali culpa nō valeant p̄dere, quibus illud Ecclesiastici poterit dici: Sicut sagitta in fixa femori canis, sic verbum in corde viri. [Dixit Samuel ad populum: Vos hodiè proiecistis dñm, qui solus saluauit vos.] Hoc dici potest peruersis subditis, qui de bono & humili, simplici; prælato nō contentantur, sed eum & Christum in eo conātur abijcere, aut repellunt prudentiorē, aut nobiliorē secundū carnem petentes, imò de omnibus quod bonum suum à se remouere quærunt pastorē, hoc verificatur, quod valdè insipienter agūt. Deo ingrati sunt, atque enormiter peccāt, & frequēter acquirunt peiorē aut minū sufficientē. [Abijt cū eo pars exercitus.] Per illos diuinitus tactos, qui uerunt cū Saul, ei; munera atulerunt, figurati sunt boni & timorati subiecti, quod corde & opere suo adherent superiori, imò & corpore tempore opportuno, ac debitā ei obedientiam reuerentiamque; impendūt. Porro per filios Belial, qui Saul electum à Deo in regē aspernabantur, nec ei detulerunt encenia, designant subditi, intimatori, superbi, rebelles, nō p̄sentes illud Apostoli: Omnis anima potestatis sublimioribus subdita sit. Nō est enim potestas, nisi à deo: quæ autē à deo sunt, ordinata sunt. Itaque; qui resistit potestati, dei ordinationi resistit. Qui autē resistunt, ipsi sibi damnationē acquirunt. [Ille verò dissimulabat se audire.] Sic & nos discamus improborū hominū insolentias, impropria, iniuriatiōes surda aure transire, quæ admodum scriptū est: Qui inquirebant mala mihi, loquuti sunt vanitates. Ego autē tanquam surdus nō audiebam, & sicut mutus nō aperiens os suū. Postremò etiam is qui præest, subditorū suorū improbitates, & præsertim propriam iniuriam debet quoadque; dissimulare, quā videlicet opportunè emendare non potest. Sed prohdolor, multi sunt qui Dei iniurias & offensas dissimulant: propriam verò iniuriam, quantum permodicam, protinus vlciscuntur, cum tamē dicat Chryostomus: Propriam iniuriam æquanimiter tolerare debemus, Dei verò iniuriā nec vsque; ad aures dissimulare.

[Explanatio capituli XI. Ascendit verò Nahas Ammonites, & pugnare cepit. Art. XXI.]
Prima Saulis victoria hinc narratur, per quam dñs patefecit ipsum ex diuina ordinatione regē fuisse effectū. Præmittitur autē in aliquibus libris, Et factum est quasi post mensē: quod nō est de textu, cum nec in Hebræo contentum sit. [Ascendit autem Nahas Ammonites.] id est, rex Ammonitarum, & pugnare cepit aduersus Iabes Galaad. Iabes, nomen est ciuitatis situatæ vltra Iordanem in terra Galaad, in sorte mediæ tribus Manassæ. Galaad quoque; quandoque; est proprium nomen viri, quandoque; montis, interdum territorij, aliquando ciuitatis, quemadmodum super librum Numerorum & alibi est ostensum. Itaque; Nahas cum suo exercitu urbem nomine Iabes obsedit & impugnavit, & forsitan ex eodem motiuo, quo rex filiorum Ammon, terram filiorum Israel trans Iordanem tempore Iepthe inuasit, affirmans eam sibi iniuste ablatam à populo Iudæorum, quando de Aegypto egressi sunt. [dixeruntque; omnes viri] i. habitatores [Iabes ad Nahas: Habeto nos fœderatos,] i. pacis pactum ini nobiscum, [et seruemus tibi,] annuando tributum. Videbant enim se non posse regi huic resistere, nec erat eorum spes stabilita in Deo. [Et respondit ad eos Nahas Ammonites: In hoc seruiam vobiscum scilicet, ut erus] per manus

Indic. 21.
 Num. 32.
 Deuter. 3.
 Iosue 13.
 Indic. 11.

aus & ferra seruatorū meorum, [omnium vestrum oculos dextros:] quatenus illis erutis, sitis deceterò inepti ad prælia, in quibus oculi sinistri scutis teguntur, [ponaque; vos opprobrium in vultu uero Israel.] i. in toto Israelitico populo faciam vos aspernabiles & abominandos, seu cunctis formidabiles, ita quod visa plaga vestra terrebuntur, quatenus nō præsumant mihi resistere. Quatuor enim vtroque; oculo excæcari, maius fuisset damnū, tñ dextero priuari, fuisset maius opprobriū. [Et dixerunt ad eū seniores Iabes: Concede nobis septem dies] induciarū & dilationis, [vt] interim [mittamus nuncios ad vniuersos terminos Israel] i. ad singulas tribus, [et si nō fuerit] rex aut populus, [qui defendat nos] à tua impugnatione, [egrediemur ad te] ad faciendū uero sustinendū quod iusseris. [Venerit ergo nuncij in Gabaa Saulis,] in qua natus fuit & morabat. Concessit quippe rex ille quod petierunt, non ex pietate, sed animositate, quasi auxilia virorū Iabes contemnens, vt Iosephus loquitur. [et loquuti sunt verba hæc:] Nahas comminatoria, [audiente populo. Eleuauit omnis populus vocem suam, & fleuit] ex compassione fratrum suorum in tantis angustijs positōrum, & quia viderunt populum Israel ita contemni, vel quia demeruerit sic tribulari. [et ecce Saul ueniebat, sequēs boues de agro.] Dicunt quidam quod casu uenit post boues. Alij, quod egressus erat in agrum ad exercitandum se in sagittando vel gratia spatiandi, sicque; reuersus sit hora qua boues reducebantur. Porro Iosephus protestatur, quod uenit de agricultura, nō enim propter regnū dimisit adhuc prius officium, vel forsitan ex humilitate hoc egit, & inter alios qui boues suos ac pecora reducebant, familiariter iuit ac cōferebat. [et ait: Quid habet populus quod plorat?] Et narrauerunt ei] præfati nuncij, vel etiam ciues Gabaa, [verba virorum Iabes.] siquidem nuncij fuerunt specialiter missi ad Saul. [Et insiluit spiritus domini in Saul, cū audisset verba hæc:] hoc est, ex instinctu & operatione spiritus sancti, seu voluntatis diuinæ ad magnanimitatē, audaciam, & iram per zelum motus est vehementer ac subito, non obstante sua humilitate. Etenim simul stat, quod aliquis ex consideratione propriæ paruitatis, uilitatis, ac defectu sitatis sit humilis, atque; ex consideratione diuini subsidij seu aliarum rerum quæ ad magnanimitatem inducunt, existat magnanimus. [Et iratus est furor eius nimis,] i. ipse valdè ad iram per zelum est cōcitatus, ægerimè ferens quod rex idololatra populum Dei sic spreuit ac tribulauit, quia in hoc Deum contempsit, cuius in honorem Saul ægrius tulit, ac magis optauit vlcisci. [Et assumēs vtrumque; bouem, cōcidit in frusta:] i. duos ex bobus suis per se vel per ministros frustra tim diuisit. [et insit] in omēs terminos Israel per manum nunciorum] propriorū, vel & eorū qui erant missi à Iabitis, [dicens: Quicunq;] aptus ad bellū [non exierit, secutusque; fuerit Saul & Samuelem, sic fiet bobus eius] hoc est, pecoribus suis priuabitur. Nominauit autē se ante Samuelē, quia volebat recognosci ac timeri vt rex. In regū quoque; dictis rex debet p̄poni, sed & Saul iam maior seu dignior, quantum nō sanctior fuit Samuele: quā dignitas penes prælationem præsentiamque; pensatur, bonitas verò seu sanctitas penes virtutem. Cōminabatur autē in primis Saul pecorum ablationē, non hominū trucidationem, vt temperatè inciperet suam exercere iurisdictionē. [Inuasit ergo timor dñi] i. timor incussus à Deo, vel timor bonus Deo placens, cui placet vt populus timeat suos superiores Deo vicarios, [et populū, & egressi sunt quasi vir vnus:] i. omnes concorditer, [et recensuit eos] i. numerauit [in Bezec] i. iuxta urbem sic dictam, in qua (vt in Iudicum libro legitur) Adonibefech imperauit. Recensuit autē non ex elatione, vt Dauid, sed vt melius sciret, qualiter & in quot partibus diuideret tñ exercitū. [Fueruntque; filiorū Israel trecenta millia, virorum autē Iuda triginta millia] Viri autē Iuda numerabantur seorsum, tanquam præcipuè bellicosos, fortes ac nobiles. Sed mirum videtur, quod filij Israel non erant multo plures, cū in vtraque; numerati oē facta per Moſen in deserto, fuerint quasi in duplo plures. Veruntū satis probabile est, quod infra tam paucos dies vniuersi viri Israel nō poterant cōuenire. Rursus putandū, quod hi qui secundū legem erant remouendi à prælio, remouebantur, præsertim cū Samuel fuerit præfens. [Et dixerunt] Saul, Samuel, cæteri; maiores, [nuncijs qui venerant: Sic dicetis viris qui sunt in Iabes Galaad: Cras] hoc est, de proximo, vtpotè tam citò sicut uenire poterimus, [erit vobis salus] i. auxilium liberationis ab hostibus, [cū incaluerit] i. calorem in inferioribus causando ascenderit [sol] Propofuerunt enim valdè manè super hostes irruere, vt infra insinuatur. At verò in schol. fertur hist. quod Saul in Gabaa promisit Iabitis se tertia die venturū in auxiliū eis, & quosdam ex nuncijs retinuit secū qui ducerent eū. Videtur tñ quod in populo erant satis multi qui viam nouerunt. [Venerunt ergo nuncij, & annunciauerunt viris Iabes,] quæ Saul & Samuel ac cæteri eis demandauerunt. Estque; credibile, quod Samuel ex diuina reuelatione cognouit, quod Saul cum suis triumpharet. [Qui lætati sunt] de instanti subsidio, [et dixerunt] Ammonitis ironicè, & vt deciperent ipsos: [Manè exhibimus ad vos,] tanquam victi, [et facietis nobis omne quod placuerit vobis] Quasi dicant: Non est qui adiuet nos. Hoc dixerūt die immediate præcedente aduentū Saul. [Et factū est cū venisset dies crastinus] i. die immediate sequente, postquam viri Iabes dixerūt Ammonitis, Manè exhibim⁹ ad vos: [cōstituit Saul populū,] hoc est, exerci-

Iose. lib. 6.
 an. iu. ca. 9.

Iose. vbi supra.

Indic. 11
 2. Reg. 24

Num. 1. 26
 Deut. 10

Pet. Co. 13
 Ito. lib. 1.
 Reg. ca. 15

ercitum suum diuisit [in tres partes. Et ingressus est media castra] Ammonitaru[m], [in vigilia ma-
tutina, & percussit Ammon vsq[ue] dum incalesceret dies.] Ex tribus etenim locis irruit super im-
prouisos, & de sua victoria quasi tutos, & ira occidit eos a primo diluculo vsq[ue] ad altum diem.
[Reliqui autem dispersi sunt, ita vt non relinquerentur ex eis duo pariter. Et ait populus ad Sa-
muel,] cuius ordinationem voluerunt laudare: [Quis est iste?] vir aut coetus virorum, [qui di-
xit, Saul non regnabit super nos?] Hoc em formaliter aut aequiualeuter dixerunt, qui praecedenti
1. Reg. 10. capitulo dixisse leguntur: Num saluare nos poterit iste? [Date viros,] i. tu & Saul tradite illos
manibus nostris, & interficiemus illos] tanq[ua]m rebelles. [Et ait Saul: No[n] occidetur quisquam in die
hac,] cum ista sit dies iocunditatis & laudis, quae diem nolimus sanguinis effusione, & multoru[m]
moeore obnubilare, ideo subditur: [quia hodie fecit dominus salutem in Israel.] i. victoriam co-
tulit nobis, ideo sicut misericordiam consecuti sumus a dno, sic debemus misericordiam facere proxi-
mis nostris, & gratiarum a[ct]ioni sacrificijsq[ue] insistere. [Dixit aut[em] Samuel ad populum: Venite,
eamus in Galgala, & in nouemus ibi regnu[m].] i. regiam vnctionem & autoritate[m] regalem Saulis
co[n]firmamus in vrbe illa, vt de comuni oim[ne] consensu suscipiatur pro rege, nullo co[n]tradiciente,
hoc locutus est Samuel, qm[od] vidit omnes iam vnanimiter inclinatos ad hoc, & co[n]sentire in p[re]siden-
tia Saulis. [Et exiit ois populus in Galgala, & fecerunt ibi regem Saul cora[m] dno in Galgala.] i. co[n]fir-
mauerunt eu[m] in regno, subijciendo se sp[irit]u[]e iurisdic[t]io[n]i ipsius. [Et immolauerunt ibi victimas cora[m]
dno pacificas.] i. p[er] manus Samuelis, vel alioru[m] sacerdotu[m] obtulerunt ibi hostias p[er] pace[m] habita[m] & co[n]-
seruata[m], atq[ue] p[er] gra[m] a[ct]ione[m] co[n]cesso triumpho. [Et laetatus est ibi Saul, & c[ir]ca[m] viri Israel nimis.]

¶ Spiritualizatio eiusdem vndecimi capituli. Arti. XXII.

Cum filij Israel regem obrinuissent virum iustum & bonu[m], & Samuel tam regem, quam po-
pulum informasset, qualiter inuicem se haberent, ac domino deseruirent, statim co[n]tra eos
alendit rex Ammonitarum: ita diabolus videns ecclesiae seu ciuic[um]q[ue] congregatio[n]e[m] esse de bo-
no pastore prouisum, & praelatum cu[m] credito sibi grege Deo concorditer deseruire, nititur eos
inuadere, perturbare, & discordes efficere. Cui interdum respondent fideles: [habeto nos fe[de]-
ratos,] id est, desine nos tentare de mortalibus vitijs, ne penitus separemur a Deo, [& seruiemus
tibi:] in venialibus culpis, quas & si singulas, non tamen omnes vitare valemus, sicq[ue] carne ser-
uimus legi peccati, propter quod aliquid in nobis habet princeps mu[n]di, & septies cadimus omni
die, ad quod diabolus respondet fidelibus: [In hoc seruiam vobiscum factus, vt etiam omnium
vestrum oculos dextros.] i. oculos interiores, quibus conspiciunt spiritalia & diuina, obtenebre, quatenus nihil salubriter cognoscatis, & quicquid salutis est paruipendatis, oculos vero sin-
istros, quibus carnalia & caduca, vana & mundana consideratis ac fortiri conamini, vobis dimit-
tam, Ep[iscop]o namq[ue] vos opprobrium in vniuerso Israel.] i. in tota militante ecclesia, quae contem-
platur aeterna. His cognitis, pensantes Christi fideles, quod inuisibilis hostis non aliud quaerit,
quam damnationem ipsorum perpetuam, ad totius ecclesiae suffragia conuertuntur, & vndique
petunt orari pro se. Deniq[ue] istis auditis, verus praelatus & seruidus pastor contra inuisibiles ad-
uersarios in flammatur, & vniuersos sibi commissos hortatur, vt pro afflictis, t[er]ratis & lapsis con-
corditer deprecetur. Habet quoq[ue] tres ordines subditorum, quoniam aliqui sunt incipientes,
quidam proficientes, nonnulli perfecti quibus omnibus iuxta dona sibi collata laborantibus, &
suum praesidentem iuuantibus, inuisibiles hostes vincuntur, dum vulgus gratiae menti infundit-
ur, ita quod in corde die scit, & soli iustitiae Christus charitatis calorem producit in ipso. Ecce
quid ad verum spectet pastorem, vt s. totis praecordijs de subditorum suoru[m] spiritali detrimen-
to, laesione, pressura tristetur, & contra aduersarios animarum armetur, indignetur, succurrat cu[m]
omni plebe sibi subiecta, nec cesset, quousq[ue] sortiatur triumphum. Rursus tres in ecclesia sunt
ordines, religiosi, militares, vulgares. Item actiui, contemplatiui, & ex vtraq[ue] commixti. Iterum,
sicut Gabaonitae leuauerunt vocem suam, & plorauerunt auditis angustijs proximorum suorum,
vipot[er]e habitari: sic vnaqueq[ue] deuota congregatio seu persona lugere debet ex animo, dum
alicuius deuotae congregationis aut suppositi deformationem aut deiectionem perceperit, pro
cuius reformatione cum omni seruore debet conari: obtenta demum victoria, offerenda sunt
Deo pacificae hostiae, sacrificia s. laudis & gratiarum a[ct]ionis, vt totus triumphus, profectus, &
quicquid perfectionis fuerit quis sortitus, totum omnipotenti datori ac adiutori syncerissime
ascribatur. ¶ Postremo, exemplo Saulis discant reges & principes esse ad misericordiam proni,
& poenitentibus indulgere, atq[ue] in die sui honoris, prosperitatis & triumphi, no[n] superbi-
re nec malignari, quod totum vnicuiq[ue] Christiano sectanda est. Hinc Tullius in laudibus Iulij ait: Nul-
la te virtus gratiosiore[m] exhibet, quam tua clementia. Inclytus quoq[ue] Pompeius: Praclarissim-
um, inquit, victoriae genus est, posse vicisci & nolle. Hinc rex apum, disponente auctore natu-
rae, caret aculeo.

¶ Declaratio capituli XII. Dixit autem Samuel ad vniuersum Israel. Arti. XXIII.

Rom. 7.
Prouer. 24.

Cicero
Pompeius.

In fine praecedentis capituli scriptum est, qualiter Saul & populus eius in Galgala laetati sint
nimis. Volens itaque Samuel gloriationem illorum moderari, & reuocare ipsos a praesumpti-
one, ne se praesumerent se bene egisse regem petendo, ostendit eisdem verbis atque prodigijs,
q[uo]d regem petendo peccauerint. [Dixit autem Samuel ad vniuersum Israel] ibi co[n]gregatum cum
Saul: [Ecce audiui vocem vestram.] i. postulationem vestram impleui, [iuxta omnia quae loquuti
estis ad me, & constitui super vos regem: Teum vngendo ac vobis monstrando, quem Deus ele-
git & fieri iussit regem.] Et nunc rex graditur ante vos, ego autem senui & incanui.] i. canus esse
ctus sum ex senectute, & tamen, vt infra patebit, Samuel multis annis vixit post haec. [Porro filij
mei vobiscum sunt, tanq[ua]m parati ad obsequium regis & co[m]munitatis, vel vt exigatis ab eis, si ali-
quid habent a me, quod alicui vestrum iniuste abstulerim.] itaque co[n]uersatus vobiscum ab ado-
lescencia mea vsque ad diem hanc,] quia adhuc adolescens existens, cepit populum iudicare.
[Ecce praesto sum.] i. praesens & paratus ad respondendum. [Loquimini de me coram dno, & coram
Christo eius.] videlicet Saule regem inuncto. [Vtrum bouem cuiusquam tulerim aut asinu[m],] i. iustam
contra me querela[m] p[ro]ponite cora[m] deo & rege, si alicui subtraxi bouem aut asinum aut simile quicq[ue].
[si quepiam calumniatus sum, si oppressi aliquem,] i. factio aut verbo aut iniquo iudicio irroga-
ui alicui iniuriam, [si de manu cuiusquam munus accepi, & co[m]muni illud hodie,] i. fabor nunc
donum illud esse iniuste acceptum & co[m]mendatu[m], & tanq[ua]m vile abijciam, [restituamq[ue] vobis, &
dixerunt: Non es calumniatus nos, neq[ue] oppressisti, neq[ue] tulisti.] i. no[n] accepisti [de manu alicuius
quippiam] munus pro exercendo aut peruertendo iudicio, imo nec aliquo reprobabili modo.
[dixitq[ue] ad eos: Testis est d[omi]n[us] aduersum vos, & testis Christus eius in die hac, quia no[n] inueneritis in
manu mea quippiam.] i. tam Deus q[ua]m rex iste Dei vicarius testes sunt, q[uo]d p[er]sonaliter facti estis non in-
uenisse vos aliquid reprobabilitatis aut violentiae in omni co[n]uersatione mea aut officio meo, & hoc
ipsum testimoniu[m] valet ad vestra[m] reprehensionem, q[uo]d si iniuste repulistis me a principatu iudicij.
[Et dixerunt: Testis. Et ait Samuel ad populu[m]: D[omi]n[us] q[ue] fecit Mo[ysen] & Aaron] eorum substantia[m] pro-
ducendo, & eos filijs Israel p[ro]ficiendo, [& eduxit patres nostros de terra Aegypti,] i. supple, adest &
est testis horum, q[uo]d per Hiere. 29. locutus est: Ego sum iudex & testis, de quo Iob 16. Ecce em in ce-
lo est testis meus, & co[n]scius meus in excelsis. Dicitur aut[em] Deus testis actuum humanorum, non q[uo]d
ipse coram superiori iudice testimonium ferat, sed qm[od] oia ei co[n]stant, & ipse te[m]p[or]e opportuno,
tam iudex erit q[ua]m testis. ¶ Sed quiritur, cur Samuel se ita co[m]mendauerit, cum Prouerb. 27. scriptum
sit: Laudet te alienus, & non os tuum. Et Eccl[esi] 7. Non te iustifices ante Deum. Vnde S. Iob 9. pro-
fitetur: Si iustificare me voluero, os meum co[n]demnabit me. Et respondendum, q[uo]d Samuel populum
increpaturus, primo ex rationabili causa expurgat se coram Deo & rege, ne postea inculparetur
iniuste, atq[ue] ad innuendum, q[uo]d purus & inculpabilis esse debet, q[uo]d accusaturus seu iudicaturus est
alios. Et item ad Dei honorem, aliorumq[ue] edificationem hoc egit. Et propter has ac alias quasdam
causas, leguntur viri sancti interdum suas co[m]memorasse iustitias, non ob propria[m] laudem, aut
praesentis vitae honorem, nec sic, quasi a venialibus culpis immunes fuerint, & hoc p[re]tendunt au-
thoritates in ductae. ¶ Praeterea, ad literam patet ex praeductis magna valde S. Samuelis iustitia
atque perfectio, q[uo]d in tanti regimine populi infra tot annos irreprehensibiliter vixit ac praesuit, &
proprijs suis expensis iudiciale expleuit officium visitationisq[ue] actum, nec vnq[ua]m quae suum proprium
commodum ad honorem, quod totum cunctis iudicibus est valde pensandu[m] ac imitandum.
Hinc quoque Eccl[esi] 46. asseritur: Dilectus a Deo suo Samuel, testimonium praebuit in conspectu
d[omi]ni & Christi: pecunias & vsque ad calceamenta ab omni carne non accepit, & non accusauit il-
lum homo.] Nunc ergo state, vt iudicio co[n]tendam aduersum vos coram dno.] hoc est, vt p[ro]bem
vos reos, atq[ue] ingratos beneficijs Dei, sicut in foro co[n]tentioso solet causa probari. [& p[ro]bem hoc
de omnibus misericordijs d[omi]ni,] i. gratiosis beneficijs Dei, [quos fecit d[omi]n[us] vobiscum, & cum patri-
bus vestris, quos Iacob ingressus est Aegyptum, & clamauerunt patres vestri ad d[omi]n[um], & misit Mo-
sen & Aaron, & eduxit patres vestros de Aegypto, & collocauit eos in hoc loco. Qui oblitus sunt
d[omi]n[us] Dei sui,] i. idola colendo, [& tradidit eos] i. puniedos [in manus Sifarae magistri militie Hazor,]
i. Iabin regis vrbs nomine Hazor, vt scribitur Iudic. 4. t. & in manu Philistinorum & in manu reg-
is Moab] i. gentium aliarum, sicut in lib. Iudic. diffusum scriptum est: [& pugnauerunt aduersum
eos. Postea aut[em] clamauerunt ad d[omi]n[um], & dixerunt: Peccauimus, quia dereliquimus d[omi]n[um], & serui-
uimus Baalim & Astaroth. Nunc ergo erue nos de manu inimicorum nostrorum, & seruiemus ti-
bi, & misit d[omi]n[us] Hierobaal] hoc est, Gedeonem [& Bedan] i. Samsonem qui fuit de tribu Dan, [&
Barach, & Iepthè, & Samuel:] sicq[ue] loquitur de se quasi de alio. Misit quoq[ue] d[omi]n[us] alios iudices, s.
Othoniel, Ahud, Samgar, Iair, &c. vt in lib. Iudic. recitatur. [& eruit vos de manu inimicorum
vestrorum per circuitum,] i. qm[od] conuersi clamastis ad d[omi]n[um], vexatio[n]e dante vobis intellectum. [&
habistis confidenter] i. quandiu Deo obedientes fuistis, & de iudicium directione eratis conten-
ti. [Vidistis autem quod Nahas rex filiorum Ammon, venisset aduersum vos, dixistis mihi: Ne-]
quid-
R
qua-

1. Reg. 25.

*cora[m] vobis

Exo. 34.
Exo. 12.

Judic. 13. 6. 7.
14. 3.

*Bedan

Esa. 28.

*videntes

1. Reg. 8. 11.

1. Reg. 8. 11.

Pet. Co. 1. 11.

1. Reg. 8. 11.

1. Reg. 8. 11.

1. Reg. 8. 11.

quaquā, sed rex imperabit nobis, cum dominus Deus vester regnaret in vobis. Hoc est, immediatus rex vester fuit, ita quod sub eo non habuistis hominem prudentem, nisi iudices. Præcedenti cap. parit, qualiter Nahas rex cum populo suo à Saule rege & populo Israel victus est. Quod ergo nunc dicitur, quod filij Israel petierunt regem, videntes quod Nahas contra eos venit, quasi petitio regis facta sit aduentum Nahas contra Israelitas? Ad hoc ex Iosepho respondetur, quod ante vocationem Saulis petitionemque regis, Nahas multos vastavit ex filiis Israel trans Iordanem, quod fuit vna causa, ex qua moti sunt petere regem. Deinde post mentionem Saulis venit Nahas rex contra Iabes. Nunc ergo præsto est rex vester, quem elegistis & petistis: quod verum est hoc? Non enim videtur filij Israel elegisse Saulem in regem, sed dominus eum ad hoc elegit ac designauit, non præcedente populi electione. Respondetur, quod dicuntur eum elegisse, hoc est, vnanimiter acceptasse in regem magis quam alium. [Eccè dedit vobis dominus regem, si timueritis dominum, filioli aut saltem initiali timore, & serueritis ei, & audieritis vocem eius, & non exasperaueritis os domini:] i. sapientiam eius non prouocaueritis ad indignationem & ultionem aduersus eos, seritis & vos & rex vester, sequentes dominum Deum vestrum, hoc est, Deo veraciter adherentes, cui non adherent in veritate, nisi qui ei obediunt. [Si autem non audieritis vocem domini, sed exasperaueritis sermonem eius, id est, eloquia & præcepta Dei amare seu asperè acceperitis, non charitatiuè ac dulciter, serit manus domini super vos, & super patres vestros: hoc est, tam vos quam patres vestri qui vos ad mala inducunt, seu à vitij non refrenant pro posse, incurretis debitas penas Dei: vel super patres vestros defunctos condemnatos, quorum damnatio seu tormentum augebitur ex iniquitatibus & condemnationibus vestris, in quantum præbuerunt & reliquerunt vobis occasionem, & exemplum peccandi, & pœna vnus damnati redundat in alium. Quidam exponunt sic: Erit manus Dei super vos & super patres vestros, ita erit super vos in posterum, sicque puniimini, sicut iam ante fuit, & sicut puniti fuerunt patres vestri transgressores.] Cõsequenter per miraculum probat Samuel suorum veritatem verborum: Sed & nunc state, & videte rem istam grandem, quam facturus est dominus in conspectu vestro. Nunquid non messis tritici est hodiè? hoc est, imò iam est tempus triticæ messis. [Inuocabo dominum, & dabit voces & pluuia. I. subito & super naturam tonabunt tonitrua, micabuntque fulgura, & imber copiosus descendet, cum tamen iam sit aura serena, nec naturales causas præferunt. & scietis & videbitis, quia grande malum feceritis vobis in conspectu domini, petetes super vos regem. Exclamauit] i. seruenter orauit Samuel ad dominum, & dedit dominus voces & pluuia in die illa. Imò & grandinè, vt in Scholast. narratur hist. [Et timuit ois populus nimis dominum & Samuelem, siquidè propter tam vehementem, miraculosam, insolitam tempestatem horrore percussi sunt, præsertim quia culpabiles erant, & lædi seu periri formidabant. Et dixit vniversus populus ad Samuelem: Ora pro seruis tuis ad dominum Deum tuum, vt non moriamur: hoc tempestate. [Addidimus enim vniversis peccatis nostris malum, vt peteremus nobis regem. I. cæteris peccatis nostris adiecimus vitium istud, videlicet regis postulationem. Dixit autem Samuel ad populum: Nolite timere: quod nunc moriimini ex hac tempestate, nec timeatis timore ex diffidentia, præcedente aut desperationem causante, nec solo seruilis timore, & oem carnalem, secularem, inordinatum timorem abijcite. Sic consolatus est Samuel illos, quoniam vidit quod peniteret, & inordinatè timerent. [Vos fecistis vniversum malum hoc, Veruntamen nolite recedere à tergo domini. I. non cessetis Deum sequi per adhesionem fidelem & obedientiam perseverantem. Loquitur autem de incircumscribilibus & simplicissimo Deo metaphoricè more humano. [sed seruite domino in omni corde vestro, & nolite declinare post vana. I. oem idololatriam, superstitionem & magicam artem, ac cæteras vanitates à vobis repellite, quæ non pderunt vobis, neque eruent vos, quia vana sunt, & non derelinquet dominus populum suum propter nomen suum magnum. I. propter sui ipsius pijsimam maiestatem, & propter excellentiam suam famam dilatandam & cõseruandam, piciabitur vobis, quæ admodum per Ezech. 36. restatur: Non propter vos ego faciam, notum sit vobis, sed propter nomen sanctum meum. Vnde Esa. 48. fatetur: Propter me ego faciam, vt non blasphemem, & gloriam meam alteri non dabo. Hinc Io. sue orans pro populo, loquutus est domino: Quid facies nomini tuo magno? Denique non relinquit Deus hominem, nisi prius relinquat ab eo: & quantum in se est, nullum permittit perire. [Quia iurauit dominus vobis sibi facere populum, I. per seipsum testatus est, quod per dona gratiæ suæ faciet vobis sibi deuotos, nisi obicem peccato ponatis. Hinc scriptum est Deut. 4. Eduxit vos dominus de fornace ferrea Aegypti, vt haberet populum hereditarium. Et rursus ibidem loquitur Moses Israelitico populo. Nō dimittet te, nec oino delebit, neque obliuiscetur pacti in quo iurauit patribus tuis. [Absit autem à me hoc peccatum in domino, vt cessem orare pro vobis. Nempe ex quo penituerit, atque humiliter petierit orari pro se, peccasset vtiq; Samuel, si propter peritiam eorum improbatè, iniuriamque, sibi ab ipsis illatam, renuisset orare pro ipsis, nec iam erant inimici ipsius. In hoc tamen Samuel specialiter cõmendatur, quod tam fideliter orauit pro his, à quibus eiectus erat ex principatu: imò vt infra habetur, orauit quoque pro Saule sibi inimicante, ideo efficaciam orationum Samuelis dominus tangit apud Hi-

Hieremiã dicens: Si steterint Moyses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum. [Et docebo vos viam bonam & rectam: I. salutaria documenta, vitiorum obligate carentia, per quorum obseruationem pingere poteritis ad veram felicitatem. Deinde via ista docet: [Igitur timete dominum] filiali timore, quod est fuga mali culpæ. Sic quippe Deum timere, est timere separari ab eo, & abominari peccata, in quantum sunt Dei offensiuæ, & separatiua ab illo quod summè diligitis, quæ admodum bonus filius timet patris sui offensam. [et seruite illi] seruitute patriæ, [in veritate] vita, iustitiæ & doctrinæ, [et in toto corde vestro] absequio, simulatione & admixtione hypocrisis. [Vidistis enim magnifica quæ in vobis gesserit dominus. I. mirabilia opera & præclara beneficia eius, quibus grati esse debetis. [Quod si perseveraueritis in malitia, & vos & rex vester pariter peribitis.

De mystica intelligentia cap. huius 12. Art. 24.

EXordium cap. huius docet vniversos qui sunt & iudicant alios, quod iuste & irreprehensibiliter debeant conuersari coram sibi commissis, ne dispergant & perdant quos reducere & saluare tenent. Præterea si viuicuique est damnabile, scandalizare vnum pusillum: quanto magis eis quod presunt, inessabiliter est damnosum, scandalizare gregem eis commissum? Cum ergo qui presunt, non solum ex charitate, sed etiam ex debito iustitiæ & obligatione sui officij teneant fraternam correptionis preceptum in subditis suis implere: tales, hoc est, tam virtuosos & exēplares se studēt exhibere, vt digni existant id facere, ne eis dicatur illud Luc. 4. Medice, cura teipsum. Et illud apostoli Rom. 2. Qui alium doces, teipsum non doces. Væ ergo pastoribus & p̄dicatoribus verbi Dei, qui in officijs suis potius querunt propria comoda & honorem, quam oportentis honorificentiam & animarum salutem, quibus per Ezech. 34. dominus comminatur: Væ pastoribus qui pascebant semetipsos. Lac comedebatis, & lana operiebamini, gregem autem meum non pauistis. De tali preloso seu predicatore Zach. 6. habetur: Brachium eius ariditate siccabitur, & oculus dexter eius obtenebrescens obscurabitur. O pastor & idolum, derelinque gregem. Itaque is qui pest, nullum calumniet aut opprimat, & personam acceptor nequaquam efficiat. Tempore quoque visitationis libet exponere se accusati. Cõsequenter per miraculum probat Samuel suorum veritatem verborum: Sed & nunc state, & videte rem istam grandem, quam facturus est dominus in conspectu vestro. Nunquid non messis tritici est hodiè? hoc est, imò iam est tempus triticæ messis. [Inuocabo dominum, & dabit voces & pluuia. I. subito & super naturam tonabunt tonitrua, micabuntque fulgura, & imber copiosus descendet, cum tamen iam sit aura serena, nec naturales causas præferunt. & scietis & videbitis, quia grande malum feceritis vobis in conspectu domini, petetes super vos regem. Exclamauit] i. seruenter orauit Samuel ad dominum, & dedit dominus voces & pluuia in die illa. Imò & grandinè, vt in Scholast. narratur hist. [Et timuit ois populus nimis dominum & Samuelem, siquidè propter tam vehementem, miraculosam, insolitam tempestatem horrore percussi sunt, præsertim quia culpabiles erant, & lædi seu periri formidabant. Et dixit vniversus populus ad Samuelem: Ora pro seruis tuis ad dominum Deum tuum, vt non moriamur: hoc tempestate. [Addidimus enim vniversis peccatis nostris malum, vt peteremus nobis regem. I. cæteris peccatis nostris adiecimus vitium istud, videlicet regis postulationem. Dixit autem Samuel ad populum: Nolite timere: quod nunc moriimini ex hac tempestate, nec timeatis timore ex diffidentia, præcedente aut desperationem causante, nec solo seruilis timore, & oem carnalem, secularem, inordinatum timorem abijcite. Sic consolatus est Samuel illos, quoniam vidit quod peniteret, & inordinatè timerent. [Vos fecistis vniversum malum hoc, Veruntamen nolite recedere à tergo domini. I. non cessetis Deum sequi per adhesionem fidelem & obedientiam perseverantem. Loquitur autem de incircumscribilibus & simplicissimo Deo metaphoricè more humano. [sed seruite domino in omni corde vestro, & nolite declinare post vana. I. oem idololatriam, superstitionem & magicam artem, ac cæteras vanitates à vobis repellite, quæ non pderunt vobis, neque eruent vos, quia vana sunt, & non derelinquet dominus populum suum propter nomen suum magnum. I. propter sui ipsius pijsimam maiestatem, & propter excellentiam suam famam dilatandam & cõseruandam, piciabitur vobis, quæ admodum per Ezech. 36. restatur: Non propter vos ego faciam, notum sit vobis, sed propter nomen sanctum meum. Vnde Esa. 48. fatetur: Propter me ego faciam, vt non blasphemem, & gloriam meam alteri non dabo. Hinc Io. sue orans pro populo, loquutus est domino: Quid facies nomini tuo magno? Denique non relinquit Deus hominem, nisi prius relinquat ab eo: & quantum in se est, nullum permittit perire. [Quia iurauit dominus vobis sibi facere populum, I. per seipsum testatus est, quod per dona gratiæ suæ faciet vobis sibi deuotos, nisi obicem peccato ponatis. Hinc scriptum est Deut. 4. Eduxit vos dominus de fornace ferrea Aegypti, vt haberet populum hereditarium. Et rursus ibidem loquitur Moses Israelitico populo. Nō dimittet te, nec oino delebit, neque obliuiscetur pacti in quo iurauit patribus tuis. [Absit autem à me hoc peccatum in domino, vt cessem orare pro vobis. Nempe ex quo penituerit, atque humiliter petierit orari pro se, peccasset vtiq; Samuel, si propter peritiam eorum improbatè, iniuriamque, sibi ab ipsis illatam, renuisset orare pro ipsis, nec iam erant inimici ipsius. In hoc tamen Samuel specialiter cõmendatur, quod tam fideliter orauit pro his, à quibus eiectus erat ex principatu: imò vt infra habetur, orauit quoque pro Saule sibi inimicante, ideo efficaciam orationum Samuelis dominus tangit apud Hi-

Matt. 15.

Leuit. 19.

Num. 16. Act. 10.

Ioan. 4. Matt. 9. Luc. 10.

Luc. 9.

1. Pet. 2.

Hiere. 2.

Esa. 53. Luc. 23. Act. 7. Exo. 32. Rom. 9.

pro errantibus exaudirentur. Postremò, quis omnis Christi fidelis, maximè tamen prelati im-
plere debet, quod ait Apostolus Roma. 12. Noli vinci à malo, sed vince in bono malo.

¶ Elucidatio cap. 13. Filius vnus anni erat Saul, cum regnare cœpisset. Art. 25.

Transgressio & reprobatio Saulis hęc recitatur. [Filius vnus anni erat Saul, cum regnare cœ-
pisset.] Hoc duobus modis exponitur: Primo, vt nomen hoc Saul, sit notatiui casus; et quod
senfus, qd Saul in exordio regni sui fuit vnus anni, non quo ad tēporis fluxum, sed quēdam ad cor-
dis sinceritatem, vt potē humilistatēq; paruulus, prout ait Saluator Mat. 18. Nisi conuersi fueritis,
& efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorū. Fuit itaq; vnus anni, i. purus & in-
nocens, tanq; puerulus anni vnus. Cū em̄ oīpotens Deus promouet hoīem ad aliquam digni-
tatem aut p̄sidētiam siue officium, efficit eum dignum ad illa per ḡram charismata, nisi homo
ponat obstaculum: nec Deus directē promouere solet indignos, sed permisiuē. Deniq; quo p̄si-
dentia altior est, eo p̄sidentis maioris debet esse p̄fectionis: ideo regem decet esse virtuosissimum
ac diuinum. Secundo exponitur, prout Saul est datiu. casus, vt sit sensus, qd ipsi Saul erat filius, i.
filium habuit anni vnus, videlicet ipsum Isboſeth, cū ipse Saul regnare cœpit, & duob; annis

2. Reg. 2. regnauit ipse Isboſeth. Contra quod inflatur, quia (vt infra habetur) Isboſeth, qui mox post mor-
tem Saul cœpit regnare, fuit 40. annorū in sui exordio regni, Saul autē 20. annis regnauit. Deni-
que scriptura non intēdit hęc explicare etatem aut tēpus regnatiōis filij Saulis, sed Saulis regis.
Quidam demū exponunt sic, Filius vnus anni, i. vincti vnus annorū erat Saul cū regnare cœ-
pit, quia (vt Numer. 1. habetur) à 20. annis & sup̄ra eligebant ad prœlia. sic q; fuit, vni; anni, i. vnum
habuit annum vltra 20. quod stare non valet, quia (vt tacitum est) filius Saul p̄fatus erat quadra-
genarius cū regnare exorsus est, & Saul prœfuit annis 20. Veruntū cōtra hoc obijci potest, quod

Beda Actu. 13. legitur: Dedit eis Deus Saul filium Cis annis 40. Ad quod Beda ibidem, alijq; concor-
diter dicunt, qd ibi in annis illis Saul, includitur 20. anni, quibus prœfuit Samuel. Aliter non videa-
tur, quare accipi possit computatio annorum ab exitu de Aegypto, vsq; ad tempus quo Salo-
mon cœpit tēplum edificare, vt infra 3. Reg. 4. 5. & 6. habebitur. Idē affirmat & Iosephus. Nihilo
minus contra hęc argui potest, qm̄ iuxta prœhabita, Samuel adhuc adolescens cœpit esse popu-
li iudex, statim post obitum Heli. Fuit autē senex in exordio regni Saul, vt p̄cedenti habetur cap.

Iose. lib. 6.
an. iiii. ca. 6.
1. Reg. 3. 4. 7.
1. Reg. 12.

ergo diutius prœfuit q̄ annis 20. [& 2. annis regnauit.] Ipse Saul (super Israel,) quia 2. annis p̄fuit
virtuose, deinde tyrannicē. Circa hoc scribit quidam: Potest dici, quia post 2. annos regni Saulis
ipse Dauid in regem à Samuele est vnctus, & extunc Saul non regnauit de iure, sed tū vsurpati-
uē: ideo sequentes anni regni ipsius, hęc rescātur. Sed contra hoc, vt potē qd Saul ex tunc non re-
gnauit de iure, obijciatur, quia adhuc, imò vsq; ad finem vitæ suæ, retinuit sibi ius regale seu regi-
am potestatem & auctoritatem. Propter quod Dauid occidi iussit adolescentē, qui se Saulem oc-
cidisse perhibuit, Dauidq; sēpius dixit: Quis extendet manus suas in Ch̄m dñi, & innocēs erit?

2. Reg. 1.
1. Reg. 24. 26.
1. Reg. 24.

Vndē & p̄ctūs suum percussit, eo qd chlamydem abscondisset illius. Itaq; Saul adhuc permāsit ve-
rus ac legitimus rex Israel, habendo respectum ad eius auctoritatem & regiam potestatem: sed
q̄tum ad potestatis suæ abusum, fuit tyrannus. Talibus autē principibus ac prælatis, q̄tum ad ea
quæ ad ipsorum officia pertinet, tenent subditi obedire, tanq; veris superioribus, prout super se-
cundum sententiā dñi distinctione vltima Thomas declarat. [Et elegit sibi Saul tria millia de Isra-
el.] Ii. tria millia virorum Hebræorum, quos reputauit ad p̄liandum fortiores & audaciores: atque
(vt aliq; opinatur) hoc fecit, cū regnasset per annum vnum & duos, i. p̄tre tres annos. Tñ de illis
tribus millibus dedit mille sub manu Ionathæ filij sui primogeniti ac strenuioris. Vndē subiun-
git: [Et erat cū Saul duo millia in Machmas & in mōte Bethel.] In locis seu vrbib; illis, per qua-
rum terminos magis poterat Philistæis patere ingressus ad Israel. ideo Saul ibi opposuit se. [Mil-
le autē] viri erant cum Ionathā in Gabaa Benjamin. Ii. vrbe illa in sortem Baniamin sita, quæ (se-
cūdum Magistrum in historijs) fuit ciuitas Phinees filij Eleazar, i. vrbs sibi deputata ad habitan-
dum, & in illa Eleazar fertur sepultus. Veruntū in Iosue lib. legitur, Eleazar mortuus est, & sepe
lierunt eum in Gabaa, quæ data est ei in monte Ephraim, in quo mōte non videtur sita fuisse Ga-
baath seu Gabaa Benjamin. [Porro cæterum populum remisit, vnumquēq; in tabernacula sua.
Et percussit Ionathas stationem Philistinorum, quæ erat in Gabaa.] Philistæi tanq; dñantes filijs
Israel, cōstruxerunt seu habuerunt in terra ipsorum loca munita seu fortalitia, in quibus posuerūt
bellatores, qd populus Israel seruaret sub iugo Philistij. Est itaq; senfus, qd Ionathas i vrbe Gabaa
tale castrū obtinuit, & Philistæos inibi cōstitutos occidit: [Quod cū audisset Philistij, Saul
cecinit buccina in omni terra, dicens: Audiant Hebræi.] Saul pro certo coniecit, qd Philistæi con-
gnito eo quod fecerat Ionathas, ex indignatiōe mox cōuenirent ad impugnandum Israeliticum
populum. ideo voluit super hoc suum populum auisare, vt se obseruarent. Hinc misit nuncios qd
præmissio buccinæ sonitu, annunciauerunt hęc ipsa. Hinc subditur, [& vniuersus Israel audiuit
huiuscemodi famam, percussit Saul stationem Philistinorum, iuxta sensum præhabitu. Quod

1. Reg. 26. hist.
1. Reg. 26. 12.

em̄

cū Ionathas egerat, rex terræ, videlicet Saul, iudicabatur fecisse, sicut victoria militum ascribi-
tur principi. [Et erexit se Israel aduersus Philistij,] Sup̄ra scriptum est: Humiliati sunt Philis-
tij, nec apposuerunt vltra vt venirent in terminos Israel, quod factum est tempore Samuelis:
quō ergo statio Philistinorū fuit adhuc in terra Israel, Saul regnate? Iterum dictum est ibi, [Fa-
cta est manus dñi super Philistæos cunctis dieb; Samuelis: ergo iam ante imperiū Saul, erexit se Isra-
el cōtra Philistij. Ad primum r̄detur, qd ad certum tēpus nō introierūt terram Israelitarū, vel
non cum tanta potētia sicut antē, vel dato, qd vltra non introierūt Samuele populū iudicāte: tñ si
lijs eius p̄sidentibus malē, iudicātib; q; iniuste, potuerūt forsitan intrare. Dato quoq; qd non in-
troierunt, attñ potuerūt ibi in munitionib; relinquere eos quos antē posuerūt ibidem. Ad aliud
r̄detur, qd Samuele p̄sidente, multū refrenata fuit potestas Philistinorū super filios Israel, non tñ
in toto ablata, sic quæ sub Saul; erexit se] populus Israel aduersus Philistij. [magis q̄ antē.] [Cla-
mauit ergo populus post Saul in Galgala,] ex timore Philistinorum Saulem exhortando, vt
proiiceret sibi ac regno suo contra Philistinorum inuasionem. [Et Philistij congregati sunt
ad p̄liandū cōtra Israel 30. millia curruum.] Mirum qd tot currus habebāt, cū de Pharaone le-
gatur Exo. 14. qd tulit secum 600. currus electos, qñ videlicet in sequit; est filios Israel. Hinc aliq;
dicunt, qd ponatur hęc cōtinens pro cōtento, videlicet numerus curruum pro numero bellato-
rum, qd erant in currib; & pugnabāt ex eis, vt erat tunc moris. [& sex millia eq̄tum.] Aliqui text;
habent, 600. millia eq̄tum. sed meli; dicitur, sex millia. [& reliquum vulgus, sicut arena, quæ est
in littore maris plurima.] Ii. innumerabile instar arenæ, quod tñ hyperbolicum verbum est. [Et
ascendentes, castrametati sunt in Machmas ad orientē Bethauen. Quod cū vidissent viri Israel
se in arcto positos, Ii. in grādī periculo vel in loco angusto. [afflictus em̄ est populus.]] [Sviri p̄sa
ti de Israel, qui timore, lassitudine seu alijs modis erant tribulati, [absconderunt se in speluncis
& in abditijs, in petris quoque & in antris, & in cisternis. Hebræi autē transferunt Iordanē terram
Gad & Galaad.] Ii. transmigrātes Iordanem, ingressi sunt terram duarum ac mediæ tribuum. Hoc
sonat, ac si Hebræi non fuissent Israelitæ. Ad quod in scholastica respondetur hist. Quidā erant
in Israel, sic appropriato vocabulo dicti, qui præ timore credūt in castra Philistij descēdisse
ad obsequendum illis. Vel (vt alij scribunt) ideo dicebant Hebræi, quæ frequenter transibant Ior-
danem. Nam Heber interpretatur victor seu transiens. Indē Hebræi, quasi transseunt. Veruntā-
men hi. Hebræi videntur potius à Philistæis fugisse, q̄ ad ipsos confugisse: quæ Iordanis erat à pla-
ga orientali, respectu terræ promissionis: terra autem Philistinorum, à parte occidentali. [Cumq;
esset Saul adhuc in Galgala, vniuersus populus perterritus est qui sequebatur eum: quoniam erat
paucissimi comparatione exercitus Philistinorum, nec plenē confidebant in domino.] [Et expe-
ctauit 7. diebus Samuelem iuxta placitum.] I. prout Samuel ei iniunxerat. Vndē scriptum est su-
p̄ra, quæ admodum Samuel dixit Sauli in prima sua inunctione: Descendes ante me in Galgala.
Ego quippe descendam ad te, vt offeras oblationem, & immoles victimas pacificas. 7. dieb; ex-
pectabis me. quod ibi tripliciter fuit expositum, & iuxta expositionem illam triforem, potest
& istud tripliciter exponi. Primò, qd expectauit Samuel 7. diebus oblationis fiendæ quoridie per
tot dies pro sua vnctiōe in regem: quæ expositio non videtur conueniens, qm̄ Saul iam fuit in
regem vnctus, ideo non apparet qd vsq; ad tempus istud fuerit oblatio illa dilata. Secundo à
q̄busdam exponitur, qd expectauit iuxta placitum Samuel, quatenus Samuel sacrificare & cō-
suleret Deum pro ipso Saule. Debuit autē Samuel expectare per 7. integros dies, & non expe-
ctauit eum hac vice, nisi per sex dies, qm̄ diem quō significauit Samueli vt veniret ad se, inter se-
ptem dies expectationis annumerauit, cū tñ post diem illum debuerit septem prætolari die-
bus Samuelis aduentum. Sed huic expositioni videtur contradicere litera, asserens qd Saul 7. die-
bus expectauit Samuelem. Tertiò ergo exponitur, qd non expectauit plenariē per 7. dies, imò
7. die ante occasum per aliquot horas vsurpauit sacrificare, quod per Samuelem fieri debuit: sicq;
peccauit in hoc, qd non expectauit 7. integros dies: & item qd sacerdotale assumpsit officium, sicut
Ozias rex Israel, quibus duobus excessibus adiecit & tertium, excusando seipsum. [Et non ve-
nit Samuel in Galgala.] Tam citò, vt Saul putauit eum venturum. Venit tñ 7. die, vt infra habetur.

1. Reg. 7.

Ibid.

in terram

per. C6. hist.
li. 1. reg. ca. 12.

1. Reg. 10.

2. par. 26.

Num. 28.

[Dilapsusq; populus ab eo.] Ii. populus Israel, qui fuit cum Saul, recessit ex timore ab eo. [Ait ergo
Saul: Afferte mihi holocausta & pacifica.] Ii. materias seu pecora quæ offeram Deo in holocausta
ita, vt remittat nobis nostra peccata, & tale sacrificium totaliter incendebatur, præsertim dum
offerebatur pro peccatis multitudinis, vt Leuit. 4. habetur, ideo holocaustum vocatum. Et item
quæ offeram in hostiam pacificam, i. pro pace atq; victoria obtinēdis. [Et obtulit holocaustum,
Cumq; cōpleisset offerēs holocausti,] Ii. hostiam holocaustomatis iam obrulisset rex Saul, quod
non erat sui officij, [ecce Samuel veniebat.] satis tempestiuē ad offerēdum. Legalia nanq; sacrifi-
cia licitē immolabatur vsq; ad horam, in qua sacrificium iuge vespertinū offerebatur, post quod
illo die aliud sacrificium nō offerebatur, qm̄ illud erat cōsummatio oīm sacrificiorum diei. [Et

egressus est Saul obviam ei, ut salutaret eum. Honoravit enim Samuel propter eius senectutem & sanctitatem, prophetalemque gratiam: & quoniam iam antequam iudex fuerat populi, & suis orationibus ac meritis multa bona a Deo obtinuit populo: sed & hac vice speravit iuvare per Samuel. Loquutusque est ad eum Samuel: Quid fecisti? Quasi dicat, grauitate iam peccasti, & mirum quod ita egisti. Respondit Saul: Quia vidi quod dilaberet populus a me, & tu non veneras iuxta placitos dies, porro Philistinim congregati fuerant in Machmas, dixi: Nunc descendet Philistinim ad me in Gulgala, & faciem domini non placui, satisfaciendo pro peccatis meis ac populi mei. Necessitate compulsus, obtuli holocaustum domino. Saul mendose se excusavit, quia non erat necessitas vera, absoluta, sufficiens: talisque usurpata oblatio, fuit magis offensiva Dei, quam placativa. Dixitque Samuel ad Saul: Stulte egisti, quia contra mandata Dei, nec custodisti mandata domini Dei tui, quod precepi tibi: ex parte Dei, ut si expectares me 7. diebus totalibus, nec propriis manibus sacrificares. Quod si non fecisses, iam nunc parasset dominus regnum tuum super Israel in sempiternum: si istos excessus non commisisses, nec postea similes, dominus firmasset presidenciam tuam regiam super Israeliticam plebem, per omne tempus veteris testamenti. Quod est ex parte tui, seu respectu habendo ad merita tua. Veruntamen providentia Dei oia pariter intuens, & universa complectens, nec fallitur nec mutatur. Qualiter autem huiusmodi pronuntiationes, promissiones, seu comminationes invariabilis Dei, sint intelligenda sub conditione, & mutationi subiecta: per respectum ad ordinem proximarum contingentium naturaliumque; casualium, cum tamen profusus incommutabilis sit in seipsa ordinatio, prescientia ac providentia Dei, frequenter dicitur esse alibi, & primo sententiarum determinatur. Denique sicut asserit Augustinus, Deus instituit Saul in regnum, non ad permanentem, imo tribui Iudae ordinavit tribuere regnum: sed totum hoc, ut potest Saule esse puricatum ac remouendum, & tribum Iudae in principatu mansurum, fuit in fallibiliter in prescientia Dei. Hinc ait Gregorius: Deus non mutat decretum, quia mutat sententiam, non illam quae exprimit aeternam ordinationem, sed eam quae temporale exprimit dispositionem. Sed nequaquam regnum tuum ultra cogerit, si nullus filiorum tuorum succederet tibi in regno super totum Israeliticum populum. Nam & filius Saul qui ei successit, non nisi duobus regnavit annis. Non tamen super Iudam, nec super caeteras tribus pacifice. Quae fuit sibi dominus virum secundum cor suum, non quasi a casu aut ex incertitudine dominus aliquis esset, quibus sic faciat aliquid quod sibi, sed per modum agentis se habet, dum omnia corda considerat, & unum praeter alio ad aliquid sibi assumit, eligit se acceptat, quae tamen ipse per dona gratiae suae efficit talem, & ab aeterno sic ordinavit. Loquebat quoque Samuel more prophetico de futuro per modum praeteriti, propter certitudinem prophetiae, ut sit sensus, Quae fuit sibi dominus virum secundum cor suum, decrevit sibi assumere in regem virum virtuosum, divinae voluntati conformem & beneplacitum. & preceperit ei, si accipiet dominus vestrum dux super populum suum, Jvir iste est David, quod dum ista dicebant, erat puer. Teo quod non servaueris quod preceperit dominus. Surrexit autem Samuel, & ex quo elicitur, quod post increpationem praedictam mansit ad tempus cum Saul in Gulgala, & ascendit de Gulgala in Gabaa Benjamin. Illuc namque perrexit & filii Israel cum Samuele, vel citò post eum aduersus Philistinim, ideo pro confortatione populi Israel iuit ad Gabaa. Et reliquit populum Israel, qui non iuerunt cum Samuele, & ascenderunt post Saul, Iteum sequendo, & obviam populo Philistinorum, qui Philistinim expugnabant eos, videlicet Israelitas, & venientes ex Gulgala in Gabaa: ad urbem sic dictam in colle Benjamin, in quo cogit expugnatio illa. Et recensuit numeravit Saul populum, & filios Israel, qui inuenti fuerat cum eo, & erant caeteris (ut videtur) constantiores, quam illis fugientibus, seque absecudentibus, manserunt cum rege ad praesidiandum, quasi 600. viros. Sic cum Gedeone non manserunt, nisi 300. viri, & cum Iuda Machabaeo 800. Et Saul & Ionathas filius eius, populusque qui inuentus fuerat cum eis, erat in Gabaa Benjamin. Porro Philistinim confederant in Machmas. Et egressi sunt ad praedandum, ad spoliandum bona Iudaeorum, de castris Philistinorum tres cunei, & tamen nullum cuneorum illorum audebat inuadere filii Israel, timore prostrati & inermes. Ideo quoque fecerunt tres cuneos, ut magis nocerent, & quia resistentiam non timebant. Unus cuneus pergebat contra viam Ephraim ad terram Saul. Porro alius ingrediebatur per viam Bethoron. Tertius autem verterat se ad iter termini in terram Sabaa imminens valli Seboim contra desertum. Porro faber ferrarius non inueniebatur in omni terra Israel, cuius subinguit ratio: Cauerant enim Philistinim, ne forte facerent Hebraei gladium aut lanceam. Idcirco non permiserunt inter Hebraeos commorari aliquem fabrum, ne faceret eis ens sem aut lanceam. Ex quo constat, quod filii Israel erant adhuc multum gravati iugo domini Philistinorum. Ideo autem fertur in textu, faber ferrarius, quia sunt quidam fabri lignarii, i. carpentarios, sicut in Euang. legitur Ioseph fuisse faber, Matt. 13. & Marc. 6. Descendebat ergo omnis Israel ad Philistinim, & in terram Philistinorum, quoniam pacem habuerunt cum illis, ut exaceret, i. per fabros Philistinorum acui faceret, unumquisque vomerem suum, & ligonem, & securim, & tridentem, & farculum. Retusa itaque erant acies vomerum & ligonum & tridentium & securium, cessante pace, & lite durante, ex defectu praefatae exactionis acumen ferri instrumentorum istorum erat reductum & hebetatum, utque ad simulum cor-

Augustinus

Gregorius

1. Reg. 2. 4. iuxta

esse

inde

Judic. 7. 1. Mach. 7.

corrigendum: si in inclusivè usque; ad reformandum seu exacuendum instrumentum, quo boues arantes pungunt ad laborandum, seu alium quocumque aculeum. Cumque venisset dies praedictus inter Hebraeos & Philistinios, non est inuentus, non fuit ens aut lancea in manu totius populi, qui erat cum Saul & Ionatha, excepto Saul & Ionatha filio eius. Quod ait, excepto, refertur ad illud, totius populi, non ad illud, quod sequebatur Saul, quod seipsum non sequebatur. Sed contra haec argui potest, quoniam filii Israel iam antequam interfecerunt filios Ammō, quod sine armis & gladiis facere non valebant, imò & occisorum illorum arma diripuisse videtur, sicque abundasse armis. Ad hoc Iosephus ait, quod Philistinim abstulerunt arma duntaxat illis qui erant in Gabaa iuxta eos, & hi soli manserunt cum Saul & Ionatha, caeteris in fugam versis atque latetibus. Porro in praedicto contra Ammonitas universae tribus fuerunt, inter quas multi gladios habuerunt & lanceas. Egressa est autem statio Philistinim, ut transiret in Machmas. Nam in textu praehabitu est, quod Philistinim confederant in Machmas, quomodo igitur egressa est statio eorum ut transiret in Machmas? Et respondendum quod statio Philistinorum tunc existens in Machmas, egressa est inde, ut transiret versus Saul. Vel, egressa est, ut transiret in Machmas, in illo loco inciperet transire ad alium locum.

De spirituali huius Cap. 17. intelligentia. Arti. 26.

Filius unius anni erat Saul cum regnare cepisset. Per Saul in exordio sui regni instar infantum humilem, innocentem & mitem, & modico tempore iussu regnantem, deinde superbum, ferocem, & tyrannizantem, intelligitur quicunque prelati, princeps seu presens, qui in praesentia suae initio pius, iustus & innocens est: deinde honores mutant in eo mores, ita quod asper & arrogans redditur, praesidetque iniuste tanquam tyrannus, quaerens plus propria commoda & honores, quam bonum commune & subditorum salutem. Et istud est insipientia maxima & excaecatio detestanda, cum vnumquodque oportet esse tanto sollicitiore & timoratiore coram altissimo, quanto pro pluribus daturus est rationem, & quo maiora desuper sortitus est dona, quo in altiori est gradu, & quo durius sibi iudicium imminet. Haec igitur praesent qui praesent, & ex honoribus sibi impensis potius affligentur, quam gloriabuntur vel extollentur. Et elegit sibi Saul tria millia. In hoc Saul gerit Christi personam, & possunt per tria millia designari universi praedestinati, qui in statu sunt triplici, videlicet animalium, rationalium, & spiritualium. Nam quaedam sunt servi fideles, alij autem interni amici, caeteri vero occulti filij: quaedam sunt in via purgativa, alij in via illuminativa, caeteri in via perfecta. Rursus per tria millia figurantur universi, tribus virtutibus theologice decorati, & super benedicti Trinitatis cultores, qui contra invisibiles adversarios praesentantur. Per caeteros qui remittuntur ad propria, denotatur, qui a catholicae fidei sinceritate elongati sunt. Insuper sicut Saul secum detinuit duo millia, & mille suo filio assignavit, sic superiores prelati debent seipsum in primis vallare fortissimis auxiliariis multis, qui sint consiliarii iusti, praedicatores idonei, pastores devoti. Tales quoque esse oportet archidiaconos, praepositos & decanos, quibus omnibus in iure certa & ardua dantur precepta. Quod si cogit superior prelatum, archiepiscopum sive episcopum, retari nutare, deficere, debet horum orationibus, exhortationibusque, sulcitra erigere, imò & modestè redargui. Praeterea debet platus talis superior quosdam ex his auxiliariis suis, communicare & associare suffraganeo suo, antistiti seu prelato inferiori, quatenus talium subiectione & cooperatu, universum sibi creditum gregem dignè gubernet, sicque instar Ionathae percutiat stationem Philistinorum, i. daemones tentatores gregis sibi subiecti, orando, efficaciter praedicando, iussu exemplariterque vivendo deiciat. Quod si cogit superior Philistinim, Saul cecinit buccina. Quae admodum Philistinim audita suorum strage, se collegerunt ad impugnamum acerrimè filios Israel, sic invisibiles hostes, victis quibusdam ex suis, vehementius insaniunt & insurgunt contra fideles victores. Ideo debet prelati buccina praedicationis suae super hoc auisare, eosque informare de modo & constantia fortiter resistendi. Cum vidissent filii Israel se in arcto positos, absecoderunt se. Sic aliqui Christiani cernentes se vndique a diabolo, mundo & carne tetari, pusillanimes fiunt, & quaerunt tetationum certamen evadere. Quaedam vero succumbunt, tetatoresque consentientes. Nonnulli quoque in foramine petrae in fossa humo, i. in Christi vulneribus & in dominicae passionis memoria salubriter se occultant, & in propriae humilitatis profundo se celant, atque intantum parvipendunt, & quasi nihil se reputant, quod a demonibus nequeat tangi. Et expectavit Saul septem diebus Samuel. Per septem dies, universum hoc tempus septem diebus decurrit, exprimitur. Praelatus igitur indefinèter gratiosam Christi subiectionem ac praesentiam debet fiducialiter praestolari, nec praestolado deficere, nec sibi illicita usurpare. Egressi sunt de castris Philistinim ad praedandum tres cunei. Per hos tres cuneos, intelliguntur tyranni & heretici atque hypocritae, seu infideles Iudaei, gentiles perfidi, & superbi philosophi, ite spiritus maligni, superbiae, formicationis & avaritiae, a quibus omnibus boni fideles multipliciter impugnantur fiunt. Porro faber ferrarius non inueniebatur in Israel. Per fabros istos intelliguntur virtuosos plati, doctores condigni, praedicatoresque sancti, qui spirituali arma fidelibus praeparant, & gladium spiritus quod est verbum Dei, ac lancea militare, videlicet charitatis feruore, seu discretionis acumen, oia penetrantem

8.

Ioseph. lib. 6. act. 1. ca. 17.

Eph. 6.

& aduersariorū interiora pungentē. Cauet autē Philistijm, i. dæmōnes & oēs sanctę fidei inimici machinatur & studēs talet fabros auferre ecclesię, sicut iā (prohdolor) pro maxima parte ei ablatis sunt, intantum, qđ fideles qđ plures ad Philistijm pergūt, vt sua acuant ferramenta: qđ vera & spiritali sapientia derelicta, ad philosophica documēta, ad prudentiā seculi, imō ad mūdanas versutias se cōuertunt, atq; in talibus suā acunt mentē, suntq; sapiētes vt faciāt mala, obtusi verō, imō & cæci, in pertinētibus ad salutē. Postremō, per hoc qđ p̄lio imminēt nō sunt inuēti ensis & lancea, nisi in manibus Saul & Ionathę, pfiguratur, qđ plati & eorū vicarij debēt tāta esse pfectio nis, qđ quantumcūq; subditi spiritalibus armis priuētur, & passionū immoderātis agitentur, ipsi tñ in omni virtute, in rationis splendore, in luce sapiētię perseverēt firmissimę, & mala vincāt in bono, suāq; bonitate ac probitate aliorū defectuositates reprimant & reformēt, quoniā ipsi sunt velut mensura & regula subditorum: mensuram verō & regulam, oportet existere vniiformem, qđ Elucidario, Cap. 14. Et accidit quadam die. Arti. 27.

Hic recitatur qualiter Deus miraculosam victoriā Iudeis cōtulerit super Philistijm. [Et accidit quadā die vt Ionathas filius Saul diceret ad adolescentē armigerū suum: Veni, & trāseamus ad stationē Philistinorū, quę est trans locū illū. Patri autē suo hoc ipsum nō indicauit,] qđ vbi debāt opus, p̄sus periculosum. Ideo Ionathas conijciebat qđ pater suus, ā quo tenerrimē amabatur, nō finiret qđ se periculo tāto exponeret. [Porro Saul morabatur in extrema parte Gabaa sub malograna, qđ erat in agro Gabaa, & erat cū eo populus qđ sexcentorū virorū. Et Achias] sacerdos, filius Achitob fratris Icabod filij Phinees, qui] Phinees] ortus fuerat ex Heli sacerdote domini in Silo,] prout de his dictum est supra,] portabat ephod]i. vestimentum ac ornamentū illud sacerdotale, quo p̄t̄fex vtebatur, cui etiā vesti iungebatur rationale iudicij quę detulit secum, quatenūs in his cōsuleret dominum corā arca ibi, tunc existēte, si necessarium videretur. [Sed & populus ignorabat quōd isset Ionathas:] quia nec populo suū notificauit propositum, ne quis p̄iā manifestaret illud patri suo. [Erāt autem inter assēs, per quos nitebatur Ionathas trāsire ad stationē Philistinorum, eminetēs petrę ex vtraq; parte,] & ita inter eas extitit vallis p̄rupta, & quasi in modum dentium scopuli hinc inde p̄rupti. [Ii. eminetia saxa acuta superius quasi detata. Nomē vni Bozes, & nomē alteri Sēne. Vnus scopulus prominēs ad aquilonem ex aduerso Machmas, & alter ad meridem contra Gabaa. Dixit autem Ionathas ad adolescentē armigerum suum: Veni, trāseamus ad stationē incircūcisorum suorū, i. infidelium Philistinorum, quos zelo iustitię ex magnanimitate Ionathas spreuit inquantū huiusmodi, iuxta illud Psal. Ad nihilū deductus est in cōspectu eius malignus. Si fortē faciat dominus pro nobis,] qđ ait, si fortē, nō dicit quasi volēs tētando experiri an dñs eos iuaret, sed ex confidentia diuini auxilij, cui tamen cōfidētis inest incertitudo ex cōsideratione proprię culpe, p quā redditur homo frequēter indignus diuino subsidio. Idcirco ad excludendū p̄sumptionē loquutus est, si fortē. secundū quē modū Caleph ait: Da mihi montē istū, si fortē sit dñs meū, & potuerō delere eos sicut p̄ misti mihi. [qđ nō est dño difficile saluare vel in multis vel in paucis. Ii. omnipotenti Deo, cuius fortitudo est infinita, eiq; p̄facile est cōferre victoriā populo per paucos bellatores, & per multos. Vndē etiam secundo Paral. libro Asa rex ait: Dñe, non est apud te vlla distantia, vtrū in paucis auxiliaris, an in pluribus. Dixitq; ei armiger suus: Fac omnia quę placent animo tuo. Perge, quōd cupis, & ero tecum vbicūq; volueris. Quo innotescit confidentia, magnanimitas, audacia huius armigeri quē Ionathas sibi elegit, quia considerauit virilitatem animi eius & corporis robur. & ait Ionathas: Ecce nos transmīs ad viros istos. Cumq; apparuerimus eis, si taliter locuti fuerint ad nos, manete, donec veniamus ad vos, stemus in loco nostro, tanq̄ parati expectare eorum accessum. [nec ascendamus ad eos. Si autem dixerint, Ascendite ad nos, ascendamus ad eos, quia tradidit] hoc est, dare decreuit [eos dominus in manibus nostris. Hoc erit nobis signū] dandę victorię, & forsā reuelatum hoc fuerat Ionathę, vel ex occulto Dei instinctu hoc protulit: imō secundum Iosephum, Ionathas dominum seruiddē exorauit pro triumpho, & sic dominus p̄stitit ei signum p̄rædictum. Deniq; obuiā ire aduersarijs, maioris videtur esse audacię ac virtutis, quā eorum p̄stolari accessum ad se. [Apparuit igitur vterq; stationi Philistinorum. Dixeruntq; Philistijm: En Hebręi egrediuntur de cauernis, in quibus absconditi fuerant. Et loquuti sunt viri de statione ad Ionathā, & ad armigerū eius. Dixeruntq; Ascendite ad nos, & ostēdemus vobis rē.] hoc est, expediem⁹ vos citō, & inuenietis quos queritis p̄paratos. Vel, Ostēdemus vobis rem amissam quam queritis. Ionathas quippe & armiger eius, p̄gebāt hinc inde pro via aptiore inuenienda, quasi quæsissent quid perditū. Ideo Philistę sic responderunt ironicę. [Et ait Ionathas ad armigerum suum: Ascendamus: Sequere me. Tradidit enim eos dominus in manus Israel. Ascendit Ionathas reptans] id est, trahens se per viam ascensionis tortuosam, non tritam. [manibus & pedibus, & armiger eius post eum. Itaq; cū vidissent faciem Ionathę, alij cadebant ante Ionathan] hoc est, ipse Ionathas quosdam Philistęorum p̄stravit virtute di-

Hiere. 4.

Roma. 12.

Leuiti. 19.

1 Reg. 2. 4.

Psal. 14.

Iosue. 19.

1 Par. 14.

Iose. lib. 6.

an. iu. ca. 6.

uina ipsum confortante, & Philistęorum robur ac animum infirmante. Calios armiger eius post eum interficiebat] eodem modo, [sequēs eum. In scholastica verō historia fertur, qđ Deus extermit illos. Porro Iosephus scribit, qđ nebula spissa repente surrexit de terra Philistinorum, visum ita offuscans, qđ nec seip̄sos adinuicē, nec Ionathan ac eius armigerum cognoscebant. Aliqui opinatur qđ Deus percussit illos acrisa, qua aliquid confusē cognoscitur, non distinctē, sicut Sodomitę erant percussi in foribus Lōth, & Syri ad instantiam Helisęi. [facta est plaga prima] quā percussit] hoc est, percutiendo infixit] Ionathas & armiger eius quasi viginti virorum] Philistinorum] in media parte iugis, quā par boum in die arare consuevit. In fine p̄cedentis cap. dictum est, qđ non fuit inuentus ensis aut lancea, nisi in manu Saul & Ionathę. Quid ergo gestauit in manu armiger Ionathę? Dicit potest qđ fustem aut clauam, & forsā alicui occisorum abstulit gladium. [Et factum est miraculum in castris per agros] Philistinorum, quia miraculose fuerunt percussi acrisa seu nebula, imō & interiori virium enervatione atque formidine. [Sed & omnis populus stationis eorum qui erant ad p̄dandum, obstupuit. Ii. tres cunei Philistinorum, de quibus in p̄cedenti habetur cap. vñ strage suorum, p̄ admiratione & timore deserunt. Et conturbata sunt castra,] hoc est, Philistęi in suis tentorijs sunt confusi, & recessit ab eis mens atque consiliū. [Et accidit quasi miraculum ā deo,] Quasi, dicit hęc veritatem, non similitudinem tantū, sicut & apud Ioan. 1. Vidim⁹ gloriam eius gloriam quasi vñgeniti ā patre. Verē nanque fuit miraculum, qđ ita p̄strati sunt. Quo circa quidam reprobāt p̄rædictam Iosephi positionem de nebula: quia (vt ait) si contigisset per nebulam, non fuisset miraculum, quoniā nebula repente & frequenter confurgit. Nebula quoque illa ita obnubilasset visum Ionathę & sui armigeri, sicut Philistinorum, sed reprobatio ista, parui vigoris est. Quauis enim nebula ex naturali causa confurgat, tunc tamen quantum ad modum quo confurrexit, fuit miraculum, quemadmodum supra habitum est de vocibus & pluiijs ad preces Samuels cōcessis, quoniam nebula illa supernaturaliter data est ad infidelium deiectionem, non decuit, vt filios Israel obscuraret. [Et respexerunt speculatores Saul qui erant in Gabaa Benjamin,] sedentes in alto ad inspicendum longē ac latē quid fieret, [et ecce multitudo prostrata, & huc illucq; diffugiens: Iqui prostrati erant, non fugerunt hinc inde, sed ex toto Philistinorum exercitu multi iam erant occisi, alij perturbati, huc illucq; fugerunt, & seinuicē peremerunt, quia non cognouerunt se mutō. Tres etiam cunei Philistijm redeuntes ad suos in castra, impugnaverunt eosdem, quemadmodum Iudic. 7. legitur de Madianitis, qđ fugientes & vndique discurrentes, mutua se cæde truncabant. [Et ait Saul populo, qui erat cum eo: Requiritē & videte quis abierit ex nobis.] hoc dicit postqđ speculatores nunciauerunt ei p̄dicta. Tunc enim Saul optauit scire per quos facta erat strages illa Philistinorum. [Cumq; requisissent, repertum est nō adesse Ionathan & armigerum eius. Et ait Saul ad Achiam: Applica arcam dñi.] hoc est, arcam assume, vt coram ea consulas ac inuoces dñm, quatenūs nobis reueler, quid agere debeamus. [Erat enim ibi arca dñi in die illa cum filijs Israel. Cumq; loqueretur Saul ad sacerdotem, tumultus magnus ortus est in castris Philistinorum. Crescebatq; paulatim & clari⁹ resonabat,] quia seinuicē inuaserunt. [Et ait Saul ad sacerdotem: Contrahe manum tuam: Ii. retrahere eam, ab inceptis cessando. Iam enim extenderat manus ad applicandum sibi arcam, atque ad exorandum, & dum dñs tardaret dare responsum, cupiens Saul hostes inuadere, & filio suo succurrere, dixit sacerdoti verba p̄rædicta. Conclamauit ergo Saul & omnis populus qđ erat cum eo,] exhortātes se inuicē ad p̄sequendum Philistijm, [et venerūt vsq; ad locum certaminis. Et ecce versus fuerat gladius vnus cuiusq; ad proximū suum, & cædes magna nimis. Sed & Hebręi qđ fuerant cum Philistijm heri & nudius tertius, ascenderantq; cum eis in castris,] qđ ex timore confugerunt ad Philistęos, reuersi sunt] ad assistendum Saul, [vt essent cum Israel, & his qđ erant cum Saul & Ionathā. Omnes quoq; Israelitę qui se absconderāt in monte Ephraim, audientes qđ fuissent Philistęi, sociauerunt se cum eis in p̄lio. Et erant cum Saul quasi 10. millia virorū,] cum quo paulo ante non erant, nisi 600. vt patet cap. p̄cedenti. Tñ hic versus fertur non esse de textu. [Et saluauit dñs Deus Israel in die illa. Pugna autē peruenit vsq; ad Bethauen. Iquia vsq; ad urbem illam insecutus est Saul hostes. Et viri Israel sociati sunt sibi in die illa. Adiuauit autē Saul populum] Israel, [dicens: Male dicitur vir qui comederit panem vsq; ad vesperam,] hoc est, Hoc iuro, qđ morte dignus erit, & occidetur, quicūq; ex meo exercitu comederit aliquid, [donec vlciscar me de inimicis meis. Ii. Philistęos fugientes occidam. Timuit em̄ qđ populo circa refectionem intento, illi aufugerent. Vidit quoq; populū ad manducandū inclinatum de p̄ræda fugientiū Philistinorum. Et non manducauit vnusquisq; panem,] hoc est, nullus de exercitu Saul ausus fuit quicquam comedere ante horam p̄fixam. [Om̄isq; terrę vulgus venit in saltum, in quo erat mel super faciē agrī. Ingressus est itaq; populus] Saul] saltum] hoc est, syluam seu nemus, [et apparuit fluens mel, nullusq; applicuit manum ad os suum,] i. nemo eorum qui adiurationem Saulis audiuit, ausus fuit ali-

Pet. Co. hīsto. lib. 1.
Re. cap. 13.
Iose. lib. 6.
an. iu. ca. 6.
Gene. 19.
4 Reg. 6.
1 Reg. 13.

Ibid.

Iose. lib. 6.
an. iu. ca. 6.

1 Reg. 12.

1 Reg. 13.

ali-

aliquid de melle illo imponere ori suo. Timebat enim populus iuramentum. Dicit autem Magister in hystorijs: Ferè quòd tanta copia mellis ibi sit in cannis arborum & cauernis petrarum & abditis terræ, quòd plures reperiantur faui super terram decedentes. Porro Ionathas non audierat, cum adiuuaret pater eius populum. Extenditq; summitatem virgæ quam habebat in manu, & intinxit in fauum mellis. Et conuertit manum suam ad os suum, & illuminati sunt oculi eius. hoc est, exhilarati & melius colorati ex aliquali virium reparatione, qui ex lassitudine famis & belli calore depressi & reuerberati, ac discolorati fuerunt, sicut & facies eius. Aserit Iosephus Ionathas inuenisse apum cubilia in quercu, quæ in sorte Ephraim fuit. Respondensq; hoc est, ad verbum factum Ionathæ proportionabiliter loquens: Vnus de populo ait: Iure iurando constringit pater tuus populum, dicens: Maledictus vir qui comederit panem hodie. Hoc est, ante vesperam, putà hoc die artificiali. Defecerat autem populus. Dixitq; Ionathas: Turbauit pater meus terram. id est, incauta illa obligatione nocuit populo, & inquietauit eundè. Vidistis ipsi quòd illuminati sunt oculi mei, eo quòd gustauerim paululum de melle isto: quanto magis, si comedisset populus de præda inimicorum suorum, quam repperit? Nonne maior plaga facta fuisset in Philistim? quasi dicat, vtiq; Si enim stando celeriter aliquid comedisset, & bibissent, confortato stomacho, velocitè insecuti fuissent aduersarios suos. Percusserunt ergo Philistæos in die illa à Machmas vsq; in Aialon, defatigatus est autè populus nimis Jex intrare, labore, curiq; ieiunio, & versus ad prædam, hoc est, pecora ac cætera quæ Philistæi reliquerunt in campis seu alibi, apprehendens, tulit oves & boues & vitulos, & maclauerit in terra: hoc est, ex festinatione & vehementia famis, occiderunt pecora illa, vbicunque ea ceperunt indifferenter, & nõ in loco eleuato seu saxo eminenti, vnde sanguis potuisset effluere. Ideo sequitur: Comeditq; populus cum sanguine. Carnes illas, non satis purgatas à suo cruore. Comederunt quoq; cum sanguine, id est, illicitè & contra legem, secundum quam debuerunt primò sacrificia Deo offerre de hostium præda. Nunciauerunt autem Sauli, tanquam regi, cui attinebat reos corripere, cui etiam imminebat periculum ex populi transgressione, dicentes, quòd populus peccasset domino, hoc est, ad irreuerentiam Dei, comedens cum sanguine. id est, carnes ex quibus sanguis non fuit sufficienter eliquatus, cum tñ in Deuteronomio dominus dicat: Comedes absq; esu duntaxat sanguinis, quem quasi aquam super terram effundes. Qui ait: Præuaricati estis, voluite ad me iam nunc saxum grande, super quod animalia occiduntur. Et dixit Saul: Satellitibus suis: Dispergimini in vulgus, hoc est, hinc inde inter vulgares sparsim discurrete. & dicite eis, vt adducat ad me vnusquisq; bouem suum & arietem, hoc est, quòd quicunq; habuerit bouem, aut aliud animal mundum esibile, & voluerit illud occidere, perducatur illud ad me. & occidite super istud saxum eleuatum, ex quo sanguis valeat eliquari, & vesicimini, & istud ius sit fieri coram se, ne faceret quis occultè. Forsan hinc ponitur singulariter pro plurali, videlicet saxum pro saxis, cum non videatur probabile, quòd in tanta famis inedia suffecerit tot millibus hominum vnum saxum ad maclandum super illud pecora manducanda, & non peccabitis domino, comedentes cum sanguine. Adduxit itaq; omnis populus vnusquisq; bouem in manu sua vsq; ad noctem, & occiderunt ibi. Aedificauit autem Saul altare domino. hoc est, aram constructi super quam Deo fieret oblatio gratiarum actionis pro concessio triumpho. Tuncq; primum cepit edificare altare domino. Ex quo elicitur, quòd antè obtulit sacrificium super altare antè constructum ab alijs. Vel si & antè construxit altare, istud tamen dicitur primò edificasse, quoniam in alijs oblationibus factum eius displicuit neo. Qualiter autem licuit tunc alibi immolari, q̄ in tabernaculo dñi, & super altare atrij, tacitum est sæpè. & dixit Saul: Irruamus super Philistæos nocte, & vastemus eos vsq; dum illucefcatur manè, nec relinquamus ex eis virum. Dixitq; populus: Omne quod bonum tibi videtur in oculis tuis, fac. Et ait sacerdos: Præfatus Achias: Accedamus huc ad Deum. Ji. à Deo queramus consilium. Et consuluit Saul dominum] per sacerdotem. Ad pontificem autè præcipuè pertinebat consulere dñm, i. per orationes & oblationes à Deo consilium querere de agendis. Nam & per Moysen dñs dixit, q̄ Eleazar pro Ioseph cõsuleret dñm, dicens: Num persequar Philistim? Si trades eos in manus Israel? Et nõ respondit ei dñs in die illa. Iam habitus est, q̄ Saul dixit, Irruamus super Philistæos nocte: moxq; sacerdos subiunxit, Accedamus huc ad Deum, & protinus Saul consuluit dominum. Quomodo ergo nunc additur, Non respondit ei in die illa? Respondetur, q̄ dies hinc sumitur pro die naturali, q̄ noctem includit. Deinde dicendum, q̄ nec nocte illa, nec die sequenti responsum à Deo fortitus est. Dixitq; Saul] suis officiatis: Applicate huc vniuersos angulos populi: Per angulos populi, quidam intelligit principes, qui sunt quasi lapides angulares, qm̄ sicut in lapide tali concurrunt parietes, ita populares confluunt & concurrunt ac vniuntur in principe suo. Vndè & Christus dicitur lapis angularis, q̄ in ipso conuenerunt & fide vniti sunt Iudei atq; Gentiles. Alij per angulos populi, intelligunt eius extremitates, & contenta in eis, vt sit sensus: Applicate huc

Esaie 28.
Astor. 4.
1. Pet. 2.

huc vniuersos angulos populi, id est, vniuersum populum ab extremitatibus suis, & scitote & videte] per missionè sortis, & per quæ acciderit peccatum hoc, propter cuius demeritū negatur nobis responsio dñi hodie. Præsupposuit Saul, quòd nõ nisi propter peccatū alicuius de populo suo, Deus responsum renuerit aut differret. Siquidè tempore illo cõmuniter dabantur diuina responsa, præsertim pontifici dñm cõsulentis: nihilominus potuit deus omnipotens liberimè agens, etiam ex alia causa negare & differre responsa. Viuit dñs saluator Israel, quia si per Ionathan filium meum factum est, absq; retractatione morietur: Quasi dicat, per viuentem do minum iuro, quòd si suo peccato causa est negationis diuinæ responsionis, iam occidetur absq; reuocatione prioris sententiæ meæ, qua dixi: Maledictus homo &c. quantumcunq; ille fuerit mihi charus & vtilis, in tantum, quòd nec charissimo filio meo Ionathæ parcerem. Hoc Saul iurasse videtur zelo quodam iustitiæ, præsertim quia (vt sibi apparuit) ille per suam culpam nõ cuit communitati, & inobediens fuit regi, & ipse Saul fuit Iudex totius populi sui, voluitq; culpam absq; personarum acceptione vlcisci. Ad quod nullus contradixit ei de omni populo. Et ait ad vniuersum Israel: Separamini vos in partem vnã, & ego cū Ionathæ filio meo ero in parte altera. Responditq; populus Israel ad Saul: Quod bonum tibi videtur in oculis tuis, fac. Et dixit Saul ad dominum Deum Israel: Domine Deus, da iudicium] seu iudicium, hoc est, per fortis dictionem ostende: quid est] id est, cur accidit, & quid istud significat, quòd non responderis seruo tuo? videlicet mihi phodie? Si in me aut in Ionathæ filio meo est iniquitas hæc, da ostensionem: Aut si hæc iniquitas est in populo tuo, da sanctitatem: hoc est, fac peccatum hoc expurgari per poenam, vt purificetur à tanti transgressoris consortio. Veruntamen istud, da sanctitatem, non est de textu, cum non habeatur in Hebræo. Et deprehensus est Ionathas & Saul, populus autem exiuit. Id est, immunis apparuit ab hac culpa, quia super nullum de populo stante feroriam fors corruit. Et ait Saul: Mitte fortem inter me & Ionathan filium meum. Et captus est Ionathas. hoc est, deprehensus est forte. Dixit autem Saul ad Ionathan: Indica mihi quid feceris. Et indicauit ei Ionathas, & ait: Gustans gustauit in summitate virgæ, quæ erat in manu mea, paululum mellis: & ecce ego morior: id est, paratus sum mori, secundum Iosephum, vel mortem euadere nequeo. Et ait Saul: Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, quia morte morieris Ionathæ. Iste fuit modus loquendi apud Hebræos, & est sensus: Nisi implevero quod iuravi seu dixi, inferat mihi dñs poenam huius peccati, imò & ampliorè, seu poenis aliarum culpã mearum eã apponat. Et ita istud fuit quasi iuramentū execrationis, sicut & illud quod ait Apostolus: Ego testè inuoco Deum in animam meã. Dixitq; populus ad Saul: Quasi admirando de tali rigore patris in filium tam elegantè atq; amabilem, & toti regno tam vtilem: Ergo ne Ionathas morietur, qui fecit salutem hanc magnam in Israel? Quod inquirendo negant esse agendum. Hoc nefas est. Quasi dicant: Non decet, nec licet. Viuit dñs si ceciderit] hoc est, non cadet [capillus de capite eius in terram: id est, nullam penitens læsionem permittimus ei infligi pro causa hac, quia cum Deo operatus est hodie, hoc est, per Dei auxilium præualuit hostibus, & saluauit nos de manu Philistim. Liberauit ergo populum Ionathan, vt non moreretur. Receffitq; Saul, nec persequutus est Philistim. Porro Philistim abierunt in loca sua. At Saul confirmato regno] hoc est, principatu suo [super Israel, pugnabat per circuitum aduersus omnes inimicos eius, contra Moab & filios Ammon, & Edom, & reges Soba, & Philistæos, & quòcunq; se verterat, superabat] aduersarios suos frequenter & diu, quantum tandem ab hostibus victus sit. Secundum Lynam, in Hebræo habetur: Quòcunq; se verterat, impiè agebat, vel impius fiebat, sed verius creditur, quod Rabbi Paulus affirmat: Dicitur, iniquiens, Hebraica hic posita, æquiuoca est. Vno modo significat, superabat: Alio modo, impiè agebat. Vndè nostra translatio vera est, concordans cum littera præcedenti, qua dictum est, Pugnabat aduersus omnes inimicos eius: cum littera quoq; sequenti, qua dicitur: Et eruit Israel de manu vastatorum eius. Congregatoq; exercitu, percussit Amalech, & eruit Israel de manu vastatorum eius. Fuerunt autem filij Saul, Ionathas & Iesui & Melchisua. Cur non exprimitur hic Isboseth filius Saul? Respondetur, quia nõ erat virilis, neq; magnanimus aut militans, sed pusillanimis & ineptus ad bellicos gestus. Vndè nec bello interfuit, in quo pater suus ac fratres interierunt. Et nomina duarum filiarum eius, nomen primogenitæ Merob, & nomen minoris Michol, & nomen vxoris Saul Achinoem, filia Achimaas. Et nomen principis militiæ eius, Abner filius Ner patruelis Saul. Porro Cis fuerat pater Saul, & Ner pater Abner, filius Abiel. Erat autè bellum potès] ipse Saul ac populi sui [aduersus Philistæos omnibus diebus] regni [Saul], i. frequenter omi tẽpore quo regnauit, ita q̄ totū à parte denominat. Philistæi equidè erant valdè bellicosi, duri, multi & fortes, & dñs eos reliquit, vt in ipsis experiret Israelè, vtri audiret mandata dñi, an nõ, vt legitur in libro Iudicũ. Nam quemcunq; viderat Saul Iudicũ, si virum fortè & aptũ ad præliũ] ex populo Israel, sociabat eũ sibi. i. exercitui suo eũ coniunxit, si potuit. Et benè ait, fortè & aptũ ad plũm. Quidam em̄ sunt corpore fortes, inepti tñ ad bella, quo-

Ioseph. lib. 6.
an. iu. ca. 7.

2. Corint. 3

1. Reg. 31.
R. Paulus;

Iudic. 3

quoniam timidi, pusillanimes, aut obtusi. Oportet em̄ vt bellatores, sint etiam animo fortes, ne pericula mortis immoderatè formident. In bellis quoq; plus prodest prudentia, q̄ corporæ vires. ¶ Circa præhabita quæritur, an Saul peccauit adiurando populum, & dicens: Maledictus vir qui comederit panem donec vlciscar me de inimicis meis. Apparet q̄ non, quia Philistæi erant tyranni, & lætales aduersarij plebis Dei, sicq; Saul amore Reipub. & zelo iustitiæ voluit eos occidere, atq; ex eadem radice iurauit illud. ¶ Porro Ionathas deprehensus est forte, tanq̄ culpabilis, & ob eius transgressionem, qua patris sui violauit præceptum, negauit Deus responsum. In oppositum argui potest, quoniam sicut sunt tres comites voti, ita & iuramenti, videlicet discretio, iustitia, veritas, quemadmodum super illud Hieremiæ: Iurabis, viuut dñs, in veritate & iustitia & iudicio, scribit Hieronymus: Præfatio autem iuramento Saulis, videtur defuisse discretio, quia nec casum necessitatis intendebat excipere, vt apparet, eo q̄ paulo post voluerit Ionathas occidere, qui ex quadam necessitate parum manducauit de melle. Insuper Ionathas videtur patris sui præceptum rationabiliter reprobasse, dicēdo: Turbauit pater meus terram &c. sicut expositum est. Ad istud quidā respondent, q̄ indiscretè culpabiliterq; iurauit. Quod item peccauit, volen do occidere Ionathas, qui patris sui præceptum nō audiuit, nec sciuit, & ex necessitate contra id egit. Et addunt, q̄ fors super Ionathan venit ad ostendendum innocentiam eius, non culpam, vt si, deprehensus, se coram omnibus excusaret. Afferunt quoq; q̄ Deus negauit responsum, nō propter Ionathæ culpam, sed ob causam aliam sibi notam. Verum ista responsio nō videtur textui consona. Cū em̄ Deus nō respondisset Saul, intendē orauit, vt dñs manifestaret, ob cuius culpam non dedit responsum, atq; ad hoc agnoscendum sortē mitti præcepit, quæ inter tot millia cecidit super Ionathan. Sortes autē in veteri testamento potissimè temperabantur dño, vt Salomon contestatur: ideo Ionathas videtur fuisse culpabilis, præsertim cūm dicit scriptura, quod captus est Ionathas. Nec alia causa negationis diuini responsi videtur in textu insinuari, nisi huiusmodi culpa. Ionathas quoq; deprehensus, non se excusauit à culpa, sed factio suo simpliciter recitauit, adiecit: En ego morior, i. paratus sum mori, secundū Iosephū. Itaq; dici potest, q̄ in bello necesse est plurima sustinere, ppter liberationē & defensionē Reipub. & frequenter cōtingit, q̄ per integrum diē prelium durat, sicq; iuramentū Saul nō videtur omnimodè discretione caruisse. Nam & si populus suus cepisset comedere, non ita faciliter ac celeriter potuissent auelli à refectioe, Deniq; iuxta hæc videtur Ionathas quoq; peccasse, patris sui præceptum reprobadō tam absolute, cūm dixit: Turbauit pater meus terram. Cū verò obijciat, q̄ ignorauit patris sui præceptum seu iuramentum, respondere quis potest, q̄ ignorantia illa eum non excusauit in toto, q̄a fortassis nō debuit se ita ab exercitu patris sui abstrahere, patre suo id ignorante, nisi ex speciali diuino fecerit hoc instinctu. Oportet em̄ vt in bellicis rebus magna vigeat disciplina & obedientia. Vnde in gestis legitur Romanorum, q̄ Torquatus princeps proprium filium interfecit, eo q̄ se absente & nesciente cōmiserit bellū, cūm tñ obtinuisset triumphū, quod etiam Thomas in lib. de regimine regum allegat. ¶ Prætereā circa hoc quæritur, An populus benè fecit Ionathan liberandō: videtur q̄ non, quia culpabilis fuit. Ad quod arbitror respondendum, q̄ in hoc benè egerunt. Ionathas nanq; & si nō à toto, tñ à tanto excusabilis fuit, & propter commune bonum, præceptum seu iuramentū patris sui rationabiliter in ipso Ionathas dispensationem admisit, quoniā euidentis fuit vtilitas, tam idoneum virum in tali casu à morte eripere.

¶ De spiritali eiusdem capituli decimiquarti intellectu. Art. XXVIII.

Accidit vt diceret Ionathas ad adolescentē armigerum suum: Veni, transeamus ad stationem Philistinorum. Ionathas iuxta præhabita inferiores prælatos & prædicatores præfigurauit, per cuius armigerum adolescentem egressi sunt talium platorū & doctorum cooperatores, vicarij atq; discipuli, qui pergunt ad stationē Philistinorum, qñ ad secularium & carnaliū societates hoim properant, vt eorum vitijs expugnatis, demonibus quoq; quorum vasa erāt, depulsis, reducāt ipsos ad dñm. Vnde saluator dixit discipulis: Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporū. [Hoc ipsum patri suo nō indicauit, q̄ opera quippe persequerogationis, secreta fieri solent. sed populus ignorabat, quod isset Ionathas.] quia pusilli & imperfecti non sciunt interna exercitia, incrementaq; spiritalia perfectorū. [Erat autē inter ascensus &c.] per tortuositates & difficultates illas itinervis Ionathæ atq; armigeri eius, figurabatur, q̄ arcta sit via salutis, & semita ptingendi ad spūalem victoriam vitiorū ac dæmonum ardua, quā tñ oportet incedere volentē saluari, potissimè eos qui alijs fermocinant aut præsumunt, & illos secū saluare nituntur: ita occurrunt eis scipuli instar dentium prærupti, i. aduersitates acutæ. [& petra eminentes ex vtraq; parte.] i. gratiosa subsidia dei, & vtriusq; testamenti scripturæ. Exempla quoq; sancti oronoue ac veteris legis, vt sint muniti p arma iustitiæ à dextris & à sinistris: Nā & plures nobiscū sunt, q̄ cōtra nos. [Transeamus ad stationes in circuncisorū istorum, si forte faciat dñs pro nobis, quia non est dño difficile saluare vel in multis, vel in paucis.] In circuncisi corde, sunt oēs qui irreformati sunt

Hierem. 4. Hieronym.

Præter. 16.

Iose. lib. 6. an. iu. ca. 7.

Matth. 12. Lucæ 10.

Matth. 3.

2. Corint. 6. 4. Reg. 6.

sunt mente, qui passionū suarum immoderantias nō refrenant; ad quorū informationē & conuersionē virtuosū prælati & prædicatores confidenter accedunt, nō obstante difficultate negocij, qm̄ omnipotētis auxilio innituntur, q̄ ita potest per paucos cōuertere multos, sicut p plurimos. Magnanimes igit sint in Deo, pleni spe feruenti ac humili, pensantes illud Apostoli: Omnia possum in eo q̄ me confortat. Et illud: Deus cōteret fatanam sub pedibus vestris velociter. ¶ Porro nōnulli sunt pusillanimes, nec plenè cōfidunt in dño, ideo viam penitentia & salutis seu religionē venienter arripere, ppter rei difficultatē, non respirantes in omnipotentē, q̄ paratissimus est auxiliari, nec vllum in se sperantē relinquit. [Dixerunt Philistij: En Hebræi egrediunt de caernis, in qbus absconditi erant.] Per Philistæos durissimos fidelis populi inimicos, intelliguntur obstinati in vitijs: hæretici quoq; & schismatici ac tyrāni, & ceteri perfidi, q̄ domesticos fidei aspernantur & catholicorū doctrinas, disputatiōes ac inuasiones cōtumaciter parumpendūt, & tñ per Dei auxiliū miraculosè vincuntur. Deniq; inuisibiles hostes spernunt nos, tanq̄ mures. Et sicut mures capiuntur muscipula, pedibusq; catorum, sic dæmones suarū tentationū astutijs nos inuoluunt, & viriū suarum crudelitatibus capiunt, & occidunt. Et sicut catus ludit cū mure ferociter, sic dæmones ludunt nobiscū. Sæuissimè, dū per delectationes & ludicra nos pertrahūt ad inferna. [Et respexerunt speculatores Saul.] quia præfatū triumphum fidelij considerant boni pastores ac prædicatores feruentes, & eum cū gaudio annunciat suo superiori: quo cognito, ille cū suis inflammatur ad succurrendū tam fructuosè p̄sidentibus aut fermocinantibus, & applicat sibi arcam, i. ex sacra scriptura sumit consiliū & doctrinā, qualiter sit procedendū, sicq; venit ad locum certaminis, in quo cōtra aciem vitiorū plari oportet. [Et ecce versus fuerat gladius vniuersi cuiusq; ad proximū suum, & cades magna nimis.] Istud assidue lamentabiliterq; impletur, dum vnusquisq; animā proximī sui venatur ad mortē, & homines se inuicem scandalizant, & vitiosè inflammāt ad cōcupiscendū verbis & factis, gestu, incessu, ornatibus, imō & omissionibus, sicq; quotidie innumerabiles perit. [sed & Hebræi q̄ fuerunt cū Philistij, reuersi sunt, vt essent cū Israel.] Multi etem aliorum exemplo cōuertunt ad dñm, relicta societate iniqua: & qui aliqñ timuerūt spūalia aggredi bella, ex aliorū p̄fectu & p̄seuerantia animant, aggrediuntq; ardua virtutū molimina. [Aditruavit autē Saul populū, dicens: Maledictus vir qui comederit panem vsq; ad vesperā, donec vlciscar de inimicis meis.] Sic platus seu prædicator populū debet inducere ad abstinentiā atq; ieiunia, vt ea inuisibiles superet hostes, & tanto studiosius insilat, ac suos insistere faciat virtutibus, quanto acrius à dæmonibus fuerāt impugnati aut læsi. Nā & pessimi qbusdam spiritibus Ch̄sus testat: Hoc genus dæmoniorū in nullo potest exire, nisi in oratiōe & ieiunio. Cūq; populus se abstinet & ieiunat, occurrit & respētat ei melice p̄solum, q̄a tunc dæmones pponunt eis delectabilia mundi & carnis, à qbus interdū etiam boni, instar Ionathæ, allicuntur & seducuntur, nec informationi & increpationi mox acquiescunt: imō interdū eis apparet, q̄ illuminent oculi eorū ex talibus, dicentes: Qui nō est expertus, qd̄ scit? Et, Vbi abundauit iniquitas, abundat & gr̄a. Illuminant etiam ex talibuseo modo; quo oculi primorū parentū aperti sunt in esu veriti fructus: ex sua transgressione experimentaliter discūt & sentiunt, quā malū & damnosum sit ipsi, diuina violasse p̄cepta. [Defatigatus est autē populus nimis &c.] sic frequenter cōtingit, quod fideles ieiunijs & spiritalibus acibus fatigati, excedūt in refectiōe & repausatione carnali, & manducāt cum sanguine. ¶ Insuper, per hoc quod Saul p̄prio filio noluit parcere, prælati ac iudices instruantur sine psonarū acceptione iustitiam exercere. Per hoc verò quod Ionathas, ppter alia sua laudabilia opera liberatus fuit à populo, edocetur, q̄ bonis hominibus nō ex malitia lapsis, aut semel deceptis, sit specialiter condolendū, & quantū congruè poterit fieri, ignoscendū. Nam & Deus multis parcit, gr̄amq; largitur, ppter eorum pcedentia merita, quāuis ad tempus mortificata, seu ppter eorū occulta opa ex suo genere bona. [At Saul confirmato regno suo sup Israel, pugnabat per circuitū aduersus oēs inimicos eius.] Sic qlibet præfidens Christianus, debet esse omni virtute armatus, & preliari cōtra vniuersos nequissimos spiritus, à quibus vel ipse vel hi, qbus p̄sident, impugnantur: vt potē virtute humilitatis, cōtra superbiz spiritū: virtute castitatis ac sobrietatis, cōtra spiritum gulæ & fornicationis: virtute liberalitatis, cōtra spiritū cupiditatis. Sicq; de alijs. [Erat autē bellum potens aduersus Philistæos omnibus diebus Saul.] Sic bono præfidente plato, aut strenuo imperatore Remus, gubernante, acerrimū geritur bellū cōtra visibiles aut inuisibiles sanctæ fidei inimicos. [Nā quæcunq; viderat Saul virū fortem & aptum ad plium, sociabat eū sibi.] Hoc ad literam regibus atq; principibus est attendandū. Spiritaliter quoq; episcopi & ceteri maiores plati, suis collegijs ac familijs & numero sui clerici debent gratias ac sapienter adungere literatas & virtuosas personas, qbus duntaxat confere debent præbendas, dignitates, & parochiales ecclesias, quorū cooperatione, consilio, opere, prudentia & virtute cunctis valeant hostibus p̄ualere. Quidā verò instar Pharaonis masculos necant, sēminasq; refruant: q̄a indoctos, p̄mouēt & carnales, deuotos verò & sapientes refutant.

Philip. 4. Roman. 6.

Ecc. 1.

Mich. 7.

Marc. 9.

Ecc. 34. Roman. 5. Gen. 3.

Deuter. 5.

Exod. 12.

Expositio capituli XV. Et dixit Samuel ad Saul.

1. Reg. 9.

Recitatur hic, qualiter Saul expugnauit Amalechitas, & quomodo circa hoc dire peccauit, cum omnibus filiis Israel, cum ascenderent de Aegypto: quoniam Iethro salubre consilium praestitit Mose, ut in Exodo describitur. Obab vero ductor fuit filiorum Israel in deserto, ut in Num. scriptum est. [Et recessit Cinæus de medio Amalech. Sicque deinceps habitauerunt Cinæi inter filios Israel.] Ideo mihi credere & acquiescere debes. Supra legitur dñs dixisse ad Samuelem: Mitta ad te virum de terra Beniamin, & unges eum ducē super populum meū Israel. Si ergo dñs misit Saulem ad Samuelem, ut Samuel ungeret illum: quomodo misit Samuelem ad Saul pro causa illa? Et respondendū, quod missio qua dicitur dñs mittere vates suos vel alios ad aliqd, non est semper intellegendā de missione locali, sed saepe potius de directione mentali. Vnde infra tertio lib. * Achias propheta senex & cæcus sedens in domo sua, dixit uxori Hieroboam venienti ad se: Ego missus sum ad te durus nuncius. Sic & Abdias in exordio suæ visionis loquitur de seipso: Legatum ad gentes misit dñs. [Nunc ergo audi vocem dñi: hoc est, proceptū quod tibi per me præcipit dñs, & noli circa istud inobediens fieri, sicut iam circa alia excessisti.] Hec dicit dñs exercituum: Recensui quæcūq; fecit Amalech Israeli, quomodo restitit ei in via cū ascenderet de Aegypto: i. recordatus sum malorum pœnalium, quæ rex & populus Amalechitarū intulerunt filiis Israel in deserto egressis de Aegypto, quemadmodum scriptū est in Exodo: Venit Amalech & pugnavit cōtra Israel in Raphidim, quod in Deuteronomio plenius recitatur, dño ibi iubente: Memento quæ fecerit tibi Amalech in via, & extremos agminis tui, quos lassos refecit, ceciderunt, quoniam tu eras fame & labore cōfectus. Denique: quoniam Deus peccata nostra vlciscitur, dicitur ea recensere, seu ad memoriam revocare: sed dum ea dimittit, vltionemve differt, dicitur ea quodammodo obliuisci. [Nunc ergo vade, & pcutite Amalech & demolire] i. destrue [vniuersa eius. Videlicet vires & habitacula. Nō parcas ei,] i. nec regi nec populo, [nec concupiscas ex rebus ipsius aliqd, sed interfice] i. per te & tuos ministros [a viro vsq; ad mulierem, & paruulū atq; laciantē] i. in clusuē, i. vniuersos viros, & mulieres, atq; infantes, [bouē & ouē, camelū & asinū. Ii. vniuersa pecora eorum]. Circa hoc queritur, qualiter istud cōueniebat diuinæ iustitiæ, quod propter peccata parentū tam diu defunctorū, iussit occidi posteritatem eorum, p̄sertim fœminas & puellas ac paruulos, imō & pecora, cum infantes & iumentā fuerint prorsus innoxia. Respondetur, quod propter peccata parentū enormia deus frequenter percussit illorum posteritatem, in quantum posterī secundum carnē descenderūt ab illis, & erant aliqd suorū parentū, ita quod parentes puniebant in eis, & quæ suorū parētum sequebantur excessus, cōsenseruntq; eis, atq; in detestationē paternorū facinorū. Propter quod paruuli quoq; & pecora trucidabant. Nec in hoc paruulis præiudicabatur, quod & propter originale peccatum erāt mortis debitores, & expediebat eis tūc mori: quia si ad ætatē peruenissent adultæ, patrum suorū secuti fuissent facinora, æternaliterq; perissent. Et ne in virili ætate efficerent populo Dei nimis molesti. At verò pecora p̄pter homines facta sunt: ideo de eis est disponendū secundū merita vel demerita, seu cōgruentiam hoīm, quia de medijs secundū exigentiā finis disponitur. Refert quoq; magister in historijs: Sunt quidam dicunt, Amalechitas fuisse maleficos achabuisse peritiam se vertendi in pecudes: ideo, ne sub forma illa euaderet, dñm præcepisse, ut pecora quoq; periret. Hoc idē Rabbi Salomon assenit, ut recitat Lyra, quod tū dicit esse scititium. Nihilominus Augustinus libro de ciuitate dei, multa narrat de huiusmodi transformatis, certumq; est multos gentiliū fuisse intentos huiusmodi magicis artibus. [Præcepit itaq; Saul populo,] hoc est, Saul per literas aut nuncios populo Israelitico iussit ad certum locum confluere, & esse paratum ad pugnam. Si quidē verba Dei per Samuelem sibi denunciata, eis significauit. [Et recensuit eos] i. numerauit & ordinauit, seu cōuenienter disposuit [quasi agnos] hoc est, ad libitum suum, ita quod obediebant sibi, & sub eius regimine ibant, quemadmodum agni sub virga pastoris, [ducenta millia peditum, & decem millia virorum Iuda.] Viri de tribu Iuda cōmuniter numerantur seorsum, tanq̄ potentiores, nobiliores, & amplius bellicosi. Nō est autem putandū, quod in tribu Iuda nō fuerint, p̄ tunc, nisi decem millia virorū, & in ceteris tribubus nō nisi ducenta millia, cū in bello cōtra Nahas regē Ammonitarū, fuerint triginta millia virorū Iuda, & tresceta millia de tribubus alijs, ut supra: sed Saul hac vice cū præfato numero cōtentus fuit, p̄sertim cū ex diuina p̄missione effet de victoria certus. [Cumq; venisset Saul vsq; ad ciuitatem Amalech.] In regno Amalechitarum fuerunt plurimæ ciuitates: idcirco per ciuitatē Amalech hic intelligitur vel metropolis regni, vel vrbs prima in via occurrens, vel per singulare designatur plurale. [Et tendit insidias in torrente.] Dixitq; Saul Cingo: i. posteris natis ex Iethro, qui alio nomine cognominatus est Raguel, & Cin, cuius filia fuit Moysi vxor, ut in libro Exodi habetur, ex cuius videlicet Raguelis femine natus est Rechab. [Abite] corde, [recedite] corpore, [atq; discedite] cum proposuit nō redeundi, [ab Amalech, ne forte inuoluatē cū eo.] i. ne aliq; de populo meo improuise aut casualiter noceant vobis cū cæteris habitatoribus terræ huius. Cū pluraliter p̄misisset, abite, cur singulariter subdit, te, nisi forsitan ad aliquē eminentiorē inter Cingos id specialiter dixerit: [Tu enim] i. pater tuus Iethro, seu Obab frater vxoris Moysi: quæ tū Obab quidam dicit fuisse ipsum Iethro,

Exod. 17. Deute. 15.

Pet. Co. h. lib. 1. Re. cap. 14. R. Salom. Augustinus

1. Reg. 11.

Exod. 2.

Iethro, quibus obuiare videtur illud Num. Dixit Moyses Obab filio Raguel &c. [misericordiam] Num. 10. cum omnibus filiis Israel, cum ascenderent de Aegypto: quoniam Iethro salubre consilium praestitit Mose, ut in Exodo describitur. Obab vero ductor fuit filiorum Israel in deserto, ut in Num. scriptum est. [Et recessit Cinæus de medio Amalech. Sicque deinceps habitauerunt Cinæi inter filios Israel.] Ideo mihi credere & acquiescere debes. Supra legitur dñs dixisse ad Samuelem: Mitta ad te virum de terra Beniamin, & unges eum ducē super populum meū Israel. Si ergo dñs misit Saulem ad Samuelem, ut Samuel ungeret illum: quomodo misit Samuelem ad Saul pro causa illa? Et respondendū, quod missio qua dicitur dñs mittere vates suos vel alios ad aliqd, non est semper intellegendā de missione locali, sed saepe potius de directione mentali. Vnde infra tertio lib. * Achias propheta senex & cæcus sedens in domo sua, dixit uxori Hieroboam venienti ad se: Ego missus sum ad te durus nuncius. Sic & Abdias in exordio suæ visionis loquitur de seipso: Legatum ad gentes misit dñs. [Nunc ergo audi vocem dñi: hoc est, proceptū quod tibi per me præcipit dñs, & noli circa istud inobediens fieri, sicut iam circa alia excessisti.] Hec dicit dñs exercituum: Recensui quæcūq; fecit Amalech Israeli, quomodo restitit ei in via cū ascenderet de Aegypto: i. recordatus sum malorum pœnalium, quæ rex & populus Amalechitarū intulerunt filiis Israel in deserto egressis de Aegypto, quemadmodum scriptū est in Exodo: Venit Amalech & pugnavit cōtra Israel in Raphidim, quod in Deuteronomio plenius recitatur, dño ibi iubente: Memento quæ fecerit tibi Amalech in via, & extremos agminis tui, quos lassos refecit, ceciderunt, quoniam tu eras fame & labore cōfectus. Denique: quoniam Deus peccata nostra vlciscitur, dicitur ea recensere, seu ad memoriam revocare: sed dum ea dimittit, vltionemve differt, dicitur ea quodammodo obliuisci. [Nunc ergo vade, & pcutite Amalech & demolire] i. destrue [vniuersa eius. Videlicet vires & habitacula. Nō parcas ei,] i. nec regi nec populo, [nec concupiscas ex rebus ipsius aliqd, sed interfice] i. per te & tuos ministros [a viro vsq; ad mulierem, & paruulū atq; laciantē] i. in clusuē, i. vniuersos viros, & mulieres, atq; infantes, [bouē & ouē, camelū & asinū. Ii. vniuersa pecora eorum]. Circa hoc queritur, qualiter istud cōueniebat diuinæ iustitiæ, quod propter peccata parentū tam diu defunctorū, iussit occidi posteritatem eorum, p̄sertim fœminas & puellas ac paruulos, imō & pecora, cum infantes & iumentā fuerint prorsus innoxia. Respondetur, quod propter peccata parentū enormia deus frequenter percussit illorum posteritatem, in quantum posterī secundum carnē descenderūt ab illis, & erant aliqd suorū parentū, ita quod parentes puniebant in eis, & quæ suorū parētum sequebantur excessus, cōsenseruntq; eis, atq; in detestationē paternorū facinorū. Propter quod paruuli quoq; & pecora trucidabant. Nec in hoc paruulis præiudicabatur, quod & propter originale peccatum erāt mortis debitores, & expediebat eis tūc mori: quia si ad ætatē peruenissent adultæ, patrum suorū secuti fuissent facinora, æternaliterq; perissent. Et ne in virili ætate efficerent populo Dei nimis molesti. At verò pecora p̄pter homines facta sunt: ideo de eis est disponendū secundū merita vel demerita, seu cōgruentiam hoīm, quia de medijs secundū exigentiā finis disponitur. Refert quoq; magister in historijs: Sunt quidam dicunt, Amalechitas fuisse maleficos achabuisse peritiam se vertendi in pecudes: ideo, ne sub forma illa euaderet, dñm præcepisse, ut pecora quoq; periret. Hoc idē Rabbi Salomon assenit, ut recitat Lyra, quod tū dicit esse scititium. Nihilominus Augustinus libro de ciuitate dei, multa narrat de huiusmodi transformatis, certumq; est multos gentiliū fuisse intentos huiusmodi magicis artibus. [Præcepit itaq; Saul populo,] hoc est, Saul per literas aut nuncios populo Israelitico iussit ad certum locum confluere, & esse paratum ad pugnam. Si quidē verba Dei per Samuelem sibi denunciata, eis significauit. [Et recensuit eos] i. numerauit & ordinauit, seu cōuenienter disposuit [quasi agnos] hoc est, ad libitum suum, ita quod obediebant sibi, & sub eius regimine ibant, quemadmodum agni sub virga pastoris, [ducenta millia peditum, & decem millia virorum Iuda.] Viri de tribu Iuda cōmuniter numerantur seorsum, tanq̄ potentiores, nobiliores, & amplius bellicosi. Nō est autem putandū, quod in tribu Iuda nō fuerint, p̄ tunc, nisi decem millia virorū, & in ceteris tribubus nō nisi ducenta millia, cū in bello cōtra Nahas regē Ammonitarū, fuerint triginta millia virorū Iuda, & tresceta millia de tribubus alijs, ut supra: sed Saul hac vice cū præfato numero cōtentus fuit, p̄sertim cū ex diuina p̄missione effet de victoria certus. [Cumq; venisset Saul vsq; ad ciuitatem Amalech.] In regno Amalechitarum fuerunt plurimæ ciuitates: idcirco per ciuitatē Amalech hic intelligitur vel metropolis regni, vel vrbs prima in via occurrens, vel per singulare designatur plurale. [Et tendit insidias in torrente.] Dixitq; Saul Cingo: i. posteris natis ex Iethro, qui alio nomine cognominatus est Raguel, & Cin, cuius filia fuit Moysi vxor, ut in libro Exodi habetur, ex cuius videlicet Raguelis femine natus est Rechab. [Abite] corde, [recedite] corpore, [atq; discedite] cum proposuit nō redeundi, [ab Amalech, ne forte inuoluatē cū eo.] i. ne aliq; de populo meo improuise aut casualiter noceant vobis cū cæteris habitatoribus terræ huius. Cū pluraliter p̄misisset, abite, cur singulariter subdit, te, nisi forsitan ad aliquē eminentiorē inter Cingos id specialiter dixerit: [Tu enim] i. pater tuus Iethro, seu Obab frater vxoris Moysi: quæ tū Obab quidam dicit fuisse ipsum Iethro,

Num. 10.

Exo. 18. Num. 10.

Deut. 25.

Iose. lib. 6. an. iu. ca. 8.

1. Reg. 13.

mo seipsum & propriam voluntatem offert ac subiicit Deo: quod maius fuit, q̄ pecora, alienāq; carnē deo sacrificare. Et intelligitur istud de obedientia, seu potius actu ipsius interiori, put obedientia est virtus specialis, respiciēs praeceptū superioris sub propria ratione praecepti. Alio modo obedientia est virtus generalis, dum sumitur pro adimpletione cuiuscūq; praecepti. [Melior enim est obedientia q̄ victimā, praesertim obedientia, qua propria mens subditur deo. [& auscultare] mandata superiorum cū promptitudine cordis, [magis] bonum est, [quam] offerre ad ipem arietum. [& recte exprimit specialiter adipē, q̄a precipue offerebatur, iuxta illud Leuitici: Omnis adeps Domini est iure perpetuo.] Equoniam quasi peccatū ariolandi est, repugnare: i. praecepto superioris resistere & reniti, propriam inobediētiam palliando, seu alio modo, tam graue est crimē vt ariolari, quod est genus superstitiōis seu species magicę artis. [& quasi scelus idololatrię] est, [non] nolle acquiescere.] i. ex proposito & certa malitia esse inobediētē. Quemadmodū enim ariolator atq; idololatra, seruūt creaturā magis q̄ creatori: ita qui sic inobediēs est, magis audit, colit, honorat voluntatem propriam, quā diuinā. Hoc testimonium, sicut in statutis Ordinis Carthusiensis asseritur, sufficientem habet obedientię laudem, sufficientem quoq; inobediētiae vituperationē. Hinc loquitur Paulus: Qui potestati resistit, dei ordinatiōi resistit. Salomon quoq; Melior, inquit, est obedientia, q̄ victimā. Itēq; Vir obediens loquitur victorias. Deniq; verbis his Samuelis pulchre consonat illud Michę: Nunquid placari potest dominus in millibus arietum, aut in multis millibus hircorū pinguiū? Indicabo tibi homo quid sit bonum, aut quid dominus requirat a te: Vtq; facere iudicium, & sollicitum ambulare cum deo. [Pro eo ergo q̄ abiecasti sermonem domini,] i. dei praeceptum transgressus es, & illud de corde tuo repulisti, [abiecit te dominus] i. decreuit abijcere, & certissimē abijciet in sobole tua, [ne sis rex.] Nēpe cū pœna debeat culpā correspondere, iustum est, vt qui Deū inhonorat, & eius parūpedit praecepta, deprimatur & vilipendatur ab eo, iuxta quod supra dixit: Quicūq; glorificauerit me, glorificabo eū: qui autem contempnit me, erūt ignobiles. [Dixitq; Saul ad Samuelē: Peccauit, quia prauaricatus sum sermonem domini & verba tua:] quę erāt verba Dei. Saul ambitosus, audita suę depositiōis sententia, terribus fuit, & cepit se humiliare potius sicut, & ex seruilis timore suę temporalis cōsensionis, q̄ ex vera charitate, humilitate, cōtritione q; cordis, & forsā suspicabatur ac metuebat, q̄ Samuel ex Dei praecepto mox aliū constitueret regē. [Timens populū,] i. qui timor ex praua processitradice, siquidem quia superbus fuit, & amator propriae laudis, & humani fauoris, formidauit populo displicere, ne minus solito honoraretur & commendaretur a plebe. [& obediens] i. acquiescens, [voci] i. suggestioni [eorum,] persuadentium mihi q̄ meliora & preciosa referuarentur. [Sed nunc quęo porta peccatum meum] i. condole mihi, & culpā meā piē suffer & satisfac pro eadem. [& reuertere mecū, vt adorem dominum,] quatenus ex tua pręsentia exaudibilior fiat oratio mea, te per tuā orationē supplente meū defectum. [& ait Samuel ad Saul: Non reuertar tecū.] Hoc dixit Samuel, quia pro tūc ita intēdebat, quāuis paulopost ad magnam Saulis instantiam mutauit propositū, ideo non mentiebat formaliter. [Vt dicere voluit, q̄ non rediret cum ipso pro tūc. Cui simile est, quod apud Ioannē ait saluator, Ego non ascendam ad diē festum hunc: & tamē paulo post ascendit ad eum.] Vel, non ascendā tecum, vt orę pro te, eo modo quo optas, vt s. Deus ita ignoscat tibi, q̄ in regno permanes in sobole tua, qm̄ Samuel sciuit Deū oppositum diffiniuisse. Et huic expositioni concordat quod subditur: [quia proiecasti sermonē domini, & proiecit te dominus ne sis rex super Israel. Et cōuersus est Samuel vt abiret. Ille autē] videlicet Saul, [apprehendit summitatem pallij eius,] vt potē Samuelis, q̄ verterat se ad recedendum, vt retraheret eum. [quę & scissa est] ex vi retractionis. [Et ait Samuel ad eū: Scidit] i. hac scissione pallij mei pręfigurauit, [dominus] scindendum esse [regnum] Israel a te hodie: hoc, inquam, hodiē pręsignauit, [& tradidit] i. tradet seu tradere diffiniuit illud proximo tuo meliori te,] s. ipsi David, qui vel tūc erat, aut futurus fuit virtuosior Saule. [Porro triumphator in Israel] i. Deus omnipotens, cuius virtute & gratia cōceditur victoria Israeli, & cui oīs ascribēda est victoria, cū tamē tu victoriā a Deo concessam, tibi, plūs q̄ licet, ascriperis. [Non parcat,] i. pręfatam pœnam nō relaxabit, quia immobiliter statuit, q̄ in tua successione regalis principatus non pmanebit. Vel, nō parcat, quia nō permittit peccatum omnino inultū transire, qui nullum bonū dimittit irremuneratum, nullūq; malū impunitum, secundum illud Iob: Deus inultum abire non patitur. Nihilominus verē pœnitentibus culpā dimittit, imō & pœnā aternā quam meruerunt, commutat in temporalem. Hinc in libro Sapientię dicitur Deo: Ob hoc quod omnium dominus es, omnibus te parcere facis, quod etiā ideo didicū est, qm̄ deus citra condignū punit, tam in purgatorio, q̄ in inferno. [& pœnitentia nō flebitur:] quia in incommutabili Deo nō potest cōsistere pœnitentia, dolor seu pœnitentia (ppriē dicta) de sententia ab ipso, plata. Nec etiā flebit pœnitentia nostra, ita vt in seipso mutet vel reuocet quod diffiniuit, quāuis in Genesi legatur, q̄ tactus dolore cordis intrinsecus, dixit: Pœnitent me fecisse hominē, quod metaphoricē intelli-

intelligendū est, sicut & multa similia. Porro super eos qui nō habēt contritionē ex corde, sicut nec Saul hac vice, nō parcat nec flebitur dñs, iuxta illud Deuteronomij: Reddit odientibus se statim, ita vt disperdat illos, & vltra nō differat, protinus eis resituens quod merentur. [Neq; enim homo est] in propria natura, [vt agat pœnitentiam,] sed est inuariabile & simplicissimum ens, qui per Malachiam protestatur: Ego dominus, & non mutor. Hinc in Numerorum libro Balaham ait: Non est Deus quāsi homo vt metiatur, nec vt filius hominis vt mutetur. Deniq; cūm Deus sit sapientiā in finitē, omnia aternaliter perfectissimē intus, nō potest in eum caderē pœnitentiā de eo quod dixit aut fecit. [At ille ait: Peccauit. Sed nūc honora me corā senioribus populi mei & coram Israel.] si ex condigna & profunda humilitate dixisset, Peccauit, nō tam sollicitus fuisset de sua honoratiōe: imō pro publico peccato, corā oibus publicē se humiliasset, honoreq; regio se recognouisset indignū. [& reuertere mecū,] comitando & sequendo me tanquā regē, [vt adorem dñm deū tuū.] Reuersus ergo Samuel, sequutus est Saulem: propter regiam dignitatē descendens ac deferēs ei, tanq̄ vicario regis altissimi. At verō super illud, Scidit dñs regnū a te, narrat quidā Iudęi, q̄ Samuel contulit Sauli signum tunc, dicens: Ille regnabit pro te, qui abscindet oram chlamydis tuę. Vnde cūm David fecisset hoc, loquutus est Saul ad eum: Nunc scio q̄ certissimē regnaturus sis. [Et adorauit Saul dominum.] Samuel quoq; rogauit pro ipso. [Dixitq; Samuel: Adducite ad me Agag regē Amalech.] Et oblatu[m] i. adductus est ei Agag pinguisimus, tremēs [ex formidine mortis, quę omnium terribiliū terribilissimum est.] [& dixit Agag: Siccine separat amara mors?] Hoc quidā exponunt tanq̄ dictū a Samuele, vt sit sensus, q̄ Samuel dixit Agag, i. ipsi Agag regi, Siccine, i. sic ne separat amara mors? timor mortis amarę sensum & animū tuum a te, qui prę mortis horrore es quasi alienatus a sensu & impositionis. Se cūndō exponitur, tanquam dictum ab Agag, qui cernens se occidendum, ex desolatione & admiratione tāti infortunij sui loquutus est, Siccine separat amara mors? sic ne diuidit mors acerba viuentem a focierate & loco viuorum? quasi dicat, vtiq; [Et ait Samuel: Sicut fecit abiq; liberis mulieres gladius tuus.] i. sicut tu multos iuuenēs occidisti, per quod matres eorū priuasti filiorum suorum solatio. Quidam tamē exponunt hoc de Agag in persona regis Amalechitarum, qui tempore Moysi quosdam filiorū Israel in deserto occidit, & matres eorundem filijs suis priuauit. [sic abiq; liberis erit inter mulieres mater tua.] i. tu quoq; nūc interficeris: quo factō, mater tua abiq; filijs erit. Dicunt autem nonnulli, quod mater huius Agag iam inter alios Amalechitaras fuit occisa, sicq; per verba ista insinuatur, q̄ nullus ex filijs illius esset superstes, ipso Agag occiso: quia etsi habuit alios, iam fuerunt occisi. [Et in frustra conscidit eum Samuel coram domino in Galgalis.] Non simpliciter conscidit eum in frustra, sed coram domino fecit hoc, i. virtuosē & zelo iustitię, non ex crudelitate aut amore inordinate vindictę. Nam sicut fecerat Agag, sic factum est ei. [Abijt autem Samuel in Ramatha, Saul verō ascendit in domum suam in Gabaa, & non vidit Samuel vltra Saul vsq; ad diem mortis suę.] quod ait, vsq; ad diem mortis suę, referri potest tā ad mortē Samuelis, q̄ Saulis. Potest quoq; intelligi vel in clusiuē, vel exclusiuē: sed quocunq; horum intelligatur modorū, non videtur posse verificari, cūm infra scriptū sit, q̄ Saul cū ceteris prophetauit corā Samuele. Ad quod respōdetur, q̄ Samuel vidit tunc Saulem nō in regio apparatu, sed prophetica dispositione. Insuper Saul morti vicinus, vidit Samuelē suscitātū ad horam. Si tamē verē in sua persona apparuit, & Samuel Saulē vidit. Alij quoq; dicunt, q̄ Saul cum ceteris venit ad Samuelem in extremis laborantē, cūm infra scriptū sit: Mortuus est autem Samuel, & cōgregatus est ad eū vniuersus Israel. sed istud nō videtur verum, quia cōgregatiō illa potius facta est ad sepeliēdū honorificē Samuelē. Potest etiā dici, quia quod modicū est, pro nihilo reputat. Vnde si postea vidit eū, hoc fuit quasi in trāscursu seu incidentaliter & sine affatu. [Veruntamē lugebat Samuel Saul, qm̄ dñm pœnitebat, q̄ cōstituit regē Saul super Israel.] i. peccata Saulis deiecit & ipsum propter sua peccata, p quę meruit ita reprobari a dño: & ita quē increpauit in publico, deplorauit in abdito: quo constat, q̄ ex charitate prodijt increpato illa.

De tropologia eiusdem Cap. 15. Arti. 30.

PER Amalech designantur demones & tyranni, hæretici & omnes iniqui, qui impugnant filios Israel ex Aegypto egressos, in deserto ac solitudine existētes, i. electos & bonos vitia seculi relinquentes, seu religionē ingressos, qui in deserto, i. in abstractione & secreto pœnitentię ascendunt ad terram aternę hæreditatis seu cælestis promissionis, de qua dicitur: Credo videre bona domini in terra viuientium. Pręcepit ergo dominus principibus & prælatis, vt talibus Amalechitis inferant pugnam, & quicquid vitiositatis in ipsis est, demoliantur, atq; ipsorum confutent errores, persequutionesq; superent, & tentamenta elidant: imō quę preciosa reputantur ab illis, penitus aspernentur, videlicet prospera mundi, honores, opes, delicias, nec vilo modo cum ipsis cōmunicent in peccatis. Itaq; Saul, id est, principes & prælati, imō & cuncti verē Christi fideles contra illos tendunt insidias in torrente, id est, in profluuio lacrymarum, in aqua sapientię

Malac. 3. Numc. 23.

1. Regū. 24.

Exo. 17.

1. Regū. 19.

1. Regū. 28.

1. Regum. 25.

Psal. 66.

Psalm. 7.

Ecclesi. 10.

1. Reg. 10.

Ibidem.

Numer. 8.

1. Reg. 10.

pientia salutaris, in consideratione dominice passionis, quia per hanc separant acies vitiatorum, fatamque prosterunt, & suae salutis aduersarios vincunt. Dicunt quoque: Cinæo, ut ab Amalechitis discedat. Nam inter iniquos commorantur communiter aliqui boni, quibus est persuadendum, ut a periculosa se retrahant societate, & ad minus meum elongentur ab illis, ne cum perueris peruerantur. At verò per hoc, quod Saul pepercit Agag regi, & melioribus Amalechitarum pecoribus, & rebus eorum preciosis datur intelligi, quod hi qui alijs praesunt, frequenter periclitantur, dum ad ea quae mundi sunt, immoderate afficiuntur, atque hominibus placere desiderant, & propria commoda quaerunt, immo magnatibus adulantur: sicque vel amore vel timore aut cupiditate seu desiderio propriae laudis, omittunt fraternae correctionis implere preceptum, & huic seculo conformantur. Hinc tales prelatos ac principes reprobat dominus, eo quod non sint ei plene fideles, & poenitet eum quod ipsos in officijs prelatu re locauerit. Ipsi verò frequenter arbitrantur se iustos, & si corripiantur, mox se excusant & indignantur, aliosque inculpant. Malunt tamen se superficialiter humiliare, quam de stationibus suis expelli. Praeterea vnicuique, qui in promotionis suae primordio fuit humilis, procedentesque tempore videns se quasi radicatam in praesentia, assumit sibi arrogatiam cornua, dici potest: Nonne eum paruulus effudit in oculis tuis, caput in Israel factus est? Nunc autem, quia extollis te, reprobari a domino promereris. Unde in Ecclesiastico legitur: Sedes ducum superborum destruxit dominus, & sedere fecit mites pro eis. Insuper docemur ex isto capitulo, quantae excellentiae sit virtus obedientiae, quae & in religiosis potissimum commendatur. Imò quemadmodum vniuersi qui praesunt, volunt sibi suis subditis obtemperari: sic ipsi in primis cum omni reuerentia ac diligentia diuinis obediant iussis, & sibi commissos ad idem inducant, quos & a transgressionibus districte cohibeant, ne inuoluantur eorum excessibus, nec irrationabilibus vulgi suggestionibus acquiescant.

¶ Elucidatio capituli 16. Dixit dominus ad Samuelem. Art. 31.

Reprobaione Saulis recitata, nunc describitur substitutio electi regis pro illo. [Dixitque dominus ad Samuelem: Viquequò tu luges Saul, Ji. reprobatiōem eius ad regni dominio desles, compatiēdo amotioni ipsius, [cū ego proiecerim eū, ne regnet super Israel? Imple cornu tuū oleo] tali, quali inungi solent reges atque pontifices, ut dictum est plenius in expositione superiora, [et veni] ad me spiritali accessu per promptitudinem cordis, [ut mittam te ad Isai Bethlehemite.] hoc est, ciuem & habitatorem oppidi Bethlehem. Superius dictum est, quod Samuel vnxit Saulē oleo lenticulae, quae est vas fictile, quod mysticè factum videtur, ad praesignandum instabilitatē & fragilitatem regni Saul. Dauid verò vngi iubetur oleo cornu, ad praesignandum regni sui soliditatem, quoniam cornu vas solidum est. Oleū tamen fuit eiusdem speciei, quia in vtrisque, fuit eadem specie dignitas regia. [Prouidi enim in filijs eius mihi regē. Et ait Samuel: Quomodo vadam?] quasi dicit, periculosum est mihi hanc exequi iussione, nisi tu prouideris, & congruentem mihi ostenderis modū. [Audiet enim Saul, quod alium vnixerim regem, [et interficiet me:] nisi tu protexeris me. Hoc Samuel dixit, non diffidenter aut temerè asserendo, aut mortem profusū formidando, sed prudenter conijciendo, quia probabile erat secundum humanam considerationem, quod sic eueniret. [Et ait dominus: Vitulum de armento tolles in manu tua, Ji. tecum ducēs, [et dices: Ad immolandum domino veni.] hoc ita erat. Fuit tamen & alia causa principalior, quam cautè subticuit. Veritas quippe interdum rationabiliter occultatur, quāuis falsitas nūquā sine culpa proferatur. [Et vocabis Isai ad victimam,] ut ipse & filij eius intersint oblationi, [et ego ostendā tibi quid facias, & vnge quemcunq; monstrauero tibi. Fecit ergo Samuel sicut loquutus est ei dominus. Venitque in Bethlehem. Et admirati sunt seniores ciuitatis] Bethlehem, de hoc quod Samuel venit ad eos, [occurrentes ei] cum reuerentia. Mirabatur autē, tum quoniam solitariē venit, aut cum paucissimis, tum quoniam rarò venerat illuc. Siquidem sanctus & senex propheta nō cōsueuit quōquam pergere, nisi ex ardua causa. [Dixeruntque: Pacificus nē est ingressus tuus?] Hoc interrogauerunt, timētes ne eū suscipiēdo, offenderēt regē quē sciebant non benè stare cum Samuele. Vel metuebāt quod missus esset à Deo vel à rege, ad incrementum vel ad denunciandum aduersa. [Et ait: Pacificus. Quasi dicat: Non imminet vobis periculum ex meo aduētū. [Ad immolandum dño veni, Sanctificamini, Ji. ad deuotionem specialem vos praeparate per orationes, vestium lotiones, continentiam à coniugibus, aut simili modo consueto in lege. [et venite mecum, ut immolem.] in excelsu, quod licuit Samueli, quāuis sacerdos nō fuerit, sed Leuita, ex dispensatione diuina. [Sanctificauit ergo] Samuel [Isai & filios eius,] aspergendo eos aqua lustrationis, & orando pro ipsis, exhortando eos ad deuotionem. [et vocauit eos ad sacrificium,] quod & pro ipsis specialiter immolauit. [Cumque ingressi essent,] Isai & filij eius coram altari, ut quidam expouunt, vel potius locum secretum in domo Isai, ut ibi fieret vnctio regis occulte, [vidit] Samuel ipsum Eliab, & ait: Num corā dño est Christus eius? Ji. nonne iste corā Deo mihi adductus, est electus à Deo in regē? Hoc enim Samuel estimauit, quoniam Eliab fuit primogenitus Isai, & elegantior ceteris in statura. Ideo sicut de Saul proceræ staturæ dixerat populo, Certè videtis quem

elegit

elegit dominus, quia non est similis eius: ita putauit de Eliab. [et dixit dominus ad Samuelem,] Qualiter dixit dominus Samueli verba sequentia in aliorum praesentia? Non dubium quod per angelum, sed an angelus foris apparuit Samueli, & verba extra sonantia protulit, an potius intra ipsum loquebatur in visione imaginaria seu intellectuali, non est adeo certum. Credibile tamen est, quod intra loquebatur ad aures eius mentales, quo dato, tenendum est, quod etiam Samuel praeterita verba dixit, i. intra se cogitauit, & interiori eius interrogationi angelus in persona Dei apprensus & loquens, ridit. [Ne respicias vultum eius, neque altitudinem stature eius. Ji. non sic reputes apparatus suae faciei virilem, & sublimem suae personae staturam, ut inde arbitreris eum electum in regē. [quoniam abiici eum,] i. de creui eum ab hac eminentia regia repellendum, & forsitan p tunc fuit viriosus, imò ex sequenti cap. elucescit, quod satis elatus erat & iracundus, sicut patebit. Magister tamen in hist. ait: Videns Eliab primogenitum, pcerum & optimum, existimauit futurum regem. sed optimus, accipitur ibi p elegantiam. [Nec iuxta intuitu hominis ego iudico. Ji. sententia de dignitate aut indignitate, bonitate aut prauitate rerum, praesertim rationalium creaturarum, non profero secundum exteriorem earum dispositionem. [Homo enim videt ea quae parent, Ji. apparent forinsecus, quae primo apprehendit per sensum exteriorem, deinde per sensum commune & vim imaginatiuam, deinceps per cogitatiua, & tandem per vim intellectiuam: sicque ex cognitione exteriorum, procedit ad interiorum noticiam, in quo processu frequenter decipitur, praesertim quia mens libera est, & auxiliante gratia Dei, potest refrenare ea, ad quae inclinat natura, & quae indicant exteriora. Aliq. etiam assumunt sibi forinsecus per industriam aut versutiam signa, quorum signata longè sunt ab interioribus eorundem, quae admodum Ioab, cum amicitiae apparatu inimicitaliter dixit ad Amasam: Salue mi frater. Ideo scriptum est: Est qui nequit se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo. [Dñs autē intuetur cor. Ji. cogitationum & affectionum secreta, qui Apoc. 2. fatetur: Scient oēs ecclesiae, quia ego sum scrutaans corda & renes. Hinc ait saluator Ioan. 7. Nolite iudicare secundum faciem. Prouer. quoque 24. habetur: Qui in speculo est cordis, ipse intelliget, & seruatore animae tuae nihil fallat. [et vocauit Isai Aminadab] filium suum fecundum genitum, [et adduxit eum coram Samuele, qui dixit: Nec hunc elegit dominus. Iad regnandum. Hoc Samuel ex reuelatione cognouit, sicut de ceteris non electis ad regnum. [Adduxit autē Isai Samma,] de quo ait: Etiam hunc non elegit dominus. Adduxit itaque Isai 7. filios suos coram Samuele. [Jsi Isai adduxit 7. filios suos coram Samuele, excepto Dauid, ergo habuit filios 8. cū tamen t. Paral. 2. non nisi 7. filios habuisse legatur. Respondetur, quod hic inter filios Isai computatur Nathan, seu (ut alij dicunt) Jonathan filius Samae filij Iesse, quem filium Samae adoptauerat sibi ipse Isai in filium, & eum inter proprios filios enutriuit. [Et ait Samuel ad Isai: Non elegit dominus ex istis. Dixitque Samuel ad Isai: Nunquid iam completi sunt filij?] i. plenarie eorum me praesentati. [Qui respondit: Adhuc reliquus est paruulus, & pascat oues. & ait Samuel ad Isai: Mitte, & adduc eum. Nec enim discebemus] i. non ponemus nos ad edendum,] priusque huc ille veniat. [sciebat equidem illum electum esse in regem, & voluit eum ieiuno stomacho vngere, & ante refectionem praecipuum Dei implere. [Misit ergo & adduxit eum. Erat autē rufus] i. rubicundus, [et pulcher aspectu, decoraque facie.] fuit equidem elegantis complexionis atque egregiae indolis, & per elegantiam naturalium eminenter dispositus ad bonitatem eximiam gratuitorum. [et ait dominus] Samueli: Surge, & expectando nanque aduentum Dauid, sedebat: & vnctio illa fieri debuit, cum deuotione & reuerentia, stando. [et vnge eum, ipse enim. Tulit ergo Samuel cornu olei, & vnxit eum in medio fratrum eius. Et directus est spiritus domini à die illa in Dauid, & deinceps] ab illa hora infusus est ei spiritus sanctus, quantum ad gratiae incrementum, & quo ad specialia quaedam bona. Hieronymus verò & Iosephus dicunt, quod spiritus prophetiae cepit ex hac hora esse in Dauid. Quidam verò specialiter istud exponunt de gratia fortitudinis, qua hucusque Saul pualuit hostibus, & deinceps cepit esse in Dauid. Potius autem reor esse intelligendum de infusione spiritus sancti, quantum ad dona seu incrementa gratiae gratum facietis & gratiae gratis datae, per quae Dauid de die in diem magis aptus reddebatur ad regnandum. Non enim vnctus fuit in regem, quatenus mox regnaret, sed ut tempore opportuno rex esset, Nec adhuc habuit iurisdictionem regalem ad populum. [Surgens autē Samuel, abiit in Ramatha. Spiritus autē domini recessit à Saul] i. Deus dona quaedam spiritus sancti subtraxit Sauli, cui iam ante ablata erant charismata gratiae gratificantis, sed ex nunc priuatus fuit etiam gratia naturalis discretionis atque constantiae. [et exagitabat eum spiritus nequam à dño.] i. diabolus permissione diuina & iusto Dei iudicio inquietauit & vexauit Saulem. [Dixeruntque] serui Saul ad eum: Ecce spiritus domini malus, Jputa diabolus, quantum ad suam naturam à Deo creatus, & diuinæ iustitiae subferuens, malus verò ex propria voluntate. Itaque spiritus Dei ratione creationis, & acceptae potestatis, malus verò per potestatis abusum & corruptam in cunctis intentionem. Exagitat te. Iubeat dominus noster rex, & serui tui qui coram te sunt, quaerent hominem scientem benè psallere cithara, ut quando arripuerit te spiritus domini malus, psallat manu sua, & leuius feras. Et ait Saul ad seruos suos: Prouidete ergo mihi aliquem benè psallentē, & adducite eum

1. Reg. 17.

Ret. Cō. hist. li. 1. Reg. c. 15.

2. Reg. 20. Eccli. 19.

Hieronymus, Iose. lib. 6. an. lu. ca. 10.

ad me & rñdens vnus de pueris j. ministris, [ait: Ecce vidi filium Isai Bethlehemitem scientē p̄fal-
lere, j. in cithara melodizare, [& fortissimum robore, & virum bellicosum, & prudentem in ver-
bis, & virum pulchrum, & dñs est cum eo.] In verbis his dauid multipliciter cōmendatur, tam ab
excellētia naturalium, q̄ à donis gratuitis, videlicet à fortitudine corporis, ab audacia seu ma-
gnanimitate cordis, à prudentia in sermone, & à pulchritudine corporali. A donis quoq; gratu-
itis, cūm dicitur, & dñs est cum eo. Circa hæc recitat Lyra: Dicunt Hebræi, q̄ puer hæc recitans,
fuit Doeg principalis inter famulos Saul, qui iam concepit odium cōtra Dauid, & eum sic com-
mendauit, quatenus Saul in sua vesania ipsum sibi adductum occideret. Vnde in cōmendatione
Dauid aliquid addidit, quod non videtur verum, dicendo, & virum bellicosum, quia adhuc iu-
uenis erat, propter quod Saul postea dixit ei: Non vales resistere Philistæo isti, quia puer es. sed

1. Reg. 17.

2. Reg. 18.

Num. 1.

Hieronymus

istud videtur ad fabulas pertinere Iudaicas, cūm quoties multi coram Saul assisterent quos non
inuasit. Nec pro tunc verisimile fuit, q̄ illum specialiter trucidaret, à quo specialiter refocillati-
onem & liberationem accepit. Argumentum quoq; p̄statum non videtur idoneum, qm̄ in scri-
pturis iuuenes sæpè viri vocātur, quædam modum infra lib. 2. decem armigeri ioab iuuenes appel-
lantur, de q̄bus constat, q̄ vltra 20. annum erant. Viri autē secundū veteris test. scripturas vocātur,
qui 20. annum sortiti sunt. Deniq; paulopost in isto fertur cap. q̄ Saul dilexit ipsum Dauid nimis,
& factus est armiger eius. Dicebatur autē Dauid vir bellicosus, loquēdo de prælijs iustis, quæ
præcipue ordinantur ad bonum reip. ad quæ zelo iustitiæ fuit bonus & strenuus in eisdem. Ve-
runtm̄ de isto nil assero, quia & S. Hieronymus p̄statam opinionem Hebræorum approbare vi-
det, nisi forsitan recitativè loquat. Potius tñ reor, q̄ puer iste fuit amator ipsius Dauid, & promo-
tor ipsius ex corde. Misit ergo Saul nuncios ad Isai, dicens: Mitte ad me Dauid filium tuum qui
est in pascuis. [Tulit itaq; Isai agnum plenum j. bene oneratum p̄panibus, q̄bus fecit illum ag-
num onerari, [& lagenam vini, & hædum de capris, & misit per manum Dauid filij sui Sauli: Ine
in cōspectu regis vacuè appareret, & illa erat quasi iocalia siue encephala. [Et venit Dauid ad Saul,
& stetit coram eo. At ille dilexit eum nimis, & factus est armiger eius. Misitq; Saul ad Isai, dicens:
Stet Dauid in cōspectu meo. Inuenit em̄ gram in oculis meis. Igitur quicunq; sp̄s Dei malus ar-
ripiebat Saul, j. q̄ per tēporum intervalla vexabatur velut phreneticus, [Dauid tollebat citharā, j.
in manu eam accepit. [& percutiebat manu sua citharæ chordas, [& refocillabat Saul, & leui-
tanti ferebat. Recedebat em̄ ab eo sp̄s malus.] Circa hoc queritur, an virtute citharizationis aut
symphonice fugentur dæmonia, & obsessi refocillantur. Videtur q̄ imò, quia (vt apparet) Glossa
hoc sentit, allegando Boethium, recitantē q̄dam philosophus tactu citharæ fugauit ab obses-
so quodā dæmonium. Magister quoq; in hist. ait hic: Tradit mathematici, q̄ multi dæmones har-
moniam ferre nō possunt, & q̄nq; nulli. Insuper in lib. Tobias Raphael p̄testatur, q̄ iecur seu cor
piscis quem deiecit Tobias, fumo suo expellit om̄e dæmonum genus à viro seu femina. Et circa
hoc in scholast. fertur hist. Nec super hoc mirari debemus, cūm fumus cuiusdam arboris adusta,
Augustinus eandem vim habere perhibeatur. Præterea in lib. Confessionū loquitur Augustinus: Om̄is affectus,
sp̄s & natura, proprios habent motus seu modos in cantu, quorū occulta familiaritate excitantur.
Melodia igitur, q̄ naturali virtute alterat passiones animæ, sic immutare potest hois dispositi-
onem, q̄ dispositio illa passiva, qua disponitur ad recipiendā dæmonis vexationē, tollitur, sicq;
cessabit in hoie talis affectio. Amplius, Iosephus lib. de Iudaico bello narrat fuisse in exercitu Ti-
ti, obsidentis urbē Hierusalē, virum quendā, q̄ per lapidē annulo inclusum, expellebat dæmonia
ab obsessis. Postremò, ad idem videt sacra scriptura cōferre, hoc loco asserens manifestè, q̄ ad so-
nitum citharæ recessit dæmon à Saule. In oppositū tñ arguit, q̄ cūm dæmones sint in corporales
& spirituales substantiæ, non sunt susceptiue immutationis ab obiectis sensibilib; atq; corporeis.

Iob. 41.

Isidorus

Iterū, de diabolo scriptū est, q̄ nō sit potestas sup̄ terrā q̄ cōparet ei. Nō ergo potest refrenari aut
expelli virtute sonorū aut cōsimiliū naturalium rerū. Glossa quoq; ex verbis Isidori ait: Nō p̄pter
citharæ sonū recessit diabolus, sed p̄pter citharæ mysteriū, qm̄ cruce Christi significat. In cithara
q̄ppe est lignū, & chorda sup̄extesa, & lignū exprimit cruce, chorda carnē saluatoris in cruce dis-
tenta: cui rei significatio, viri & apprehensio, terruerit diabolum. His rōnib; cōsentiūt multi, di-
cētes, q̄ si dæmones essent aëria, corpore aëria, aīo passiva, mēte rōnalia, tēpore p̄petua: vt dixit
Platonici, dici possent q̄ ex melodia, fumo & cōsimilib; immutarent & fugaret: sed cū sint im-
materiales, sensibilia & corporalia nō possūt in eos imprimere. Sed obijci potest, q̄ in gēmis sūt
miræ & occultissime vires ip̄rimetes in aīam rōnalē, & disponetes eā ad sciētā & virtutes. Deniq;
quīs sensibilia directè nō ip̄rimat in substantias spirituales, tñ dū applicant ad agēdū aliqd̄ circa eas,
ip̄sæ substantiæ tales separatæ cognoscūt vires illorū, ex quarū apprehensione, & secreta ac cælesti
virtute, causant in eis diuersi effectus. Certū est em̄, in reb; naturalib; & materialib; esse q̄ plures,
vires actionū primarū qualitātū omninō supergrediētes, quas ex secretis influētij atq; respēctib;
cælestium corporum fortiuntur, intantū q̄ vires illæ sunt quodammodò spirituales, prout Guil-
hel-

Boethius
Pet. Co. hist.
li. 1. re. ca. 15.
Pet. Co. hist.
li. Tob. ca. 7.
Augustinus

helmus Parisiensis in libro de vniuerso, Alkindius quoq; astrologus libro de radijs stellaris do-
cēt. Insuper rōnabiliter dicitur, q̄ cūm melodiæ habeant vim lætificatiuam in multis, & multūm
sibi alliciant audientis attentionē, possunt in arreptiis & obsessis causare dispositiones & affe-
ctiones, per quas minūs subijciuntur impressionibus dæmonū, & eorum vexationes minūs aduer-
tāt. Præterea sicut ait Petrus Comestor: Physici dicunt, q̄ harmonia lætum efficit lætiorem, & tri-
stem tristiorem. Verūm ex hoc seq̄ videtur, q̄ Saul ex sua vexatione mœstus, ex citharizatione fu-
isset mœstior factus. Ad quod rñdetur, q̄ dictum illud Physicorum, intelligendū sit de læto & tri-
sti ex cōplexione, non de tristiti ex superinducta vexatione. Postremò, moraliter docemur ex
isto cap. q̄ iusti debeant alios moderatè desistere, non nimis intēsē aut diuturnè, p̄sertim propter
mala pœnalia, tēporaliuē aduersa, imò diuino iudicio debent se sapienter cōformare, certi q̄
quem Deus spernit, nemo corrigere potest. Rursus patet ex isto cap. q̄ ea quæ alios possunt in-
flammarē ad iram, superbiā & p̄secutiones iustorum, cautè celanda sint. Ex hoc demum, q̄ Samu-
el dixit, Sanctificamini, & venite mecum vt immolem: innotescit, q̄m̄ se debeant ad deuotio-
nem ac cordis munditiam præparare, qui celebrationi cupiunt interesse, potissimè q̄ volūt com-
municare. Simili modo ex hoc q̄ dñs dixit ad Samuelem, Ne respicias vultum eius, neq; altitu-
dinem stature eius, instruimur non multū ad naturalia dona attēdere, sed ad gratiarū charisma-
ta: & eos magis diligere, q̄ virtuosiores esse censeri, neq; ob naturaliuē elegantia allicui inordina-
tè aut sensualiter affici. Amplius, per Saul à dæmone tribulatū, designatur quicunq; iniquus, à quo
dissessit sp̄s sanctus. Propter quod suis passionib; ac vitijis tanq̄ dæmonibus agitatur. Per Dauid
verò citharistam, notatur quicunq; homo deuotus, cui dñs linguam contulit eruditā, ita q̄ verbis
bonis, verbis cōsolatorijs, informatorijsq; abundat, per q̄ tentatos & passionatos ad releuamen-
& tranquillitatē p̄ducit, im̄plens illud Apolloli: Si p̄occupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos
q̄ spirituales estis, huiusmodi instruite in sp̄u lenitatis. Itēq; Corripite in quos, cōsolamini pusilla
nimes, suscipite infirmos, patietes estote ad oēs. Qui hoc agit, dæmonia multa saluberimè fugat.

Pet. Co. hist.
li. 1. re. ca. 15.

Ecclesi. 7.

Gal. 6.
1. Thess. 5.

Art. 32.
Describitur hic præclara victoria Dauid de Philistæo. Congregantes aut Philistim, j. rex
& quinq; satrapæ Philistinorum, [agmina sua] ad faciendum vnum totalem exercitum ex
particularibus vrbibus suis, q̄bus seorsum præerat satrapæ, [in plium cōuenerunt in Socho] Socho
Iudæ, j. iuxta arbm̄ nomine Socho, pertinentē ad tribum Iuda. Fuit autē & alia vrbs sic dicta vl-
tra Iordanem, de qua Iudic. 8. narratur, dixit Gedeon ad viros Socho. [& castrametati sunt inter
Socho & Azeka, j. inter oppida sic vocata. Estq; Azeka vrbs, vsq; ad quam Iosue percussit exer-
citus quinq; regū. [in finibus Domimim.] Domimim q̄nq; est nomen ciuitatis in sorte Iudæ, q̄nq;
deserti inter Hierusalem & Hiericho situati. Porro Saul & filij Israel cōgregati venerunt in val-
lem Terebynthi j. in qua s. valle stetit terebynthus, sub qua Iacob infodit, abscōditq; idola dome-
sticorū suorum, vt legitur Gene. 35. [& direxerunt aciem ad pugnadū contra Philistim. Et Phi-
listij stabant super montem ex parte hac, & Israel stabat super montem] alium oppositum [ex
parte altera, vallisq; erat inter eos: & stetit vtraq; turba in monte, quatenus ex loco illo eminenti
impugnaret aduersarios contra se venientes per vallem, ita q̄ motis præsidium habuisset, per
quod facilius oppressisset contra se ascendētes. [Et egressus est vir spurius de castris Philistino-
rum nomine Goliath de Geth Ivrbe Philistim. Circa hoc in Scholastica fertur historialite di-
ctus est spurius, quoniam natus est de patre ignobili, i. gentili & nobili matre Iudæa. Spurius q̄p-
pe & hybrida dicitur ignobilis ex patre, quemadmodum manzer & nothus ex matre. Alij dicūt,
q̄ manzer appellatur natus de scorto, spurius de concubina, nothus de adultera. [Altitudinis sex
cubitorum & palmi.] Palmus dicitur sexta pars cubiti. Cubitus verò cōtinet pedem vsualē cum
medio, quīs aliqui dicāt, q̄ duos cōtineat pedes. Porro, qualiter secundum geometricam artem
vnum cubitus cōtineat sex cubitos nostros, expositum est super Gene. 6. Itaq; Goliath iste fuit de
femine gigante & gigante stature. [& cassis aëria.] ferrea erat [super caput eius.] Nam es pro
omni metallo accipitur. Nec cassis fieri solet de ære propriè sumpto, sed de ferro. [& lorica ham-
mata in duebatur.] Lorica ferreis laminis cooperta, quatenus imperforabilior esset, nec per eius
foramina pertrāsiret ensis, sagitta aut spiculum. Hamus autē est ferreum instrumentū, quo pisces
capiūt, & macula seu lamina lorice in dē hamatū, de hamo factum. [Porro pōdus lorice eius,
quinq; millia siclorū æris erat, & ocreas aëreas habebat in cruribus, & clypeus æreus tegebat hu-
meros eius.] Clypeus ille (secundum quosdam) fuit ferrea lamina, descendēs à casside vsq; ad sca-
pulas, & inter eas in acutum p̄cedens ad muniendum collum, connexionemq; armorū capitū &
corporis. [Hastile autē j. stip est hastæ eius, erat quasi liciatorium textentium.] ex quo patet solidi-
tas, fortitudo, cōplanatio, mobilitas hastæ illius. Est autē liciatorium, lignum circa quod licia in-
uoluūt. [Ipsum aut ferrum hastæ eius, sexcentos siclos habebat ferri.] i. tantæ molis, tātq; pon-
deris fuit. [Et armiger eius antecedebat eum. Stās q; clamabat aduersum phalangas.] i. turbas seu
agmi-

Pet. Co. hist.
li. 1. re. ca. 6.

agminat Israel. Quamvis enim ex toto populo constabat unus totaliter exercitus, distinguebatur tamen ille exercitus per tribus & cuneos. Et dicebat eis: Quare venistis parati ad plium? Quasi dicat, qualiter audetis vos opponere nobis? seu quare vultis generale certamen committere, cum per duellum possit controuersia inter nos terminari. Nunquid non ego sum Philistaeus? transeque dicat, vique ego de praecleara hac natione & plebe sum Philistinorum, & gigas ac pugil eorum. Et vos estis? serui Saul? Ideo non debetis contra nos conuenire, quia iam diu dñati fuimus vestri. Eligite ex vobis virum, & descendat de monte in quo statis aduersum me, ad singulare certamen in valle hac. Si qui uerit pugnare mecum, & percussit me, erimus uobis serui: Si autem ego pualuero, & percussero eum, vos serui eritis, & seruietis nobis. Et ait Philistaeus: Ego exprobraui agminibus Israel hodie. Ii. opprobriose & contempnibiliter locutus sum eis, imponedo ipsi, quod sint serui Philistinorum: quod tanto confusibilis eis est, quanto plus de populo hoc irrogatum est ipsis. Date mihi virum, & ineat mecum singulare certamen. Audiens autem Saul & omnes Israelites sermones Philistaei huiusmodi, Ii. tam audacia & animosa uerba ipse, seu uerba ipsius Goliath tam proceri & fortis, stupebant de altitudine suae staturae, & metuebant nimis. Propter fortitudinem, audaciam, ferocitatem, & armaturam ipsius, nec quisquam praetimore audebat contra illum duellum adsumere. Dauid autem erat filius uiri Ephratae. Ii. de Ephrata, quae alio nomine uocata est Bethlehem, de quo supra dictum est, de Bethlehem Iuda, cui nomen erat Isai, qui habebat octo filios: computato filio filij sui, ut in praecedenti cap. expositione est actum. Et erat uir in diebus Saul senex ietate & morum maturitate, sagacitateque animi, & grandaeuus Ii. magne reputatiois & probitatis inter aduersum. Abierunt autem tres filij eius maiores post Saul in plium. Et noia trium filiorum eius quae perrexit ad bellum, Eliab primogenitus, & secundus Aminadab, tertius quoque Samma. Dauid autem erat minimus Ii. ultimus natu, maximus tamen uirtute. Tribus ergo maioribus se quousque Saul, abijt Dauid, & reuerfus est ad Saul ut pasceret gregem patris sui in Bethlehem. Praecedenti cap. dictum est, quod iam ante haec Dauid factus est armiger Saul. Cur ergo non prodijt secum ad plium? Respondetur, quod Saul hac vice percipit ei de hoc, propter adolescentiam eius, & quia nondum expertus fuerat eius potentiam in bellicis gestis. In hoc quoque patuit humilitas Dauid, quod post tantam suam apud regem promotionem, acquieuit rursus pecora custodire. Procedebat ergo Philistaeus mane & uesperem, hoc est, quotidie bis processit modo praetacto ad exprobandum populo Israel, semel mane, & semel de uespere. Et stabat quatuor diebus. Tota enim diebus uterque exercitus pro maiori sui parte mansit in monte, stans & expectans, ut pars sua aduersa primo in ualle descenderet, & sic ea facilius superaret. Philistaeus quoque quotidie opportunis horis stetit cum suis. Dixit autem Isai ad Dauid filium suum: Accipe fratris tui ephi polentae. Polenta est grana tritici tosta, & manibus confricata, in star grani pilo tusa. Aliqui tamen dicunt, quod polenta sit pulmetum de farina purgatissima factum. Unde legitur Iosue 5. Comederunt de fructibus terrae, & polentam eiusdem anni. Porro ephi, mensura est trium modiorum, iuxta modum illius loci ac temporis. Est itaque, sensus, Accipe polentam trium modiorum, ut portes eam fratribus tuis. Et decem panes istos, & curre in castra. Hoc est, festinatere uade in tentoria seu in agmina Israel, ad fratres tuos tres seniores, & decem formellas casei hae deferes ad tribunalum, id est hos decem caseos paruos atque recentes dabis principi, sub quo militat frater tuus, ut se habeat fauorabiliter circa ipsos, praecauendo pro posse eorum pericula. Praecipit etiam Isai filio suo Dauid, secundum Iosephum, ut tolleret secum pignora fratrum, id est libellos repudij, de quibus in Deuteronomio, quia pergentibus ad pugnandum, erat consuetudo dare uxoribus libellum repudij, ut si in infra annos tres non rediret, liceret uxoribus nubere alijs uiris. Et fratres tuos uisita bis, si recte agant, & cum quibus ordinati sunt, disce. Saul autem & illi uidelicet fratres Dauid & omnes filij Israel, in ualle Terebynthi pugnabant aduersum Philistim. Iam habitum est, quod uterque exercitus stetit in monte, nec generaliter plium commiserunt hucusque. Quod ergo Saul cum oibus suis pugnauit in ualle Terebynthi contra Philistim? Respondetur, quod quotidie aliquid egrediebantur bellantes, sicque totum a parte denotatur, uel pugnabant, id est plianum se disponebant, & inuicem nocumenta aliqua inferebant. Surrexit itaque mane Dauid, & commendauit gregem custodi, & onustus abiit, sicut praeciperat ei Isai, & uenit ad locum Maagala. Ii. sic nominatum, sicque Maagala est proprium nomen loci. Vel ut aliqui dicunt, est nomen commune, significans circulum seu fossatum, quia per gyrum exercitus expediri fieri aliquam fossam, qua contra aduersariorum repentinam & improvisam impugnationem muniatur, & aliquo modo tutetur. Et ad exercitum, quae egressus ad pugnam, uociferatus erat in certamine: quemadmodum in congressibus solet uociferatio exhortationis ad prelium fieri. Ex quo constat, quod singulis diebus quidam hinc inde egrediebantur ad pugnam. Direxerat enim aciem Israel, sed & Philistim ex aduerso fuerant praeparati. Derelinquens ergo Dauid uasa Ii. instrumeta seu modios polentae & confimilia, scilicet panes & caseos, quae attulerat derelinquens, in qua, sub manu custodis ad farcinas, quae commisit ea alicui custodienda in loco ubi talia custodiebantur, cucurrit ad locum certaminis, qui ultra castra fuerat, & interrogabat si in

Iosef. lib. 6. an. lu. ca. 11. Deut. 25.

omnia recte agerentur erga fratres suos. Cumque adhuc ille loqueretur eis, fratribus suis inuenit, uel eis quos interrogauit, apparuit uir ille spurius ascendens, Goliath nomine, Philistaeus de Geth, de castris Philistinorum. Et loquere eo ut potest Goliath, haec eadem uerba, quibus ante exprobrauit filiis Israel, caudiuit Dauid exprobrator illum tam arrogantem. Oes autem Israelites eum uiderunt uirum, fugerunt a facie eius, timentes eum ualde. Ii. nullus eorum audebat contra illum procedere, & unquam se elongauit ab illo pro posse. Et dixit unusquisque suum, quidam seu quicumque de populo Israel: Num uisidit uirum hunc qui ascendit? Ad explorandum enim Israel ascendit. Virum ergo qui percussit eum, Ii. Goliath istum occiderit, dicit rex Saul. Quod diuinitus magnis, & filiam suam dabit ei uxorem, & domum eius faciet absque tributo in Israel. Hoc iam promulgatum fuit ex imperio regis, antequam Dauid aduenerat, ut fortiores ex Israel aiarentur spe praemij tanti ad dimicandum aduersus Goliath. Et ait Dauid ad uiros qui stabant secum, dicens: Quid dabitur uiro qui percussit Philistaeum hunc, & tulerit opprobrium de Israel? Ii. populum Israeliticum per suum triumphum liberauerit ab improperijs & irrationibus Philistaei istius. Quis est enim hic Philistaeus in circuncisus, quae exprobrauit acies Dei uiuentis? Ista protulit Dauid zelo fidei & emulationis iustitiae, atque amore boni communis, & tanquam rex motus est, contemnens impij illum corde magnanimo, quemadmodum scriptum est: Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus. ac si dicat: Infidelis iste idololatra, nimis uilis & detestabilis est ad iniuriandum sic plebi fideli uerum Deum colenti, cuius iniuria in Deum redundat. Denique Dauid tam diligenter inquisiuit de mercede uictori Goliath istanda, non quod intuitu terrene remunerationis aut amore temporalis honoris, principaliter incitabatur ad pugnandum contra Goliath, sed zelo diuini honoris ac boni communis: secundario autem & concomitante amore praefata remunerationis, praesertim quia a Deo etiam mercedatur ad hoc. Referebat autem ei populus eundem sermonem, dicens: Haec dabunt uiro qui percussit eum. Quod cum audisset Eliab frater eius maior, uidelicet primogenitus, loquente eo cum alijs, iratus est contra Dauid formidans quod Dauid iuuenili audacia arriperet contra Goliath & caderet, & ita ex fraterno amore ira illa manauit. Et ait: Quare uenisti? & quare dereliquisti pauculas illas oues in deserto? Quasi dicat, uilius tibi esset, quod non uenisses, ad quem potius pertinet pauculas pascere oues, quam contra gigantem duellum assumere. Ego noui superbia tua, qua aspiras ad coniungendum filiae regis. Unde aliquid dicit, quod Eliab aestimauit ipsum Dauid ex arrogancia motum, eo quod praeter uentus fuit in regem, & nequam cordis tui, quia ut uideres plium, descendisti. Ii. tam malitiosum & nequam te esse cognosco, quod gloriaris in sanguinis effusione, & in bellis secundum se, propter quod & nunc uenisti, ut uideas talia. Et dixit Dauid: Quid feci? Nunquid non uerbum est? Dauid prudens & mansuetus adolescens, increpatione accerrimam fratris sui senioris & quantum tulit, & commotione illius cum quadam urbanitate & iucunditate dissimulauit ac pertransiuit, dicendo: Quid feci? Nunquid non uerbum est? ac si dicat, quo excessu merui tantam correctionem? An non licet mihi modice loqui, & interlocutoriè interrogare, nec adhuc aliud feci nisi quod inquisiui de factis? & interrogatio ista uerbum est, non res aut bellum. Cur ergo tamen irascitur su per hoc? Et declinauit paululum ab eo ad alium. Dixitque eundem sermonem. Et respondit ei populus eundem sermonem sicut prius. Audita sunt autem uerba quae loquutus est Dauid, & annuntiata sunt uerba Dauid in conspectu Saul. Igitur auditis, Saul iussit sibi adduci Dauid. Ad quem cum fuisset adductus, loquutus est ei: Is Sauli. Non concidat cor cuiusquam in eo, Ii. nemo uestrum perdat fiduciam aut cadat pauore. Ego seruus tuus uadam & pugnabo aduersus Philistaeum. Et ait Saul ad Dauid: Non uales resistere Philistaeo isti, nec pugnare aduersus eum, quia puer es. Ii. adolescens, & necdum ad robur uiriliter etatis perductus, nec expertus multum in armis. Hic autem uir bellator est ab adolescentia sua. Dixitque Dauid ad Saul: Pascebat seruus tuus patris sui gregem, & ueniebat leo uel uersus, Ii. leo & uersus, ut ex consequentibus constat, & tollebat arietem Ii. duos arietes, scilicet quilibet unum, de medio gregis, & praesquebar eos & putiebam, Ii. interficiebam eos, & eruebam, de ore eorum. Quod fuit per supernaturale robur atque auxilium dei exhibitum Dauid. Quo circa scribit Hieronymus, quod Dauid ex hoc concepit audaciam quam spiritum accepit, expertus adiutorium Dei in suffocatione leonis & uersi. Veruntamen ubi & quomodo hoc factum sit, ignoratur, nec scriptura hoc docet. Nihilominus puto quod factum sit, postquam Dauid uentus fuit in regem, quia ex tunc gratia fortitudinis corporalis ac spiritalis data est ei. Immo ex tempore illo cepit anagogicos motus, ardentissimos affectus habere in Deum, & per sapientiam ueritatem ac mysticam theologiam contemplari diuina. Et illi consurgebant aduersum me, & apprehendebam mentis eorum, & suffocabam interficiebamque eos. Nam & leonem & uersum interfeci ergo seruus tuus. Erit ergo & Philistaeus hic in circuncisus, quasi uerus ex eis. Nunc uadam, & auferam opprobrium populi. Quomodo quis est iste Philistaeus in circuncisus, qui ausus est maledicere exercitui Dei uiuentis? Et ait Dauid: Dominus qui eripuit me de manu leonis, & de manu Ii. potestate inuasionis, uersi, ipse liberabit me de manu Philistaei huius. Secundum Hieronymum, catholicosque doctores, Dauid ex reuelatione diuina praesciuit se triumphaturum in isto congressu, ideo

I. Sal. 14.

I. Reg. 16.

Hieronymus

Hieronymus

ver-

verba ista & alia quæ in litera continentur, non solum sunt verba bonæ spei, sed certitudinis ab-
solutæ. Dixit aut Saul ad David: Vade, & dñs tecum sit. Idæo tibi victoriam. Ex hoc aliqui opi-
nantur, q̄ etiam Saul ex reuelatione cognouit, q̄ David præuuleret. Verunt̄ hoc ex verbis istis
non sequitur, nec p̄cedentia verba hoc sonant. Nam statim ante hæc uerba dixerat Saul: Non uales
resistere Philistæo isti, nec pugnare aduersus eum, quia puer es. Atq̄ ex uerbis David præcæditis
saltem cōcepit quandā fidutiā. Et in dicit Saul ijs sup̄ David uentis: Hoc est, armis suis,
& imposuit galeam æream super caput eius. Accinctus ergo David gladio eius super uellem su-
am, cōp̄git tentare, si posset armatus incedere. Non em̄ habebat cōsuetudinem. JEx hoc inferunt
q̄dam, q̄ David iam fuit uir, ac uirilis staturæ. Alioq̄n Saul non induisset eum arma sua, p̄sertim
cūm Saul fuerit magnæ staturæ. Alij dicunt, q̄ ista fuerunt arma Saul, non q̄ corpori suo serui-
bant. Sic em̄ non cōuenissent ipsi David, eo q̄ Saul ab humero oibus em̄ ineret, sed q̄ erant ac-
cepta de armamētario regis. Dixitq̄, David ad Saul: Non possum sic incedere. JEx hoc uidetur,
q̄ erant propria arma Saul. Propter quod David dixit sibi non competere ea, q̄a & ualdē graua
bant eum. Isidorus etiam & Richardus affirmāt, q̄ David præ ætate & parua statura non poterat
portare arma Saul. Ex quo apparet, q̄ erant propria arma Saulis. Aliam quoq̄ tangit rationem,
subdendo: Quia non cōsuetudinem habeo, Jesse & ire in armis. Et de posuit ea, & tulit baculum
quem semper habebat in manu: hoc est, uirgam seu baculum suum pastoralem, quem cūm tem-
pore opportuno cōsueuit habere in manibus, dum gregem pascebat. Vel semper, q̄a illum habe-
bat cōsuetudinariē in manu, & non alium. Et elegit sibi quinq̄, lympidissimos lapides de torren-
te. JI. saxa clara, rotunda, & plana, non angulata, q̄m talia saxa recūsus celeriusq̄, mouētur, dum p̄-
ijciuntur, & iuxta ripam torrentis, uel in fundo siccato iacebant. Et misit eos in perā pastoralem,
quam habebat secum. JIn qua uictui necessaria deportauit, dum exiit cum grege ad pasua. Et
fundam manu tulit, & processit aduersum Philistæum. Ibat aut Philistæus, incedēs & appropin-
quans aduersum David, & armiger eius ante eum. Cumq̄, inspexisset eum Philistæus, & uidisset
David, despexit eum. Erat aut adolefcens rufus & pulcher aspectu. Et dixit Philistæus ad David:
Nungdego canis sum, q̄ tu uenis ad me cū baculo? Quasi dicat, stultissimē agis, q̄ inermis con-
tra me, quasi cōtra canem uenis cum baculo, non cum ense, cūm ego non sim canis, sed fortissi-
mus expertissimuscq̄, pugnator. Et maledixit Philistæus David in dijs suis. Jhoc est, per inuoca-
tionem & uirtutem deorum suorum imprecabatur ipsi David mala p̄naliam. Dixitq̄, ad David:
Veni ad me, & dabo carnes tuas uolatilibus cæli & bestijs terræ. Dixit aut David ad Philistæum:
Tu uenis ad me cū gladio & hasta & clypeo, ego aut uenio ad te in noīe dñi exercitū. Dei agmi-
num Israel, q̄bus exprobasti hodiē. Et dabit te dñs in manu mea, & percutiā te, & auferam caput
tuum a te. Et dabo cadauera castrorum Philistijm hodiē uolatilibus cæli & bestijs terræ, ut fiat
ois terra, q̄a est dñs Deus in Israel, & nouerit uersa ecclesia hæc, q̄a non in gladio, nec in hasta
saluat dñs. Jp̄suis em̄ est bellū, & trader vos in manus nostras. Cumq̄, surrexisset Philistæus, & ve-
niret & appropinquaret cōtra David, festinauit David, & occurrit ad pugnam ex aduerso Philis-
tæi. Et misit David manum suam in peram, tulitq̄, unum lapidem, & funda iecit, & circūdu-
cens, percussit eum in fronte. Et infixus est lapis in fronte eius, & cecidit in faciē suam super ter-
ram. JEx hoc apparet q̄ vno iactu David occidit Goliath. Magister tñ in hist. dicit, q̄ in eodem
vulnere percussit Philistæum secundo lapide, deinde & tertio, ita q̄ tertio iactu & saxo illum de-
iecit. Vndē & Glossa q̄dam super Mattheum disseruit, q̄ sicut David uicit Goliath tribus lapidi-
bus, sic Christus diabolū tribus tērationibꝫ. Præterea q̄ritur, qualiter potuit David Goliath
capitē armatum, in fronte cōtingere. Ad quod q̄dam Iudæi rñdent, q̄ ferrum galeæ cecit lapidi
miraculosē. Alij dicunt, q̄ galea circa frontem fuit discooperta. Hinc in Scholast. fertur hist. Fa-
bulatur q̄dam Iudæi, q̄ ferrum galeæ & lorice obsequum p̄stitit Deo, locum dans lapidi, ut intra-
ret ad hominem occidendū. Propter quod circuncisio deinceps facta est cūtello ferreo, quæ prius
fuit ab petrino. Hæc ibi. Praualuitq̄, David aduersum Philistæum in funda & lapide, percussimq̄,
Philistæum interfecit. Cumq̄, gladium non haberet in manu David, cucurrit & stetit super Phi-
listæum, & tulit gladium eius, & eduxit eum de vagina sua, & interfecit eum. JGoliath gladio suo,
quem de vagina Goliath extraxit, percussitq̄, caput eius. Videntes aut Philistæi q̄ mortuus esset for-
tissimꝫ eorum, fugerunt. Et cōsurgentes uiri Israel & Iuda, uociferati sunt, & persecuti sunt Phi-
listæos vsq̄; dum uenirent in uallem, & vsq̄; ad portas Accaron. Cecideruntq̄, uulnerati de Philis-
tijm in uia Saruch, & vsq̄; ad Geth, & vsq̄; ad Accaron. Et reuerentes filij Israel, postq̄ persecuti
fuerant Philistæos, inuaserunt castra eorum. JI. bona eorum quæ reliquerūt in tentorijs, diripue-
runt. Assumēs aut David caput Philistæi, attulit illud in Hierusalē. Jnon hac uice, sed postea du-
q̄n Iebusæos in arce Hierusalē habitantes uoluit perterere, ut dicitur: Vndē ad incutiendū eis ti-
morem, mōstrauit eis caput gigantis, quem diuina prostrauit uirtute. Nam illi in fortalicij sui fir-
mitate gloriabantur. JArma uerō eius posuit in tabernaculo suo. JIn Hebræo, ut dicitur, non ha-

Reg. 10.

manibus

Pet. C6. hist. li. 1. c. ca. 16. Matt. 4.

Pet. C6. hist. li. 1. c. reg. c. 12.

bet, suo: sed simpliciter, in tabernaculo: idcirco exponit de tabernaculo dñi, in quo, in signū diu-
næ uictoriæ, posuit arma illa. Vndē & postea accepit ab Abimelech pōtifice ensē Goliæ, uel for-
san ad tps̄ posuit ea in domo sua, deinde in tabernaculo. Jeo aut tpe quo uidit Saul egredietē Da-
uid cōtra Philistæū, ait ad Abner principē militiæ suæ: De qua stirpe descēdit hic adolefcens? Di-
xitq̄, Abner: Viuit anima tua rex, si noui. JI. q̄ uerū est, q̄ tu dñe rex uiuis, tā uerū est q̄ istud igno-
ro. JEt ait rex: Interroga tu cuius filij sit iste puer. Cūq̄, regressus esset David, percussit Philistæo,
tulit eū Abner, & introduxit corā Saule, caput Philistæi in manu habentem. Et ait ad eum Saul:
De qua p̄genie es tu o adolefcens? Dixitq̄, David: Filius serui tui Isai Bethlehemitæ ego sum. JHoc
Saul toties tāq̄, sollicitē interrogauit nō solū ex admiratiōe tā strenui facti, sed specialiter, q̄m filiā
suā, p̄misit dare uictori Goliæ: & cū esset ualde superbꝫ, anxi⁹ erat, ne cogere eā dare uxore igno-
bili, sed cognito q̄ David esset de nobilissima tribu Iuda, & filius Isai uiri famosi ac nobilis, fuit
gaufusus atq̄, cōtētus. Præterea mirū apparet, q̄ nec Saul nec Abner cognouit ipsum David, cū
tñ non diu antē multis diebus fuerit in regis palatio, imō in regis aspectu. Ad q̄d quantū ad Saul,
datur respōsio, q̄ ex frequētī sua exagitatiōe dē spiritu malo, fact⁹ fuit modicē debilisq̄, memoriæ,
& uis eius imaginatiua, fuit nō parū impedita à sua cognitiōe. Atq̄, ut Glossa tāgit ex uerbis Au-
gustini, interim q̄ David à Saul recesserat, creuerat sua barba, quā nec Iudæi tūc abra debāt: ideo
citō immutauit dispositionē, apparatusq̄, uulē. Insuper Saul & Abner fuerāt quotidiē in multis &
arduis occupati, propter q̄d particularis personæ poterāt faciliter obliuisci, imō de Abner p̄ba-
bile est, q̄ propter bella uadiq̄; immineētia, rarō fuerit domi, & ita rarō aut nunq̄ uiderat ipsum
David in regis palatio. Postremo, q̄a in isto capitulo facta est mētio de David & Goliæ duello,
oritur quæstio, an duellū sit licitū: & uidetur q̄ imō, autoritate scripturæ istius & sancti David
exēplo. Præterea sancti principes, ut Carolus Magnus, & sanctus Ludouicus, duella sustinisse &
approbasse uidentur. Amicus quoq̄, optimus miles, p̄ Amilio suo charissimo assumpsit duellū. In
oppositū est doctrina ecclesiæ, & iura q̄ plura. Et respōdendū, q̄ secundū Ostiensē, Gansfredū,
Durādum ac alios, duellū, p̄rie est bellum duorū cōtra se inuicē pro ueritatis ostēsiōe assum-
ptū, ita ut qui uicerit, iustus appareat: qui uictus fuerit, reus putet. & istud duellū, dicitur omni-
nō esse illicitū etiā inter uulgares. Nam quāuis David cū Golia duellū inierit, nō tñ est hoc sumē
dū pro lege: quia ut Hieronymus ait, priuilegia paucorū, cōmunē legē nō faciunt. David quoq̄;
ex dispōsitiōe & reuelatione diuina hoc fecisse credēdus est. ideo uerō illicitū est, quia est cōtra
illud p̄ceptū. Nō tētabis dñm deū tuum. Verunt̄ alij quidā distinguūt, q̄a aut offerit quicq̄ duel-
lum, aut suscipit. Et si offert aut suscipit, aut suscipit illud inuitē, aut iudicis autoritate & in-
iunctiōe. Itaq̄; dicit eos peccare mortaliter, qui offerunt aut suscipiūt duellū sp̄ōtaneē: Eos uerō
excusari à culpa, qui suscipiūt illud iudice sentētiante, cūm aliter nequeāt periculū corporis sui
aut rerū suarū dāna euadere. Tertia demū est opinio dicētium, q̄ oēs isti peccāt mortaliter, quā-
uis nō æquē enormiter, q̄m culpa eius qui inuitē suscipit illud iudice iudicāte, extenuatur p̄ ma-
gna parte: deinde plūs peccat, qui sp̄ōtē suscipit illud: maximē uerō, qui præbet. Similiter peccāt
mortaliter iudices illud iudicantes, & assessores qui ad hoc cōsiliū, auxilium aut fauorē im-
pēdunt. Secundæ aut opinionij præterea magis cōsentit Guilielmus, dicens eā ratiōnabile esse,
præsertim dum innocēs accusatur ad mortē: qui si duellū sibi oblatū recuset, statim suspēdetur:
Nā durū uidetur tenere, q̄ talis potius te neatur permittere se suspendi, q̄ se defendere in duello.
Nec talis uidetur Deū tētare, cūm propter necessitatē uitæ id faciat. Etenim dum humanū deest
subsidiū, potest homo cōsurgere ad diuinū. JInsuper aduertēdum, q̄ duellū quādoq̄; cōmuniū
sumitur, ut potē pro singulari bello unius cū alio, sine diuini p̄stolatione auxiliij, sed ut per for-
titudinem, artē aut fortunā terminetur inter aliquos cōtrouersia ciuili aut criminalis. Et de hoc
duello iterū aliqui dicūt, q̄ in nullo casu sit licitum, nec ex parte præbentis, nec ex parte iudican-
tis, neq̄; ex parte suscipiētis: quia intētio taliter duellātium, est interficere aduersariū suū, quod
nulli priuata personæ est licitum. Ad quod uidetur ualere illud Augustini in libro de libero ar-
bitrio: Quomodo arbitradū est, hos carere libidine, qui pro rebus his gladiantur, quas amittere
possunt inuiti? Verūm ista positio alijs nimis dura uidetur. Ideo dicunt, q̄ si appellato de duel-
lo, negetur alia probatio ac appellatio, possit se licitē defendere duellādo, tā in causa criminali
pro sua uita tuenda, præsertim si innocens sit, q̄ in causa ciuili pro suis rebus: Quoniam sicut li-
cet alicui pugnare pro corporis sui defēsiōe, ita pro rerum suarum cōseruatiōe. Ad instantiam
uerō præhabita dicunt, q̄ in tali duello directē intēditur propria uita seu rei suæ defēsiō: Per
accidens autē, aduersarij interfecitio, & de iudicis autoritate id facit, qui ad duellum est appel-
latus. Afferunt tamen isti, q̄ appellas ad duellum, & iudex autoritatē aut licentiam ad hoc præ-
stans, semper mortaliter peccat. Ad præcātam quoq̄; Augustini autoritatem respondēt, q̄
loquitur inquisitiuē, non determinatiuē, sed quoniā iuxta præinducta, aliqui principes iusti le-
gunt admisisse aut concessisse duella, aliqui opinātur, q̄ duella in aliquo casu à iudice possunt

August.

Amicus

Hierony.

Deuter. 6. Matt. 4.

August.

sine peccato permitti, sicut dum nobiles superiores habentes, inter se mouent guerram, & terras suas ac subditos mutuo vastant igne & ferro, vnusq; illorum alium coram superiore prouocet ad duellum, & alius mox suscipiat illud: Superior quoq; probabiliter æstimet, q̄ præfata subditorum & innocentium vastatio, per duellum valeat terminari, non videtur peccare tale duellum permittendo: quia habenti curâ cõmunitatis, licitum est interdum permittere mala minorâ, vt tentent maiora. Hanc opinionem refert & sequitur Lyra, & addit: Huic dicto videt cõcordare Thomas in sua summa, dicendo, q̄ quando in duello nõ expectat aliq; miraculosus euentus, vt in proposito, tale duellum, p̄pinq̄at ad cõmunẽ fortium rationem, quibus in aliquibus casibus vt est licitũ. Hęc Lyra. ¶ Quo circa dubitatio aliquatula oritur, cur more solito nõ alleget magis determinatẽ, vbi Thomas hoc dicat. an quia non occurrebat memorię, vel forsã ex alia causa? Itaq; aduertendum, q̄ Thomas in secunda secundæ, q̄stione 95, sic scribit: Iudicij ferri cãdentis seu aq̄ue feruentis, propter percipiendã alicuius occulti notitiã, est illicitum. Primõ, qm̄ ordinatã ad manifestandum secreta q̄ diuino iudicio referuãtur. Secundõ, quia nõ est diuina autoritate sancitum. Hinc in decreto Stephani papę phibetur, ac suplicitiosum vocat, & est partim simile de duello, præsertim si pugiles sint multum dissimiles virtute corporali aut arte. Aliã minõs illicitũ esset, eo q̄ nõ expectet ibi miraculosus effectus, sed magis pertineat ad cõmunem rationem fortium. Hęc Thomas. In cuius verbis nõ habetur, q̄ in phabito casu duellũ licitẽ pmittatur a iudice, sed quod in casu præfato sit minõs illicitum. Ex quo sequi videtur, q̄ secundum eum etiã in tali casu illicitum sit. Hęc tñ recitatiõ scripsi, nõ declinãdo assertiuẽ ad vnã positionem istarum potiõs, q̄ ad aliã. Veruntũ quãtũ ad propositum pertinet de duello S. Dauid, videtur q̄ sp̄ otẽ inire duellũ contra aduersarium fidei, pro fidei defensione, & ad remouendũ nominis diuini blasphemiam, aut contra tyrannum & publicum hostem totius cõmunitatis, pro defensione boni cõmunis, sit licitũ atq; laudabile, & ita operatus est Dauid. Sic quoq; fecisse legitur Heraclius imperator.

¶ De mysticis sensibus eiusdem capituli decimiseptimi. Art. 33.

Congregãtes Philistijm agmina sua &c. Quẽadmodũ Philistijm nõ cessauerunt sua agmina cõtra Israelitas colligere, & fines ipsorum intrare, sic inuisibiles hostes, peruersi quoq; & perfidi hoies, in definitẽ impugnat verẽ Christifideles & iustos, & contra eos se cõgregant, armanes se multitudine, nõ virtute & ratione. Est q̄ppe & in dæmonibus quẽdã platio, & superiores, suos dirigũt satellites ad varia maleficia peragẽda. ¶ Porrõ Saul & filij Israel cõgregati, veniunt in vallẽ Terebynthi. ¶ Per vallẽ designat humilitas: per terebynthũ, q̄ est arbor de qua fuit resina multum medicinalis, figuratur crux Christi, q̄ suã merito passionis & per sanguinẽ crucis suã, oim̄ curat vulnera victorũ. Fideles ergo & veri Israelitæ, in valle se collocat Terebynthi, hoc est, in humilĩ recordatiõẽ dñicę passiois, cuius ope & merito triumphare cõfidũt & vincere oẽs amulos suę salutis. ¶ Et Philistijm stabat sup motem ex parte hac. ¶ Impij etẽm stãt in mote elationis, q̄ est ex parte diaboli, de quo Zacharias inducit: Quis tu mōs magne corã Zorobabel in planũ? Hi stãt in monte vanitatis, q̄ cõfidunt in viribus suis, & de sua potestate p̄sumunt. ¶ Et Israel stabat sup montẽ ex parte altera. ¶ Electi em̄ & virtuosĩ se figũt in Christo, in sapiẽtia salutari, in altitudine charitatis, in sublimitate virtutũ, in apice fidei Christiã, in doctrina & vnitãte militantis ecclesię. Vndẽ Esaias & Michas prænuiciãuerunt: Erit in nouissimis diebus p̄paratus mons domus dñi in vertice mōtiũ. ¶ Vallisq; erat inter eos. ¶ hoc est, humilitas q̄ inter electos & reprobos diuidit. ¶ Et egressus est vir spurius de castris Philistinorũ. ¶ Per Goliã capitaneum blasphemorũ ac pugilẽ hostium plebis dei, q̄ ad singulare certamen euocauit quẽcũq; de Israel, intelligitur princeps tenebrarũ, seu qlibet heresarcha, aut rex p̄fidorum impugnatũum ecclesiã dei, qui oẽs à Christo, vnico & inuictissimo pugile patris eterni, vincunt. ¶ Dauid autẽ erat minimus: ¶ sic dñs ac saluator, verẽ humilissimus fuit inter suos discipulos, q̄bus locutus est: Ego in medio vestrũ sum, sicut qui ministrat. ¶ Dixit autẽ Isai ad Dauid filium suum: Accipe fratribus tuis ephi polẽtẽ. ¶ Quẽadmodũ Isai misit filium suum Dauid ad visitãdum tres fratres suos in filio cõstitutos, sic pater æternus vnigenitum suum misit in seculi huius cãpũ, ad visitãdum genus humanum, cuius assumpsit naturã, quod bellis periculossimis laborauit, misitq; hoibus per Christũ ephi polentẽ, s. mensurã trium modiorum, hoc est, super beatissimẽ Trinitatis fidẽ & cultum, & decẽ panes, puta decalogũ. Nã fide adorandæ Trinitatis & obseruatĩs p̄ceptorum optimẽ reficiuntur fideles. ¶ & decem formellas casei deferẽs ad tribunũ. ¶ Per tribunũ significatur plati: per decem recentes paruõs; caseos, spiritualia oblectamẽta, q̄ in obseruatione decalogi sentiuntã viris p̄fectis, q̄les esse oportet platos, qui decalogũ tãto sublimiõs debet implere, quãto in altiori sunt gradu & ordine. Rursum q̄ tres fratres Dauid, tres status fidelium exprimiunt, puta incipiẽtium, proficiẽtium, & p̄fectorum, quibus Deus p̄ Christũ p̄portionata misit cibaria: qm̄ incipiẽtibus misit polenta seu pulcẽ, hoc est, faciliẽ simplicẽq; doctrinã: proficiẽtibus panes, i. solidum cibum: p̄fectis formellas casei, hoc est, euangelicorum consiliorum adimpletiõẽ. Quẽadmodũ enim caseus additur pa-

Zachar. 4.

Esaie. 2. Michas. 4.

Lucæ 22.

ni, &

ni, & gustũ facit vtriusq; suauẽ: sic cõsilia superadduntur p̄ceptis, & amborũ executionẽ cõtempnãt. ¶ Præterea, sicut Saul p̄misit vincenti Goliã dare in coniugẽ propriã filiam, sic Christo victori diaboli desponsata est vniuersalis ecclesia, quæ est filia regis æterni, imõ & quilibet anima virtuosa. Et sicut ipsi dauid volenti cõsistere cõtra Goliã, durẽ locutus est senior frater suus, sic Christo durissimẽ loquẽdatur superior pars Iudaici populi, vt potẽt facer dotes, scribã, pharisæi, quod Christus patientissimẽ tulit. Rursum sicut Dauid leonẽ vicit & vrsũ, sic filius Dei spiritũ superbig, qui tanq̄ leo rugiens circumit, quẽrens quẽ deuoret, spiritũ quoq; carnalitates, q̄ per vrsũ expremũt. ¶ Et inquit Saul Dauid vestimentis suis. Nã populus Iudeorũ voluit Christũ sibi assimilare in vita & obseruatĩs literarũ: sed sicut Dauid abiecit arma Saul, sic dñs Iesus oẽm mundi ornatũ, diuitias & honores, corporeã armaturã, secularẽ potentiã, multitudinẽ famulorũ, sicq; expeditus ab omnibus illis tulit baculũ, quẽ semp̄ habebat in manibus, i. potestãtẽ suã regalẽ & autoritatẽ pontificalem, saluatiã ac iudiciã potestãtẽ, qua prostrauit diabolu. Elegit quoq; sibi quinq;lympidissimos lapides de torrẽte, i. pulcherrimã ac solidissimã documenta ex quinq; Moysi libris, & ex abundantia sapientiẽ legalis, quæ misit in perã suã pastorãlẽ, i. in cor siue in os suũ, & funda iecit, i. per suã prædicationẽ documentũ fidei sparũt, & p̄ceptum p̄fectæ charitatis effudit, per quod diabolu superauit, quem etiã vicit, qm̄ dixit ad patrẽ: Si nõ potest hic calix transire nisi bibã illum, fiat voluntas tua. Iterũ, quinq;lympidissimi lapides ex torrẽte electi, posunt intelligi quinq; sapientissimã verba Christi, ex fonte suã sapientiẽ sumpta, quæ prulit p̄dens in cruce, quorũ primo vulnerauit in fronte diabolu, dicens: Pater, ignosce illis, quia nesciũt qd faciunt. Postremõ, sicut Dauid occidit Philistãũ ense illius, sic Christus cõdemnauit diabolu propter p̄p̄riã illius crudelitãtẽ & impietãtẽ. Arma quoq; diaboli posuit in tabernaculo suo, qm̄ manifestauit ecclesiã, qualiter & per quã machinãta diabolus Christũ tentauit, & fideles impugnet, quod p̄ Euangelistas descripsit, iuxta p̄fata autẽ, debemus & nos cõtra diabolu oĩ virtute armari, & fortiter p̄uari, in nẽdo solius dei auxilio & ato in defesso virtuosũ aũtĩ insistẽdo.

¶ Expõsitio cap. 18. Et factum est cũ compleisset loqui ad Saul. Arti. XXXIII.

Gesta sancti Dauid, hic plenius recitantur, & qualiter p̄peritibus eius aduersitates mox gadmisceri cõperũt specialitẽ, cur & qualiter odiũ regis incurrit, & multa sustinuit ab eodem. ¶ Et factũ est cũ compleisset Dauid loq̄ ad Saul, i. verba in p̄cedenti cap. scripta, ¶ anima Ionathas colligata est animã Dauidi, & indissolubilis vinculo dilectionis, & dilexit eum Ionathas quasi animã suã. ¶ Per hoc quod dicitur, anima Ionathas colligata est animã Dauidi: & rursũ, Dilexit eũ quasi animã suã: in sinuatur, q̄ ista dilectio fuit sincera & spiritalis, nihilominus fuit, socialis, sed ad charitatẽ sanctã referẽdatur. ¶ Tulitq; eum Saul in die illa, ¶ Saul accepit ipsum Dauid secum tanq̄ strenuissimũ militẽ, vt secum maneret deceterõ. ¶ & nõ cõcepit ei, vt reuerteretur in domum patris sui. ¶ Istud durauit ad tempus, quousq; cõcepit cõtra Dauid rancorem. ¶ Inierunt autem Dauid & Ionathas fœdus. ¶ i. inuolabilis amicitia pãctũ, astringendo se inuicẽm primõ per verba ad perpetuã socialem & familiãrem dilectionẽ, & forsã iuramento aut promissione firmauerunt hoc pãctum. Ionathas quoq; in signum tantæ dilectionis egit quod subditur: ¶ Diligebat em̄ eum quasi animã suã. Nã expoliãuit se Ionathas tunica qua erat indutus, forsã superius, & dedit eam Dauid, & reliqua vestimenta sua vsq; ad gladium & arcum suũ, & vsq; ad balteũ. ¶ Per hoc q̄ in fine huius clausulæ fertur, & vsq; ad balteũ, datur intelligi, q̄ istud quod narratur de gladio & arcu, ac balteo, intelligendum sit in clusiuẽ. Itaq; dedit Ionathas Dauidi vestimenta sua & arma, inuens q̄ reputaret eum quasi se ipsum. Amicus etẽm, præsertim tam charus, est alter ipse. Et item ad insinuandũ, q̄ Dauid dignus esset amicu armaturãq; filij regis. Et rursũ hæc fecit, quia amicis omnia solent esse cõmunia. Item quia iam habiturus fuit suã fororẽ in coniugẽ. Præterea amor fundatur in quadã similitudine. Nã omne animal diligit simile sibi, Amicitia verõ in quadã cõmunionẽ. Itaq; Ionathas vir in clytus atq; magnanimis, & laudabiliter bellicosus ac fortis & iuuenis pulcher, & p̄clare cõplexionis ac optimæ indolis, & naturaliter affectuosus, videns ipsum Dauid in cunctis sibi tam cõuenientẽ & similem, cõcepit repẽtẽ ad eũ tam maximã amicitiam & amorẽ, quæ p̄cipuẽ fundabatur in bono honesto. Talis quoq; dilectio singularitẽr fulsit & arsit in viris euangelicæ legis, Amilio & Amico, quorum præclarissimi actus habent. ¶ Egrediebatur quoq; Dauid ad oia ¶ i. ad quẽcũq; misisset eũ Saul, & prudenter se agebat. ¶ i. seipsum ad oia illa cũ circumspẽctione & discretionẽ mouebat. ¶ Posuitq; eũ Saul super viros belli ¶ i. bellatoribus præcipuis eum p̄fecit, tñ sub Abner, & q̄busdam, nõ omnibus. ¶ & acceptus erat in oculis vniuersi populi ¶ Israel, ¶ maximeq; in cõp̄ctũ famulorũ Saul. ¶ i. specialitẽ & domesticorũ satellitũ, bellatorũq; Saul. Erat em̄ Dauid in naturalibus eminẽter benẽ dispositus & valdẽ amabilis atq; affabilis, stre-nuus quoq; & victoriosus, ac fidelitẽr quærẽs bonũ cõmunẽ, & laboriosẽ defudã pro illo. Tales autẽ rei publicæ tã viles, valdẽ amantur cõmunitẽr. ¶ Porrõ cũ reuerteretur Dauid percusso Phi-

1. Pet. 5.

Matth. 26.

Lucæ 23.

1. Reg. 17. * conglutinata

Ecccl. 13.

* Amyco

listro, & ferret caput eius in Hierusalē. Istud (vt tactū est) nō fuit statim post occisionē Goliz, sed postea diu. Siquidē sicut iam patuit, post occisionē Goliz David fuit pacificē multis diebus in domo Saulis, cęgressę sunt mulieres de vniuersis vrbibus Israel, J. de principali bus vrbibus regni emerunt fęminę quędā in musicis tritz, cętantes, chorosq; ducetes in occursum Saul regis in tympanis lętitiz, J. q. suo sono pariebāt audientibus iucunditate, & ipsę fęminę ex lętia luserunt in eis, & in sistris. Sistrū dicitur genus tubę, seu aliud instrumentū, quod pcssum, gignit sonū vt tympanum vel cymbalū. & p̄cinebant mulieres, ludentes atq; dicetes, J. nā simul ore cętabant, & manu in instrumentis illis ludebāt. [Percussit Saul mille, & David decē millia.] In Scholastica historia recitatur, q. mulieres p̄cinebant, p̄cussit Saul mille, & virgines respondebāt, & David decē millia. Veruntū textus magis videtur innuere, q. totum istud p̄cinebant fęminę illę: quo factō, virgines totum repetierunt, vt fieri solet in cętulis, quę de bellorū exitibus atriumphis solent cōponi. Pręterea dicit David decē millia percussisse, vel q. principali or cau sa fuit occisionis Philistinorum q. Saul: siquidē Goliath vincendo, fuit causa, q. vniuersi Philistię fugerunt, vel, qm̄ ipsum trucidauit Goliath, q. pro decē millibus reputatur, p̄pter fortitudinē suam, secundū quod infra secūdo libro habetur de David: Tu vnus pro decē millibus cōputaris. [Iratu est autē Saul nimis, J. indignatus, eo q. seruus suus excellentius laudabat q. ipse. & displicuit in oculis eius.] Interioribus cęste sermo, J. i. intellectui suo displicens fuit cętus ille, [dixitq; Dederunt David decē millia,] hoc est, deiectionē decem millium Philistinorū ascripserunt ipsi David, & mihi mille dederunt. Quid ei superest, nisi solum regnum? Id est, hoc sibi pręcipue videtur restare, vt pmoueat in regē. Itaq; Saul ambitiosus timuit regno priuari: scięsq; sibi per Samuelem pdictum, quod dñs aliū ipso meliorē elegisset in regē, protinus cęcepit suspicari, quod David esset. Hinc cęcepit cōtra eum inuidiam, quę est dolor de prosperitate alterius, in quantum illa cōcipitur, vt minoratiua seu impeditiua, pprię pręconij seu honoris: & quāto is cui quis inuidet, plus prosperat, & cęteris melius placet, tanto miser inuidus magis intra se cruciat. Sicq; cōtigit misero huic Saul, vt infra in textu docet. [Non re cętis oculis ergo Saul aspicebat Davidā die illa, & deinceps.] Hoc qdam de corporalibus intelligit oculis, qm̄ inuidi eos quos odio habent, solēt ex obliquo respicere, cū graues eis sint ad videndū. Potest quoq; de interioribus accipi oculis, qui in Saule erāt infecti inuidia: ideo peruersē iudicauit de David, nec recto, sed erro neo cordis intuitu ipsum cōsiderauit. [Post diem autē alteram, inuasiť spiritus Dei malus.] Puta diabolu a bono deo creatus, sed voluntariē impius, [Saul, & pphetabat in medio domus suę,] i. more arreptitorū protulit aliena, & instar pphetantium loquebatur quasi de rebus secretis, vt exponit Hieronymus, sicq; pphetare hęc improprie sumitur, q. prophetia sit donū spiritus sancti, nō maligni. [David autē psallebat manu sua] in cithara, [sic ut per singulos dies] facere cōsuevit, qm̄ Saul affligebatur a spiritu neq;. [Tenebatq; Saul lanceam, & missū.] i. extendit [eam] ad perfodiendum David, [putans q. configere posset David] J. transigere, [cum pariete,] J. ita q. lancea pertransiens corpus David, intraret quoq; parietem, & ei affigeret ipsum David. [Et David declinauit a facie eius secūdo.] Nā & ante hanc horā semel recessit a Saul, redeundo ad primum patrē instante bello, de quo habet pręcedēti capitulo. Sed q. ille recessus fuit alterius rationis ab isto, nā fuit spontaneus, iste vero ex timore, & quasi coactus: ideo qdam exponit istud, q. Saul hac die nisus est bis ipsum David perfodere, & ideo bis se retraxit ab illo, sicq; exponit Rabbi Paulus. [Et timuit Saul] ipsum [David,] J. i. regnum timuit esse transferendum a se ad David ac posteros eius. [Eo q. dñs esset cum eo] per gratiam copiosam ac multiformem, [& a se recessisset. Amouit ergo Saul eum a se,] J. i. a sua pręsentia, q. ex odio inuitē vidit, non tñ a suo palatio, [& fecit eum tribunum super mille viros,] J. i. chiliarchum seu millenariū, quod fecit peruersa intentione, vt f. David cum illis contra Philistęos congregiēdo, occideretur. [Et egrediebatur, & intrabat in conspectu populi. In omnibus quoq; vijs suis David prudēter se agebat, & dñs erat cum eo. Vidit itaq; Saul q. prudens esset nimis, & cęcepit cauere eum. Omnis autem Israel & Iuda diligebat David. Ipse em̄ ingrediebatur & egrediebatur ante eos. Dixitq; Saul ad David: Ecce filia mea maior] i. senior, nomine [Merob, ipsam tibi dabo vxorem, tantummodō esto vir fortis, & pręliare bella dñi.] J. i. hoc tantum requiro a te, vt strenuē pręliaris, quatenus si desiderio primogenitę filię meę exponas te periculis pręliorum incautē, & cadas. [Saul autem reputabat dicens: Non sit manus mea in eo, sed sit super eum manus Philistinorum.] Ait autē David ad Saul: [non tantum coniugium recusando, sed comparatione regalıs fastigię se vrbane humiliando:] [Quis ego sum? aut quę est vita mea, aut cognatio patris mei in Israel, vt fiam gener regis?] quasi dicat, nec ratione personę meę, nec ratione vitę, nec ex parte cognationis dignus sum tanto cōnubio, quod aliquo modo potuit verificari, secundū quod locutionis ex humilitate prolata, solent secundum aliquā considerationē verę cenferi. Absolutē tñ loquendo, David erat dignissimus matrimonio illo, & suo contra Goliath triumpho promeruit illud. [Factum est

est autem tempus cūm deberet dari Merob filia Saul David, data est Hadrieli Molathiz vxor.] sicq; in hoc violauit Saul, quod ipsi David pmisit. Causa tñ huius mutationis nō exprimitur in hoc loco. [Dilexit autē David Michol filiā Saul alterā. Et nunciatū est Saul, & placuit ei. Dixitq; Saul: Dabo eam illi, vt fiat ei in scandalū, & sit sup eum manus Philistinorū.] i. occasio ruinę & mortis. [Dixitq; Saul ad David: In duabus rebus gener meus eris hodię.] In Hebręo, vt dicitur, nō habetur, in duabus rebus: sed, in duabus gener. vt sit sensus, In ambabus filiabus meis eris nūc gener meus, quia primogenitā habuisti, quantum ad sponsalia, & nunc aliam habebis sponsam & cōiugem. Vel, in duabus rebus, i. pro interfectiōe Goliz, & pro pręputijs Philistinorū, quę requirā a te, obtinebis in cōiugium filiam meā. Veruntū Hieronymus dicit, duas res fuisse centum pręputia Philistinorum, quę David prius dederat Sauli pro filia eius Merob, atq; ducenta p̄putia, quę dedit pro Michol. [Et mādauit] i. p̄cepit [Saul seruis suis: Loqmini ad David clam me,] J. i. me quasi nesciente, [dicetes: Ecce places regi, & oēs serui eius diligunt te. Nūc ergo esto gener regis.] quatenus eis hoc dicentibus, rege nō audiente, David plus crederet, q. dicerent hoc syn cerē, nō adulatoriē. Et loquuti sunt serui Saul in auribus David omnia verba hęc. Et ait David: Num parū vobis videt, esse generū regis? quasi dicat, magnum est. [Ego autē sum paup vir & tenuis:] pauper in substātia, tenuis in potestate. ac si dicat, facultatibus & potentia impar sum, & vix habeo dona quę in tali cōiugio sponfus solet dare sponsę & p̄pinquis ipsius. [Et renunciauerūt serui Saul, dicetes: Huiuscemodi verba loquutus est David. Dixit autē Saul: Sic loqmini ad David: Nō habet rex necesse sponsalia, nisi tantum centū pręputia Philistinorū, vt fiat vltio de inimicis regis.] i. alia munera a David nō exigo, nisi vt centū Philistęis abscondat eorū pręputia, & mihi p̄senter ac numeret ea. Triplici causa petijt Saul istud. Primō, q. p̄cipue odiebat Philistęos, tanq; sibi molestiores. Secūdo, qm̄ Philistęi maximē horruerūt & cōtempserūt circuncisionē, ideo p̄ maiore eorū afflictione & cōfusione voluit eos sic circūcidi. Tertiō, vt certus esset q. percussisset Philistęos, nō Israelitas, qbus iā abscisa erāt pręputia. [Porro Saul cogitabat David tradere in manus Philistinorū. Cūq; renunciauissent serui eius David verba q. dixerat Saul, placuit sermo in oculis David, vt fieret gener regis. Et post paucos dies surgēs David abiit in Accaron cū viris q. sub ipso erāt, & p̄cessit.] David cū viris suis [ex Philistijm ducentos, & attulit p̄putia eorū, & annumerauit ea regi, vt esset gener eius. Dedit itaq; ei Saul Michol filiā suam vxorē,] tñ inuitē, vt Magister in historijs ait. [Et vidit Saul & intellexit, q. dñs esset cū David: Michol autē filia Saul, diligebat eū, & Saul magis cęcepit timere David. Factusq; est Saul inimicus David cum cętis diebus.] i. vsq; ad mortē suam. [Et egressi sunt principes Philistinorū. A principio autē egressiois eorū, prudentius se gerebat David, q. oēs serui Saul, & celebre factū est nomē eius nimis.]

Hieronym.

Pet. Co. h. lib. 1. Reg. cap. 17.

De spiritualitate eiusdem cap. 18. Arti. XXXV.

David penē in omnibus est euidens Christi figura. Saul verō typtum gerit principum Iudęorum, scribarum & pharisęorum. Ionathas autem significat electissimos illos Iudęos, qui Christo inter Israelitas corporaliter conuersanti familiariter adhęserunt. Itaq; [Factum est cūm complexset David loqui ad Saul, anima Ionathę colligata est animę David.] i. dum Christus sermocinatus fuisset superioribus ac senioribus Iudęorū, apostoli, ceteriq; discipuli ac fęminę sanctę, totis pręcordijs cęceperunt diligere saluatorem, admirantes in verbis gratię quę procedebant de ore ipsius. Nam loquebatur sicut potestatem habens, non sicut scribę & pharisęi, & ea quę docuit, in primis opere excellentissimē adimpleuit. Testimonia quoq; quę prędicauit, credenda comprobauit per innumerabilia gloriosa miracula. Quemadmodū etiam Ionathas seipsum totalitę exiit, vestesq; suas & arma tradidit David, sic p̄fati discipuli omnia sua propter dām reliquerunt. Rursus, David se in cunctis prudenter agendo, & omnia sibi cōmissa strenuē expediendo, Christum pręfigurauit, qui loquitur patri: Opus cōsummaui quod dedisti mihi vt facerem, qui se in cunctis sapientissimē & irreprehensibiliter egisse protestans, dixit Iudęis: Quis ex vobis arguet me de peccato? Insuper, per mulieres quę cecinerunt in choro, Percussit Saul mille, & David decem millia, intelliguntur animę deuotę ex Iudaismo conuersę, quę dixerūt de Christo: Propheta magnus surrexit in nobis. Istę professę sunt, q. Christus decies plus res cōuertit ad dñm, & saluberrimē mortificauit atq; corripuit, q. sacerdotes, scribę & pharisęi. Hinc p̄tiffices, seniores, scribę & pharisęi inextinguibile odiū cōceperunt in Christū. Et quantum filius Dei in sapiētia, eloquentia, sanctitate, fama, miraculis gloriosior & eis excellentior fuit, tanto inuidiosius p̄sequuti sunt eum, cupientes eū transfodere, quorū rabiem Christus interdū patientissimē declinauit, seq; abscondit, quousq; hora suę passionis desuper p̄stita, fuit impleta. Iterū, sicut furentē Saule, David psallebat vt illius mitigaret insaniā: sic furentibus cōtra se p̄fatis Iudęis, saluator mūdi sapientissimę pdicationis cecinit melodiā, diuinorūq; operū magnificentia demonstrauit, vt vel sic cōuertent ad fidē veritatē. Ipsi verō, tanq; phrenetici insaniētes in medicū, ipsum transigere sunt conati. Pręterea sicut David in omnibus p̄sperę peragente, &

Lucę 4. Matth. 7. Marc. 1. Matth. 19. Ioan. 17. Iohan. 8. Lucę 7. Lucę 4. Ioan. 6. 10.

Joan. 12.
Joan. 11.

Joan. 18.

1. Corint. 14

Ecc. 6.

Ibidem

omnibus cōplacete, Saul timuit eū, dicens: Quid ei superest nisi regnū? Sic Christo quotidie crescente in fama & offensioe sapientie ac virtutū, timuerunt principes Iudeorū, dicētes: Videtis quā nihil p̄ficimus. Ecce totus mundus abijt post eum. Itēq; Quid facimus, quā hīc homo multa signa facit? si dimittimus eum sic, oēs credēt in eum. Quē admodū etiā Saul, quantū in se fuit, tradidit Dauid in manus Philistinorū: sic p̄fati Iudæi Christū tradiderunt manibus paganorū, Pilato & satellitibus eius Romanis. Moraliter in isto capitulo docemur, charitatē, prudentiam, obedientiam, patientiam, fortitudinē, fidelitatē, humilitatē & fructuositatē electi Dauid, in quibus omnibus ipsum imitari debemus, quod ad p̄sidentes potissimē pertinet, vt inter eos, eorumq; subditos sit seruens, inuolabilisq; dilectio, & ipsi corā subditis suis prudenter & exemplariter intrent & exeāt, sintq; in cunctis virtutibus fructuosi. Pręterea, sicut Dauid promptissimē obediuit Sauli, & nihilominus tot ab illo tolerauit aduersa, nec tñ mala, sed bona repēdit pro malis, & impio illi cessit humiliter ita & nos superioribus nostris fidelitē obtēperemus, quā si aliqñ graue aliqd intrulerit nobis corripiendo aut disciplinando, etiā absq; nostris demeritis, totum hoc æquanimitē patiamur, & illis humiliter deferamus, atq; in vniuersis prudētē agamus nos, omnia ordinatē ac decetē agentes, & per discretionē dirigamus omne obsequium nostrum, & talitē cōfersemur, vt omnis Israel, i. omnes proximi & domestici nostri nos diligat. Postremō, sicut Dauid & Ionathas fœdus amicitie inierunt, sic volenti in Christo p̄ficere, expedit, fidelē, sincertū, virtuosum & familiarē amicū habere, quatenus se inuicē charitatē corrīpiāt, exhortentur, iuuent & dirigāt semp. Nempe, vt Ecclesiasticus asserit: Amicus fidelis, p̄tectio fortis. Qui inuenit illū, inuenit thesaurū. Amico fideli nulla est cōparatio, & non est digna pōderatio auri & argētī, cōtra bonitatē fidei illius. Amicus fidelis, medicamētum vitæ & immortalitatis: & quā metuit dñm, inueniunt illū. Ad hāc amicitia in bono honesto fundatā, exigit, vt vnus in alio nequaquā dissimulet malū culpæ, nec aliqd cōtrarium virtuti optet ab alio, nec p̄pter aliū agat quicquid iniquū. Ideo in Ecclesiastico dicit: Noli fieri pro amico, inimicus proximo. Si ergo videris amicū tuū cum alio quocūq; cōtendere, nō eū adiuues cōtendendo, imō ad cōtentionē auerte eundē. Innotescit demū ex p̄ductis, quē frequētē hī q̄ specialibus & eminentioribus gratiis donis ornant, plures habeāt æmulos & p̄secutores, in quo patientes existerē debēt, nec extollī, nec alios asp̄ernari.

¶ Elucidatio cap. 19. Loquutus est autem Saul ad Ionathan filium suum. Arti. XXXVI. Vita interiora quibus nō statim resistitur, crescunt paulatim, & tandē sic inualescunt & fructuant, vt amplius intrūs latere nō queāt, sed per verba & facta iniqua erumpāt forinsecūs. Sic cōtigit Sauli, q̄ cum sanctum Dauid p̄ occulta machinamenta nō potuisset occidere, cepit eum p̄sequi manifestē, nec odium suum in Dauid, ab intimo Dauid amico quīuit abscondere. Sic peccata faciunt miserum hominē insanire, vt iā nec verum nec homines erubescat aut vereatur. Hoc totum in isto mōstratur capitulo. [Loquutus est autē Saul ad Ionathan filium suū & ad oēs seruos suos] speciales domesticos, [vt occiderēt Dauid.] Putauit Saul q̄ Ionathas magis eligeret Dauid, quāuis amicissimum virum atq; fororiorum, trucidare, q̄ se patrē suum offendere. Non em̄ cōsiderauit bonitatē & æquitatē filij sui. [Porro Ionathas filius Saul, diligebat Dauid valdē. Et indicauit Ionathas Dauid, dicens: Quærīt pater meus occidere te] p̄ me & suos ministros. [Quia p̄pter obserua te, quæso, manē, Ji diligenter custodite, & manebis clam.] Ji. occultē, & abscondēris Ji. abscondēs te, ita vt nemo p̄ter me sciat quo lateas. [Ego autē egredies] cum patre meo de vrbē in agrum, [stabo iuxta patrē meum in agro, Ji in quo Saul egredi cōsuevit grā sp̄atiandi, vel ad cōsiliandū, [vbi cunq; fuerit:] i. in quocunq; loco inuenero patrē meum melius dispositum ad acquiescēdum persuasiōibus meis, videlicet tēpore opportuno cūm fuerit trāquillus & letus. [Et ego loquar de te ad patrē meum, & quocunq; videro] patrē meum velle circa te, [nunciabo tibi] in loco tuę absconditiōis, ad quē veniā ad te. [Loquutus est ergo Ionathas de Dauid bona ad Saul patrē suum, dixitq; ad eum: Ne pecces rex in seruū tuum Dauid, quā nō peccauit tibi, & opera eius bona sunt tibi valdē, & posuit animā suā in manu sua, & percussit Philistēū,] hoc est, grādi periculo exposuit vitā suā, inuendo duellum cōtra Goliā. Et quantum Dauid ex reuelatione p̄sciuit se triumphaturum, tñ quantū ad exteriorē apparentiā, iudiciumq; humanū, fuit res plena periculo, & fecit dñs salutem magnam vniuerso Israeli. Vidisti, & lætatus es. Quare ergo peccas in sanguine innoxio, interficiens Dauid qui est absq; culpa? Quod cūm audisset Saul, placatus voce Ji. rationabili & pia persuasione, [Ionathas iurauit: Viuit dñs, quia non occidetur] Iex meo p̄cepto. [Vocauit itaq; Ionathas Dauid, & indicauit ei omnia verba hæc. Et introduxit Ionathas] ipsum Dauid ad Saul, & fuit ante eum sicut erat heri & nudius tertius. [Nudius tertius, cōponitur ex nunc & dies ac tertius: quāsi, nunc est tertius dies. Sed hīc indeterminatē accipitur pro tempore p̄terito. [Morum est autē rursus bellū] inter Philistæos & Israelitas, & egressus Dauid, pugnauit aduersum Philistim, percussitq; eos.] Dauid [plaga magna, & fugerunt à facie eius.] ceteri q̄ nō erant percussi. [Et factus est spiritus dñi malus in Saul. Sedebat autē in domo, &

tene-

tenebat lanceā. Porro Dauid p̄sallebat manu sua. Nisusq; est Saul configere Dauid lancea in pariete: Iga ex victoria quam vir sanctus obtinuit, motus fuit cōtra eum rancore, cūm tñ pugnasset pro eo. [Et declinauit Dauid à facie Saul. Lancea autē castro vulnere perlata est in parietē.] Ji. Saul non tangens Dauid, impegit lanceā suam in parietem absq; vulneratione ipsius Dauid. [Et Dauid fugit] in domum suam, [et saluatus est nocte illa.] Ji. per fugam euasit mortem in nocte, in qua Michol per fenestram eum deposuit, sicut in textu, q̄ plan⁹ est, recitatur. [Misit ergo Saul satellites suos nocte in domū Dauid, vt custodirēt eum, & interficerēt manē. Quod cūm annunciasset Dauid Michol vxor eius, dicens: Nisi salua ueris te nocte hac, eras morieris, deposuit eum per fenestram. Porro illē abijt & fugit, saluatus est. Tulit autē Ji. accepit [Michol statum] in lignum aut faxeum simulacrum hoīs, [et posuit eam super lectū,] videlicet inter linteamina, [et pellem pilosam caprarum posuit ad caput eius. Ji. supra caput statue ad representandū capillos Dauid, sicut statua representauit caput ipsius: sic & Rebecca pelliculas hordorum circumposuit manibus Iacob, & operuit eam vestimentis.] Strauit etē lectū quasi infirmantis, & (vt in hist. ait Magister) opertoris sup̄posuit iecur capræ adhuc calidū & spirans seu fumans, ad exprimendū similitudinem anhelantis. [Misit autē Saul apparitores] Ji. ministros, quorū officium fuit trucidare maleficos, [q̄ raperent Ji. cōp̄rēnderent] Dauid.] Primō q̄pp̄e misit satellites ad obsidendum Dauid in propria domo, quatenus manē egredientē occiderent. Cumq; non egredereur, misit liētores q̄ caperent eum in domo sua. [Et rñsum est, q̄ egrotaret. Rursumq; misit Saul nuncios vt viderent Dauid, dicens: Afferte eum ad me in lecto, vt occidatur.] O quanta iniquitas & quāta crudelitas, sic afflicto & innocenti addere afflictionem. [Cumq; venissent nuncios, inuentū est simulacrum super lectū, & pelles caprarum ad caput eius. Dixitq; Saul ad Michol: Quare sic illusi mihi, & dimissi in inimicū meum vt fugeret? Et rñdit Michol ad Saul: Quia ipse Dauid loquutus est mihi, dicens: Dimitte me, Ji. per fenestram depone me, [salioqn interficiam te.] hoc dicit ad satisfaciendū patri suo, fuitq; officiosus mendaciū, qm̄ ipsamet Michol virum suum intimē amans, persuasit ei vt fugeret. [Dauid autē fugiens, saluatus est, & venit] Dauid [ad Samuel in Ramatha] vrbem, [et nunciauit ei oīa q̄ fecerat sibi Saul. Et abierunt ipse & Samuel, & morati sunt in Naioth Ji. in colle sic dicto, q̄ fuit in Ramatha,] in quo colle erāt mansiones p̄phetarum. [Nunciatumq; est Sauli à dicētib;: Ecce Dauid] Iest in Naioth in Ramatha. Misit ergo Saul liētores, Ji. carnifices, [vt raperent Dauid. Qui cūm vidissent cuneum p̄phetarum vaticinantū, Ji. Deum laudantiū seu prophetica cantica psallentiū, & forsā qdam eorum sp̄m̄ p̄phetiæ habebant,] & Samuel stantē super eos, Ji. p̄sidentē eis ac dirigentē, [factus est etiā in illis spūs dñi.] Spūs dñi, est spūs sc̄tus, q̄ non est creatus nec factus, sed à patre & filio immanenter æternalitēq; p̄cedens, cōternus, cōæqualis & cōsubstantialis vtriq; Sed dicitur factus in hoīe, qm̄ aliqd gratiosē operatur in eo. Fact⁹ est ergo in istis spūs Dei, i. spūs Dei per spiritalem quā dā deuotionē cepit esse in eis absq; sua, sed non sine illorum mutatione. [Et p̄phetare cœperunt etiam ipsi. Ji. deum laudare, & verba p̄phetarum depromere cœperunt.] Quod cūm nunciatū esset Sauli, misit & alios nuncios, prophetauerūt autē & ipsi. Et rursus misit Saul tertios nuncios, q̄ & ipsi p̄phetauerunt. Et iratus iracundia [vitiosus] Saul, [tranq; obstinatus in prauitate, q̄ de gratiosis effectibus spūs illi dñi, cōcessis suis ministris, non iam gratias egit, sed indignabatur,] abijt etiam ipse in p̄pria persona, vt malē tractaret Dauid in Ramatha, & venit vsq; ad cisternā magnam, q̄ est in Soccho, & interrogauit & dixit: In quo loco sunt Samuel & Dauid? [Dicitq; est ei: Ecce in Naioth in Ramatha sunt, & abijt in Naioth in Ramatha. Et factus est etiā super eum spūs dñi, & ambulabat ingreditē, & p̄phatabat vsq; dum veniret in Naioth.] Et velut amēs effectus, [expoliavit se etiā ipse vestimētis suis,] Regalia & exteriora indumēta exuendo, & forsitan induēdo superius aliquā lineam vestē religiosam, sicut tūc in diti erāt illi p̄pheta, cum quibus cecinit Deo. Et quā hīc dicit, expoliavit se etiā ipse, videt q̄ & p̄fati nūcij se conformiter exuerūt. [Et p̄phetauit cū cæteris corā Samuele, & cecinit laudes Deo] tota die illa & nocte nudus, Ji. parū vestitus, seu solitis exteriorib; vestib; carēs, sicut in Euēg. legit Petrus fuisse nudus piscādo. Et adolefcēs q̄ Ch̄m cōp̄rēhēsū sequebat, amict⁹ erat sine done sup̄ nudo. Sic & Michol dixit ad Dauid, cū ante arcē saltasset, exutus regias vestes & ephod indutus: Quā gloriofus fuit rex Israel hodie nudatus, quāsi si nuderet vnus de scuris. [Vñ & exiuit p̄uerbiū: Num & Saul inter p̄phetas?] quāsi admirando dicant, Mirum est hominem talē sic affimilari p̄phetis. Istud quoq; sup̄a expositiū fuit. Potest tñ hīc accipi quasi irrisoriē dictum, tanq; dicant, ista deuotio non diu durabit. ¶ Circa hæc q̄ritur, qualiter factus sit in istis spūs Dei, an f. habuerunt veram deuotionē quæ charitatē & virtutē latræ p̄supponit & exigit, quæ ex illis p̄cedit: An potius habuerūt quā dā deuotionē volatilem & informem, & sensibilem quē dā feruorem, quē admodū multi in mortalib; vitijs existētes, cōpungūt & plorant ad horam ex sermocinatione aut melodia ecclesiæ seu deuotorū in spectione, aut ex visis miraculis, qui tamen veram non habent contritionem, nec plenum emendationis p̄positum, &

Gen. 27.
Pet. Cō. hift.
li. 1, re. ca. 18.

Joan. 18
Marc. 14
1. Reg. 6
1. Reg. 10.

& talis deuotio, est donum gratiæ gratis datæ, qualem & Iudæi sæpè habent, ac Saraceni in ritu suis. Qualis etiam forsitan fuit eorum compunctio, qui missi ad cõprehendendũ Christum, reuersi ad scribas & phariseos, dixerunt: Nunquã sic loquutus est homo, sicut hic loquitur. Et istud secundũ videtur probabiliter posse teneri. Vnde & Rabanus ait hic: Nõ est mirum, hoïem reprobum transitorioẽ pphetare. Et vt addit Isidorus, de talibus dicturus est dñs: Amen dico vobis, Nescio vos. Nihilominus magna misericordia dei, fuit huius qualiscunq; exortationis collatio. Iuxta allegoriam, quẽadmodũ Hieremias, ita & Dauid suis assiduis atq; durissimis persequutionibus sibi à Saul illatis, Christum & eius persequutiones sibi à Iudæis inflictas, præsertim à principib; sacerdotum, præfigurauit. Et sicut Dauid abscondit se de consilio Ionathæ, sibi dicentis: Querit pater meus occidere te: sic Christus abscondens se, exiuit de templo, cui & nonnulli dixerunt: Vade hinc, quia Herodes querit occidere te. Porro obsessio Dauid in domo sua à satellitibus Saul, quid aliudq; Christi in sepulchro collocati custoditiõem præsignasse videtur? Et sicut Dauid diuiso, positum est in eius læculo simulacrum: sic Christo egresso de monumento, collocata sunt in eius monumento linteamina atque sudarium. At verò per nuncios missos ad Dauid capiendũ, qui mutato proposito prophetauerunt: significantur scribæ & pharisei, qui ex investigatione pontificum directi fuerunt ad Christum affligendum, qui tamen zelum quandam Dei ac legis habuerunt, sed non secundum scientiam, imò quorum nonnulli postea verè cõuersi fuerunt ad saluatorem, & spiritum sanctum sortiti sunt, quibus ante passionem suam asseruit: Cũ exaltaueritis filium hominis, tunc sciatis quia ego sum.

¶ Expositio cap. 20. Fugit autem Dauid de Naioth. Art. 37.
Nunc recitatur, qualiter Dauid in tot tribulationibus suis habuerit refugium ad fidelissimum suum amicum Ionathan. [Fugit autem Dauid de Naioth, quæ est in Rama. J. Ramatha, vt præcedenti articulo dictum est, & veniensq; Iad locum, in quo secretè reperit Ionathan, loquutus est coram Ionathæ: Quid feci? Itaq; angustiam cordis sui querulosè exposuit Ionathæ, vt dolor interior per verba euaporans, mitigaretur, atque vt consolationem, consilium quæ à Ionathæ fortiretur. Quæ est iniquitas mea, & quod peccatum meum in patre tuum, quia quaerit animam meam? Creditur autem, quod Ionathas ignorauit patrem suum voluisse occidere Dauid postq; iurauit, quod non occideretur, prout præcedenti fertur capitulo, ita quod Ionathas interim fuit absens. Ideo Dauid reuerso insinuauit, qd interim à Saul sustinuit. Quiq; Ionathas dixit ei: Absit à te. Non morieris. J. i. pater meus non occidet te. [Neq; enim faciet pater meus grande quicq; vel paruum, nisi priùs indicauerit mihi. J. hoc fuit verbum bone fidutię. Hunc ergo celauit à me pater meus sermonem tantummodò. Neq; enim erit istud. Et iurauit rursum Dauid. J. i. Ionathas iterum iurauit ipsi Dauid, quod non occideretur, dummodò posset ipsum defendere. Vel Deo inspirante intellexit Dauid non esse occidendũ à Saule, sed successurum ei in regno. Et ille f. Dauid, ait: Scit profectò pater tuus, quod inueni gratiam in oculis suis, & dicet: Ne sciat hoc Ionathas, ne fortè tristetur. Quinimò viuunt dominus, & viuunt anima tua, quia vno tantũ (vt ita dicam) gradu ego morsq; diuidimur. J. i. morti sum proximus, tot circumdatus laqueis mortis, & vix lanceam patris tui euasi, satellitibus quoq; & apparitoribus eius sui vallatus. Loquitur autem de morte quasi de re positua, cùm tamen non sit nisi priuatio vitæ, nisi per mortem intelligatur & præuia pœna mortem inducens. Et ait Ionathas ad Dauid: Quodcunq; dixerit mihi anima tua, faciam tibi. Dixit autè Dauid ad Ionathan: Ecce Calendæ sunt crastino. J. i. cras erit initium mēsis, & ego ex more federe soleo iuxta regē ad vespēndũ. Itaq; gener ipsius, & in tali festiuitate scipue. Dimitte ergo me, vt abscondar in agro vsq; ad vespēra diei tertiæ, vt interim certificeris, qd pater tuus p̄tendat de me. [Si respiciens] i. absentia meã cõsideras, frequenter me pater tuus, rñdebis ei: Rogauit me Dauid, vt iret celeriter in Bethlehem, qd vicinũ solennes ibi sunt vniuersis cõtribulib; suis. Si dixerit benè, pax erit seruo tuo. Si autè fuerit iratus, scito qd cõpleta est malitia eius. J. qd absolute & malitiosè decreuerit me trucidare. Eliciturex his, qd Iudæi festum Neomeniæ seu Calendarum celebrauerunt tribus diebus: quod tñ non habuerunt ex lege, qd non iussit illud nisi vna die feruari, sed ex patrũ suorũ traditione aut cõsuetudine, vt Glossa restat. Quarunt autè nonnulli, an Dauid interim iuit in Bethlehem, & putã nonnulli qd imò. Porro litera videtur insinuare qd non, qm̄ Dauid dixit: Dimitte me, vt abscondar in agro vsq; ad vespēra diei tertiæ. Tñ de intellectu huius verbi infra dicitur. [Fac ergo misericordiã in seruum tuum, quia scedus dñi me famulum tuum inire tecum fecisti. Si autè est iniquitas aliqua in me, tu me interfice, & ad patrẽ tuũ ne introducas me. Et ait Ionathas: Absit hoc à me. Neq; em̄ fieri potest, vt si certè cognouero cõpletam esse patris mei malitiam contra te, non annunciet tibi. Rñditq; Dauid ad Ionathan: Quis renunciat tibi, si qd fortè respõderit tibi pater tuus durè de me? Et ait Ionathas ad Dauid: Veni, & egrediamur foras in agrum. Cumq; existissent ambo in agrum, ait Ionathas ad Dauid: Domine Deus Israel, si inuestigauero sententiam patris mei crastino vel perendie, Iquid sci-

Ioan. 7. Rabanus Isidorus Matt. 25. Luc. 13.

Ioan. 10. Luc. 13. Matt. 27.

Rom. 13.

Ioan. 8.

1. Reg. 19.

Ibid.

1. Reg. 18. 19.

Num. 20.

scilicet iudicet de te, & aliquid boni fuerit super Dauid J. pater meus prosperum quid promiserit mihi de te, & non statim misero ad te, & notũ fecero tibi, hæc faciat Deus Ionathæ & hæc auget. Itaq; hoc execrationis iuramento Ionathas se astrinxit ad istud. [Si autè perseverauerit patris mei malitia aduersum te, reuelabo aurẽ tuam, & dimittã te vt vadas in pace, & sit dñs tecũ.] dãdo tibi victorias, sicut fuit cum patre meo, I multos ei p̄stando triũphos. Tñ quo ad dona gratiæ, non est intelligenda imprecatio ista, cùm, qm̄ ad illa, dñs à Saul recesserit. [Et si vixero, facies mihi misericordiã dñi:] i. opera pietatis Deo placetia, mihi impēdes, & misericorditer ages mecũ sicut dñs fecit tecũ, nec vindicabis in me, aut in posteris meis iniurias, quas tibi irrogat pater meus. Hinc subditur: Si verò mortuus fuero, nõ auferas misericordiã tuam à domo J. posteritate & sobole mea vsq; in sempiternũ J. qd diu vixeris, & idem successoribus tuis cõmittere poteris. Hęc loquutus est Ionathas, qm̄ firmiter credidit regnum esse transferendũ à Saul ad Dauid, putã dixerat Samuel. ¶ Quo circa q̄ritur, an & Dauid hoc credidit. Si sic, quò dixit, Ego & mors vno tñ gradu diuidimur? Si non, ergo fuit incredulus. Rñdetur, qd Dauid opportuno tẽpore id credebat certissimè adimplendum. Qm̄q; verò habuit ad causas naturales, humanas, propriasq; aspectũ, & poterat æstimare, qd p̄missio illa diuina de suo p̄cipatu forsitan posset intelligi sub cõditione, quẽadmodũ tales p̄missiones accipi solent. [Aut si non fecero] quod iam dixi, [qũ eradicauerit dñs inimicos Dauid, vntiquenq; de terra,] per hoc innuitur, qd Ionathas nouerat patrem suum, & ei cõtra Dauid fauente, auferendos de vita hac propter impietates eorũ in Dauid, [auferat Dauid Ionathan de domo sua, J. i. me quoq; occidat, & regret dñs de manu inimicorũ Dauid, J. i. persecutores tuos puniat propter excessus eorũ in te. Hoc Ionathas dixit zelo iustitiæ, atq; de castigatione vitæ p̄sentis, ne æternaliter dãnarent. ¶ Pepigit ergo fœdus Ionathas cum domo Dauid J. cum ipso Dauid & femine eius. [& requisit dñs de manu inimicorũ Dauid,] quasi dicat: Hoc quod Ionathas deprecatus est fieri aduersarijs Dauid, hoc factũ est eis: qd exegit Deus ab eis debitas vltiones. Istud aliq; dicunt hic interpositũ & adiunctũ ab Esdra. [Et addidit Ionathas deierare Dauid, J. i. valdè & plurimũ iurauit ipsi Dauid, qd seruaret ei fidelitatẽ & amicitia inuolãtã, eo qd diligenter illum. Sicut em̄ aiam suam ita diligebat eum.] Hoc scriptura frequenter reseruit pro nostra vtiq; informatione, & pro cõmendatione nobilissimi Ionathæ, qd si ambitio sus fuisset & Deo rebellis, inuidisset ipsi Dauid tanq; ei, per quẽ p̄motio sua ad regale culmẽ poterat maximè impediri, & tñ illo non obstatẽ, dilexit eum tenerrimè. Erubescant ergo, qd desiderio parui honoris, inuidiã cõcipiunt & rancorẽ aduersus confratres & p̄ximos suos. [Dixitq; ad eum Ionathas: Cras Calendæ sunt, & requireris. J. i. pater meus queret vbi sis. ¶ Requirit em̄ sessio tua vsq; perendie. J. i. durante hoc festo, q̄ret pater meus cur non veneris ad cõsedendũ in mensa ipsius. ¶ Descendes ergo festinus Iab vrbe Bethlehẽ, si interim iuit ad eam, vel ab alio loco ad campum istum, & venies ad locũ, in quo celãdus es, in die qua operari licet, J. i. die p̄xima feriali post festũ hoc Calendarũ, qd in tali die hoïes in domib; occupati, nõ sic egrediuntur ad campũ, sicut diebus festiuis: idcirco die feriali ista secretiũ fieri poterant. ¶ & sedebis iuxta lapidẽ cui nomen est Azel. Et ego tres sagittas mittã tuam eum, & iaciã quasi exercẽs me ad signũ. Mittã quoq; & puero, dicẽs ei: Vade, & asser mihi sagittas. Si dixerit puero: Ecce sagittæ intra te sunt, tolle eas: tu veni ad me, qd pax tibi est, & nihil est mali. Viuit dñs. Si autè sic loquutus fuero puero, Ecce sagittæ vltra te sunt: vade in pace, qd dimisit te dñs.] Ideo Ionathas dedit Dauidi signũ hoc, qm̄ ignorauit an posset venire in agrũ ad Dauid, & loq; cum ipso, nemine id sciente. [De verbo autè quod loquuti sumus ego & tu, dñs sit inter me & inter te vsq; in sempiternũ. J. i. Deus sit perpetuus testis hui; pacti quod simul percussimus, quod inter nos & posteros nostros manebit, cuius pacti alter non affuit testis. ¶ Abscõditus est ergo Dauid in agro, & venerũt Calendæ, & sedit rex ad comedendũ panẽ. Cumq; sedit rex super cathedrã suã ad vespēndũ in die Calendarũ, secundum cõsuetudinem q̄ erat iuxta parietẽ, surrexit Ionathas, & sedit Abner ex latere Saul, vacuusq; apparuit locus Dauid. Hoc à qbũsdã ita exponit, qd cõpleto cõiugio inter Dauid & Michol, ipse Dauid tanq; gener regis, sedit in mensa primus post regẽ, Ionathas verò statim post Dauid, & tertio Abner. Absente ergo Dauid, videns Ionathas nullũ esse sedentẽ inter patrẽ suum & se, surrexit de loco suo, & ipse Abner sedit in loco ipsius Ionathæ ex latere Saulis, ita qd inter eos nullus cõsedit. Ionathas verò sedit post Abner, qm̄ moris non est, vt filius regis sedeat proximus patri in mēsa. Sicq; locus Dauid qui erat inter regem & Abner, apparuit vacuus à suo sessore. ¶ Et nõ est loquutus Saul quicquam in die illa. J. i. non interrogauit de causa absentia Dauid. ¶ Cogitabat enim qd fortè euenisset ei, vt non esset mundus nec purificatus. J. i. putabat qd Dauid se absentare à mensa sua, eo qd incurrisset aliquam irregularitatem immunditiãve legale ex interfectione Philiſtinorum seu contactu rei immundæ, vel ex concubitu, propter quam immunditiam non fuisset idoneus esse in mensa regis, in qua ad māducandũ ponebatur pars aliqua sacrificij in festo Neomeniæ immolati, de qua edere non licebat immũdis, quoufq; secundũ legem purificati cõsisterent,

rent, ad quam purificationem mora teporis exigebatur. [Cumq; illuxisset dies secunda post Calendas, i. post primu Neomenie diem, rursum apparuit vacuus locus David. Dixitq; Saul ad Ionathan filium suum: Cur non venit filius Isai, nec heri, nec hodie ad vescendum? in mensa mea? R. Responditq; Ionathas Sauli: Rogauit me obnixè i. instanter, vt iret in Bethlechem, & ait: Dimittite me, quonia sacrificium solenne est in ciuitate mea, vnus de fratribus meis acersiuu me. Nunc ergo si inueni gratiam in oculis tuis, vadam citò, & videbo fratres meos. Ob hanc causam nõ venit ad mensam regis. Iratus aut Saul aduersum Ionathan, Teo q; tam fauorabiliter excusauit David, vel q; dimisit eum illæsum, [dixit ei: Fili mulieris virum vitrò rapientis, hoc est, scminæ libidinosa, nunqd ignoro, q; diligis filium Isai, i. scio q; familiariter ames David, in confusione tuam, & in confusione ignominiosa matris tuæ? hoc est, sic amando eum, quem ego sic odio, ostendis te non esse filium meum legitimum, q; legitimè nati, intensius diligunt patres suos, secundũ Glossam: sic q; ostendis matrem tuam esse adulteram, & te esse filium adulteræ, quod cõsufibile est matri tuæ & tibi. Omibus em diebus qbus filius Isai vixerit super terram, non stabilius tu, i. certũ non erit q; mihi succedes in principatu regali, & ideo minus curaberis. Neq; regnum tuum. Jhoc est, etiam si fueris rex effectus, adhuc incertum erit, an manebis in regno, eo q; filio Isai pmissum putetur regnum. Ita q; iam nunc mitte, & adduc eum ad me, q; filius mortis est. R. Rõdès aut Ionathas Sauli patri suo, ait: Quare morietur? Quid fecit? Et arripuit Saul lanceam, vt percuteret eum. Et intellexit Ionathas, q; diffinitum esset à patre suo, vt interficeretur David. Surrexit ergo Ionathas à mensa in ira furoris, Jhoc est, cum ira ingõti, quæ fuit ira per zelum, & non comedit in die Calendarum secunda panem. i. tota die illa post horam illam qua sic surrexit, nil manducauit ex cõpassione. [Cõtristatus est em super David, Jhoc est, de iniusta persecutione ipsius, Teo quod confudisset eum pater suus. i. ipse Saul irreuerter & cõsufibiliter refuta uit excusationes, quas Ionathas fudit pro David. Cũq; illuxisset manè, venit Ionathas in agrum iuxta placitum David, Jhoc est, iuxta conditũ, & sicut David optauit, & puer paruulus cum eo. Et ait ad puerum: Vade, & affer mihi sagittas quas ego iacio. Cumq; puer cucurrisset, iecit aliam sagittam trans puerũ. Venit itaq; puer ad locum iaculi quod miserat Ionathas. Et clamauit Ionathas post tergum pueri, & ait: Ecce ibi est sagitta: porro vltra te. Clamauitq; iterum Ionathas post tergum pueri, dicens: Festina velociter, ne steteris. Collegit aut puer Ionathæ sagittas, & attulit ad dñm suum, & qd ageretur, penitus ignorabat. Tmmodò em Ionathas & David rem nouerant, Dedit ergo Ionathas arma sua puero, & dixit ei: Vade, & defer in ciuitatem. Cumq; abisset puer, i. seruulus Ionathæ, redeundo velociter in ciuitatem, [surrexit David de loco in quo latuit, equi vergebat ad austrum, & cadens pronus in terram, adorauit tertio Jhoc est, tribus vicib; ante q; venit ad Ionatham. Adorauit aut vel Deum adoratione latritz, vel Ionatham tanq; excellentem personam adoratione dulciæ. [Et osculantes se alterutrum, Jcũ em David iuxta Ionathan se tertio pstrauisset, Ionathas leuauit eum celeriter, & inter amplexus & oscula [stauerunt pariter, JDavid ex sua afflictione, & Ionathas ex amorosa cõpassione, & q; ab inuicem separari cõpellebantur. [David ait amplius. Jquia causa fuit sua, & maioribus ac pluribus tribulationibus fuit circumdatus. [Dixit ergo Ionathas ad David: Vade in pace. Jhoc est, pectoris tranquillitatem habe, & tene in inq; tudinibus istis, in qbus tibi pax temporis denegatur. [Quæcunq; iurauimus ambo in nomine dñi Jhoc est, quæ nobis inuicem pmissimus obseruare cum iuramento, supple, sint rata. [Edicentes: Dñs sit inter te & me, & inter semen tuum & semen meum vsq; in sempiternum. JMoris est eorum qui in vehemēti sunt rassionē, cõpassione, aut etiam intensissima dilectione, sermone abrumperē, defectiueq; loq. Vndè & Christus videns ciuitatem, & eam deplorans: Si cõgnouisses, inquit, & tu. Ita nunc accidit David & Ionathæ. Vndè secundũ Glossam, nimius dolor fecit eos loquendo deficiente. [Et surrexit David, & abiit: sed & Ionathas ingressus est ciuitatem. J Moraliter hęc docemur, quanta sit impiorum peruersitas, & quanta sit patientia electorũ, quæ, quanta & qualia passi sint iusti ab impijs. Ecce Saul ineffabiliter excæcatus, putauit regnũ posse manere in successione sobolis suæ, non obstantē, q; Samuel propheta toties ex parte Dei prædixit sibi oppositum, & voluit illum occidere, quem suspicabatur à Deo electum in regem, quasi suo furore posset oipotentis mutare decretũ. Et in hoc Saul gessit typũ Herodis, q; audiens Chrm natũ, conatũ esse extinguere illũ, cũ tñ crederet p̄dixisse sc̄toꝝ prophetas, q; Chrs regnaret. [De nĩq; sicut David abscondit est in agro, sic Chrs dñs in Aegypto. Docemur hęc quoq; tepore tribulationũ ad amicos fideles, ad viros discretos & virtuosos confugere, & eis nostrũ cor aperire, atq; eorũ cõsolatiõẽ foueri, & cõsilijs vt. Hinc Eccl 6. habetur: Multi pacifici sint tibi, & cõsiliarij sit tibi vnus de mille. Itemq; Eccl 6. Si possides amicũ, in tẽtatione posside illum, & ne facile credas ei teipsum. Est em amicus secundũ tepus suũ, & non permanet in die tribulationis. Docet nos ista historia, ad quanta facinora trahat ambitio maledicta, quæ fecit Saulẽ frangere iuramentum, persequi iustum, velle transfodere innocentem, & proprium velle filium lanceare. Ne ergo

Luc. 19.
1. Reg. 13. 15.
Matt. 2.
Ibid.

huiusmodi grauamina incidamus, matrem vitemus pestiferã, & potius cupiamus humiliari, subesse & obedire, q; sublimari in vita hac & præesse ac iubere. Exemplo etiam Ionathæ fit in nobis amicitia vera, inuicta, inuiolata, quam pro nulla lædamus re teporali. Spiritualiter quoq; festum Calendarum colamus, quod (vt Glossa testatur) Iudæi celebrauerunt epulis, oblationib; & ocio corporali. Nos verò illud celeberrimus sacrificijs laudum Dei & orationum ac eucharistiæ, refectione virtutũ, & misericordijs pauperũ, atq; cessatione à vitijs omissionũ & cõmissionũ, p̄ostremò, sicut Ionathas misit tres sagittas, sic qui alios cupit cõuertere, mittat in eos sagittam cõminationis de breuitate vitæ p̄sentis, de amaritudine mortis, de acerbitate p̄naram purgatorij & inferni, de rigore diuini iudicij tam particularis q; vniuersalis. Sagittam quoq; instructiõis de credendis & agendis ac euitandis, de consilijs & p̄ceptis, de oibus necessarijs ad salutem. Et item sagittam cõsolationis de venia cõsequenda, de magnitudine p̄miorum, de momentanea paruitate & celeritate p̄sentium aduersitatum ad felicitatem futuram. Iterũ mittat sagittam paternæ ac iustæ correptionis, sagittam discretæ correctionis, sagittam moderatæ exercitationis.

¶ Explanatio cap. 21. Venit autem David in Nob. Art. 38.

Modò describitur, qualiter David ad principem sacerdotum deuenit, & ab eo piè tractatus est, & quò propter hoc Saul persecutus est principem illum cum suis. Et dicunt nonnulli, q; Saul audiens ipsum David euasisse, e banniuit eum de tota terra regni sui. Vndè & sacerdotem cum suis occidit, eo q; piè receperit S. David. Et hoc asserit Lyra, cui Rabbi Paulus cõtradicit, affirmans bannitionem istam non haberi ex litera, nec probari ex occisione sacerdotum, qm Saul ḡnalter atq; tyrannicè persequebatur ipsum David & ei fauentes. Sed rñdendũ, q; ex isto cap. & ex sequentibus innotescit, q; Saul non solum banniuit David, quo ad eius personam, sed & totam eius progeniem. Nec ante hæc legitur persecutus eos, qui David receperit aut ei facta uerunt, quib; p̄cedenti habeatur cap. q; voluit percutere lancea Ionathan, satis adactæ pro David loquentē: quia hoc fuit ad modicum ex impetu suæ vesaniæ, & ipsum Ionathan redente p̄ pacificè mox recepit. [Venit aut David in Nob e oppidum sacerdotũ, [ad Achimelech sacerdotẽ, J imò & pontificem. Voluit equidẽ in vrbe illa religiosa, & in tabernaculo dñi ibi tunc existente, Deum deuotè orare, vt se eriperet de tot tribulationibus dignaretur. [Et obstitit J i. vehemēter mirabatur, [Achimelech, eo q; venisset David ad locum illum, quia adhuc nil sciuit de auersionibus Saulis à David, & nõ putauit ipsum David, nisi pro ardua causa illuc venisse, quem admodũ & seniores Bethlehem mirabantur, cũ venisset Samuel propheta ad eos. Mirabatur quoque q; absque solita comitiua aduenit. Vndè subiungitur: [dixit ei: Quare tu solus venisti, & nullus tecum est? J Hoc dixit, vel quia per pauci erant cum David, ita quod velut nulli videbantur respectu solitæ comitiuæ David: vel, quia qui secum venerunt, non erant notabilis reputationis. Aliqui tamen secum venerunt, cũ & Matth. 12. dicat Saluator: Non legistis quid fecerit David qn esuriit & qui cum eo erant? Infrã quoque quærit Achimelech: Si mundi sunt pueri, id est, serui qui tecum venerunt? Istum Achimelech quidam dicunt fuisse fratrem Achiz, de quo supra dictum est. Veruntũ Hieronymus ait, q; fuit ipse Achias filius Achitob, filij Phinees, filij Heli, & ait David ad Achimelech sacerdotem: Rex præcepit mihi sermonem, & dixit: Nemo sciat rem propter quam Jexpediendã [missus es à me, & cuiusmodi tibi p̄cepta dederim. Nam & pueris meis condixi in illum & in illum locum. Jhoc est, cæteris ministris meis commisi & iussi, vt in illo & in illo loco p̄stolerentur, aut sibi commissa adimplerent. [Nunc ergo si quid de necessarijs mihi [habes ad manum, vel qnq; panes da mihi, J. saltem totidem panes. & ex numero panum, aliq; putant, q; David venit se qnto. [aut qcquid inueneris. JQuidã etiam dicunt, q; David ista dicendo, non fuit mētēte formaliter, q; non intendebat decipere. Alij opinatur oppositum, asserentes q; non oportet eum à mendacio excusare officioso, imò videtur David ista finxisse, quatenus sacerdos p̄mptiũ sibi daret q; postulauit. Ex sequenti etiam innotescit capitulo, q; David videns ibi ipsum Doeg, probabiliter sciuit, q; Achimelech sacerdoti immineret periculũ ex sua refectione & refectione, gladij q; porrectiõẽ. [Et rñdens sacerdos ad David, ait illi: Non habeo panes laicos ad manum, Jqbus slicitè vescunt vulgares, [sed tm panem sc̄tm. J i. panes, p̄positionis sacerdotibus dedicatos. Om̄i eqdem sabato ponebant super mēsam, p̄positionis in exteriori tabernaculi parte 12. panes recetēs & calidi, & erãt ibi vsq; ad sabbatũ sequẽs, tũc q; remouebant à mensa, vt à sacerdotibus ederent: qbus sublati, mox alij 12. panes imponebant, vt Leuit. 24. habetur. Præterea erant apud Iudæos triplices panes, videlicet panes, p̄positionis præfati, solis sacerdotibus liciti secundũ legem cõmunem: panes quoq; oblationis, qbus vescèbatur Leuita, & in altari holocaustorum offerrebantur: & panes communes seu laici, omnibus liciti. [Si mundi sunt pueri Jhoc est, ministri tui, [maximè à mulieribus, manducet J. edant ex eis, & tu ipse, quasi dicat, propter necessitatis articulum poteris eis vesci, quod aliàs non liceret. Tñ si ex coitu sunt im-mũdi, eis nõ dabo etiã in necessitate, nisi forsã in necessitate extrema, in qua oia sunt cõmunia;

R. Paulus.
1. Reg. 20.
1. Reg. 16.
1. Reg. 13.
Hieronymus.
1. Reg. 24.
Leuit. 24.

quæ legem non habet. Et rñdit Dauid sacerdoti, & dixit ei: Et qdem si de mulieribus agitur, i. qstio agitur, cōtinuimus nos; cōcubitus ab heri & nudius tertius qñ egrediebamur. Iam tñ immunditia illa ex legitimo toro cōtracta, nō daret nisi vsq; ad vesperā. Nec erat semper pñm, sed in habilitas qdam ad ingrediendū locum cultus diuini, seu ad manducandū de immolatis, vt Leuit. 24. super Leuiticū diffuse expressum est. [& fuerunt vasa puerorū sancta.] i. corpora eorum in macula lata a coitu, vel corda eorum à trāsgressione impediēte in necessitate esum panum istorū. [Porro via hęc polluta est.] i. in via qua venimus huc, aliqd culpæ incurrimus. [sed & ipsa sanctificabitur in vasis.] i. per cōtritionē & cōtinentiā puerorū, tollitur huiusmodi culpa. Vel, via hęc polluta est, i. progressus iste veniēdi ad esum panum sctōrum, est illicitus secundū legem cōmune, sed sctificabit in vasis, qā per necessitatē puerorū fit licit' in speciali. Videtur quoq; sic posse exponi: Via hęc polluta est, qā iam dixi aliqua non vera, & ex his qñ nunc agunt inter nos, imminet tibi periculū d' sacerdos: sanctificabit tñ in vasis, qā ex quardam necessitate, nō ex malitia, ad ista inductus sum. [Porro, vt Magister in hist. scribit, Hebræi sic habēt, Sunt vasa puerorum sancta: quod intelligūt de vasis ad comedendū. Q. d. in vasis mundis licet tibi ponere panes mīdos, sed via hęc laica est, i. interrogatio tua laicalis est seu imperita. Q. d. Cur qris de immūditia, cūm etiam si mundi essent pueri, vesci nō deberēt huiusmodi pane de lege cōmuni? sed & ipsa sanctificabitur hodiē in vasis, i. cōscientijs nostris. Scimus em̄ q' necessitas nos excusat, & quasi sanctificat. Erant em̄ (vt dicunt Hebræi) ieiunio valdē exhausti.] Dedit ergo ei sanctificatū panem.] hęc ponitur singulare pro plurali, qā tam Dauid q' socijs eius dedit panes sanctificatos. [Neq; em̄ erat ibi panis, nisi tñ panes, p'positionis, q' sublati fuerant à facie dñi,] i. à mēsa, p'positionis, q' erat in exteriori parte tabernaculi, in quo Deus dicebatur specialiter habitare & esse tanq' in tēplo, vbi & apparebat, & dedit respōsa, ac gratiose opabā. [vt ponerent panes calidi.] Ex hoc qdā cōcludūt, q' istud cōtingebat in sabbato, qā teo fiebat hęc alternatio seu pmutatio panū, vt dictū est. [Circa hęc in Scholast. hist. dicit: Hebræi tradunt Dauid non comedisse panem p'positiōis, nec apertē hęc legitur q' comederit. Hęc ibi. Quo circa dico, q' indubitanter indē comedit, nec Hebræis illis credendū est, cūm veritas summa apud Mat. 12. protestet: Et comedit ipse, & q' cum eo erant.] Erat autē vir qdam ibi de seruis Saul in die illa intrūs in tabernaculo dñi.] Tabernaculum dñi hoc loco, sicut & alibi sēpē, accipitur pro atrio tabernaculi, in quo atrio erat altare holocaustorum, & illud ingredi poterant laici ad offerendū atq; orandū. Non autē tabernaculū ipsum, in quod solis sacerdotibus patebat ingressus. [& nomen eius Doeg Idumæus.] Qui fuit (vt fertur) puer seu famulus, pergēs cum Saul qñ à Samuele inunctus fuit, vt dictum est suprā. [potentissimus pastorum Saul.] Circa hoc scribit Lyra: Pastorum, hoc est, iudicum, vt dicunt Hebræi. Inducēs nanq; in veteri test. frequēter noiantur pastores, qā per eos rex reddebat iudicia. Non est em̄ verisimile q' esset aialium custos, qm̄ erat primus inter seruos Saul. Hęc Lyra. [Circa q' videtur dicēdum: Credibile esse, q' qdam Hebræi ita exponāt, nihilominus est tenēdum, q' fuit potētissimus pastorum aialium Saulis, non q' personaliter custodierit & pauerit pecora regis, nisi forsitan ante suam p'motionē à rege, sed erat capitaneus eorum q' pauerāt greges, cui rationē reddebant, & q' respectum habebat ad ipsos. Et hoc Iosephus sentire videtur. Nempe quod in aliqbus libris subiungit, [Hic p'facebat mulas Saul,] nō est in textu, sed ex Iosepho additum. Istud autē de Doeg hęc interponitur, qā sequenti cap. recitatur, qualiter Doeg iste retulit Sauli q' hęc gesta narratur. [Queritur, qd ibi agebat, & cur ibi intrūs erat hic Doeg alienigena, cōuersus tñ ad iudaismum.] Rñdetur, q' ex voto astrictus fuit, esse ibidē per aliquot dies causa orationis aut oblationis. [Dixit autē Dauid ad Achimelech: Si habes hęc ad manum hastā aut gladium,] supple, da mihi. Quod tñ in aliqbus libris habetur quasi de textu. [qā gladium meum & arma mea non tuli mecum. Sermo em̄ regis vrgebat.] Quod ait, Sermo regis vrgebat, verum est secundū quod Dauid hoc intellexit, qā Saul pcepit obsideri, capi, & occidi Dauid. Propter quod Dauid per fenestrā celerrimē dimissus, non potuit secum tollere arma sua. Veruntñ Achimelech intellexit istud de pcepto regis, quo putauit eum pcepisse ipsi Dauid, vt tam velociter iret pro negocio expediendo sibi inuncto, q' non habuit tempus secum sumendi propria arma. Apparet quoq; q' Dauid temperauit sic verba sua, quatenus pōtiffex sibi libentius daret, quod postulauit. [Et dixit sacerdos: Ecce hęc gladius Goliath Philistæi, quem percussisti in valle Terebynthi,] vt dictum est suprā, [est inuolutus pallio post ephod.] Ephod qñq; accipitur pro linea veste, qñq; pro veste sacerdotali. Gladius igitur ille inuolutus fuit pallio post ephod, vel ita q' primū fuit inuolutus lineo pāno, & super hunc pallio: vel inuolutus pallio, postus fuit post ephod sacerdotale, vt in loco tali tutius cōseruaretur. Circa hęc scribit qdam: Dicunt hęc aliq, q' ppter victoriam Dauid cōcessam, gladius Goliæ fuit dño cōsecratus: quod cōsecratus reprobatur, addens: Sed hoc nō videtur verum, qm̄ talis consecratio est ad semper. Propter quod res dño consecrata, non poterat redire ad vsus cōmunes, vt dictum fuit Leuit. 27. Et sic Dauid nō potuisset deceterē licitē vtī gladio illo. Hęc ille.

Pet. Co. hist. li. r. c. ca. 19.

Leuit. 24.

Pet. Co. hist. li. r. c. ca. 19.

Num. 7.

1. Reg. 9.

Iose. lib. 6. an. iu. ca. 13. 1. Reg. 12.

1. Reg. 19.

1. Reg. 17.

ille. Circa quæ dico, suprà satis esse expositum, qualiter gladius ille fuit collocatus in tabernaculo. Sed siue fuerit cōsecratus dño, siue non, reprobatio p'acta nō cōsetur idonea. Quædā em̄ cōsecrabant dño ad certum tēpus, & tēpore illo expleto, poterant ad cōmunes ac pristinos vsus reuerti. Quædā cōsecrabant dño perpetuē, idcirco oīs cōsecratio non fuit ad semper. Iterum, eorum q' dño vouebant, qdam sic vouebant, q' anathematizabant, i. separabant ab alijs, ita vt nemo eis amplius vteretur, & illa non poterant vendi à sacerdotibus nec alienari. Qñq; aut nō sic obligabant nec separabant votiuā, & tunc ad alios poterant redigi vsus, vt super Leuiticum & alibi diffuse expositum est. Insuper, dato q' gladi' ille fuisset perpetuē cōsecratus, tñ dici posset, q' fuit Dauid licitē vescēbatur pane sancto, non obstante legis p'cepto, necessitate eum exculante, ita & gladium illum ex necessitate resumpserit. Nam & taliter excusatur, q' sabbato illo p'fabro multo plūs ambulauit, q' lex in gnali cōcessit, secundū quam non nisi mille passus licuit in sabbato ambulare. [Si istum vis tollere, tolle. Neq; em̄ hic est alius absq; eo.] Et ait Dauid: Non est huic gladi' alter similis, i. tam bonus, saltem in hoc oppido seu populo isto, & accepit secum gladium illum. Iosephus verò dicit lanceam. [Da mihi eum. Surrexit itaq; Dauid, & fugit in die illa à facie Saul.] Non q' die illo fuerit coram Saul, sed fugit à facie eius, elongando se magis ab ipsius p'asentia. [& venit ad Achis regem Geth] i. regem Philistinorum, cuius vna vrbs p'cipua fuit Geth. Porro oēs reges Philistinorum vocabant à tēpus Abimelech, quæadmodū reges Agyptiorum Ptolemæi aut Pharaones, vt refert Hieronymus. [Dixeruntq; serui Achis cūm vidissent Dauid: Nunq' dñi non iste est Dauid rex terræ?] quasi dicāt, citō erit rex Israel. Vndē aliq' trahunt iam fuisse vulgatum, q' Samuel vnixerat eum in regem. [Nōne huic cantabant per choros, dicentes: Percussit Saul mille, & Dauid 10. millia?] Hęc dixerunt regi suo Achis, quatenus cōprehenderet & occideret Dauid: qā nisi hoc faceret, citō haberet eum hostē. [Pofuit autē Dauid sermones istos in corde suo,] i. verba hęc impressit memoriæ, & sensum eorū valdē pensauit. [& extimuit valdē à facie Achis regis Geth,] timens occidi, eo q' tot millia Philistinorum percusserat: p'fertim quia & Saul iam miserat ad Achis, vt redderet sibi seruum suum fugitiuum, vt Magister in hist. addit. Ex quo innuitur, q' ad tēpus latuerat in Geth aut propē. [Et immutauit os suum coram Achis,] affluens apparatum hoīs fatui, atq; aliena & impertinentia loquens, vt amens. [& collabebatur inter manus eorum.] Puta seruorum Achis, à qbus trahebatur ad regem. Nam quasi insanus ambulauit super manus & pedes, & labebatur hinc inde vt epilēticus. [& impingebat in ostia portæ.] cum capite suo portam percūtiēdo quasi volens transire per ianuas clausas. [defluebantque saluæ eius in barbam.] Iū cōq; instar obfessi spumabat. Alia trāslatio habet, tympanizabat ad ostia, & ferebatur in manibus suis, & vt fertur, in Hebræo habetur, pingebat super ostia, formando ibi quasdā figuras, prout stulti facerē solēt, per q' oia fecit regem Geth credere, q' esset impos mētis, quod & crediti. [Et ait Achis ad seruos suos: Vidistis insanum hoimē? quare adduxistis eum ad me? An defunt nobis furiosi, q' introduxistis istum vt fureret me p'sente?] Dimittite illum hinc, ne ingrediatur domū meam. [Ex isto cap. docemur in primis, q' necessitas sit mater dispensationis.] Deinde, q' panis vitæ q' descendit de cælis, dñs Christus, in sacramēto altaris nequaquā sumēdus sit ab immundis, p'fertim à luxuriosis. Vndē super illud 2. Pet. 1. Nouit dñs pios de tētatione eripere, iniquos verò in die iudicij reseruare crucianēdos, magis autē eos q' post carnem in cōcupiscentijs immunditæ ambulant, ait Beda: Fornicatores maiora patient supplicia, q' gnales iniq. Vasa ergo puerorum Dei, ministrorū ecclēsiæ, & oim cōmunicare optātū, sancta sint, vt ab oim inquinamento carnis & spūs sint purgati, sobrij & deuoti. [Postremò, sicut Dauid suo apparatu & gestibus assimilauit se fatuo, sic Christus propter nos factus est opprobrium hoim & abiectio plebis.] Et qā immutauit os suum coram scribis & phariseis, sola futura, celestia, spiritalia ac æterna fermocinās & p'mittens, terrenaq; oia cōtemnenda affirmās, ideo visus est illis esse in sapiēs, in tñ q' dixerūt, Demoniū habet. Et, Insanit. Et, Nunq' interficiet semetipsum? Imò ppter incomprahensibile & inauditā altitudinē suæ doctrinæ, etiā sui exierūt tenere eum, dicētes, qā in furorem versus est, vt legitur Marc. 3. Hinc in lib. Sapientie impij dicunt de eo: Grauis est nobis etiam ad videndū, qm̄ immutatæ sunt viæ eius. Rursus sicut Dauid ferebat in manib' suis, sic & multo in cōp'prehensibili' Ch̄s in cœna ferebat in manib' suis, qñ seipsum in sacramēto porrexit a postolis.

Capitulum p'fens enarrat, qualiter occasione Dauid, interfecti sunt sacerdotes, & vrbs eorum cum oibus suis vastata. [Abijt ergo indē Dauid] à rege Achis, [& fugit in speluncam Odollā] Odollā fuit vrbs terræ p'missionis, iuxta quam erat spelunca grandis, imò multæ cauerne & rupes. Et erat ibi munissimus locus. De hac vrbe habetur Mich. 1. Vsq; ad Odollā veniet gloria Israel. [Quod cūm audissent fratres eius, & oīs dom' patris eius,] i. cognati sui propinqui, [descēderūt ad eum illuc.] Ex quo videtur, q' Saul ebanniuit eos ppter Dauid, vel p'fē q' cepit. [Et cōuenerunt ad eum oēs qui erant in angustia constituti,] i. dirē afflicti & iniuste suppeditari,

Leuit. 27.

Leuit. 24.

Num. 25. Leuit. 15. Iose. lib. 6. an. iu. ca. 13.

Hieronymo.

1. Reg. 8.

Pet. Co. hist. li. r. c. ca. 17.

Ioan. 6.

Beda

2. Cor. 7. 1. Gal. 21.

Ioan. 8. 10. 8. Sap. 2. 26. Marc. 14. Luc. 22. Ioan. 13.

Art. 39.

[& oppressi ære alieno,] i. debitis p̄grauati, quæ soluere nõ valebant, [& amaro animo,] p̄pter casus aduersos, [& factus est eorũ princeps:] hos dauid suscepit, nõ ad faciendũ aliqua mala eorũ auxilio, sed quia cõdoluuit eis, & eos uoluit cõsolari. Propter quod & cõfugerunt ad eũ, scientes eũ iniustẽ expulsum, & cõfidentes suo tẽpore plenius releuari per ipsum, q̄ sperabãt eũ in breui p̄mouendũ ad regnũ. Suscepit etiã eos, vt eorũ subsidio tueret se ipsum, & aduersarios Israelitarũ infideles p̄sequeret. [Fueruntq; cũ eo quasi quadringenti viri.] Circa hæc scribit qdã: Quia Dauid iam erat rex inunctus, poterat in tali casu solutionẽ debitorũ prolongare, & in pluribus forfacta relaxare. Sed cõtra hoc obijci potest, quia nõ erat inunctus in regẽ, ita vt ante Saulis morte regnaret, aut autoritate fungeret, seu iurisdictione regali, vt dictũ est suprã, & cõmuniter dicunt hoc ibi expositores, imò cõtra legẽ fuit, exigere ab aliquo natione Iudæo solutionẽ debitorum in magnũ illius grauamẽ, seu vltra ipsius vires. [Et p̄fectus est Dauid in dẽ in Maspha, quẽ est Moab] hoc est, ad urbẽ sic dictã sitã in regione Moabitarũ, quod dicitur ad differentia vrbis sic appellatę, in regno Israel situatę. [Et dixit ad regẽ Moab: Maneat (oro) pater meus & mater mea vobiscũ] id est, in vrbe tua, [donec sciam qd faciat mihi Deus] hoc est, donec videã exitũ huius persecutionis meã: & Saul, & quousq; Deus me liberet. Ex isto elicitur, quod nec parentibus Dauid, quanuis valdẽ antiquis, licuit in terra & vrbe sua manere. Vndẽ apparet q̄ tota p̄genies Dauid, fuit bannita à Saul. [Et reliquit eos ante faciem regis Moab,] qui acquieuit precibus Dauid cui cõdoluuit, quia & ipsum Saul odiuit, à quo iam fuerat impugnatus, vt suprã narrat. [Maneruntq; apud eũ cunctis diebus, qbus Dauid fuit in p̄sidio:] hoc est, in expeditione in qua munitiones ad manendũ quæsuit. Vel in p̄sidio, id est, p̄fatio fortalicio, in quo (vt fertur) rex Moab collocauit ipsum Dauid, & viros eius prope terrã promissionis. Quis autem fuerit iste rex Moab, apud quẽ manserunt parentes Dauid, & alię personę debiles seu antiquę, quæ eum sequi nequiebãt, inquiretur infrã lib. 2. [Dixitq; Gad p̄pheta ad Dauid: Noli manere in p̄sidio] iam p̄fatio, [p̄ficere] ex hac terra, [& vade in terrã Iudã] Per terram Iudã, potest intelligi specialiter terra possessionis tribus Iudæ, in qua Dauid poterat tutius demorari, tanq̄ natus ex tribu Iudã. Vel per terrã Iudã, designatur tota terra Israeliticã plebis, intelligendo totũ per partẽ principalem. Hęc Propheta ex parte Dei p̄cepit Dauid: Primò, vt in terra sua tribulationibus exerceretur, ad cõmũdũ omnium fidelium informationẽ, & maximẽ, qm̄ ipse fuit figura euidentis Christi. Ideo quæ circa eum fiebant, & gesta ipsius mystica erant, & p̄figuratiua mysteriorũ Christi. Secundò, ne aliqui existentes cum Dauid, ad idololatriam declinarent in terra polluta. [Et profectus est Dauid, & venit in saltũ Hareth. Et audiuit Saul quod apparuisset] hoc est, in terra Israel iterum visus esset, [Dauid & viri] eius [qui erant cum eo. Saul autẽ cũ maneret in Gabaa, & esset in nemore quod est in Ramatha, hastam manu tenens, cunctiq; serui eius circumstant eum, ait ad seruos suos qui circumstant eum:] Audite me nũc filij Iemini:] Qualiter hoc quod ait, Iemini, multipliciter possit intelligi, dictum est in expositione superiorum. [Nuncq; omnibus vobis dabit filius Isai agros & vineas:] quæ sunt bona vtilia, [& vniuersos vos faciet tribunos & centuriones,] p̄mouendo vos ad dignitates atq; officia, quæ sunt bona honesta, [qm̄ coniuualis aduersum me omnes,] id est, ita habetis vos, ac si cõtra me cõiurassetis, [& nõ est qui mihi renunciet, maximẽ cũ & filius meus scẽdus inierit cũ filio Isai? Nõ est qui doleat vicem meã] hoc est, mihi condoleat seu pro me tristetur, [ex vobis, nec est qui annunciet mihi,] qualiter possum capere filium Isai, [eo quod suscitauerit filius meus seruum meum aduersum me:] quia scẽdus secum inuadit, auxit ipsius audaciam, [insidiantẽ mihi vsq; hodiẽ,] quatenus me eicẽt aut interficẽt, possit regnare. Ecce qualiter passiones & vitia puertunt rationis iudiciũ, quæ & Saulẽ tam irrationabilem loq fecerunt. Et qualis quis est, taliter sentit iudicatq; de alijs. Hinc Saul iste totus ambitiosus, iudicauit ipsum Dauid desiderio regnãdi sibi insidiari. Itaq; Saul locutus est verba hæc, ad insinuandũ suis ministris, quod frustra parcerent Dauid: quia & dato quod Dauid esset rex, non tñ ditaret, nec exaltaret eos, sed suos contribules & consanguineos ac propinquos. [Respondens autẽ Doeg Idumęus, q̄ assistebat & erat primus inter seruos Saul,] i. vnus de p̄cipuis eius ministris, q̄ erat sup custodes pecorũ regis, quẽ Saul sic sublimauit, q̄ fuit socius sui itineris, qm̄ à Samuele fuit inunctus: [Vidi, inq; filium Isai] Doeg volens Saul placere, cõformauit se ei in modo loquẽdi, dicendo veluti ex cõtemptu filium Isai, [in Nobe apud Achimelech filium Achitob sacerdotẽ, qui cõsuluit pro eo dñm.] Hoc p̄cedenti cap. nõ habetur, ideo aliqui dicunt, q̄ Doeg (vt moris est fabulatorũ) addidit istud de suo mendaciter, vt regi magis placeret. Infrã tñ magis insinuari videtur, q̄ cõsuluit dñm pro Dauid. [Et cibaria dedit ei. Sed & gladium Goliath Philistai dedit illi. Misit ergo rex ad accersendũ Achimelech sacerdotẽ filiu Achitob, & omnẽ domum patris eius sacerdotum qui erãt in Nobe. Qui vniuersi venerunt ad regẽ. Et ait Saul ad Achimelech:] quẽ etiam ex ira & indignatione nõ exprimit proprio nomine: [Audi fili Achitob. Qui respondit:] Prestò sum dñc. Dixitq; ad eum Saul: Quare cõiurastis aduersum me tu & fi-

1. Reg. 16.

Ibidem
Leu. 22. 25.

1. Reg. 14.

1. Reg. 10.

1. Reg. 9.

1. Reg. 9. 10.

1. Reg. 21.

& filius Isai?] Ex suspicione loquitur, quasi ex certa sciẽtia. [Et dedisti ei panes & gladium, & confuluisti pro eo dñm, vt cõfurgeret aduersum me, insidiator vsq; hodiẽ permanẽs?] Rndẽsq; Achimelech regi, ait: Et quis in oibus seruis tuis sicut Dauid fidelis & gener regis? i. p̄r ceteris fidelis est tibi, obsequiosus, obediẽs & affinis, [& p̄gẽs ad imperiũ tuum, & gloriosus in domo tua?] Num hodiẽ cõp̄ cõsulere dñm pro eo? quasi dicat, cũ talis & tantus sit, non solum in tempore isto, sed & antẽ frequẽter pro eo cõsului dñm. Veruntũ q̄ dicũt ipsum Doeg mẽdõsẽ dixisse, q̄ Achimelech confuluit Deum pro Dauid, exponunt sic: Num hodiẽ, i. nec modò nec vnq; confului Deum pro eo. [Abst̄ hoc à me. Ne suspicetur rex aduersum seruum suum rem huius cõmodi in vniuersã domo patris mei,] q̄p̄ f. cõiurauerim cõtra te, aut in tuam pernitiẽ cõsuluerim Deum pro Dauid. [Non em̄ sciuit seruus tuus qc̄ super hoc negotio.] i. de cõtrouersia & fuga Dauid à te, [vel modicũ vel grande. Dixitq; rex:] Morte morieris Achimelech tu & ois domus patris tui. Et ait rex emissarijs q̄ circumstabãt eum: [Per emissarios qdam intelligit sagittarios, alij seruos & cursores q̄ emittunt ad factã principũ exequenda, alij eos q̄ dirigebant ad exequenda seu disponenda negocia regni. Vndẽ (vt fertur) per emissarios R. Salomon intelligit Abner & Amasa, Rabbi sed non puto q̄ Saul adhuc tenuerit secum Amasam filium sororis Dauid. [Cõuertimini & interficite sacerdotes dñi. Nam manus eorum cum Dauid est, scientes q̄ fugisset, & non indicauerunt mihi. Noluẽt autẽ serui regis] emissarij & q̄ Deum timebãt, [manus suas extẽdere in sacerdotes dñi:] Iga videbãt regem apertissimẽ deuiare atq; enormiter tyrannizare. Sacerdotes quoq; tanq̄ partem Dei peculiarem formidabant indignẽ tractare, ne in eis dñm formidatẽ maiestatis, cũ & ipsi sacerdotes intercessores sint populi apud Deum, & mediatores inter Deum & hoies. Propter quod tanq̄ spiritales patres, sunt specialiter diligendi ac honorãdi. [Et ait rex ad Doeg:] Conuertere tu, & irruẽ in sacerdotes dñi. Cõuersusq; Doeg Idumęus, irruit in sacerdotes, & trucidauit in die illa 85. viros vestitus ephod lineo. i. q̄ veste tali sacerdotali confueuerunt indui, vel forsã tunc erant ea vestiti, imò qdam affirmãt, q̄ venerũt ita vestiti, vt flecterẽt animũ regis irati. Potius tñ reor q̄ non sciuerũt regem cõtra eos esse commotũ, sicut & p̄fecta verba Achimelech vident innuere. Dicunt quoq; Hebræi, non oẽs fuisse sacerdotes, nec ephod in utros, sed dignos fuisse, & q̄ de tribu erant sacerdotali. [Nobe autẽ ciuitatẽ sacerdotũ percutsit in ore gladij, viros & mulieres & paruulos & lactantes, bouesq; & afinum & ouem in ore gladij.] oes q̄ habitabãt in ea, imò & pecora vniuersa, in quo patet tyrannis, imò & furia Saul. Doeg autẽ tanq̄ alienus à sanguine Israel, pronior fuit ad ista, nec sine adiutorio impiorũ hæc egit. [Euadẽs autẽ vnus filius Achimelech filij Achitob, cuius nomen erat Abiathar, fugit ad Dauid.] & tulit secũ ephod, quod Moses fieri fecit, vt in Scholast. hist. fert, & partim in sequenti cap. tangit. [Et nunciavit ei, q̄ occidisset Saul sacerdotes dñi. Et ait Dauid ad Abiathar:] Sciebã em̄ in die illa, q̄ cũ ibi esset Doeg Idumęus, procul dubio annunciarẽt Sauli, [me ibi fuisse, & cetera ibi gesta. Quidã dicũt, q̄ scire capitur hĩc pro conijcere: sed non videt, cũ Dauid testetur, Sciebã q̄ p̄cul dubio, &c. Idcirco apparet, q̄ Dauid debuit ipsum Achimelech p̄monuisse de imminẽte periculo. Vndẽ & se accusat, dicendo:] Ego sum reus oim̄ aiarum domus patris tui. i. in interfectionis vitã patris tui & cognatorum ipsius. Vel q̄ culpabilis sum in eo, q̄ non p̄docui eos prudẽter, saltẽ post meum recessum. Vel q̄ occasione meã occisi sunt, ita q̄ sum causa materialis, ob quam sunt interfecti. [Mane mecum, ne timeas. Si quis quæsierit aiam meam, quæret & aiam tuam.] i. tam charus & familiaris eris mihi, quod si quis voluerit occidere te, ita accipiam hoc, ac si me vellet occidere. Vel sensus est, erimus vnus consortij & vnus in dño, ita q̄ q̄ herit nocere vni, q̄ret nocere & alteri. [Mecumq; seruaaberis,] quia ego & q̄ mecum sunt, te defendent. [Moraliter, Sicut Dauid fugit in speluncam Odollam, ita & nos ab inq̄titudine, importunitate atq; molestijs perse quotorum, fugiamus ad meditationis & cõtemplationis secretum, ad p̄nitentiã locum, ad humilitatis p̄funditatem, recognoscentes nos dignos oim̄ tribulatione & aduersitate, ad orationis quoq; cubiculum, sed quẽadmodũ iussum est S. Dauid in p̄sidio nõ manere, sed ingredi terram Iudã, sic viris exercitatis iniungit, vt certam tẽtationis non vident, imò legitimẽ certet, & inter bonos potius velint aduersitatib; exerceri, q̄ inter iniquos carnaliter repauescere. Preterea sicut Saul banniuit B. Dauid, sic principes sacerdotũ excõmunicauerũt dñm saluatore, p̄cipientes, vt si quis scit vbi est, indicet, vt capiant eum. Quẽadmodũ etiam Saul perse quutus est eos, q̄ receperũt & bene tractauerũt Dauid, ita p̄fitesces & Iudæi cõspirauerunt, vt si quis fateretur Iesum esse Ch̄m, Ioan. 9. extra synagogam fieret: quæ omnia in Euang. cõtinentur. Nihilominus sicut cognati Dauid venerunt ad eum in p̄dictam speluncã, ita apostoli & ceteri primò credẽtes, aggregauerũt se Christo, persecutionẽ Iudæorũ ad tẽp̄us vitanti. Amplius, sicut turbatũ est Saul, auditũ q̄ apparuisset Dauid & viri eius, sic diaboli & angeli eius, prauiq; hoies cõturbant, cognito aduentu boni plati, & eos q̄ illi adhaerent, conant occidere, spiritualiter aut corporaliter extingueno eosdem. Per Doeg verò desigant delatores, adulatores, accusatores, mendaces & seminatores discordiã, q̄

Pet. C6. hist. l. 1. R. c. 22.

1. Reg. 13.

Ioan. 9.

procurant fieri multa mala. Saul quoque est figura eorum qui nullam excusationem, quantum rationabilem, volunt admittere, sed solum suae animositatis & iracundiae impetum insequuntur.

¶ Explanatio cap. 23. Et nunciaverunt David, dicentes. Art. XL.

Hic describitur quaedam victoria David, & ingratitude eorum quos iuuit, ac duplex perscrutatio quam euasit. [Et nunciaverunt] Aliqui de populo Israel, ipsi [David, dicentes: Ecce] Ios. Philistim oppugnant Ceilam, i. urbem sic dictam, quae (vt in libro Iosue legitur) ad tribum Iuda pertinuit, & diripiunt areas: i. annonam seu blada contenta in areis, ipsasque areas vastauerunt. [Consuluit ergo] David dnm, dicens: [per] Abiathar sacerdotem: [In] quo an [vadamus?] hoc est, placet tibi vt pergat? [I]f perrexero, [percutia] Philistaeos istos? [N]um. [qu]o pareat bonitas David, qui, quis rex Israel esset inimicus suus grauissimus, nihilominus terram & plebem eius defendere concupiuuit. [Et ait dñs] per angelum [ad] David, [I]t per Abiathar, cui Deus ministerio angeli manifestauit quid fieri vellet: [Vade, & percuties] Philistaeos, & saluabis Ceilam. Et dixerunt viri qui erant cum David, ad eum: Ecce nos hic in Iudaea, i. in terra fortis Iudae, [c]onsistentes, timemus, [cum] tñ hic non sint hostes: [quanto] magis, si ierimus in Ceilam? i. vsq; ad urbem illam hostilibus iam vallatam, [aduersus] agmina Philistinorum, [timebimus?] [Rursus] ergo David cõsuluit dnm, [In]scit ens an timor suorum esset à deo, vel ne inordinate formidando, demerent adiuuari à dño, sicq; obicem poneret promissioni diuinæ. [Qui] rñdens, ait ei: Surge, descende in Ceilam. ego em tradam Philistaeos in manu tua. [hoc] rñso cõfirmati sunt viri David. [Abijt] ergo David & viri eius in Ceilam, & pugnavit aduersum Philistaeos. Et abegit iumenta eorum, i. iumenta quae adduxerunt Philistaei ad absportandũ blada Iudaeorum in terram suam, abstulit Philistaeis, & ea remouit à Ceila. [Et percussit] eos plaga magna, & saluauit David habitatores Ceilae. Porro eo tempore, quo fugiebat Abiathar filius Achimelech ad David, [prout] pcedenti habetur cap. [in] Ceilam, [ex] quo apparet, qd & tunc David fuit ibidem aut propè. [ep]hod secũ habes descēderat. [I]f ephod illud secum portauit. Hoc interponitur hic, ad insinuandũ qd David cõsuluit dnm per Abiathar p̄fitem induti veste illa p̄ficali, in qua erat rationale iudicij seu doctrina & veritas, vt Exo. 28. expositum est, per quae manifestabatur rñso Dei. [Nunciatũ] est aut Sauli, qd venisset David in Ceilam. Et ait Saul: Tradidit dñs eum in manus meas, cõclususq; est introgressus urbem, in qua portae & serae sunt. Et pcepit Saul omni populo, vt ad pugnam descēderet in Ceilam, & obsideret David & viros eius. Quod cum David rescisset, qd ppararet ei Saul celam malũ: i. cum David cognouisset, qd Saul disponderet cum exercitu venire ad obsidendũ Ceilam, ad cõprehendendũ ipsum David, [dixit] ad Abiathar sacerdotē: Applica ephod, i. indue illud, vt in eo cõsulas dnm. [Et ait] David [ad] Deum per sacerdotē: [Dñe] Deus Israel, audivit famam seruis tuis, qd disponat Saul venire in Ceilam, vt evertat propter me urbem hanc, nisi habitatores ei tradiderint me manibus eius. [Si] tradent me viri Ceilae in manus eius, & si descēdet Saul, sicut audivit seruis tuis? [Dñe] deus Israel, indica seruo tuo. Et ait dñs: Descēdet, i. veniet huc, nisi citò exieris. [Dixit]q; David rursus: Si tradent me viri Ceilae, & viros qui mecum sunt, in manus Saul? Et dixit dñs: Tradet, i. si manserit hic quousq; vrbs obsideatur à Saule, & in hoc fuissent ingrati beneficijs David, tñ ex timore forsitan fecissent hoc. [Surrexit] ergo David, & viri eius quasi sexcenti, & egressi de Ceila, huc atq; illuc vagabant incerti. Nunciatumq; est Saul, qd fugisset David de Ceila, & saluatus esset: quamobrè dissimulauit exire. Morabatur aut David in deserto in locis firmissimis. Mansitq; [David] cum viris suis quasi sexcentis, [in] mote solitudinis Ziph in mote opaco: [q]a solitudo illa erat

1. Reg. 22.

Ios. 15.

Pet. Co. hist. l. 1. re. ca. 21.

propinqua oppido tribus Iudae nomine Ziph, & erat mons ille opacus seu obscurus. tñ ex eo idē poterat videri. [Qu]arebat tñ eum Saul cunctis diebus. i. assidue per annos aliquot multipliciter laborauit cõprehendere David. [Et] non tradidit eum dñs in manus eius. Et vidit David, qd egressus esset Saul vt q̄reret aiām eius, Porro David erat in deserto Ziph in sylua. Et surrexit Ionathas filius Saul, & abijt occultē ad David in syluam, & cõfortauit manus eius. potestatis eius seu vires operatiuas, & ipsum David, & ex cõsequenti eius exercitum, [in] Deo, [I]ta iustē & sapienter hoc fecit, & fiduriam ipsius David, quam in Deo habuit, auxit & roborauit. [Dixit]q; ei: Ne timeas, neq; em inueniet te manus Saul patris mei. i. non cõprehendet te, tñ paulo p̄d̄t inuenit eum, ita qd sciuit vbi fuit, & fuit prope eundē. [Et] tu regnabis super Israel, quod Ionathas sciuit ipsi David esse p̄missum à Deo, [Et] ego ero tibi secundus. i. primus post te. [Et] Saul pater meus scit hoc. i. qd regnabis post eum. Si Saul hoc sciuit, cur persequebat David? Et rñdens, qd Saul ad mentē rediens, & gesta ac verba Samuelis reuoluens, benè aduertit, qd David vtiq; post se regnaret. Nihilominus passionibus & peruersitatibus mentē eius obtenebratibus, ad humanas vires respiciēs, sperauit se posse ipsum David occidere, sicq; ipsius promotionem ad regnum impedire. [Percussit] ergo vterq; scēdus coram dño, i. pristinum amicitiae pactum in nouauerunt & confirmauerunt coram dño, quod Magister in hist. sic exponit, i. coram Gad propheta & Abiathar sacerdote, & iuxta hoc Gad fuit cum David. [Mansit]q; David in sylua, Ionathas aut reuersus est in do-

domum suam. Ascenderunt autem Ziphæi ad Saul in Gabaa, dicētes: Nōne ecce David latitat apud nos in locis tutissimis syluae, in colle Achilae, quae est ad dexteram deserti? Nunc ergo sicut desiderauit anima tua, vt descenderes, descende nostrum aut erit vt tradamus eum in manus regis. [Isti] Ziphæi fuerunt de tribu Iuda, quia descenderunt de Caleb per filium eius Mesa, ipse est pater Ziph, vt 1. Paral. 2. legitur. Sicq; Ziph quicq; est nomē viri, aliqui vrbis. Isti Ziphæi iniquè egerunt contra David cognatum & contribulem suum. [Dixit]q; Saul: Benedixi vos dño, [i] ad laudem Dei benedicti sitis, seu benedicti estis à dño, [quia] doluistis vicem meam. [i] mihi condoluistis, sicq; Saul benedixit eis pro opere vitioso, quod tñ sibi apparuit bonum, quēadmodum latrones gratias agunt Deo, dum diuidunt spolia horum quos occiderunt. [Abite] ergo, oro, & diligentius praeperate, & curiosius agite, & considerate locum vbi sit pes eius velociter, vel quis viderit eum ibi, vbi dixistis: Recogitat em de me qd callidè insidiet ei. Considerate & videte oia latibula eius, in quibus absconditur, & reuertimini ad me ad rem certam, vt vadam vobiscum. Quod si etiam in terram se obstruxerit, [id] est, foueis terrae se occultauerit, [per]scrutabor eum in cunctis millibus Iuda. [id] est, cum omni multitudine quae est in Iuda: Vel, in cunctis millibus Iuda, id est, per omnia loca tribus Iuda, in qua millia esse dicuntur, vel propter vrbium, vel propter hominum copiositatem, iuxta illud Mich. 5. Et tu Bethlehem, paruulus es in millibus Iuda. Per hęc insinuat, qd etiam valde multi de tribu Iuda, fauebant Sauli contra David. [At illi] surgentes, abierunt in Ziph ante Saul. David autē & viri eius erant in deserto Maon in cāpestribus ad dexteram Iesimon. Iuit ergo Saul & focij eius ad q̄rendum eum in deserto Maon. Estq; Maon p̄prium nomen deserti illius, vel (vt alij dicunt) oppidi adiacentis. [Et] nunciatũ est David, [qui] tanq̄ vir prudens, ordinauit quosdam ex suis qui exploraret studia & itinera Saul. Vel per Gad p̄phetam dñs sibi talia reuelauit. [Statim]q; descendit ad petram. [Per] petram intelligit Hieronymus quēdam munitionis locum, in quo David & sui reposerunt ea quae ipsis oneri fuerunt, vt essent expeditiores ad oia. Alij per petram intelligunt petrosam & pfundam cavernam, vbi deposuerunt talia. [Et] versabatur in deserto Maon. Quod cum audisset Saul, persequutus est David in deserto Maon. Et ibat Saul & viri eius ad latus montis [i]nsituati in deserto Maon, [ex] parte vna, David autē & viri eius erant in latere motis ex parte altera. Porro David desperabat se à facie Saul posse euadere. [cuius] subiungitur ratio: [Itaq;] Saul & viri eius in modum coronae cingebant David & viros eius. [Sed] q̄ritur, qualiter fidelis David sciens se vnctum in regem ad succedendũ Sauli in regno, diffidebat se posse euadere? Ad quod qdam rudent, qd non desperauit euasione pro se, sed pro suis. Et iterum, aliqui dicunt, qd non desperauit euasione pro sua persona, qm certus erat de impletione diuini promissi, sed desperauit se posse euadere absq; bello cum Saule, quod bellum exhorruit ex timore occisionis virorum suorum & aliquorum qui erant cum Saul, persequentes eum involuntariè magis q̄ spontè. Hæc aut rñsiones non videtur textui eõcordare, in quo clarissimè dicitur, qd desperauit se posse euadere. Deniq; supra legit, quēadmodum David inter cetera dixit ad Ionatham: Viuit dñs & viuit anima tua, quia vno tñ (vt ita dicam) gradu ego & mors diuidimur. Ideo ad istud q̄stum est aliter ibi rñsum. In sup dici potest, qd desperauit se posse euadere secundũ ordinem & p̄cessum pximarum naturaliumq; causarum seu p̄prij viribus. Quod verò timuit pro se ipso, cõstat etiam ex hoc quod infra ait, Aliqñ vna die incidam in manus Saul. Circa hunc locum loquitur Rabbi Paulus: Trãslatio nostra in hoc loco multũ deuiat ab Hebraica veritate. Nam pro eo quod habemus, Porro David desperauit se posse euadere: in Hebræo habetur, Porro David festinauit ad eundem à facie Saul. Sed (vt alibi demõstrauit) malè sonat asserere, qd trãslatio nostra deuiat ab Hebraica veritate. Sic em deuiaret à veritate, & falsa esset. Idcirco tenendum est, qd sermo ille Hebraicus sit forsitan ad vtrumq; horum æquiuocus. Aptiusq; trãstulit Hieronymus, Desperauit se posse euadere: q̄ si trãstulisset, Festinauit ad eundem à facie Saul, i. ad fugiendum ab eo. Cum em se cerneret cinctum ab exercitu Saul in modum coronae, non poterat fugere: nec festinauit ad fugiendũ, cum sciret hoc impossibile sibi esse. [Et] nuncius venit ad Saul, dicens: Festina & veni, qm insuderunt se Philistim super terram regni tui. [Reuer]sus est ergo Saul, desistens persequi David, & perrexit in occursum Philistinorum. Propter hoc vocauerunt locum illum, Petram diuidentem: [qm] iuxta petram ibi existentem diuisus est. Et abijt Saul cum suo exercitu à David & focijs eius, quod totum factum est ex ordinatione diuina pro David euasione. ¶ Tropologicè, per Philistaeos expugnantes Ceilam, qui & areas diripiebant, quos David, i. Christi repulit, vici & spoliavit, designati sunt inuisibiles hostes, qui olim synagogam & modò ecclesiam dirè impugnant, & pro maxima vincit parte, ita qd areas, i. cõgregationes deuotas, cenobia, collegia, particularia Christi ouilia, spiritalibus fructibus nudat ac priuat: sed dñs & saluator non deserit suos, sed pugnat pro ipsis, inuisibiles illos aduersarios per sua auxilia atq; angelica subsidia rursus expugnat, & sicut Esa. 53. est p̄dictum, Fortium diuidit spolia. Vnde de vasis misericordiae dñs ibi p̄mittit: Ideo dispersit eam plurimos. Hinc & ipsemet in Euãg. Luc. 11. Esa. 53.

Hieronymus.

1. Reg. 20.

1. Reg. 17. R. Paulus.

Hieronymus.

protestatur: Cūm fortis armatus custodit atrium suūm, in pace sunt ea quæ possidet: Si autem fortior illo superueniēs, vicerit eum, vniuersa vasa eius diripiet. [Et cōsultit Dauid dñm Jhc & Christus secundū naturā assumptā nihil oīdō egit sine familiari & certo cōsilio spūs sancti, cuius dominis anima eius fuit plenissima, & per donum cōsiliij dirigebat à spūs sancto, in vniuersis agendis. Vnde & à spūs vtiq; scō ductus est in desertum. Ideo ait per Esa. 61. Spūs dñi super me, eo q vnixerit me. Et item Esa. 48. Et nunc (inquit) dñs misit me & spūs eius. [Et dixerūt viri q erāt cum Dauid.] Per formidinem illorum virorum Dauid, pfiguratur est timor apostolorū, discipulorumq; Christi, q eum spē cum metu sequuti sunt propter Iudæorum persequutiōis, & qm passionem suam eis prædixit. Hinc Marc. 10. ait: Erant autē in via ascendentes Hierosolymam, & præcedebat illos Iesus, & stupebant, & sequentes timebant. Præterea sicut viri Ceisæ ingrati, à Dauid liberati, nihilominus tradidissent eum Sauli: sic Iudæi, qbus Christus beneficiis multa exhibuit, pdicando, miracula faciendo, & eos interdum ad deuotionis spm cōuertendo, tandē tñ coram Pilato petierunt eum occidi, ingratiissimi facti, qbus & antea dixit: Multa bona opera ostendi vobis ex parte meo, propter quod horum me lapidatis: Iterum, sicut Dauid cum suis frequēter moratus est in locis deserti, ita & dñs Iesus. Amphitru, per Ziphæos q accusauerunt ipsum Dauid Sauli, intelliguntur carnales, increduliq; Iudæi, q visis mirabilibus saluatoris, iuerunt & nunciauerūt ea pontifici, scribis & pharisæis, q & Christum spē circūdederūt in modū coronæ, dicentes: Quousq; animam nostram tollis? q & sumptis saxis voluerūt eum mox lapidare, ita q supernaturali potestate transiens per medium illorum ibat, factus inuisibilis eis. Discamus ergo & nos, exemplo eorum, libenter pati aduersa, atq; in omni tribulatione ad Deū cōfugere, & in ipso inuicta mente cōfidere, cum S. Iob protestantes: Etiam si occiderit me, in ipso sperabo. Postremo pensandū, q Dauid & Ionathas tibus vicibus scēdus amicitia inierunt: Primo in domo, secundō in agro, tertio in deserto. Per quod figuratum est, q homo debet pactum inire cum saluatore: Primo, in cordis secreto: secundō, in exercitio actionis: tertio, in abstractione cōtemplationis. Vel corde, ore, & opere. Item mente, corpore, & per alios quos cōuertit.

Matt. 27.
Marc. 15.
Luc. 23.
Ioan. 19. 10.
Matt. 4.
Marc. 11.
Luc. 4.
Ioan. 11. 10.
Iob. 13.

1. Reg. 17. 20. 23

Pet. Co. hist.
lit. rec. ca. 22

aprytica

¶ Expositio cap. 24. Ascendit ergo Dauid indē. Art. 41.
Alia S. Dauid persequutio hīc narrat. Ascendit ergo Dauid indē, i. videlicet de solitudine Maon, & habitauit in locis tutissimis Engaddi. I. i. firmissimis latibulis prope & extra urbem sic dictam, in quo (secundū Magistrum in hist. erat vinea balsami. Vnde Cant. 1. dicitur: Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi. Vineam illam transtulit postea in Babyloniā Cleopatra, vt narratur, quod forsā de Babylonia vrbe Aegypti est intelligendū. [Cumq; reuersus esset Saul, postq; persequutus est Philistæos, nunciauerūt ei, dicēs: Ecce Dauid in deserto est Engaddi. Assumens ergo Saul tria millia electorum virorum, i. elegantū bellatorū, ex omī Israhel, perrexit ad inuestigandū Dauid & viros eius etiam super abruptissimas petras,] i. altas & eminentes in desertis, ab accessu hoim abstractas, [quæ solis iberibus perueniunt. I. i. solis capreis syluestribus perambulabiles. De his capreis fertur, q ab altis locis se possunt precipitare, & sine læsione se in cornibus suis recipere. [& venit ad caulas ouium, q se offerebāt vianti. I. i. q sitæ erant prope cōmune iter, ad quas venit, de locis eremi redeundo aut recedendo. Eratq; ibi spelunca, quam ingressus est Saul, vt purgaret ventrē.] & mirum q non timuit ibi forsā inesse aliquam feram. Verū inconsultæ erat audaciæ. [Porro Dauid & viri eius in interiori parte speluncæ latebant,] Iquo constat, q fuit grandis spelunca, quam solum virum intrare fuit periculosum. [Et dixerunt serui Dauid ad eum:] Nam em elegerūt eū sibi in principē. [Ecce dies de qua loquutus est dñs ad te, Ego tradā tibi inimicū tuum, vt facias ei sicut placuerit in oculis tuis.] Hucusq; nō legit dñs ista dixisse ad Dauid. Credit tñ, q ei in magna angustia alicubi cōstituto dñs ista pmiserit pro cōsolatione ipsius. Quo circa orit difficultas, qa si dñs ista promisit Dauid de Saule pro tēpore isto, ergo Dauid potuisset sine pctō occidere Saule, qa ad hoc fuit ei à dño tradit*, vt faceret ei quod vellet, cūm tñ paulō pdt legat dauid poenituisse de hoc, q partē chlamydis Saulis abscederit. Et rñdendū, q promissio illa Dei, non fuit intelligenda de traditiōe Saulis in manus Dauid, ad hoc q occideret eum, sed vt faceret ei sicut placeret in oculis suis interiorib*, hoc est, sicut recta conscientia sibi dictaret, seu ratio indicaret, imō nunq; dat Deus vnum in manum alterius directē ad hoc, q eum inordinatē occidat. Quinimō Deus sic dedit Saule in manus Dauid, quatenus bonitas, virtus, perfectio ipsius ad oim nostrūm ædificatiōem claresceret, per hoc q crudelissimo hosti suo tam pius & clemens fuit. [Surrexit ergo Dauid, & pscidit oram chlamydis.] I. i. extremitatem pallij Saul sileter. [Mirū q tam sileter hoc facere potuit, quod Saul non sensit. Sed multa huiusmodi non nisi speciali Dei moderamine fecit Dauid. Vel Saul intent* ad alia multa, & circa requisita naturæ, non percepit sonitū parū. Dauid, quoq; industriosissimus fuit: Vel chlamys fuit pro tunc seorsum deponita. Deniq; iuxta Glossam, Chlamys est sagum miaprytica litare, quod & apyrocita vocatur, & πῦρ τῆς ζωῆς, quod est ignis, qm eo vtebantur pyratæ.] Post hoc per-

percussit cor suum Dauid, eo q abscedisset orā chlamydis Saul. I. i. pctus suum in quo cor cōtinet, tundebar, poenitēdo & reprehendo se de eo quod fecit, qa circa dñm suum irreuerenter habuerit se. Vel cor suum, i. conscientia sua redarguit eum. [Dixitq; ad viros suos: Propicius sit mihi dñs,] i. gratiosē pseruet me à peccato, ad quod infligatis me. Nā vt Iosephus sensit, Viri Dauid cōtra eum murmurabāt, eo q nollet occidere hostē suum saviissimū, quod dixit se sine peccato patrare nō posse, quēdammodū subdit: [ne faciā hanc rē,] vt potē læsionē p dño meo Christo dñi,] i. vnctō vnctōne regali ex imperio Dei, [vt mittā manū meā in eum, qa Christus dñs est,] i. deo referuanda fuit diuino iudicio, nec interficiēdus autoritate priuata, psertim à subdito. Et quāuis fuit tyrannus, non tñ tantus, q fuit occidendus ab aliquo de populo suo, q aliter potuit manu illius euadere. Porro quod subdit, Viuit dñs, vsq; ad id, & cōfregit Dauid, nō est de textu hoc loco, nec in Hebræo habet, sed in frā in casu cōsimili, & ibi exponet. [Et cōfregit Dauid seruos suos sermonibus istis,] i. pacatos reddidit, & malū eorum ppositum fecit cessare sermonibus iā ptactis, & forsā pluribus verbis, quæ nō sunt scripta, [& nō permisit, vt cōfurgerēt in Saul.] Vc-runtū si cōsurrexissent in Saul, periculose egissent, qm tria millia fors dñm suum pstantia nō abissent, quousq; nouissent quid dño suo accidisset, & cognita eius occisiōe, obsedissent Dauid cum suis in spelunca, & vlti fuissent regis interitum. [Porro Saul exurgēs de spelunca, pergebat cōcepto itinere. Surrexit autē Dauid post eum,] Isequendo Saule per aliquantulū spatiū extra speluncā. [& egressus de spelunca, clamauit post tergū Saul, dicēs: Dñe mi rex. Et respexit Saul post se, & inclinās se Dauid pronus in terrā, adorauit, dixitq; ad Saul: Quare audis] i. audiendo vera esse credis [verba hoim loquentiū, Dauid quærīt malum aduersum te?] Aliq; nanq; detractores & odio habētēs sanctū Dauid, atq; Sauli placere optantes, vt Doeg & similes, cōcitarerunt Saule cōtra Dauid, suggerendo Sauli q Dauid quæreret eius interitū, vt posset regnare, ad quod etiā suspicandū, Saul ex ppria malitia est satis pronus. [Ecce hodiē viderunt oculi tui,] i. tu ipse nūc vides, [q tradiderit te dñs in manū meā in spelunca.] Omnia em, etiā minima, cadunt sub prouidentia Dei, & eius dispositiōe id cōtigit, q Saul introijt specum in quo latuit Dauid, quod respēctū diuina prouidentie nō fuit casuale. [& cogitauit vt occiderē te,] ex quo videt, q Dauid habuit primum motū iræ inclinantis ipsum ad vindicandū se, [sed pepercit tibi oculus meus.] i. oculo exteriori respexi te piē, & oculus meus interior, vt potē ratio, refrenauit iracundiæ motū. [Dixi em, Nō extendā manū meā in dñm meum, qa Christus dñs est. Quin potius pater mi, vide & cognosce orā chlamydis tuę in manu mea, quomodo cūm pscinderē summitatē chlamydis tuę, nolui extēdere manū meā in te. Animaduerte & vide, qm nō est in manu mea malū neq; iniquitas,] i. tale peccatū in neum aut in proximū, non est in mea operatiōe seu practica potestate, quale tu mihi imponis. Non tñ voluit Dauid asserere se esse immunē ab omni culpa. [neq; peccauit in te.] Iā dictum est q percussit eū cor suum, eo q chlamydis oram psciderit, ergo peccauit in Saul. Similiter primus ille motus occidendi regē, non videt veniali caruisse peccato. Et respōdendū q non nisi veniales culpe fuerunt. Dauid vidē nūc de mortali loquit culpa. [Tu autē insidiaris animæ meę vt auferas eā. Iudicet dñs inter me & te,] reddēdo vnicuiq; quod meret, [& vl-cificat dñs me ex te,] dādo tibi in vita hac correctiōe pro excessib* tuis in me, ne pereas in æternū. Hoc ex zelo iustitię, imō & ex charitatis affectiōe deprecat* est Dauid. [Manus autē mea nō sit in te,] i. abit vt ego ipse vindicē me de te, qa nec publica autoritate, nec iurisdictione super te fungor, [sicut & in puerbio antiquo dicit: Ab impijs egredietur impietas.] i. impij agēt iniquē. Hoc refertur ad id quod Dauid dixit ad Saul: Tu autem insidiaris animæ meę, vt auferas eam, quasi dicat, ita me persequēdo sic te habes, q prouerbiū illud antiquum cōpetit tibi. Vel refertur ad illud, Vl-ciscatur dominus me ex te, i. per alios tibi cōsimiles in malitia, puniat te, sicut in puerbio veteri fertur, Ab impijs egredietur impietas, i. vnus iniquus alium perimet: quod contingit frequenter iusto Dei iudicio, qui propter illorum peccata occulta aut manifesta, vult aut permittit sic fieri, sicut & vnum regnū iniquum frequenter destruxit per aliud regnū iniquum. Circa hæc scribit Lyra: Prouerbiū hoc dicebatur, quando dominus per aliquē malum vindictam sumpsit de alio peiore, vel æquē malo. Et quoniam Dauid sensit se innocentē, noluit q talis vltio per seipsum fieret de Saule. Hebræi autē dicunt, q prouerbiū istud antiquū est lex data à Deo, qui apud Daniele m vocat antiquus dierum. Et accipiunt istud ex lege in Exodo, Dani. 7. Exodi 21. vbi dicitur de occiso à casto, q dominus tradidit eum in manū occidentis, quod dicunt accidere propter peccatum occultū ipsius occisi, pro quo dignus fuit occidi, & etiam pro peccato occulto occidentis, pro quo dignus fuit expelli de sua ciuitate vsq; ad mortem pontificis. Et quia peccata ista occulta nō possunt vindicari per humanum iudiciū, vindicantur sic per diuinum, sed hoc dictum non semper est verum, licet aliquando possit contingere, quia frequenter cōtingit homicidium casuale absq; peccato occidētis vel occisi hoc demerēte secundum iudiciā diuinā sue occultæ, omnia tamen ad bonum electorū ordinantur. Hæc Lyra. Circa hæc dico, quod cūm

Iose. lib. 6.
an. 13. ca. 17.

2. Reg. 26.

Dani. 7.
Exodi 21.

Deus sit p̄uisor & moderator actuum humanorū, sine rationabili causa nil faciens aut fieri sinēs, raro ad nunq̄ p̄mittit aliquē casualiter occidere aut occidi, nisi pro aliquo occidēs vel occisi peccato manifesto aut abdito: alioquin a tali articulo seu euentu vnū eripit, aliumq; p̄seruat. Propter quod etiā per angelos sanctos tuetur & regit hoīm vitā. [Manus ergo mea non sit in te. Quē p̄sequeris rex Israel? quē persequeris?] quasi dicat, nō decet tantū, sic occupari & fatigari & varijs exponi periculis, p̄pter tantillū. Ideo subdit: [Canē mortuum p̄sequeris & pulcē vnum.] i. me, qui cōparatione excellentiā atq; potentia tū, sum quasi mortuus canis, & multū vilis, ac similis pulci, qui hinc inde saliendo euadit mortē: sic & ego ad diuersa loca cōfugiendo. Itaq; humilis Dauid seipsum multū humiliat, vt mitiget irā regis sup̄bi, quo in veritate melior fuit, quantum ad dona gratiā ac virtutum: tñ quantum ad dignitatē, quā penes platiōes & principatus attenditur, Saul fuit maior. [Sit dñs iudex, & iudicet inter me & te, & videat] dñs, i. per effectū iustitiā suā ostendat se videre quā patior a te, videriq; faciat, vt & alijs innotescat, sicut in Genesi ait: Descendā & videbo, &c. [& iudicet causam meā, & eruat me de manu tua. Cum autē cōpleisset Dauid loquēs sermones huiuscemodi ad Saul, dixit Saul: Nunq̄d hac vox tua est, fili mi Dauid?] Nunq̄d, hic sumitur pro Nonne, siquidē sciuit q̄ fuit loquutus Dauid. [& leuauit Saul vocē suā, & fleuit.] Cōpunctus etem fuit ex tanta humilitate, beneficentia, p̄bitateq; Dauid, ex quibus & propriam peruersitatem, ingratiudinemq; perpendit. [Dixitq; ad Dauid: Iustior tu es q̄ ego.] Quare nō dixit, misericordior tu es q̄ ego, cum Dauid exhiberit sibi misericordiam tantam: Et respondendum q̄ iustitia Dauid magna apparuit in p̄dictis, qm̄ noluit vindicare seipsum, & diuini iudicij veritatem cōmiserit causam. Iustitia quoq; vno modo, est generalis omnisq; virtus. Cōparatio tñ illa, Iustior es q̄ ego, fuit impropria, quemadmodū si dicatur: Homo est sapientior bruto, & angelus virtuosior diabolo. [Tu em̄ tribuisti mihi bona, ego autē reddidi tibi mala. Et tu indicasti mihi hodiē q̄ feceris mihi bona, quomodo tradiderit me dñs in manu tua, & non occideris me. Quis em̄ cum inuenerit inimicum suū, dimittet eū in via bona?] Quasi dicat, pauci sunt tāta bonitatis, q̄ aduersarios suos lothales dimitterēt abire illōs, data eis facultate & oportunitate lādendi illos. Et istud specialiter rarū fuit in veteri lege, quā dixit: Diliges amicum tuum, & odio habebis inimicū, nō dum promulgata euangelicē legis p̄fectiōe, quā tñ in lege illa Moisaica velabatur. Nempe & Moses scripsit: Nō quares vltionē, nec memor eris iniuriā cuium tuorum. [Sed dñs reddat tibi vicissitudinē hanc.] i. simile tibi restituat, & pro beneficijs mihi impensis vicē tibi rependat, q̄ eo quod hodiē operatus es in me. Et nunc quā scio q̄ certissime regnaturus sis, & habiturus in manu tua regnum Israel.] Hoc em̄ Saul perpendit ex cōsideratione virtutum Dauid, per quas pensauit eum dignum esse impletionem promissionis ei factā de regno obtinendo, sicut ipse per vitia sua factus fuit indignus p̄manere in regno. [Iura mihi in dño,] i. verē & per Deum legitimē, [ne deas.] i. quod post mortē meam nō delebis nec penitus interficiēs [semen meū,] quod erit superstes [post me, neq; auferas nomē meum de domo patris mei.] i. memoriā personā meā de parētela & cognatione meā, interficiendo posteros meos. Parentes em̄ in sobole sua quodāmodo manēt, & per generationū successiōe manet ac viget eorum memoria. Verū est dictū illud cōmune: Qualis quisq; est, taliter iudicatur & talia sentit de alijs. Vnde Saul ambitiosus & vindicatiuus, paulō antē miratus fuit, q̄ Dauid eū nō interfecit in casu p̄scripto. Nūc quoq; timēs & suspiciōsus ipse Dauid ita acturū cum semine suo, sicut ipse in simili casu egisset cū semine Dauid, petijt iuramentū p̄scriptū, vt asscuraret de tali periculo. [Et iurauit Dauid Sauli.] q̄ nō deleberet semē eius in toto. Veruntā postea, ad instantiā Gabaonitarū occidit filios filiz Saul, nō tñ deleuit totaliter posteros Saul, nec illos occidit, nisi ex voluntate & exactiōe diuina. Nec Deus sic rep̄bauit Saulē, sicut postea aliquos reges Israel, quorū totā posteritatē, q̄ntū ad masculos, se deleuerū p̄dixit: sed rep̄bauit eū, p̄ se & sua sobole, q̄ntū ad regij principatū. [Abijt ergo Saul in domū suā] tristis de aduersis suis successib; & p̄cēnit se totaliter p̄secutū fuisse Dauid, ac inde cessare p̄ponēs. In quo tñ p̄posito nō diu p̄mansit. [Et Dauid, & viri eius ascendērūt ad tutiora loca:] quā nō crediderūt verbis Saulis, cuius infidelitatē, instabilitatē, & odium toties erāt experti, p̄pter quod p̄babiliter cōiecerūt, quōd eos rursus in breui insequerēt, sicut & fecit.

De spiritali expositione eiusdem capituli 24. Ari. XLII.

Matth. 4. Luca. 4.

Quōd Saul toties infecutus & p̄secutus est sanctū Dauid cum suis in deserto, hoc allegoricē p̄figurauit, q̄ princeps tenebrarum dñm Iesum Christū in deserto tentare p̄sumpsit. Tropologicē quoq; designat, q̄ religiosos & eremitas, atq; veraciter p̄cēnites, acrius instantesq; impugnat, imō quēdam modū Saul assumpsit tria millia acerrimorum bellatorū ad extinguēdum Dauid, sic princeps caliginis, callidiores crudelioresq; dæmōnes mittit ac dirigit ad tentandum p̄fatos, etiā per abruptissimas petras, i. inaccessibilissima eremi loca, solis ibicibus (i. viris cōtemplatiuis, q̄ saluant in montibus) accessibilia, q̄ per humilitatē seipso in p̄fundū, p̄prie parui pensiois p̄cipitāt, atq; in cornib; fidei & spei se sine lesiōe recipiūt: quā in dño fideliter cōfidētes, nequa-

nequāq; desperat. Deinde per donū sapientiē & charitatis diuine feruorē, ad mōtes potestati cēlestium, ad excellentias virtutum, ad cōtemplationēlympidā æternorū, ad n̄um deorū exiliunt, sicq; fructuosissimē cōuerfant, & tempore opportuno, prout tangunt a spiritu sancto, sup̄ se eleuantur, ita vt illud beati Iob de eis possit p̄nunciari: Nunq̄d nosti tēpus partus ibicū? de quibus loquitur admirans p̄clarissimus Esaias: Qui sunt isti q̄ vt nubes volant, & quasi colūbæ ad fenestras suas? Et rursus: Qui sperant (inqt) in dño, assument pennas vt aq̄læ: volabūt, & nō deficiēt. [Erat autē ibi spelunca.] Per speluncā rectē accipit defectuositas naturæ humanæ, in qua defectuositate latuit verbū æternum, ita q̄ eius deitas cognoscebat a paucis, in qua etiā latebat viri ac focij eius sancti Apostoli, ceteriq; discipuli, qui, p̄pter carnis mortalitatē vilipen debant a multis, nec tantē, vt erāt, excellentiā credebant, in quorū persona factus est vnus corū: Habemus thesaurū istum in vasis fictilibus, vt sublimitas virtutis sit ex deo. Hanc ipsam speluncā ingressus est Saul, q̄ licet plurimū superbiret, & regio culmine efferret, tñ necessitatibus subiacuit corporis, & ventrē cogebat purgare. ¶ Deniq; in hac spelunca traditus est Saul in manibus Dauid, hoc est, princeps sacerdotum in manus Christi, q̄ in Euangelio dixit: Pater diligit filium, & omnia dedit in manus eius. Itemq; ad patrem: Dediti ei potestatem omnis carnis. Vnde & passione instante, vno verbo omnes incredulos cōtra se stantes prostrauit, ita q̄ abeuntes retrorsum, corruerunt resupini in terram. Inuitis quoq; principibus sacerdotum, expulit negociātes de templo. Insup quasi oram chlamydis pontificum Christus abscedit, dum eos iustē & charitatiuē reprehendēs, ipso pontificio ostendit indignos atq; priuandos. Verū circa verba, p̄scidit Dauid orā chlamydis Saul silenter, multa scribit Gregorius, cuius verba Richardus in suis moralitatibus & glossa inducunt. Per Saul namq; signant vitiosū plati: per Dauid, subditi boni. Saul ventrē purgat, dū prauī pastores & p̄dicatores indigni, cōceptā in corde malitiā fœdē ac turpiter exequunt. Ipsum tñ Saulem Dauid ferire veretur: qm̄ subditi virtuosū suis superioribus, quanuis iniquis, nō audent detrahere, nec vitā ipsorum vllo linguæ gladio cēdunt. Qui si interdum ex humana infirmitate vix a superiorum increpatione valeant abstinere, excidunt qdem extrema & exteriora mala p̄posito rūt, & tñ humiliter ac modestē loquuntur de culpis illorum, & quasi orā chlamydis silenter in cōditū scēdant. Tamen ad semetipsos mox reuertuntur, seq; de tenuissimo verbi excessu redarguunt. ¶ Circa hæc queritur, an liceat subditis superiores suos corripere, accusare, aut denunciare: & ex verbis Gregorij allegatis videtur quōd nō, p̄sertim cū iterum p̄testetur: Facta p̄posito, gladio oris feriēda nō sunt, etiam dum rectē reprehendenda iudicantur. Si quando autem contra eos, vel in minimis lingua labitur, necesse est, vt per afflictionē p̄cēnitentiæ reprimatur, quatenus ad seipsam redeat, & dum p̄posito dignitati deliquerit, eius cōtra se iudicium phorreset, à quo sibi p̄positus est in quē peccat. Nā cū in p̄positos delinquimus, eius ordinationi obuiamus, qui ipsos p̄posuit nobis. Hæc Gregorius. ¶ Præterea, beatus Anacletus papa ait: Sententia Cham filij Noe damnatur, q̄ p̄positorum vel dōctorū suorum culpā producit. Rursus eadē causa sanctus Zephyrinus differuit: Maiorum quisq; p̄iā, minorum accusationibus nō impetatur. Hinc & Thelesphorus papa sanctus testat: Dei ordinationē accusat, qui eos qui ab ipso cōstituntur, sacerdotes accusat. His cōsonat quod sanctus Pius papa effatur: Oues pastorē suum nō reprehendāt, plebs suū episcopum nō accuset, sed nec vulgus arguat suum platum, quia nō est discipulus sup̄ magistrū. In oppositū huius arguitur, quā sanctus Gregorius loquit: Sicut laudabile est & discretum, reuerentiā & honorē exhibere prioribus, ita rectitudinis & dei timoris est, si quē in eis indiget cōrectiōne, nulla dissimulatiōe postponere, ne totū (quod absit) corpus inuadat corruptio, si nō fuerit curatus in capite morbo. ¶ Amplius, Gelasius papa, sicut habet 2. q. 7. scribit quōsdam subiectis: Si quid damni in ecclesia pontificē vestrū videritis admittere, mox auribus nostris reuelatione signate, vt quid fieri debeat, censeamus. ¶ Præterea, in eodē Gregorius approbat, q̄ quidā episcopus inter alia mala carnali crimine lapsus, atq; a suis clericis accusatus & cōuictus, episcopali est sede depositus. Ad hæc quæstionē Alexander de Hales sup. 3. sententiā quæst. 28. respōdet: Dicendū secūdū quōsdā, q̄ sunt subditi criminosi, & sunt subditi boni. Subditi criminosi, p̄hibent ab accusatione platorum, nō boni. Vnde dicit Anselmus seu August. Præsumūt plati non debere se reprehendi aut accusari, p̄ eo, q̄ canones passim statuerunt eos nō esse reprehendēdos: quod tñ criminosi negat, cū de reprehendēdo ipsa veritas dixerit: Si malē locutus sum, testimonium perhibe de malo. Sed rursus opponit, qm̄ canones determināt, in quo casu pastores sint a subditis accusandi, ergo in nullo alio casu poterunt accusari. Casus autē est, cū a fide exorbitauerint: Hinc beatus Eusebius papa: Oues, inqt, quæ pastoris suo cōmissæ sunt, nequeunt eum reprehendere, nec eū possunt vllatenus accusare, nisi exorbitauerit a fide. Dicendū, quōd est accusatio facta ex affectu charitatis fraternæ, & est accusatio facta ex malignitatis affectu. Accusatio ergo p̄latorum, facta a bonis & ex charitatis affectu, est licita: facta autem a subditis crimina-

Job 28. Esaias 60. Esaias 40.

2. Corint. 4.

Johan. 17. Johan. 18. Matth. 21. Marc. 11. Lucae 19. Johan. 2.

Gene. 26.

Johan. 18.

Gen. 9.

criminosus & malignitatis affectu, phibetur. Et per hanc distinctionem solvunt & concordant oēs canonones sicut dicitur. Porro ad illud quod obiicitur de Cham, quod fuit maledictus, eo quod patris sui verenda fratribus demonstravit dicendum, per hoc intelligitur quod praelati non sunt à subditis extraordinarie accusandi, hoc est, de criminibus quod non possunt pbari. Ideo signanter dicit beatus Zephyrinus, quod Cham vituperatur, quia verenda patris non operuit, sed ridenda monstravit, quare solus videtur. Porro per hoc quod David cor suum percussit, eo quod abscidit oram chlamydis Saul, datur forma non accusandi praelatum de crimine quod scit ab uno solo, quod designat per hoc, quod in abscidendo, sicut in spelunca, praescidit chlamydis oram. Vel secundum Gregorium, istud intelligitur de iudice, non de accusatore. Nam ait, quod chlamydis oram praescidit, quod sententia damnationis praelati ferit, quod nulli subditorum est licitum. Canon vero Eusebii, quod videtur determinare in quo casu tantum sit reprehendendus praelatus à subditis, scilicet propter exorbitationem à fide, intelligitur de subditis criminosis atque infamibus. Nam tales pastorem suum accusare non possunt, nisi à fide exorbitet. Tanta quippe est labe criminis huius, quod ad eius accusationem servus aduersus dominum, & quilibet criminofus aduersus quemlibet admittitur. Hanc Alexander. Ex his itaque; innotescit, quod grauitur peccet, qui contra superiores suos, praesertim si boni sint, facilliter irascunt, indignantur, & temerarie iudicant eos, aut obloquuntur seu irreuerenter loquuntur eis: quae oia cum summa diligentia sunt vitanda. Intueamur & pro viribus imitemur patientiam & mansuetudinem sancti David, quod cum suis parentibus ac tota parentela fuit innocenter pulsus de regno, & tamen inhumaniter querebat ad occidendum: & tamen eum, à quo tantata sustinuit, non solum non laedit, sed nec laedi permisit. Itaque; circa oēs, potissimum è circa superiores, sumus patientes & mites, & propter eum à quo est omnis praelatio ac potestas, deferamus eis ut decet.

Declaratio cap. 25. Mortuus est autem Samuel. Arti. XLIII.

Historia rerum inter David & Nabal eiusque uxorem gestarum, hoc loco describitur. [Mortuus est autem Samuel] senex & plenus dierum, & congregatus est vniuersus Israel, hoc est, maiores de toto populo seu quidam, imò & multi de singulis tribubus Israel, imò multi venerunt ad eum egrotantem antequam obiit, inter quos aliqui opinantur & ipsum Saul venisse, & planxerit eum nimis, tanquam proprium & generale omnium patrem, nec solum planxerunt defunctum, sed & moriturum, dolentes de imminente eius discessu, cuius vita erat communis tam vtilis. [Et sepelierunt eum] cum ingenti honore, sicut à tempore patriarcharum consueuerunt maiores suos sumptuose & honorifice sepelire, in domo sua, hoc est, in fra septa suae domus in orto aut simili loco decenti, in Ramatha, vrbe sua. [Conversus] David, descendit in desertum Pharan. Id est, in solitudine propinqua vrbi Arabiae nomine Pharan, per quod desertum transierit etiam filij Israel egressi de Aegypto, ut Iosephus scribit. [Erat autem vir] quispiam in solitudine Maon, de qua dictum est supra 23. [Et factus] istud non est in textu, nec in Hebraeo. Nam & in scholastica fertur historia, atque in libro de Hebraicis quaestionibus: Vir iste habitauit in vrbe Aman seu Maon, sed in solitudine iuxta Carmelum habuit domum pro pastoribus & gregibus suis, & illuc cum coniuge & amicis conuenit ad epulandum in suorum ouium ratione. [Et percussit] eius in Carmelo, id est, in monte sic appellato eius pecora erant & alebatur, qui mons Carmelus situs fuit in funiculo tribus Iudae. Fuit & alter mons Carmelus, ubi interfecit propheta Baal Elias, situs in confinio Palaestinae & Phoeniciae, qui mons dicitur esse in sorte Isachar. [Et homo ille magnus nimis,] in diuitijs, in stirpe & familia. [Erantque] ei oues tria millia, & mille caprae. Et accidit, ut tonderetur grex eius in Carmelo. Nomen autem viri illius erat Nabal, & nomen uxoris eius Abigail, eratque mulier illa prudentissima. Quod magnum & rarum est in feminis, cum ex naturali dispositione communiter sint molles, instabiles ac debiles ratione, ideoque passionibus subditae. [Et sic] erat amabilis corde & corpore. [Porro] vir eius Nabal [durus] corde, seu immisericos, ideo corruit in multa & magna peccata, cum scriptum sit: Qui cordis est duri, incidit in mala. [Et pessimus] moribus, & improbus valde in verbis, & malitiosus, quantum ad voluntatem, seu habituatus in vitijs, ita quod ex proposito & malitia certa peccauit, sicque apparet magna virtuositas feminis huius, quae cum tam vitioso marito, tam diu patienter & pacifice vixit, cum tamen ille ex bonitate suae uxoris nequaquam proficeret. [Erat autem] de genere Caleb viri virtuosus, cuius virtutes non imitabatur. Unde habetur, quod erat de tribu Iuda, sicut & David. Propter quod peccauit enormiter, ita ad David se habendo, ut statim patebit. Dicit demum magister in historijs: In Paralip. legitur: Caleb genuit Archan, Archan genuit Iezem, hic est, ut putant Iudaei, Nabal. Veruntamen non est credendum, quod Nabal fuerit secundus aut tertius à Caleb, quod cum Mose exiit Aegyptum. [Cum autem] audisset David in deserto, quod tonderet Nabal gregem suum, misit decem iuuenes, & dixit eis: Ascendite in Carmelum, & venietis ad Nabal, & salutabitis eum nomine meo pacifice, & sic dicetis: Sit fratribus tuis, in propinquis & amicis quos tecum habes, & tibi pax. Aliqui textus habent: Sit fratribus meis pax, sicque praefatos propinquos & amicos ipsius Nabal, David nominat fratres suos, quoniam erant de tribu Iudae, sicut & ipse. [Et domui tuae] pax, & oibus quaeque habes, sit pax. Quod autem in aliquibus

Numer. 13.

Ioseph. lib. 6. an. iu. ca. 13. Pet. Co. hysto. lib. 1. Reg. cap. 13.

Hieronymus. Iosue. 19. 3. Reg. 18.

Prover. 23.

Pet. Co. hysto. lib. 1. Reg. ca. 23. Orchan Numer. 14.

bus libris subiungitur, Ex multis annis saluos facies tuos & oia tua, non est de textu. [Audiui] quod tonderent pastores tui gregem Iouium, quod tria millia erant, equi pastores erant in deserto Maon non bibicum. Consequenter David insinuat ipsi Nabal beneficia sua, pastoribus & pecoribus illius exhibita, ut sic prouocaret illum ad charitativam communionem & piam subuentionem. [Nunc] eis molesti fuimus, imò ab inuasoribus defendimus eos. Ideo subditur: [Nec] aliqui quicquam defuit eis de grege omni tempore quo fuerunt nobiscum in Carmelo. Interroga pueros, pastores & seruos tuos, & indicabunt tibi quae ita sit. Alii exponunt istud etiam pro tempore quo David pergit greges pariter sui cum pastoribus Nabal, ut dicunt, ita quod tunc multa bona impendit eis. [Nunc] ergo inueniat pueri tui gratiam in oculis tuis, hoc est, iuuenes quos direxi ad te, charitatiue & gratiosè accepta, & per eos mitte mihi & viris meis sustentaculum vitae. [In] die enim bona venimus, ego & socij mei per nuncios meos venimus ad te, & postulamus hanc gratiam in tempore isto iocundo & celebri, ut pro te dum oues tuae tondent, ga in tempore tali consueuerunt Hebraei exemplo patriarcharum celebrare conuiuium suis amicis atque consortibus, ita quod tunc fuit tempus letitiae. [Quod] cumque inuenit manus tua, si quod quid tibi occurrerit & placuerit, da seruis tuis & filio tuo David. [Ecce] quod simplex humilis, vrba naque; petitio tanti viri, quod gener iam fuit regis, & vnus fuit in regem, & gratiam habuit prophetiae, ad quam reprobus Nabal improbilissimè & superbissimè rudit, ut subditur: Cumque venissent pueri David, locuti sunt ad Nabal oia verba haec ex nomine David, & siluerunt. Respondit autem Nabal pueris David, ait: Quis est David? & quis est filius Isai? quasi dicat: Vilis & infidiator est dominus sui, ac capitaneus seruorum fugitiuorum. [Hodie] increuerunt serui qui fugiunt dominos suos. Ii tempore isto multiplicati sunt & collecti serui, quod propter suos excessus, & barbarum timorem penarum, seruos fugiunt dominos. Quasi dicat, malitiosus & vilis cumulus est. Tollam ergo panes meos & aquas meas, & carnes pecorum meorum, si cibos & potus quod occidi tibi seruis meis, & dabo viris quos nescio unde sint? Ac si dicat: Non faciam, cum sint tam viles, ut indignum reputem quere aut cognoscere, de quo loco sint oriundi, & alij erant inter seruos David, quorum locum natalem & originem Nabal nesciuit. His auditis, indignatus est David, & iussit suis: Accingatur vnusquisque gladio suo. Et accincti sunt singuli gladijs suis. Accinctusque est & David gladio suo, & sequuti sunt David quasi 400. viri. Porro ducenti minus apti ad praesidium, tremasunt ad sarcinas, hoc est, ad cucullodiuuata, in quibus necessaria erant, & ea quae praeparatis oneri erant. [Abigail] autem uxori Nabal nunciauit vnus de pueris, hoc est, famulis suis prudens opilio: [Ecce] misit David nuncios de deserto, ut hndicerent domino nostro, in ipsum Nabal salutarer per verba commendatoria, & auersatus est, hoc est, repulit eos. Homines isti, boni satis fuerunt nobis, & non molesti, nec quicquam aliqui perijit omni tempore quo fuimus conuersati cum eis in deserto. Pro muro fuerunt nobis, tam in nocte, quam in die oibus diebus quibus pauimus apud eos greges. Quam ob rem considera & recogita, quid facias ad placandum David, quod quae completa est malitia aduersus virum tuum, & aduersus domum tuam, hoc est, ita est prauitas viri tui, quod diutius tolerari non potest, & tempus suae punitionis iam instat, non solum in malum viri tui, sed & domesticorum ipsius. [Et ipse] est filius Belial, hoc est, diaboli seu homo prorsus indisciplinatus, ita ut nemo possit ei loqui. Ii vix aliquis potest eum sine periculo alloqui, quoniam statim peruersè respondet, aut respondere dedignatur, aut alloquentem male tractat. [Festinauit] igitur Abigail, quae sine aliorum consilio statim per suam prudentiam considerauit, quid esset agendum, & tulit 200. panes & 2. vtres vini, Quo constat, & satis apertum est, quod supra per aquas intelliguntur quae cumque pocula. [Et] 5. arietes coctos, & 5. sata polenta. [Satum], secundum Glossam, est mensura continens vnum modium cum dimidio. Modiorum verò quantitas apud diuersos diuersificatur. Polenta verò est accuratissima farina, vel pulvis factus de ea, seu triticum pilo tritum. Andreas expositor dicit, quod sit grana tosta & manibus confricata. [Et] centum ligaturas vuae passae, vna passa vocatur, quae antequam maturescat, exiccatur ad solem, sicque conseruatur & colligatur, & ducentas massas carycarum, si ficum seu fructum palmarum, ut aliqui dicunt, & posuit super asinum. Dixitque pueris, qui seruis suis, qui praefata victualia super asinos deferrebant, [Praecedite] me. [Et] Iacob fratrem suum Esau timens, praemisit cum muneribus seruos, ut illum placaret muneribus. [Et] ecce ego post tergum sequar vos. Viro autem Nabal non indicauit. Cum ergo ascendisset asinum, & descenderet ad radicem montis, David & viri eius descenderunt in occursum eius. Quibus & illa occurrit. Et ait David: Verè frustra seruauit omnia quae huius erant in deserto, si sine gratiarum actione & recompensatione huius Nabal dimisit pecora eius intacta, & ab inuasoribus custodiui. Non tamen sine spe remunerationis diuinae, quae nullum bonum dimittit irremuneratum, & non perijt quicquam de cunctis, quae ad eum pertinebant, & reddidit mihi malum pro bono. Hanc faciet dominus inimicis David, & haec addat, si prosperitatem det hostibus meis, in malum meum bene faciendo eis, sicut ego benefeci huic Nabal, si reliquero de oibus quae ad ipsum pertinent vsque mane, in gentem ad parietem. [Istud] est iuramentum per execrationem, quo iurans sibi ipsi malum imprecauit, nisi suum impleuerit iuramentum. Ac si dicat:

*greges tuos

Deut. 11

1. Reg. 18. 16

*sint

22. q. 4. ca. Quod Dauid ca. la. raut.

Philo.

Prouer. 26. a. Cor. 11.

cat: sic accidat mihi, nisi ante manē diei sequētis occidero ipsum Nabal, & quicquid viui in domo eius inuenero, & cetera bona eius inuēta diripiā. Ipsi iurauit loquēdo cū viris suis in via ad Nabal. Vel visis & auditis seruis. Abigail, durate adhuc vehemētia suā cōmōtionis. In hac quoque ratione secundū Augustinū peccauit, quā temeraria fuit, & ex ira immōderata, quā voluit oēs domesticos Nabal occidere, cū tñ in hac causa fuerint innocētes, & quibus fuit vnctus in regē, nōdum tñ fungebatur iurisdicōe regali, nec debuit ea fungi, viuēte Saul. Præterea aliqui dicunt, quod in hac iuratiōe, hæc faciat Deus inimicis Dauid, per inimicos Dauid, intelligatur ipsemet Dauid: aliās iuramētum esset nullū, sed magis derisorium. Tñ ex præiudicāta expositiōe patet huius oppositum. Alienū etiā impropriumque videt, per inimicos Dauid, intelligere ipsum Dauid, quibus interdum in scripturis aliqd pro suo cōtrario accipiat, vbi ad hoc alia causa rationabilis assignat, atque ex cōnstitūta literā facili perpenditur, quā ita sumatur. [Cū autē vidisset Abigail] ipsum Dauid, festinauit & descendit de asino, & prociat corā Dauid super faciem suā, Ise humiliter prosternēdo, vt sic oratio sua fieret ipsi Dauid grata, & adorauit super terrā, & cecidit ad pedes eius, & dixit: In me sit, dñe mi, hæc iniquitas. It. mihi imputa transgressionē mariti mei commillam in te, ita vt satisfaciōem meā pro viro meo accēptes. Sic & Apostolus Paulus scribit ad Philemonē de Onesimo seruo illius: Si aliquid nocuit tibi, hoc mihi imputa, ego reddā. [Loquatur, obsecro, ancilla tua in auribus tuis, & audi verba famulæ tuæ. Ne ponat, oro, dñs meus rex] ipsum Dauid nominat regē, quia vnctus iā fuit, & ipsa certissimē eum credidit regnaturū. [Cor suū super verum istum iniquū Nabal,] hoc est, nō pōderet facta & verba improba huius iniqui, quā fecundum nomē suū stultus est, hoc est, nomine & re fatuus est, & stultitia est cum eo. [Siquidē Nabal stultus interpretat. Ideo verba & gesta ipsius, non sunt curāda viro prudenti, cum & in Prouerbijs dicatur: Nō respondeas stulto secundū stultitiā suā, ne ei similis efficiaris. Hinc Sapiens non debet se stulto opponere ad rixādum aut belligerādum. Propter quod ait Apostolus: Libenter sufferis insipientes, cū sitis ipsi sapientes. Ego autē ancilla tua nō vidi pueros tuos dñe mi quos misisti. Iquos si vidissem, reportassent copiosē q̄ petierat. [Nunc ergo, dñe mi, viuūt dñs & viuūt anima tua,] hoc est, sicut verum est quod Deus viuūt, & etiā aia tua, sic verum est quod d pueros tuos non vidi, quod prohibuit te, nē venires in sanguinē, hoc est, misericorditer ordinauit, vt nunc per meum occursum auertaris, vt spero, a tuo proposito contra Nabal concepto, & mens tua ad pietatem spectatur, ita vt à propria conscientia prohibearis ab executiōe illius propositi. [Et saluauit manū tuā ubi] à tātō peccato p̄seruauit potestatem seu manū tuā, hoc est, te ipsum. [Et nōc fiant sicut Nabal inimici tui, & q̄ r̄unt dño meo malū.] Hoc multi exponunt sic, inimici tui sūt stulti & improbi, quēadmodū Nabal, sed non videt quod virtuosa & prudens mulier illa, imprecata sit alijs mala culpæ. Ideo videt sic exponēdum: Inimici tui sūt sicut Nabal, i. aduersa p̄ suis peccatis sustineat, nec tibi præualeat, sicut Nabal iā sustinisset, nisi tibi occurrissem: & sustinebit, quia nō erit impunitus. [Quapropter suscipe benedictionē hanc.] Mi munera ista q̄ tibi adduco, & tribuo gratis, q̄ sunt causa & materia benedictionis, Equā attulit ancilla tua tibi dño meo, & da pueris q̄ sequuntur te dñm meū. Aufer iniquitatē famulæ tuę.] culpā viri mei, quam super me accepit, ignosce. [Facies em̄ faciet tibi dñs dño meo domum fidelē.] regā domum quā tibi promisit, & deliter cōferet tibi, & sobolē atq; familiā q̄ erit Deo & tibi fidelis. [Qua prælia dñi, dñe mi, tu pleris,] i. iusta & strenua bella tu exeres. q. d. regnabis, quā ad Dei honorē pro Repub. pugnas. [Malitia ergo nō inueniat in te, oibus diebus vitæ tuæ.] quasi dicat: Nunq̄ inheret tibi malitia, ita vt post rationabilē persuasiōem perseueres in malo. Hoc addit prudēs hæc scemina, ad innuendū quod si Dauid occidisset ipsum Nabal, nullo intercedēte, occurrēt & satisfaciēte p̄ illo, potuisset hoc ascribi passioi irē potius q̄ malitię. Sed si post tā affēctuosam ac humilē precē & satisfaciōnē ipsius Abigail, id fecisset, fuisset malitię ascribēdū. Hæc ergo elemētā facies, pximo, q̄ tenens merearis pietatē & protectiōnē gratiosam impetrare à deo. Hinc subdit: [Si em̄ iurrexerit aliquis homo persequēs te, vel q̄rens animā.] vitā tuā] ad occidendū, quēadmodū Saul diu & multoties fecit, erit anima dñi mei custodita quasi in fasciculo viuētium apud dñm v̄eum tuū. I. deus custodiet & defendet te à periculo tā diligenter, ac si in sorte & numero semp viuētū constitutus iā esses. Vnde Hebræus habet, quasi in vinculo vitæ, hoc est, in sanctorum collegio. Alia litera habet: In fasciculo vitū, tanq̄ dicat: Ita custodiet dñs vitā & animā ad multiplicādum ætus virtutū atq; ad prolificādum in regno, quēadmodū custodit fasciculus vitū in aqua, vt trāsp̄lantē, sicq; metaphoricē loquit, tanq̄ dicat: Sicut ramusculi vineæ colligantur & in aqua ponuntur, vt alibi inferantur aut trāsp̄lantentur, sic electi & virtuosus nunc custodiuntur in aqua sapientię rorē; gratię, quantum tempore præfixo à dño transferantur ad regionē feliciter viuētium, & collocantur in patria beatorum. Porro inimicorum tuorum anima rotabitur, hoc est, vita persequentū te, erit instabilis, & per adueria ac vitia circunuoletur, cadet, & de societate viuorum projicietur, quæsi in impetu & circulo fundæ. hoc est, velociter, sicut lapis ex funda projicitur. [Cū ergo domi-

dominus fecerit tibi dño meo oia hæc, quæ locutus est bona de te, & cōstituerit te ducem super Israel, si te regem fecerit, non erit tibi hoc in singultum: hoc est, fletum intēsum, de quo singultus erumpit, & in scrupulum, hoc est, remorsum cordis dño meo, quod effuderis sanguinem innoxium domesticorum Nabal, q̄ nō peccauerūt in te. Iam ipse te vltus fueris] de Nabal propria manu. Reg. 6. nu aut vsurpata auctoritate. Nondum em̄ (vt dictum est) habuit Dauid vsum & exercitium regie potestatis ac iurisdicōis, sed vnctus fuit ad succedendū post Saul in regno: idcirco nec verum reor, quod in expositione huius cap. asserit qdam, quod Dauid de iure potuisset accipere de rebus Nabal pro sua voluntate, cū esset rex vnctus, & in necessitate positus. Veruntū fatore quod necessitas excusasset, si fuisset tam magna. [Et cū benefecerit dñs] vnuerforū [dño meo] Dauid, collocādo eum in throno regali, [recordaberis ancillæ tuæ, & tu benefacies ei:] hoc est, memoreris mei in bonum & gratus bñficijs meis. Videtur hæc mulier quasi propheticō spū esse locuta. Nam & qdam Hebræi fatentur, quod per spm̄ prophetiæ nouerat suum virum in breui moriturum. [Et ait Dauid ad Abigail,] gratias agens Deo, prudentiq; scemina de saluberrima informatione, & de reuocatione à tanto excessu: [Benedictus dñs deus Israel,] q̄ misit te hodiē in occursum meum: [qm̄ ad diuinā p̄ordinationē sic cōtigit,] & benedictū] hoc est, laude dignum est eloquium tuum, & benedicta tu quæ prohibuisti me, ne irem hodiē ad sanguinem Ieffundendū iniuste, & viciscerer me manu mea. Iam dictū est, & paulo p̄st subditur, quod dñs, phibuit eum indē. Quod ergo Abigail indē prohibuit eum? Deniq; ipsa non videt eum indē prohibuisse, sed humiliter supplicauit, ne faceret. Et r̄ndendum quod prohibere, sumit hic extēse, pro impedire. Deus quoque per legem & per cōscientiæ censurā, prohibuit eum ab omni homicidio & innoxij sanguinis effusione. Rursus, Deus prohibuit principaliter, Abigail autē dispositiue & ministerialiter. [Alioquin viuūt dñs Deus Israel,] qui prohibuit me ne facerem tibi, nisi citō venisses in occursum mihi, non remansisset Nabal vsq; ad matutinam lucem mingens ad parietem. hoc est, viuens ac dispositus ad mingendū super parietem. Porro, quod dicitur, Mingens ad parietem, primō exponitur de mare seu maseculo, q̄ mingit erectus & stando. Secundō, exponitur de cane, q̄ ad parietem mingere solet ceru leuato. Tertio, de infirmo, q̄ ad mingendū non potest lōgius ire. Et iuxta hæc, quod superius legitur Dauid iurasse, quod non relinqueret ex oibus pertinentib; ad Nabal, mingentē ad parietem: primō exponitur, quod intēdebat occidere oēs masculos domus Nabal. Secundō, quod omne viuens in domo eius volebat perimere, intm̄, quod nec canibus, nec infirmis voluerit parcere, cū tñ canibus propter eorum vilitatem, & infirmis propter eorum imbecillitatē, parcere cōgruat. Prima autē expositio verior esse videtur: tum quia hic dicitur, Non remansisset Nabal mingēs ad parietem, per quod non datur intelligi, quod permansisset canis aut infirmus, quia nec canis fuit, neq; infirmus, qñ Dauid istud iurauit, sed quod non mansisset vir viuens: tum quia hoc fuisset valdē crudele, nec infirmis parcere velle ab occisiōe, propter improba verba vnus suppositi. [Suscepit ergo Dauid de manu eius oia quæ attulerat ei.] Dixitq; ei: Vade pacificē in domum tuam. Ecce audiui vocem tuam, & honorauī faciē tuam. Venit autē Abigail ad Nabal. Et ecce erat ei coniuuiū in domo eius quasi coniuuiū regis, & cor Nabal iucundū. Erat em̄ ebrius nimis. Et nō indicauit ei verbum pusillū aut grāde vsq; manē. Diluculo autē cū digessisset vinū Nabal, indicauit ei vxor sua verba hæc: Iqualiter s. Dauid iurauit eum occidere, & qualiter ipsa placauit illum: quod non indicauit ei in ebrietate cōstituto, quia p̄ tunc capax non erat informationis: & indicauit ei hæc oia vxor sua, non malitiosē, sed piē, vt eum ad penitentiā prouocaret, & cautiore efficeret. [Et emor tuum est cor eius intrinsecus] præ ingēti timore. Quauis em̄ audiuit à cōiuge ipsum Dauid esse placatum, timuit tñ quod mutato proposito iuramentū suum implere studeret. [factus est quasi lapis.] i. immobilis, quia ex vehementia timoris, sanguis decurrit ad cor, & sic membra efficiuntur rigida, impotētia, & malē mobilia. [Cumq; pertransissent 10. dies, percussit dñs Nabal, & mortuus est.] Quod cū audisset Dauid mortuum Nabal, ait: Benedictus dñs q̄ iudicauit causam proprobrij mei de manu Nabal, si. in causa quam habui cōtra Nabal propter verba opprobriosa quæ aduer sum me protulit, iudicauit pro me, illum puniendo propter suum excessum, & hoc infra 10. dies, vt p̄cna proportionaret culpæ, qm̄ 10. erant iuuenes quos misi ad eum, per quos tam opprobriosa verba mihi mandauit, & seruum suum custodiuit à malo, i. ab homicidio, & malitiam Nabal reddidit dñs in caput eius. Ii. p̄cnam debitam ei pro sua culpa inflixit, & hoc ministerio angelī boni aut mali. Tales quippe vitiones aliqñ factæ legunt per angelos bonos, vt patet de subuersione Pentapolis: qñq; per angelos malos. Sed videtur Dauid in verbis his gratias Deo egisse de suæ iniuriæ vltione, & de aduersarij sui ruina fuisse gauisus, cū tñ Prouer. 24. dicatur. Cūm ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina illius non exultet cor tuum. R̄ndetur quod sc̄tus vir zelo iustitiæ cōgratulatus est iusto iudicio Dei, & diuinæ applausit, seq; cōformauit iustitię, non vltionis amore, iuxta illud Iob 22. Videbunt iusti, & letabuntur, & innocens subfannabit eos. Atq; Plal. 57. Letabitur iustus cūm viderit vindictā. [Misit ergo Dauid] pueros, [et locutus est ad Abigail,

Reg. 6.

Gen. 19.

diuina sic accidit, videntur in foro conscientie excusabiles fuisse, cum non sit sapientia, prudentia aut consilium contra dominum. Nunc ergo vide ubi sit hasta regis, & ubi sit scyphus aque, quod erat ad caput eius. Cognouit autem Saul vocem Dauid, iudicium & pinda verba intellexit, sicque considerauit se rursus incidisse in manus Dauid, & paratum sibi esse ab illo: ideo ad mansuetudinem versus, dixit: Nunquid vox haec tua est, fili mi Dauid? & ait Dauid: Vox mea, domine mi rex. Et ait: Quae ob causalem, domine meus persequer seruum suum? Quid fecerit aut quod malum est in manu mea? Nunc ergo audi, oro domine mi rex, verba serui tui. Si dominus incitat te aduersum me, Ii. prouocari permittit, aut si putas te moueri a Deo, & iuste procedere, odoretur sacrificium: Ii. oblatio fiat pro me Deo, ut mihi reconcilietur, ne amplius incitet te contra me, quasi dicat, paratus sum sacrificijs & orationibus Deum placare. Vel sic, odoretur sacrificium, i. ambo sacrificemus domino, quatenus ipse ostendat, an moueas ab ipso. Quidam exponunt sic: Odoretur sacrificium, i. patientia quam habeo in persecutione hac, instar sacrificij sit Deo accepta: sed expositio haec, spiritualis magis quam literalis esse censetur. Ii. autem filij hominum incitant te contra me, sicut & incitabat, vnde supra Dauid dixit ad Saul: Quare audis verba hominum loquentium, Dauid quaerit malum aduersum te? male dicti sunt in conspectu domini, Ii. prauis & vitiosis sunt coram Deo & maledictione condigni, qui eiecerunt me hodie, Ii. procurauerunt ad te, quod expulisti me tempore isto, & nunc versus, peraxisti meam expulsionem. Veruntamen Dauid haec dicens, fuit in terra promissionis, sed iam ante fuit ebannus & expulsus ab ea, [ut non habitem in hereditate domini, Ii. in terra hac cultus diuini, quae fuit specialiter terra hereditaria Dei, ut potest ab eo electa ad cultum diuinum. Vel, hereditas dei vocatur Israelitica plebs, de qua ait Esa. 19. Hereditas mea Israel. In hac hereditate non potuit pacifice & publice commorari. Ii. dicentes verbo aut opere ad me, quis absentes? Vade, serui dijs alienis. Ii. inter idololatrias habita in terra aliena, & ibi cole gentium idola. Ita enim paruipenderunt salutem Dauid, & eum sic despexerunt, quod forsitan quidam illorum dixerunt haec verba. Vel ad minus dixerunt haec facta aut aequaliter. Ex quo enim cultus veri Dei non vigit, nisi in terra Israel, quae expellebantur a terra illa, exponebant idololatriam vitijs, iuxta illud Psalm. 17. Cum peruerso peruerteris. Hinc lex non iniunxit exilium, quoniam exulati a terra cultus diuini, incidissent facilliter in idololatriam criminata, ut in prima secunde asserit Thomas, & super Pentateuchum dictum est plenius. Et nunc non effundat sanguis meus in terra coram domino: Ii. ab sit ut iuste seu propter demerita mea occidat, nec in manus tuas me tradat: quod merito oro, quia egressus est rex Israel, ut quod pulicem unum. Ii. rex tam potes, cum tanto exercitu venit ad capiendum me, quod comparatione illius modicus & impotens sum, ac instar pulicis hinc inde transilio fugiendo, sicut persequitur perdix: Ii. sicut bestiola illa fugatur, persequutionemque sustinet in motibus Jab aucupe. sicque verbum istud, persequitur, quod proprie est deponentale, & actiue accipitur, sumitur hic passiuè: quae admodum verbum hoc, promeretur ad Hebraeos. 13. Talibus hostijs promeretur Deus, i. meritorie obtinetur pro premio. Tamen, ut fertur, in Hebraeo habetur Quoquim: quod designat auem, quae insequitur musca aut tale quod vile, sicque persequitur, proprie sumitur. Et ait Saul, peccauit: Reuere fili mi Dauid. Nequaquam vltra tibi male faciam, eo quod preciosa fuerit anima mea in oculis tuis hodie. Ii. hac nocte peruersa me ab occisione, & custodisti me tanquam preciosum thesaurum, & utique preciosa fuit anima Saulis in oculis Dauid, quod noluit ipsum Saul occidere in statu illo vitioso, in quo tunc fuit, in quo si eum occidisset, anima eius mox fuisset damnata. Apparet enim quod stulte egerim nimis, volendo te trucidare, quem Deus vnxit & elegit ad regnandum pro me: & ignoraui multa nimis, non considerandi iusta iudicia Dei, quibus nemo potest resistere, & etiam me saepe habendo incaute, ita quod bis incidi manus tuas. Et respondens Dauid, ait: Ecce hasta regis, transeat vnus de pueris regis, & tollat eam. Dominus autem retribuet vniciuique secundum iustitiam suam & fidem. Ii. fidelitatem, vel iuxta fidei suae actum, prout fides est theologica virtus. Nam iustus ex fide viuunt, per quae verba notat Saulem, quod toties tam iniuste ac infideliter se habuit circa Dauid. Tradidit enim te dominus hodie in manu mea, & nolui extendere manum meam in Christum domini. Et sicut magnificata est anima tua hodie in oculis meis, id est, sicut valde clementer me habui in hac nocte circa vitam & animam tuam, eam honorando, in tantum, quod nec laesi nec laedi permisi eandem, sicut magnificetur anima mea in oculis domini, Ii. pie atque magnifice custodiatur a Deo, & liberet me de omni angustia. Ait ergo Saul ad Dauid: Benedictus tu fili mi Dauid. Ii. laude dignus, & donis gratiae dei ornatus: Et quod facies facies, Ii. magna (ut dicitur reges) ages, iuxta illud Esa. 32. Principes ea quae digna sunt principe, cogitabit, & potens poteris. Ii. mihi iam pualis, ad huc am plius pualis, & rex potes eris, & aduersarios superabis. Vti autem Saul modo loquedi trucidato ex vehementia admirationis. Abijt autem Dauid in viam suam, quia non credidit verbis Saul, cuius in se delitatem, inconstantiam, furiam & rancorem fuit frequenter expertus. Et Saul reuersus est in locum suum.

¶ Explanatio cap. 27. Et dixit Dauid in corde suo. Art. 46. Recitatur hic, qualiter Dauid terram Israel exiens, a rege Philistinorum susceptus sit, & qualiter infideles vastauerit. Et ait Dauid in corde suo, intra se cogitando: Aliquid incidam vno die

Abacuc. 2
Rom. 1
Heb. 10.

die in manus Saul: Ii. si diutius in terra hac Israel mansero, probabile est secundum consuetudinem humanam, quod tandem comprehendar a Saul. Qualiter autem potuit hoc rationabiliter formidare, non obstante quod sciuisset se vnicum in regem, dictum est saepe. Nonne melius est ut fugiam, exeundo terram domini Saul, & saluer in terra Philistinorum, ut desperet Saul se posse comprehendere me, & cesset me persequi in cunctis finibus Israel? Fugiam ergo manus eius. Et surrexit Dauid, & abiit ipse & 600. viri cum eo, ad Achis filium Maach regem Geth. Achis iste (secundum Magistrum in hist.) fuit filius illius Achis, ad quem supra Dauid legitur cofugisse: & mater istius Achis, vocata est Maach. Geth quoque fuit praecipua vrbs Philistinorum: ideo dicitur fuisse rex vrbs illius, per quod notatur, quod erat rex totius regis Philistij. Et habitauit Dauid cum Achis in Geth, ipse & viri eius, & domus eius, Achin oem Izraelitis, & Abigail vxor Nabal Carmeli. Et nunciatus est Saul, quod fugisset Dauid in Geth, & non addidit vltra querere eum. Dixit autem Dauid ad Achis: Si inueni gratiam in oculis tuis, detur mihi terra in qua habitandi in vna vrbum regionis huius, ut habitet ibi. Cur enim manet seruus tuus in ciuitate regis tecum? Quasi dicat, presumptuosum videtur ex parte mei, & onerosum est tibi, quod ego cum tot viris habito tecum in vrbe hac regia metropoli. Dedit itaque ei Achis in die illa Ziceleg, propter quam causam facta est Ziceleg regum Iuda vsque in diem hanc. Ios. 15. Ii. lecaetero ad eos pertinuit, in quo etiam ex iure diuino pertinuit eis, quoniam erat ex vrribus, quas Deus per Iosue filijs Israel deputauit, atque ad tribum Iudae fuit ascripta, ut in libro Iosue patet. Fuit autem numerus dierum, quibus habitauit Dauid in regione Philistinorum, quatuor mensium. Ii. quatuor menses continuerunt & constituerunt dies illi. Porro (ut dicitur) in Hebraeo habetur, Dies & quatuor menses, atque (ut Iosephus scribit) erant 20. dies & 4. menses. Quidam per dies intelligunt duos dies naturales, alij annum vel annos, quoniam in scriptura Achis ait de Dauid: Est apud me multis diebus vel annis. Et ascendit Dauid & viri eius, & agebant praedas de Gesuri, & de Gezri, & de Amalechitis. Ii. bona hominum regionum illarum diripuerunt. Et enim pagi habitabantur antiquis in terra euntibus Sur. Ii. villae terrarum praedarum, quarum villarum habitatores spoliari, olim inhabitabantur securae, pergebat illic multis per viam qua itur ad territorium Sur, vsque ad terram Aegypti. Et percutiebat Dauid oem terram illorum, Ii. habitatores locorum illorum occidit, nec relinquebat viuentem virum & mulierem. Ii. tam viros quam mulieres occidit, tollensque boues & oues & asinos & camelos & vestes, reuertebatur & veniebat ad Achis. Sed nonne istud videtur crudellissimum, iniustissimumque fuisse? Respondetur, quod non, quoniam praedarum terrarum ad terram totam filijs Israel repromissam diuinitus pertinuerit, sicque tempore opportuno poterant occupari ab Israelitis, & perdidit habitatores territoriorum illorum ex diuina iussione erant tunc occidendi, sicut & tempore Iosue factum est Chananzis. Dicebat autem ei Achis: In quem populum irruesti hodie? Respondit Dauid: Contra meridiem Iudae, & contra meridiem Ierameel, & contra meridiem Keni, Ii. filios Israel comorantes versus plagam meridianam, & versus vrbes Ierameelitarum, & versus oppidum Kenazorum impugnaui, percussit & spoliaui. In his verbis aliquid accusatum ipsum Dauid ad medacio, quoniam ambiguit & indeterminate respondit. Verumque fuit quod hi in quos irruit, morabantur versus meridiem. Alij dicunt eum mentitum, quia sic respondit ex proposito, quatenus rex Achis deciperetur, taliter intelligendo verba ipsius Dauid, quasi Iudaeos inuasisset. Sic quoque Achis intellexit risum Dauid. Virum & mulierem non viuificabat Dauid, nec adducebat in Geth, dicens: Ne forte loquantur aduersum nos. Haec fecit Dauid, & hoc erat decretum illi omnibus diebus quibus habitauit in regione Philistinorum. Credidit ergo Achis ipsi Dauid, dicens: Multa mala operatus est contra populum suum. Ii. filios Israel. Et dicunt istud fuisse mendacium officiosum, quia pro obseruatione suipsius & virorum suorum, ita respondit. Erit igitur seruus mihi sempiternus. Ii. per ome tempus vitae suae. Ista fuit vna causa, quod Achis iste tam beneuolus susceptus & tractatus dauid ac suos, quia percepit quod Saul erat hostis eorum, & ipse Saul fuit leualis aduersarius huius Achis. Alia causa fuit, quoniam Achis iste, propter virtutes & pbritatem ipsius Dauid, bene afficiebatur ad eum, sicut & alij magni Philistinorum, in tantum quod Ethai Gethaeus cum viris suis per Dauid fuit ad Iudaismum conuersus.

¶ Expositio cap. 28. Factum est autem in diebus illis. Art. 47. Recitatur iam, qualiter Philistaei & Israelitae praeparauerunt se ad pugnam vltimam, quam contra se inuicem habuerunt viuentem Saul. Factum est autem in diebus illis, cognouerunt Philistij agmina sua particularia, quibus satrapae praesuerunt, ex quibus omnibus vnus generale ac totale agmen constituerunt, cui rex praesuit, ut praepararentur ad bellum contra Israel. dixitque Achis rex Philistinorum ad Dauid: Scies nunc scito, expressio est certitudinis, tanquam dicat, pro certo agnoscos, quoniam mecum egredieris in castris, Ii. turmis Philistij, tu & viri tui praeparandi ad pugnam aduersus Saul. Hoc dixit Achis, quasi honorans ipsum Dauid, de cuius strenuitate & fidelitate taliter sensit. Dixitque Dauid: Nunc scies per effectum, quod facturus est seruus tuus, Ii. qualiter me habebis, & tibi astabo. Et ait Achis ad Dauid: Ego custodem capitis mei te ponam cunctis diebus. Ii. de tua fortitudine, prudentia, fidelitate & peritia in rebus bellicis sum tam certus, quod in congressibus, peri-

ret. Co. hist.
li. 1. re. c. 24.
1. Reg. 24.

Ios. 15.

Ios. lib. 6.
an. lu. ca. 13.

1. Reg. 29.

¶ vagi habitabant

Ios. 16.

culisq; bellorum faciam te custodem & defenforem mei ipsius. Re. 27. q; ait, capitis mei, qm caput in bellis iustibus magis patet, & plus impeti solet: ideo fortiori eget custodia. ¶ Circa hæc qritur, an Dauid dixit hæc verba ex corde, secundū quod ea etiam Achis intellexit, hoc est, an intendebat in bello iuuare regem Achis cōtra Hebræos. Si sic, videt in hoc peccasse, q; s. intēdebat perfidos Philistæos cōtra cultores Dei iuuare, pferim cūm pabile sit, q; nō habuerit p̄lium iustum. Exo. 13. cōtra Iudæos, qbus dñs per Moſen & Iosue, pmiserat terrā Philistinorū. Insperat Dauid iam antē Ios. 13. ausus non fuit mittere manum suam in Chrm dñi, vt potē in Saul, cūm ipse Saul q̄sisset occidere ip̄sum Dauid: ergo multo minū extēdisset manū suam in Saul, in bello, in quo non q̄rebat aiām eius. Si dicitur q; non intendebat pugnare p Achis cōtra aduersarios eius Hebræos, ergo perniciose mentiebat, & deceptor regis sibi propicij esse, p̄posuit, atq; ingratus fuit bñficijs regis illius. Deniq; Glossa interlinearis super hæc verba, Nunc scies q̄ facturus est seruus tuus, ait, videlicet pro te cōtra inimicos tuos. Alia quoq; Glossa, q̄ facturus est, inquit, seruus tuus cōtra hostes. Circa hæc scribit Lyra, dicendū q; Dauid intendebat defendere ip̄sum Achis, cui tenebat ex bñficijs ab illo receptis, nec peccasset in hoc, duplici ratione: Vna accipit ex parte Achis, ipse Achis habuit iustum p̄lium cōtra Saul, quod potuit esse, si Saul arreptitus fregit aliqua pacta aut iuramenta in ita cum Philistæis. Alia ratio sumitur ex parte Dauid, q; habuit ius in regno Israel, ideo potuit illud acquirere virtute armorū facultate occurrēte. Et in tali bello iusto poterat licite vti Philistinorū cōfortatione atq; auxilio. Cogitabat em̄, pbabiliter, q; si Philistæi p̄ualerent, amicus suus Achis ip̄sum iuuaret ad possidendū regnū Israel. Verim cōtra hæc scribit Rabbi Paulus multūm plixē, & primò reprobatur secundā rōnem, per quam secundū Lyram poterat Dauid cōtra filios Israel sine pctō pugnare, & Philistæos iuuare: q; rōne fuit inunctiōis in regē, habuit ius in regno Israel, ita q; potuit illud acquirere virtute armorū facultate occurrēte. Nam quis fuit vnctus in regē, nō tñ sic, vt regnaret aut executiōe seu iurisdicōe p̄tatis regis: vt rē Saulē videt: nec sic, q; potuerit p̄ regno obtinēdo pugnare aduersus Saul facultate occurrēte: q; p̄ habitū est, q; Saul bis incidit in manus Dauid, ita q; ei occurrit facultas occidendi Saulē, nec tñ hoc fecit, nec fieri sibi permisit, protestās q; fieri nō posset absq; pctō, vt plen̄ patuit supra. Porro, q; dicit, ip̄sum Dauid potuisse vti auxilio in fidelij Philistinorū ad acqrendū regnū Israel, nō videt vllū habere colorē, q; iā dixerat antē, q; auxilio suorū virorū fidelij, q; erāt 600, nō poterat sine pctō vti ad occidendū Saul, vt ita rex fieret: multo minū putauit se posse vti ad hoc Philistinorū subsidio. Hinc Rabbi Paulo apparet, q; Dauid in casu isto tam perplexo & intricato, diuine p̄uidentię se cōmisiſſe, proponēs id agere, quod sibi dñs inspiraret. Vñ nec ex ei rōne, neq; ex Glossa p̄allegata cōcludit, q; intēdebat pugnare cōtra regē, plebē vti Israel: q; non dixit ad Achis, Nunc scies q; pugnabo cōtra Saul ac suos. nec Glossa hoc dicit: Sed nūc, inq; scies qd facturus sit seruus tuus. Ad dicit, Glossa, cōtra inimicos tuos, q; sunt verba indeterminatē plata, & poterat verificari ius pugnare cōtra Israel, siue nō. Præterea videt q; bñficijs, q; Dauid intendebat defendere regē Achis ppter bñficia sibi ab illo exhibita, q̄tūm id facere potuisset sine culpabili Israelis læsiōe. ¶ Samuel aut mortu' est, & plāxit eum ois Israel, & sepelierūt eum in Ramatha vrbe sua. ¶ Quæ admodūm sū prā est descriptū, & istud repetit hīc, ppter hīc sequentē historīā, in qua resuscitatus suo modo describit. ¶ Et Saul abstulit magos & ariolos de terra. Ji. de regno suo illos expulsi, vel occidit quos potuit inuenire, vel sub p̄na mortis phibuit eis vsum huiusmodi artis nefarię. Magis tñ videt, q; fecit tales occidi. Vñ in aliquibus textib' subdit: ¶ interfecit eos q; pythones habebāt in vētre. Ji. artē suscitādi mortuos gerebāt in mēte. Veruntū hoc nō est in Hebræo, nec in libris correetis. Deniq; Saul videt illos abstulisse zelo legis, cūm scriptū sit: Anima q; declinauerit ad magos & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, interficiā illā de medio populi sui. Itemq; Vir siue mulier, in qbus pythonicus vel diuinatiōis spūs fuerit, morte moriā. Exo. quoq; 22. Maleficos nō patieris viuere. Aliq; tñ affirmāt q; illos occidit, q; dicebāt ip̄sum Dauid regnaturū. ¶ Cōgregatijs sunt Philistij, & venerūt, & castrametati sunt in Sunā. Ji. iuxta vrbe sic dictā. Vñ vocata est mulier Sunamitis. ¶ Cōgregauit aut Saul vniuersum Israel, Ji. quosdā viros de singulis tribubus, familijs & domibus Israeliticę plebis, ¶ & venit in Gelboe, & vidit Saul castra Philistij, Ji. fortitudinem & multitudinem agminis Philistinorum, ¶ & timuit & expauit cor eius nimis. ¶ Non est sperauit in dño, & iusto Dei iudicio ablata est ei audacia & magnanimitas pristina, qm dies eius p̄xinita Deo, iam venit. Vñ tam immoderatus ac vehemēs timor, fuit probabile signum, q; fuit vincendus. Talis etenim timor infrigidat atq; debilitat hoīem, & vsum impedit rationis, cōsilijsq; acumen. ¶ Consuluitq; dñm, & non rñdit ei neq; per somnia, Ji. per visiones quę fieri solent in somnijs, iuxta illud Iob 33. Per somnium in visione nocturna aperit aures virorum. ¶ neque per sacerdotes. ¶ Consuevit aut dñs per pontificē specialiter rñdere, & ille, putā Abiathar, pro tunc erat cum Dauid. Indignum quoq; se fecerat Saul responsō diuino per sacerdotes, quia Achimelech pontificem cum alijs sacerdotibus multis impijsimē trucidauit. Quidā circa hoc scribit: Non respon-

Exo. 13. Ios. 13. 1. Reg. 24. 26. R. Paulus. 1. Re. 24. 26. 1. Reg. 27. Leuit. 20. Ibid. 4. Reg. 4. 1. Reg. 21.

dit ei dñs per sacerdotes, qm eos occidit, excepto Abiathar, quod nō est intelligendū, quasi Saul occiderit oēs sacerdotes suo tempore existentes, pter Abiathar, sed sacerdotes qui erāt in Nobē. Qui autē in alijs vrbibus cōmanserunt, manebāt superstitēs. ¶ neq; per prophetas ¶ q; vt crediti fuerunt Samuelis discipuli, quorum responsione ppter sua peccata fuit indignus. ¶ Dixitq; Saul seruis suis: Quærite mihi mulierē habentē pythone, ¶ Ji. artē diuinandi modo p̄tato, ¶ & vadā ad eā, & sciscitauerit per illā] euentum belli. Circa hoc magister in historijs scribit, pythone quidā dicunt artē esse suscitādi mortuos, quā Pythius adinuenit, i. quærite mihi mulierē peritā artis illius, quod cōgruit Hebræo, in quo legi, mulierē Bahalathob, Bahalath nāq; interpretat dña: Ob verō, est nomē artis illius. q̄si dicit, q̄rite mihi mulierē, q; sit dña seu magistra artis illius. Pythius iste, secundū Glossam, vocat Apolio seu Pheebus harum artū inuētor & cultor, à quo pythonicę atq; pythonici dicti sunt. Videt demum hæc ars in mulieribus p̄cipuē viguisse. Nā & Saul loquutus est, Quærite mihi mulierem habentē pythone: nō dixit, quærite mihi virum talē. In Actis quoq; apostolorum legit de puella pythonica, q; magnum p̄buit quæstum suis dñis diuinādo. Ex his innoteſcit defectuositas Saul, q; cūm quasi zelo legis p̄tendisset, se magos atq; hariolos abstulisse, iam cōfugit ad eos, cōtra illud Leuiticis: Ne declinetis ad magos, nec ab hariolis aliq; sciscitemini. Vñ dē & in Deut. habet: Nō inueniat in te qui hariolos sciscite, aut obseruet somnia atq; auguria. Ne sit maleficus neq; incantator, nec pythones cōsulat neq; diuinos, & querat à mortuis veritatē. ¶ Et dixerunt serui eius ad eū: Est mulier habēs pythone in Endor, Ji. in loco seu oppido sic vocato. ¶ Mutauit ergo habitum suum, vestitusq; est alijs vestimētis, ¶ ne scemina illa, cognito eo, metueret ac renueret respondere. In scholast. fertur hist. q; Hieronymus mulierē hanc asserat fuisse matrem Abner, sed cū Abner fuerit cōsobrinus Saulis tā proxim', ita q; pater eius fuit frater patris Saul, nō apparet quin mulier illa ex inuitu vultus & stature Saul, q; ab humeris eminebat, & ex voce ipsius eū vtiq; agnouisset. ¶ Et abiit ipse & viri duo cum eo, veneruntq; ad mulierem nocte, & ait illi: Diuina mihi in pythone, Ji. per artē pythonicā p̄nuncia mihi futura per apparitionē defuncti, ¶ & suscita mihi quę dixerō tibi. ¶ Qualiter intelligēda sit suscitatio ista, in fine dicet huius artic. Nec em̄ putandum, q; hæc mulier quacūq; arte nefanda habuerit potestatem suscitandi defunctū, sed per veritātē illa siebat q; diabolus in forma alicuius defuncti apparuit. Ideo si in hac apparitiōe apparuit incantator Samuel suscitatus, hoc fuit nō arte pythonica, sed operatione & disp̄satione diuina. ¶ & ait mulier ad eū: Ecce tu nosti quāta fecerit Saul, & quomodo eraserit magos & hariolos de terra: quare ergo insidiaris aiā meę vt occidas? Et iurauit ei Saul in dño, dicens: Viuit dñs, q; nō eueniet tibi quicq; mali ppter hæc rē. Ji. tēporale supplicium ex iussu regis nō patieris. Meruit tñ illa q̄ternū supplicium, à quo Saul eā assecurare nequit. ¶ Dixitq; ei mulier: Quę suscitabo tibi? Qui ait: Samuelē mihi suscita. ¶ Sicut t̄git Petrus Comestor, ideo in ca. isto repetit mors Samuelis, vt ostēdat Saulis angustia, in qua plurimū ei fuit necessarius Samuel. Vel vt ostēdat Samuel recēter defunctus, q; erat in pximo suscitādus. Tradunt quippe nōnulli, neminē potē se suscitari arte pythonica, nisi recēter mortuū, & integris adhuc vitalibus. Veruntū huic dicto obijci potest, q; cōmuniter dicit, q; Samuel mortuus fuit biennio ante Saul. ¶ Cum autē vidisset mulier Samuelē, exclamauit voce magna, ¶ qm cōturbata fuit, viso tanto p̄pheta, secundū vnam opinionē, & territa, sciens ip̄sum Saul adesse, ¶ & dixit ad Saul: Quare imposuisti mihi] istud nēgocium? quasi dicat, imposturā seu deceptionē fecisti. ¶ Tu es em̄ Saul, ¶ hoc sciuit ex reuelatione suscitati, & secundū Iosephum, anima Samuelis indicauit hoc mulieri, q; ita clamauit, cū maleficus suscitāf ad petitionē eius q; non est rex, primò mouet & surgit ac apparet à pedibus, dum verò rege sciscitate suscitāf, primò surgit & apparet à capite ppter regis reuerentiā potestatis. Quidā dicunt p̄pheta suscitari nō posse, nisi rege petēte. Ideo mulier viso p̄pheta, cognouit regem adesse. ¶ Dixitq; rex: Noli timere. Quid vidisti? Et ait mulier ad Saul: Deos vidi ascendētes de terra. ¶ Secundū expōsitores catholicos, ponit hic plurale pro singulari, sicut in Exodo: Isti sunt dii tui Israel, cū nō fuerit nisi idoli vñū. Propter quod in Esdra legunt dixisse: Iste est Deus tuus Israel, qui te eduxit ex Aegypto. Itaq; mulier: Vidi, inquit, deos ascendentes de terra, i. virum diuinū, surgentē & suscitātē ē monumētō. Hebræi imaginant, q; Samuel putās se ad diuinū vocari iudiciū, deprecatus est Moſen secū venire ad p̄standū p̄ se, q; legē plenariē adimpleſset, q̄si nec Moſes nec Samuel agnouerint diē iudicij esse futurū in fine mundi post primū Christi aduentū, quē sciebat tunc nōdē venisse. Vel, q̄si anima Samuelis fuerit tam ignara, q; nescierit in diuino iudicio neminē posse testibus adiuuari, cū omnia supercertissimē summo iudici cōstet. Propter quod sanctus Iob dicit: Si aq̄tas iudicij queris, nemo audeat pro me testimonij dicere. Quod autē ponat hic plurale pro singulari, elicitor ex hoc, q; Saul singulariter querit. ¶ Dixitq; ei: Quis est forma eius? Quæ ait: Vir senex ascendit, & ipse amictus est pallio] tali, quali adhuc viuens consuevit vestiri. ¶ & intellexit Saul q; Samuel esset. ¶ Hoc nanq; putauit, siue sic fuerit, siue nō. Itaq;

Acton. 15. Leuiti. 19. Deuter. 18. Pet. Co. histo. lib. 1. Re. cap. 24. 1. Reg. 10. Pet. Co. histo. lib. 1. Reg. ca. 15. Iose. lib. 6. an. iu. ca. 14. Exod. 31.

4. Reg. 1.

sicut infra libro quarto habetur, q̄ Ochozias cognouit Eliam ex relatione sui vestitus & forme, sic Saul Samuelē. [& inclinavit se super faciem suā in terra,] prosternēs se humi, [& adoravit] Samuelē adoratiōe dulzī, tanq̄ excellentē & sciam perfonā. Ex his trahit, q̄ Saul nō vidit Samuelē apparentē, sed mulier aliās nō interrogasset, q̄lis est forma eius? Dicit tñ apparuisse Sauli, q̄ alio cutus est eū. Veruntñ Augustinus fateē, q̄ nō absurdū sit credere, sp̄m iusti Samuelis ostendisse se regis aspectib, quod potest exponi de ostēsiōe per verba. [Dixit autē Samuel ad Saul: Quare inquietasti me,] i. inquietari fecisti a requie, q̄ est in limbo patrū, [vt suscitaretur] ait Saul: Coarctor nimis: Siqdem Philistim pugnāt aduersum me, & Deus recessit a me, & exaudire me noluit, neq; in manu pphetarum, neq; per somnia. Vocavi ergo te, vt ostenderes mihi qd faciā. & ait Samuel: Quid interrogas me? q̄ hū dicat, frustra hoc agis, [cū dñs recesserit a te, & transierit ad x̄m lū tuū.] i. ad dauid cui tu inuides, cū tñ ipse te diligat. [Faciet em̄ dñs tibi, sicut loquitur] est in manu mea;] i. per obsequiū meū, seu ministerio oris mei, q̄a per manum potestas seu operatio designat. Vel, per manū meā, i. per verba q̄ scripsi manu. Siqdem ppheta manu scripserunt, q̄ dixerunt ore tenus. [& scindet regnū de manu tua,] i. totū auferet tibi, [& dabit illud pximo tuo Dauid, q̄a non obedisti voci dñi, neq; fecisti irā furoris eius in Amalech.] i. rigorē diuinē iustitiā executus non es in Amalechitis, prout supra expositū fuit: Falsa pietas illa qua pepercit Agag regi, imō & cupiditas qua pepercit melioribus pecoribus, negligētia & inobediētia, fuerunt sc̄i pua causa reprobandiōis Saulis a regno. Fuerūt etiā aliæ causę, videlicet q̄ obtulit holocaustū, vturpās sibi sacerdotale officiū, & q̄ tā impiē persecutus est Dauid ac suos, & qm̄ sacerdotes sic trucidauit. [Idcirco quod pateris, fecit tibi dñs hodie, & dabit dñs etiā Israel] i. magnā partē exercitus tui, [in manu Philistim.] Nā & populus Israel simul cū rege suo multipliciter erat culpabilis, & interdū cōtingit, q̄ ppter peccata principis percutiū populus, corporaliterq; punit, in quantum princeps & populus eius sunt quodāmodō vnū, & hoc ipsum nouit oim̄ moderator altissimus in bonū spirituale populū aliudē innoxij, ordinare. Ideo nō cōtingit in hoc iniustitia aliqua, Deo attribuēda, [Cras autē tu & filij tui mecū eritis,] i. in numero defunctorū & statu mortuorū seu in inferno, sumēdo infernū totaliter, put quatuor loca includit, videlicet locū damnatiōis reprobōrū, purgatoriū, limbū patrū, limbūq; paruulorū. Quid verō sentiendū videat de dānatione aut saluatiōe Saulis, dictū est i. lib. Paralip. De Ionatha autē teneē, q̄ fuit vir magnę virtutis. De alijs filijs Saul nil certū habet. Sed sicut in euāgelica lege viri cōgressuri pparant se per exercitia deuotionis ad mortē salubrē, ita credēdū videt de viris sub veteri lege, quibus nō oēs sic fecerint, sicut nec modō. [Sed & castra Israel tradet dñs in manu Philistim. Statimq; Saul cecidit porreē in terrā.] Extimuerat em̄ verba Samuelis, & robur nō erat in eo, q̄a nō comederat panē tota die illa.] i. corporalis fortitudo erat valdē debilitata in Saul, ex quo tota die illa nō māducauit, & etiā ex apparitiōe & allocutiōne sibi exhibitā suscitato. Ex talibus em̄ solet hō multū debilitari. Itēq; ex vehemētia sui timoris, quē ex verbis & cōminatiōib, Samuelis incurrat. [Ingressa est itaq; mulier illa ad Saul.] Egrēsa em̄ de secretario, in q̄ maleficiū suū exercuit, intrauit ad Saul. [& obturbat em̄ eum valde.] Dixitq; ad eum: Ecce obediui ancilla tuae voci, & posui animā meā in manu mea.] i. vitā meā exposui perditōi & periculo mortis, faciēdo ad tuā instantiā opus sub mortis periculo, phibitū a lege & rege. [& audiui sermones tuos quos loquitur es ad me. Nūc igit audi & tu vocē ancillę tuę, & ponā corā te buccellā panis,] i. cibum cōuenientē, [vt comedēs cōualescas, & possis iter agere.] Loquitur autē mulier curialiter, sicut dicere solemus his quos inuitamus: Comedatis vnū morfellum. [Qui renuit, & ait: Nō comedā. Coegerūt autē eū serui sui & mulier.] i. instāter rogādo & exhortādo Saulē vt māduicaret, habuerūt se q̄si per modū cogētis, quibus nō fuerit absoluta coactio. [Et tandē audita voce eorū, surrexit de terra, & sedit super] sedū.] Fuit autē tā desolatus, tristis & debilis, q̄ nō sensit appetitū ad refectiōē. Et ex isto eliciunt qdam, q̄ nec mulier Pythonissa, nec serui Saulis audierunt verba Samuelis plata ad Saul: q̄ si audissent, verisimile putāt, q̄ sicut rogauerunt Saulē vt māduicaret, sic rogassent & persuassissent, vt nō iret ad pugnā, in q̄ fuit casurus. [Mulier autē illa habebat vitulū pasualē] i. impingnatū [in domo, & festinauit & occidit eum] ad coquēdum. [Tollēsq; farinā] triticeā, [miscuit eā] cum aqua, nō cū fermētō, [& coxit azyma,] i. azymos panes, [& posuit ante Saul & ante seruos eius. Qui cūm comedissent, surrexerūt & ambulauerūt per totā noctē illā.] Iā dictū est in isto capitulo, q̄ venerunt ad mulierē noctē: deinde, q̄ Saul nō comederat tota die illa: nunc verō, q̄ ambulauerunt per totā noctē illā. ¶ Querit ergo, an oīa ista facta sint vna noctē, an potiūs dies artificialis inter noctē qua venerunt, & noctē qua redierunt, fuerit medius. Ad qd si certō debeat respōderi, oporteret scire locorū distantia, q̄ est inter Endor & Gelboe. Deniq; ex hoc, q̄ Saul tā celeriter & audacter redijt ad suos, vt assisteret eis in plio, in quo se nouerat occidēdū, perpēdit magna eius audacia, aōstas, fidelitasq; ad populū suū. ¶ Querit circa phabita, an Samuel in hac apparitiōe verē apparuit, an potiūs spūs malus in eius effigie. Quod autē in ea apparuerit Samuel verē, videt textus manifestē & copiosē p̄cedere, nec

1. Reg. 15.

1. Reg. 19.

1. Reg. 18. 19

20. 21.

1. Reg. 22.

1. Para. 10.

nec ex circumstantia literę insinuatū oppositum. Idē videtur in Ecclesiastico doceri, quō legi- tur: Post hęc dormiuit Samuel, & notum fecit regi, & ostendit illi finem suum. Hoc quoq; Iose- phus sentit, & omnes Hebręi, & probatur ex eo, q̄ ille apprens, tam rigorosē & verē corrupit Saul, & futura secreta ei p̄dixit. In oppositū argumentatur, qm̄ mulier illa maga nequaq̄ habuit potestātē suscitandi defunctū, nec eius maleficijs anima sancti Samuelis fuerat oblectata ad apparendum & respondendū iniquo. Deniq; in Esāia quo legitur, Erit quasi pythonis vox tua, lo- quitur Glossa, q̄ mulier pythonissa nō suscitauit Samuelē, sed dæmonē euocauit. De hac mate- ria introducuntur hic multa in Glossa ex verbis Augustini. Itaq; sicut refert Isidorus, Simplicia- no Mediolanensi episcopo scribens Augustinus: Inquiris, inq̄, an spiritus malignus potuit sus- citare animā iusti, & tanq̄ de abditis mortuorum recepra culis reuocare, ita vt videretur & loque- retur cum Saul. Deinde hoc fieri potuisse, ostendit Augustinus subdendo: Nōne magis miran- dum est, q̄ Christus assumpsit diabolus, & posuit supra pinnaculum templi? & si hoc nō pertur- bat nos, qm̄ Christus permisit hoc p̄cedere: ita etiam nō absurdum est credere, ex aliqua dispen- satione voluntatis diuinę permissum fuisse, vt nō inuitus, nec dominante magica arte, sed volēs atq; obtemperans occultatē dispensationi Dei, quod pythoniā, Saulēq; latuit, spiritus Samue- lis ostenderet aspectibus regis, diuina eū sententia percussurus. Deinde tangit Augustinus aliū modū dicendū: Quāq; in hoc facto poterit esse alius faciliōr intellectus, vt nō verē spiritum Samue- lis excitatū a requie sua credamus, sed apparuisse aliquod phantasma & imaginariā illusio- nē, machinationibus diaboli factam, quam scriptura nomine Samuelis appellat: qm̄ solent ima- gines appellari nominibus rerū quas representāt, quemadmodū de imagine dicimus, ille est Ci- cero: & de pictura, illa est Roma. Porro in libro de ciuitate Dei, videt Augustinus se declinare ad hoc, q̄ nō fuit ibi veraciter anima Samuelis, & verba illa Augustini diffusē allegant in decreto. Ait em̄: Quidam putant querendū, quomodō scriptura narret pythoniā suscitasse Samuelē ad colloquiū Saulis imp̄ijssimi regis, qbus responderi potest, indignū omninō facinus, si secun- dum hac verba historie cōmendetur assensus, i. si Samuel assensit euocatiōibus pythonię: sed hoc est prestigiū satanę, quo confingit se habere in potestate sua etiā iustos, vt plurimos fallat, quod Apostolus ostendit, inter cetera dicēs: Ipse satanas se transfigurāt in angelū lucis. Vt enim errorē faceret, in quo gloriaretur, in habitu & nomine viri iusti se subornauit. Multa de hac ma- teria scribit August. ibidē, exponens, q̄ diabolus in specie apparuit Samuelis. Pręterea multis hinc inde p̄fatis, Lyra dicit, q̄ si ista positio Augustini, nō est determinatio ecclesię, sicut verisimiliter nō est, probabilius videatur esse dicendū, q̄ anima Samuelis virtute diuina & eius dispensatione apparuerit, quatenus Sauli, ppter sua demerita annunciaret diuinā sententiā super eum mox futura per Samuelē defunctū: sicut per ipsum viuētē, reprobatō a regno, sibi erat an- tē denunciata. Nā huic dicto videt ampliūs cōcordare scriptura hoc loco & in Ecclesiastico. Huic etiā dicto cōsonat, quod in libro Numerorū fertur de Balaham, q̄a dum iret ad querendū augu- riū, angelus phibuit dæmonē apparere & loqui ad Balaham. Posuitq; verbū in ore ipsius, dando ei responsum suę voluntati cōtrarium. Sic in pposito videt rationabiliter dici posse, q̄ dæmon fuit phibitus ad vocationē pythonię venire, sicq; pythoniā nō suscitauit Samuelē, sed Deus per angelū fecit illum venire. Nec Samuel permisit se adorari a Saul adoratiōe latrice, sed dulzī, quēadmodū Nathan & Bethsabē Dauid regē adorasse leguntur. Nec anima Samuelis fuit attra- cta aut delectata maleficijs pythonię, sed Deo obtemperauit. Nec Samuel dixit Saulē & filios eius secum crastino futuris in pari aut simili statu salutis aut certitudinis glorię, sed in eodem statu & loco communi, sicut expositum est. Sed his obijcit Rabbi Paulus, eo q̄ Augustinus prę- fatis decreto asserit uē teneat, non Samuelē, sed dæmonē apparuisse, & non sit alius de docto- ribus ecclesię approbatus, qui oppositum videatur tenere. Ad quod dicendum, q̄ multi docto- res catholici, & aliqui sancti post Augustinum, de hac materia varijs modis loquuti sunt, nec in talibus materijs opinabilibus quę citra certitudinem sunt, nec ab ecclesia determinatę inueni- untur, necesse est sequi vnum quęcunq; doctorem, quanuis sanctū, sicut & ipsemet asserit Angu- stinus in Epistola cōtra Vincentiū donatistā. Vndē & Rabanus dicit, vtranq; positionē pręterea rationabiliter posse defendi. Hinc & in scholastica narrat historia: Dicitur a qbusdā q̄ spiritus malignus apparuit in specie Samuelis. Vel, phantasticē imago eius ibi apparuit, sicut fit in aqua aut speculo. Alij dicunt, q̄ Deo permittente, anima eius tantū cōsimili corpore induta apparuit ibi. Alij, q̄ corpus eius tantū suscitauit ea, spiritu viuifico seu vitali anima in suo loco quiescētē. Hęc opinionēs etiā in Glossa tangunt. Postremō Rabbi Paulus ad saluandū p̄inductā Ecclesiasti- ci authoritatē dicit, q̄ corpus Samuelis in sepulchro iacēs cum habitu p̄prio, in quo fuit sepul- tū Deo permittente, apparuit Sauli magica arte. Quo circa querendū esset, an corpus illud fuit extra sepulchrū ad Saulē deductū, vel sola eius imago phantastica, & an spūs malus loquebatur per corpus illud. Positio autem quam tangit & sequitur Nicolaus de Lyra, verior esse videtur.

Ecc. 46.

Iose. lib. 6.

an. iu. ca. 14

Esaie 29.

Isidorus

Augustinus

Matth. 4.

Augustinus

2. Corin. 11

1. Reg. 13. 15.

Ecc. 46.

Numer. 23.

3. Reg. 1.

R. Paulus

Augustinus

Rabanus

Pet. Co. hi-

sto. lib. 1.

Reg. ca. 25.

R. Paulus

Ecc. 46.

¶ Expla-

Hic describitur, cur & qualiter Dauid à Philistæis reuersus sit: [Congregata sunt ergo vniuersa agmina Philistij in Apech. Vniuersa quæ erant sub satrapis, & omnia similiter fuerunt vnum agmē sub rege in Apech, quia ad locum illum venerunt de Suna, vbi primò ad tempus manserunt, vt pcedenti habetur capitulo. [sed & Israel] i. populus Israeliticus cū Saule, [castrametatus est super fontē, qui erat in lezrael,] i. prope vrbe sic nuncupatam, & illuc venerunt à Gelboe. [Et satrapæ quidem Philistij incedebāt in centurijs,] i. in partibus populi sui in centū diuisis, quibus præerat ceteriones: [et millibus] quibus millenarij præerat. Fuit itaq; populus ille diuisus per centenos atq; milles. [Dauid autē & viri eius erant in nouissimo agmine cum Achis] rege Philistinorum, q ipsum Dauid voluit habere p̄cipuum capitis sui custodē. [Dixeruntq; principes Philistij] i. satrapæ [ad Achis: Quid sibi volunt Hebræi isti?] i. cur venerunt nobilem? [Et ait Achis ad principes Philistij: Nunquid ignoratis Dauid, q fuit seruus Saul regis Israel?] ac si dicat: Mirum si non scitis, q̄ fortis, strenuus ac fidelis vir sit Dauid, qui tāta à Saul est passus, [et est apud me multis diebus vel annis.] i. diu fuit in terra mea, in qua eum benignè tractaui. Circa hoc scribit qdam: Qui dicunt, q̄ Dauid fuit tm̄ quatuor mensibus ibi, cōsequenter dicere habet, q̄ Achis dixit plūs de mora ipsius dauid apud se, q̄ fuit, ad pacificādum principes Philistinorum, sed iudicāt nō videtur, cū Achis locutus sit diuisiōe, multis diebus vel annis: certumq; est, ad ad veritatem diuisiōe sufficere alterā partem esse verā. [Et nō inueni in eo quicquid mali.] i. infidelitatis aduersum me, [ex die q̄ transfugit ad me, vsq; ad diē hanc.] Attē suprà dixit Achis de Dauid: Multa mala operatus est cōtra populum suū. [Irati sunt autē aduersus eum principes Philistij,] qm̄ in dicitur regē suū in cautē egisse cōfidendo in Dauid, [et dixerunt: Reuertat vir, & sedeat in loco suo, in quo cōstituiti eum, & nō descēdat nobiscum in plium, ne fiat nobis aduersarius cum plari ceperimus. Quomodo aliter poterit placare dñm suū, nisi in capitibus nostris?] i. nos percutiēdo, nostraq; capita amputando, sicut fecit Goliath. Istud, secundum humanā cōiecturam, fuit probabiliter dictum, sed vt ait Chrysostronus super Matthæū, Implacabilis est ira regum, quā cōcipiunt cōtra eos, à quibus timent regno priuari. Vnde & antea sæpè percussit Dauid Philistæos, sicut phabitu est, nec tm̄ per hoc placauit Saulē. [Nōne iste est Dauid, cui cantabāt mulieres] in choris,] sicut expositum est suprà, [dicentes: Percussit in millibus suis Saul, & Dauid in decē millibus suis.] Sensus huius verbi in notescit ex eo, quod suprà cecinisse legitur Percussit Saul mille, & Dauid decē millia. Itaq; sensus est: Percussit in millibus suis Saul, i. ipse Saul occidit mille Philistæos, q̄ dicuntur millia Saul, i. millia ab eo percussa, in quibus verbis sumitur plurale p̄ singulari. Sic quoq; Dauid percussit in decem millibus suis, i. decē millia. [Vocauit ergo Achis] rex ipsum [Dauid, & ait ei: Viuit dñs, quia reclus es tu.] i. iustus [et bonus in cōspectu meo, & exitus tuus & introitus tuus mecum est in castris.] Illum modum iurandi videtur Achis didicisse à Dauid, nisi forte per dñm intellexerit deum suum, vt potē Dagon. [Et non inueni in te quicquid mali ex die qua venisti ad me, vsq; in diē hanc: sed satrapis nō places.] sic frequenter cōtingit in domibus principum, q̄ aliqui boni & strenui, principibusq; placētes, aliorum per hoc displicentiā odiumq; incurunt, à quibus & mēdacier accusant, sicut in libro Hester pleniùs cōtinetur de impijs, q̄ aures principum simplices callida fraude decipiunt: & eos q̄ credita sibi officia fideliter exequunt, mendaciorū cuniculis conant subuere. [Reuertere ergo & vade in pace, & nō offendas oculos satraparū Philistij.] Dixitq; Dauid ad Achis: Quid em̄] in deliratis [feci?] aut qd culpa [inuenisti in me seruo tuo à die qua fui in cōspectu tuo vsq; in diē hanc, vt nō veniā tecū ad bellum,] [et pugnē cōtra inimicos dñi mei regis?] Si Dauid dixit hoc nō ironicē, sed seriōsē, & per dñm suum, intellexit ipsum Achis, nō Saulem: videt̄ habuisse propositum plandi cōtra Hebræos, quod tm̄ non videtur dicendū, prout in expositione præcedentis capituli est inductum, præsertim cū infra in exordio libri secundi legatur, intantum defuisse interfectionem Saul & filij eius, ac populi Israel. Ideo forsā ironicē dixit hæc. [Respondēs autem Achis, locutus est ad Dauid: Scio quia bonus es tu in oculis meis, sicut angelus Dei,] hoc est, instar angeli, excellentis es bonitatis & virtuositatis iudicio meo, tanq̄ vir heroicus & periectus. Sed vnde scit̄ alienigena iste loqui de angelis? forsā ex conuersatione & collatione cum Dauid, alijsve Hebræis. [sed principes Philistinorum dixerunt: Non ascendet nobiscū in praelium. Igitur confurge manē tu & serui domipi tui, qui venerunt tecum.] Nam serui qui erant cum Dauid, fuerunt serui Saulis de iure communi, quia erant de populo eius. [Et cū de nocte surrexeritis, pergit, Surrexit itaq; de nocte Dauid, ipse & viri eius, vt profiscerentur manē, & reuerterentur ad terram Philistij. Philistij autem ascenderunt in lezrael.]

Magnā aduersitas & mira p̄spicitur sancti Dauid ac suorū, hic describunt. [Cumq; venisset Dauid & viri eius in Siceleg] q̄ tm̄ iam fuit cōbusta, [die tertia, Amalechitæ] q̄ euaserant

serāt manus Saul, & quorum maximā partē occiderat, vt suprà habet, [impetum fecerat ex parte Australi in Siceleg.] Cognito em̄ recessu Dauid & suorū ab vrbe illa, eā subito inuaserunt à parte p̄sertim meridionali, ad quā cōmorabant. Oderant etem̄ ipsum Dauid & suos, quia erāt Hebræi, à quibus erāt vastati: & etiam quia Dauid frequenter eos vastauerat, vt suprà cōtinet. [et percussit Siceleg, & succenderunt eā igni.] Et captiuas duxerunt mulieres ex ea à minimo vsq; ad maximum, & nō interfecerunt quenquā, sed secum duxerāt, & pergebāt itinere suo. Dum ergo venisset Dauid & viri eius ad ciuitatē, & inuenissent eam succensam igni, quā eis cōtulit Achis ad immorando, [et vxores suas & filios & filias ductas esse captiuas:] Quauis em̄ Dauid occiderat etiā mulieres Amalechitarum, illi tm̄ Deo sic ordināte, nō occiderunt vxores ipsius Dauid & virorum suorum. Nec hoc ex pietate omisisse videtur, sed vel ex libidine, vt earū fruerētur cōcubitu: vel ex cupiditate, quatenus venderēt eas earū ve filios aut filias. [Leuauerunt Dauid & populus q̄ cum eo erat, voces suas:] quia ex intuitu impudicæ & magnæ aduersitatis subito eruperunt in gemitu & singultu, imò & in clamorē. [et planxerunt donec deficerēt in eis lachrymæ.] i. quā diu lachrymarū humorē producere potuerunt, maximē qm̄ putauerunt maiora accidisse aduersa, q̄ acciderunt. Nā vxores suas, filiosq; & filias suspicabant esse occisas. [Siquem & duas vxores Dauid, captiuas ductas fuerant, Achinoem lezraelitis, & Abigail vxor Nabal Carmeli.] Et cōtristatus est Dauid valdē. [nō solum p̄pter propriā aduersitatem, sed & p̄pter aduersitates suorum, quibus tantæ calamitatis fuit occasio. Nā propter eum p̄ magna parte erāt de terra Israel pulsi, vel cōfugerunt ad eum.] [Volebat em̄ eum populus lapidare,] i. eo q̄ fuerit eis tantæ aduersitatis occasio, & quia eius negligentia factā reputabāt vrbs deuastationē & captiuationē suarum, quā nō reliquerat aliquos viros ad vrbs custodiā. Hinc subdit: [qua amara erat anima vniuscuiusq; viri sup filijs suis ac filiabus.] i. vniuersi viri tunc ibi existēs cū Dauid, amaritudine doloris & tristitiæ, iræ & impatiētiae erāt replenti de captiuatione & abductiōe, vel (vt ipsi suspicabant) interfectiōe filiorū suorū ac filiarū. [Cōfortatus est autē Dauid in dño neo suo.] Ipse assumēdo in ipso, [et ait ad Abiathar sacerdotē filiū Achimelech: Applicā ad me.] i. p̄pter me seu p̄ me, [ephod.] i. vestē illā sacerdotalē, eā induendo, q̄ tenus in ea cōsulat dñm p̄ me. [Et applicuit Abiathar ephod ad dauid.] Et cōsuluit dauid dñm p̄ Abiathar, [dicens:] per illum: [Persequar latrunculos hos, & cōprehendā eos, an nō?] Dixitq; ei dñs: [Persequere] eos, [ab]q; dubio em̄ cōprehēdes eos] ad occidēdum, [et excuties prædā.] i. hoies & iumentā quos abduxerunt, vi armorū recuperabis. Itaq; vidēs pius & iustus dñs electum suū Dauid in tātis tribulationibus atq; angustijs positū, celeriter ei respōdit, cōsolatoriūq; donauit respōsum. Ex his sumit argumētum, q̄ princeps nō debeat bellum mouere dño incōsulato, ipsum rogādū, vt p̄ se aut per suum vicarium dignet sibi ostēdere, an debeat pugnā mouere: & tunc dñs ei inspirabit, viri vicarius Dei exponet, an iustam habeat causam, quā si habuerit, potest pugnare, si vicarius aut alij nō queunt cōponere. Si verd̄ iniusta sit eius causa, p̄cipiet dñs p̄ suum vicarium, vt nō moueat plium. [Abijt ergo Dauid ipse, & sexceti viri q̄ erāt cū eo, & venerunt vsq; ad torrentē Besor, & lassī quē subtiliterunt.] Persecutus est autē Dauid ipse & q̄dringēti viri cū eo. Sublitterat em̄ ducēt, q̄ lassī, trāsire nō poterāt torrentē Besor. Et inuenerūt virum Aegyptium in agro, & adduxerūt eum ad Dauid. Dederuntq; ei panē, vt comederet & biberet aquā: sed & fragmē massæ carycarū, & duas ligaturas vuc passę. Qui cū comedisset, reuersus est spūs eius, & resocillatus est. Nō em̄ comederat panē neq; biberat aquā tribus dieb; & tribus noctib;. Dixit etiāq; Dauid: Cuius es tu? [i. ad quē ptines?] vel vnde es natus, seu de q̄ regione? [aut quō p̄gis?] i. p̄gere cupis. Verūt̄ hęc tertia q̄stio, vt serū, nō est in Hebræo, nec mouet̄ Iosepho. [Qui ait: Puer Aegypti ego sum, seruus viri Amalechitę.] Dereliquit autē me dñs meus, quia ægrotare cepi nudiustertip. Siquē nos erupimus ad australe plagā Cerethi, & cōtra Iudā & ad meridē Caleb, & Siceleg succedimus igni. Dixitq; ei Dauid: Potes me ducere ad cuneum istū? Qui ait: Iura mihi per deū q̄ non occides me, & nō tradas me in manus dñi mei, & ego ducā te ad cuneum istum. Et iurauit ei Dauid: Qui cūm duxisset eum, ecce illi discumbebāt super faciē vniuersæ terræ comedēs & bibētēs, & quasi festum celebrātes diē pro cuncta prædā & spolijs, q̄ ceperāt de terra Philistij & de terra Iudā. Et percussit eos Dauid & viri eius, à vespera vsq; ad vesperā alterius diei. [Ex q̄ cōstat, q̄ victoria Dauid super tot hoies, fuit valdē miraculosa, præsertim qm̄ nullus de viris Dauid in illo corruerat bello.] [et nō euasit ex eis quisq; nisi tm̄ quadringēti viri adolescētēs, qui ascenderāt camelos, & fugerāt.] Ex quo rursum cōstat, q̄ valdē multi fuerunt occisi, quorū cōparatiōe q̄dringēti viri reputant̄ pauci. [Erunt ergo Dauid oīa q̄ tulerāt Amalechitæ, & duas vxores suas eruit. Nec defuit quicquā à paruo vsq; ad magnum, tā de filijs q̄ de filiabus & de spolijs & q̄cunq; rapuerāt, reduxit Dauid oīa, & tulit vniuersos greges & armētā, & minauit ante faciē suā. Dixeruntq; viri & socij Dauid:] Hęc est prædā Dauid. [quasi dicat, tam p̄claram, copiosamq; prædā decuit ipsum Dauid diuina virtute acquirere. Venit autē Dauid ad ducentos viros qui lassī sublitterant, nec se qui poterant Dauid, & residere eos iusserat in torrente.] i. iuxta torrentē [Besor, qui egressa

Iosef. lib. 6. an. iu. ca. 14.

egressi sunt obuiam David, & populo q erat cū eo. accedēs aut David ad populum,] i. ad viros ducentos q remanserunt ad sarcinas, [salutavit eos pacificē. Respondensq; omnis vir pessimus & iniq;us de viris qui erāt cum David] Ex hoc elicitur, q; aliqui vitiosi fuerunt inter viros David. Et item, q; viri David cōtulerunt in via de p̄da diuisione, tuncq; omnis vir pessimus, i. valde malus, quo ad deum, & iniq;us, quo ad proximos, [dixit, q; nō venerunt nobiscum] in bellum isti ducenti, [nō dabimus eis quicq; de p̄da quā eruimus, sed sufficiat vniciq; vxor sua, & filij, quos cum acceperint, recedat. Dixit autē David: Nō sic facietis fratres mei, de his q; tradidit nobis dñs & custodiuit nos, & dedit latrunculos qui eruperāt aduersum nos, in manus nostras, nec audiet vos quisq; super sermone hoc.] Ecce quā mansuetē & humiliter sanctus David respōdit auaritis & immiseri cordib; illis. [Aequa em̄ pars erit descendētis ad plium, & remanētis ad sarcinas,] i. vasa & onera custodienda, [& similiter diuidēt.] q; & ipsis potest in tali occupatiōe periculū imminere, & quasi pugnāt cum his, quos reddunt expeditos ad pugna, dum eorū custodiūt sarcinas. [Et factum est hoc ex die illa & deinceps cōstitutū & p̄nitum] i. statutū seu firmum decretum [& quasi lex in Israel,] i. Israelitica plebe, [vtq; in die hanc.] sicq; quasi, dicit hīc veritatē, nō similitudinē tantūm. Lex est em̄ idem quod p̄ceptum. ¶ Deniq; vt qdā scribit, David in factio hoc cōformauit se Abraham patriarche, q; similiter fecit socijs ad sarcinas remanētibus, qñ quatuor reges debellauit, vt dicitū fuit in Genesi. Quo circa pensandū, q; in Genesi nō legunt aliq; ex adiutoribus aut vernaculis Abraham ad sarcinas remāsisse, sed potius secū in plū oēs venisse. Et in superferf ibidem, q; Abraham noluit aliq; referuare de substantia regis Sodomorū, exceptis his q; comederūt iuuenes, q; erāt sui vernaculi & secum cōgressi, partibusq; virorū q; venerunt secū. Erant quoq; quinque reges quos debellauit, & ibi asserit glossa, q; militibus debita dedit stipēdia. [Veni ergo David in Siceleg, & misit dona de p̄da senioribus Iuda & pximis suis, dicens: Accipite benedictionē] i. gratiosam collationē [de p̄da hostiū dñi] i. de spolijs q; iure gladij abstulimus idololatris Amalechitis aduersarijs veri dei. [His q; erāt in Bethel, & q; in Ramoth ad meridiē, & q; in Iathir, & qui in Aroer, & q; in Siphmoth, & qui in Esthamo, & q; in Rachal, & qui in vr̄ibus Ierameel, & qui in vr̄ibus Ceni, & q; in Horma, & qui in lacu * Aloam, & q; in Atach, & qui in Hebron, & reliquis q; erāt in his locis, in q; bus cōmoratus fuerat David, & viri eius.] Dicunt aliq; q; ideo misit dona suis cognatis, vt amicitia cum eis cōtraheret, & suo tempore facerent eū regem. Potius tñ puto, q; ideo, quoniam Amalechitæ p̄fati magnā partem quasi abstulerunt de terra & forte Iude, vt in textu habetur. Nec videtur, quod nauit ad p̄sentia aspirauit ad regnum.

Geno. 14.

Afan

¶ De spiritali huius capituli tricesimi sensu.

Arti. L.

PER David & viros eius, iuxta p̄habita, intelligunt Christū & eius vicarij; per Siceleg verō, ecclesia; per Amalechitas quoq; inuisibiles seu visibiles hostes iustorū. Amalechitæ namq; populus lambens interpetant. Impij autē, cupiendo terrena, & in vitiorū operibus delectando, quasi lambūt hęc infima. Quēadmodū ergo David & viri eius absentibus, Amalechitæ impetum fecerunt in Siceleg, eamq; succenderūt: sic Christo populū suum iustē relinquēte ad tēpus, aut defersatiuē recedēte ab illo, seu vicarijs eius absentibus, hostes iustorum vastāt ecclesiā, animas vincūt, vitiorūq; igne inflammāt honorū p̄cordia, vel etiā corporaliter demolunt loca deliū, & ipsos occidūt seu capiunt: q; bus visis, Christus cōpatitur suis, & eius vicarij; desēt subditorū dispendia, ac persecutores tam impios insequuntur, dum decepti & victi succurrūt, & eos ad viā reducent salutis, sicq; excutiunt p̄dam. Quēadmodū demū viri David p̄x mēre & dolore voluerunt eū lapidare, sic virtuosī plati de sibi cōmissorū aduersitatibus & peccatis intīmē desolati, Christi quasi lapidare velle vident, dum pijs q; bus dā querelis cōquerunt in ipsius p̄sentia, cur sic suū reliquerit populū, voluntatiq; impiorū suā exposuerit portionē. ¶ Porro per duas mulieres David, intelligunt seculares & spirituales fideles, seu actiui & cōtemplatiui. Per mulieres verō virorū David, designant cōgregaciones fidelium cōmissē platis. Per filios autē & filias, animæ magis seu minus perfectę. Cōsulit etiā dñs suos vicarijs, vt animarū latrunculos insequant, cōnando indefinenter p̄ errantium cōuersione: quod si fecerint, auxiliante dño, p̄ualebunt. At vero per puerū Aegyptiū ægrotantē, à dño suo derelictū, intelligit q; cūq; secularis aduersitatibus pressus, & ppter sua aduersa à mundi amatoribus sp̄retus, in fidelitēq; desertus, quē saluator misericorditer intuet, cōsolatur, ac reficit, & suum efficit ducē, dum salutaris edocētū scientia virtutibusq; nutritum, p̄ficit ouibus suis, & per eum animarū seductores p̄ferunt. Talis puer postulat sibi iurari, q; non tradet amplius in manus dñi sui, q; cōuersus & illuminatus deprecā altissimi, nō decetero ad priora sinatur correre mala, cui dñs misericorditer spondet, quōd quantum in se est, ipsum nō deferet. ¶ Præterea, per p̄dam David, quam, Amalechitis percussis, ante se duxit, designatur electorū pluralitas, quā, deuictis dæmonibus, de limbo Christus eduxit, & in ascensione vexit ad cælos: imō & vniuersitas iustorum, quos in fine mundi, p̄fecto extremo iudicio, reprobijsq; damnatis, ad alta perducet polorū. ¶ Postremō, per hoc quōd David misit dona suis

cognat

cognatis de p̄da quam idololatris abstulit, hoc potest significari, quōd dñs & saluator, quantum sit causa p̄cipua omnis boni meritorij hominum electorum, non tñ sibi soli ascribit bona illorum, sed apostolis quoq; cæterisq; electis doctoribus ac platis, per quorum orationes, doctrinas, p̄sidentia & exempla ædificati fuerunt & p̄fecerūt, atq; salutē sunt cōsecuti, quorū salus & gloria cōmunicant & redunt in illos. Hinc ad Thessalonicē scribit Apostolus: Quę est em̄ spes nostra & gaudiū aut corona glorię? nōne vos ante dñm nostrū Iesum Ch̄m in aduētū eius? ¶ Expositio cap. 31. Philistijm autem pugnabant aduersum Israel. Arti. LI.

1. Theff. 2.

Hic mors Saulis describit. [Philistijm aut pugnabāt aduersum Israel. Et fugerunt viri Israel] q; bus, ppter eorū peccata neus tunc subtraxit suum auxiliū, & per idololatrias illos puniuit plebis suę peccata, q; sub impio rege erāt multiplicata. [ante faciē Philistijm. Et ceciderūt interfecit in monte Gelboe.] Nā & de pristinis victorijs, sibi à deo clemētē cōtra Philistēos cōcessis, facti erāt ingrati. [Irueruntq; Philistijm in Saul & in filios eius, & percusserunt Ionathan & Amiadab & Melchisua, filios Saul, totūq; p̄d] i. rigor, vigor seu acerbitas [p̄lij versum est in Saul] q; nō solum in eius p̄sonā, sed in filios quoq; ipsius & seruos atq; domesticos, q; specialiter fecit erāt culpabiles, Ionatha tñ excepto, q; quis fuerit iustus, ab impijs tñ occidi p̄missus est in suorū purgationē quotidianorū peccaminū, & p̄ felicitatis suę augmētō. [Et consequntū sunt eū] Saul [viri sagittarij, & vulneratus est vehemētē à sagittarijs. Dixitq; Saul ad armigerū suum:] quē [vt refert Hieronymus.] dicitū Hebræi fuisse Doeg Idumæū, quē etiā ferunt fuisse sociū Saul, dū iuit q; rere asinas: [Euaginia gladiū tuū, & p̄cute me, ne forte veniāt incircūcisī isti, & interficiāt me] i. morte opprobriosa, [illudētis mihi] anteq; me occidāt. Talē autē illusionē ignominiosā, magis abhorret magnates & animosī, q; ipsam mortē. Sic etiā subdi hostiū voluntati, grauissimum eis est. [Et noluit armiger eius.] cuius subiungit ratio: [Fuerat em̄ nimio terrore p̄teritus:] nō solū ex cōsideratiōe mortis sibi iā imminētis, sed etiā qm̄ Sauli superuivere verebāt, ne in manū David corrueret. Itēq; ex cōsideratiōe regię dignitatis ipsius Saul, abhorrebat in eū extēdere manū. [Arripuit itaq; Saul gladiū suū, & irruit super eū.] & vt in scholastica fert historia, intm̄ defecerat viribus, q; se trāferberare nequit. Sigdē à sagittarijs fuit grauiter vulneratus [Quod cū vidisset armiger eius, videlicet q; mortuus esset Saul, irruit etiā ipse sup gladium suū, & mortuus est cū eo.] q; (vt ait Glossa) noluit subesse David, quē nouerat regnaturū, cuius glorię inuidebat, timuitq; malē tractari ab illo, sicut p̄meruit. [Mortuus est ergo Saul & tres filij eius.] Nā quartus, videlicet Isboseth, domi remāsit, q; nec bellicosus erat, neq; magnanimus. [& armiger illius, & vniuersi viri eius in die illa.] i. cuncti domestici Saul secū tunc existētes, [pariter. Vidētēs autē viri Israel q; erāt trans Iordanē & trās vallē,] q; erat circa Iordanē cāpestrib; & gradis. Vndē & in primo libro Paralip. legit: Cum audissent filij Israel q; habitabāt in cāpestribus & trans Iordanē, vt potēt tribus Ruben & Gad, [q; fuissent viri Israelitæ, & q; mortuus esset Saul & tres filij eius, reliquerunt ciuitates suas, & fugerunt:] qm̄ terra eorum fuit p̄pinq;ior Philistæis, ideo timuerūt primō vallari ab ipsis. [Venerūtq; Philistijm, & habitauerūt ibi. Facta autē die altera, venerunt Philistijm, vt expoliaret interfecit. Et inuenerunt Saul & tres filios eius iacētēs in mōte Gelboe. Et p̄ciderūt caput Saul, & expoliauerūt eum armis:] vt & mortuo cōtumelias irrogaret, & suū ostentaret triumphū, [& miserunt in terrā Philistinorum p̄ circumitū] caput abscisum, imō & capita filiorū eius, vt magister in historijs dicit, [vt annunciarēt in tēplo] vel in tēplis [idolorum & in populis] ad idolorum honorē q; bus tantā ascriperūt victoriā, & vt populi dijs suis regratiarent. [Et posuerunt arma eius in tēplo Astaroth,] cui arma illa cōsecrassē credunt, quēadmodū David arma Goliath vero deo. [Corpus verō eius suspēderunt in muro Bethsan,] q; erat ciuitas Philistinorū in cōfinio seu terminis Israel. Hinc in muro vr̄bis illius, q; si in conspectu Hebrgorū, in contēptū ipsorū, suspēderunt corpus Saul & filiorū suorū cadauera, vt infra innuit. Veruntū Glossa sup Paralipomen. ait, Hebræi tradunt Bethsan vocari domū Dagon, q; interpretat domus dormientis, ibiq; caput Saul esse suspēsum. Alia est em̄ Bethsan in libro Iosue & Iudicū, q; interpretat domus securitatis. Caput veī d Saul posuerunt in tēplo Dagon, vt in l. lib. Paralip. scribit. [Quōd cum audissent habitatores Iabes Galaad,] i. vr̄bis sic nominatæ in terra Galaad trans Iordanem, [q; cūq; fecerāt Philistijm Saul, surrexerunt oēs viri fortissimi, & ambulauerūt tota noctē, & tulerunt] i. abstulerunt [cadauer Saul & cadauera filiorū eius de muro Bethsan. Veneruntq; viri Iabes Galaad, & cōbuserunt ea igni,] aromata & quæq; aromatica super ea incendēdo ac cōburendo p̄ reuerentia speciali, prout olim fuit moris in celebriorib; sepulturis, quēadmodū etiā cadaueri Asa regis, 2. lib. Paralip. legit factum. [tulerunt & ossa eorum, & sepelierunt in nemo] i. Iabes, 2. lib. Paralip. legit factum, sicut in Genesi recitat Delbora sub quercu sepulta. [& ieiunauerunt septē diebus] in signum mœroris & luctus, & p̄ defunctorū spiritibus. Itaq; viri isti suā fidelitatē & gratitudinē, imō & charitatē audacter mōstrauerunt in Saul & filios eius, quorum ignominiam ferre nō potuerunt, & tātis se exposuerunt periculis, qm̄ pri-

Hieronym.

1. Reg. 9.

Pet. Co. h. flo. lib. 1. Re. cap. 27.

1. Para. 10.

Pet. Co. h. flo. lib. 1. Reg. cap. 27.

1. Reg. 17.

1. Para. 10. Iosu. 17. 18. Iudicum 1. 1. Para. 10.

2. Para. 16. Gene. 35.

Y m̄

mo adiuuati & liberati fuerunt per Saul à rege Ammonitarum, vt supra narratū est. ¶ Præterea, de expositiōe huius capituli multa habent in expositiōe decimi capituli, primi Paralip. libri, atq; ex dictis ibidē patet solutio ad q̄situm, quo querit̄. An Saul virtuosē se interfecit, an vitiosē, & qd̄ de eius saluatiōe videat̄ tenendum, de qua tñ materia nunc plenius est agēdum. ¶ Quo circa Nicolaus de Lyra refert Hebræorum positioē, dicētium, qd̄ Saul audita sententia dei per Samuelem, accepit eandē, atq; p̄nituit, & festinauit ad mortē, paratus mori p̄ populi sui defensione & bono cōmuni. Et quis antea tā sollicitus fuerit, p̄ Ionathā filij sui, p̄mōtione ad regnum, tunc tñ cōtēntus fuit qd̄ moreret̄ secum in plio. Propter quod nec eū ad mōitū de recessu. Huic Hebræorum positioi Rabbi Paulus multipliciter cōtradicit & obijcit. Primō, qd̄ ratio Hebræorum Saulē saluantū, magis sit in cōtrarium, qā nō solum phibeat̄ in lege Pythones cōsulere, sed etiā credere verbis eorum; ergo & Saul peccauit, credēdo responsioni apparenti sibi, & eius sniam acceptando. Verū obiectio ista nō est valida cōtra Hebræos, qm̄ dicunt Samuelem verē apparuisse, nec Rabbi Paulus sufficiēt̄ hoc reprobat, put̄ in expositiōe superiorū est inducū. Nihilominus arguit in hoc loco, dato, qd̄ Samuel in pp̄ria apparuisset persona, adhuc Saul peccauit credēdo verbis illius. Qui em̄ dicunt Samuelem verē suscitatum fuisse, affirmāt hoc factum ex dispositiōe diuina, q̄ Pythones latuit ac Saulē; ergo Saul nō credidit ipsū esse veraciter Samuelem, sed sp̄m malignum. Istud argumentum ex incōsideratiōe p̄cedit. Quāuis em̄ diuina dispositio, ratio p̄pter quā deus disposuit ipsū Samuelem suscitari ac apparere, Saul ac Pythones latuit ac apparere, qd̄ nō tñ consequit̄, qd̄ latebāt eos, illum qd̄ apparuit, existere Samuelem. Latēt nanq; diuina mysteria. ¶ Insuper dicit, qd̄ rōnabilis possit p̄sumi, qd̄ Saul iuit ad plium, credens sniam sibi p̄latā, nō esse diuinā, sed diabolica magis illusione. Sed hoc videt̄ euidenter cōtrarium textui, in quo fert̄, qd̄ verbis Samuelis auditis, ipse Saul statim cecidit porrectus in terrā. Extimuerat em̄ verba Samuelis, & turbatus erat valde. Deindē R. Paulus reprobat solutiōē dicentium, qd̄ seipsum occiderent intuitu diuini honoris, ne s. vituperium exerceat̄ in pp̄rio corpore redundās in dei iniuriā, nō sit illicitum. Nā ludibria & opprobria p̄pter deum sustinere, est tāto plus ad dei honorē, quāto illa sunt magis ignominiosa atq; acerba, vt in martyrib; innotescit. Et rursum: Si Saul hoc modo excusaret̄ à culpa, in hoc qd̄ peremit seipsum, simil: mō Amalechites sine p̄ctō eum interfecisset, cuius oppositum S. Dauid indicauit, vt sequēti habet̄ libro. Dicit quoq; R. Paulus, qd̄ determinatio doctorū sacre scripturę, dicētium Saulē esse dānatū, tñ sufficere debet, ac si ab ecclesia determinaret̄: quod nō est sapiētialiter dictū, qm̄ ecclesia in suis diffinitioibus dirigat̄ in salubilitate à sp̄i sancto, nō autē doctores seorsum. Verū tñ de Saulis saluatiōe seu dānatione nil assero, nec temerē iudico: sed ei cui iudicia sunt abyssus multa, cōmitto. Potius tñ opinor, qd̄ sit dānatus, qā scripturę canonice q̄ in i. lib. Paralip. continetur, id magis cōsonum reputatur. Et sancti patres Hieronym. August. Bernard. hoc cōtestant. ¶ Iuxta mysticos intellectus per Saul & filios eius, intelligunt̄ plati & eorum coadiutores, q̄ à Philistæis, i. dæmonibus multipliciter impugnant ac superant. ¶ Totumq; pondus plij in Saul cōuertit̄; qm̄ seruo & difficultas tenationi grauius irruit in eos qd̄ p̄sunt, quorū deiectioni p̄sertim intenti sunt sp̄s vitiosi. Rursus per destructionē p̄sidentie Saul à Philistæis, & translationē eius ad Dauid, figurata videt̄ destructiōem regni Iudæorum per Romanos, & trāslatiōem illius in Ch̄m, in quo solo perpetua, quēadmodū Gabriel virgini miserat̄ p̄nunciavit: Dabit ei (in gens) dñs deus sedē Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternū, & regni eius nō erit finis. Quēadmodū etiā Saul à sagittarijs Philistinorum grauius vulneratus, petijt à pp̄rio occidi armigero: sic obstinati principes Iudæorum, autoritatibus & rationibus Gentium, p̄sertim cōuersarum deuicti, maluerunt doctorum suorum, putā scribarū & pharisæorum falsis expositionibus persuasionibusq; seduci, quā à Gentibus informari. Et sicut Saul occidit se gladio suo, sic multi illorum à Romanis vastati, se peremerunt. ¶ Præterea loquitur glossa: Gladio suo, quo Saul Amalechitis cōtra dei p̄ceptū pepercit, meritō seipsum occidit. Sic qd̄ potestate p̄ cōmuni vtilitate accepta, nō vitur siue abutit̄, suo se cōfodit gladio. Et quo ab hoste defendi: debuerat, hostē iuuat. ¶ Porro, per armigerū Saul, designati sunt Iudęo- rum doctores, q̄ testimonij legis ac p̄phetarū cōtra Ch̄ri fideles se armauerunt, sed pp̄ria peremerunt se armatura, occidentē scripturarum literam superficialiter assequendo, viuificāntēq; sp̄m refutando: qbus peractis, cæteri Iudęi huc illucq; per mundum dispersi sunt, & terrā promissiois cōuersi ad Ch̄m Gentiles multo tēpore inhabitauerūt. ¶ Postremō, Gentiles spoliauerunt Saul & filios eius armis, & caput eius amputauerunt, dum scripturas & regnū & sacerdotiū Iudęorum ad Ch̄ri transfulerūt ecclesiā. Et sicut viri labe corpora Saul & filiorū eius honorabiliter sepe- lierunt, sic vsq; in p̄sens infideles Iudęi extollunt magnificē eos, qd̄ Ch̄m & eius discipulos sunt persecuti, quos in reprobū sensum tradidit dñs, qd̄ est super oīa deus sublimis & b̄ndictus, Amē.

R. Paulus
Leu. 19. 20.
Exod. 22.
Deuter. 18.
1. Reg. 28.

1. Reg. 28.

R. Paulus

2. Reg. 1.
R. Paulus

Psal. 35.
1. Paralip. 10.
Hieronym.
Augustinus
Bernardus

Luce 1.

1. Corint. 3.

Roman. 1.

Enarrationum D. Dionysij Carthusiani in Primum Librum Regum, Finis.

D. DIO-

D. DIONYSII CARTHUSIANI IN SECVNDVM LIBRVM SAMVELIS,

quem nos secundum Regum vocamus, Enarratio.

In hoc agitur de regimine populi Israel per regem Dauid, & de gestis per ipsum.

PRO OMIIVM.



Completo primo Regum volumine, in quo actū est de regno & p̄sidentia Saulis, nunc in secundo hoc Regū libro tractatur de principatu atq; regimine dauid, cuius virtuositas in primo istius libri mōstratur capitulo, sicut patebit. Porro qd̄ circa exordiū expositionis huius libri affirmat̄: Postq̄ in primo libro actū est de regno p̄ electiōne, hic cōsequenter agitur de regno per successiōē, qā Isobeth succēssit Sauli, licet tēpore breui, & Salomō regi Dauid. Cui dictō obijci potest, qd̄ in toto isto secundo Regū volumine nulla est mentio de p̄sidentia Salomonis, nisi inquantū p̄nunciat̄ in libro isto: quēadmodū etiā primo libro p̄nunciata sunt per Samuelem principatus & p̄sidentia regis Dauid. Successio quoq; Isobeth fuit vsurpata, nō legitima: qm̄ Deus iam determinauit atq; p̄dixit, regnum esse transferendū à Saul ad Dauid. Aptius igitur dici potest, qd̄ postq̄ in primo libro tractatum est de regno Saul reprobati, hic agitur de regno Dauid electi. Nempe (vt super Ioannē asserit Augustinus) Saul fuit vnctus in regē, non vt principatus in domo & posteritate sua maneret, sed vt transferretur ad dauid de stirpe Iuda: qā & tribui Iuda ex diuina p̄ordinatione & p̄phetica p̄nunciatiōe debebatur regni primatus, quēadmodū Iacob patriarcha p̄dixit: Nō auferetur sceptrum de Iuda & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est. Gen. 49.

EXPOSITIO LITERALIS CAPITVLI PRIMI.

Factum est autem postquam mortuus est Saul. Arti I.



Continuando historiam libri istius, ad ea quæ in sine p̄cedentis libri descripta sunt, dicit̄: [Factum est aut̄ postq̄ mortuus est Saul,] i. interfectus à Philistæis, vt potius à seipso, prout in p̄cedenti libro est inducū, [vt Dauid] cū suo exercitu [reuerteret̄ à cæde Amalech] i. interfectione Amalechitarū, quos grandi plaga occidit, sicut in primo libro est recitatū. [& maneret duos dies in Siceleg] vrbe sic dicta, sibi à rege Achis cōcessa, iam tñ ab Amalechitis cōbusta, vt in p̄allegato primo libro patuit. [In die aut̄ tertia] à reditu dauid, [apparu] i. de exercitu Hebræorum. [Et dixit ad eū Dauid: Quod est verbū] i. opus verbo seu recitatiōe dignū, [quod factū est?] Frequent̄ etem̄ in scripturis sumit verbum, pro re significata per verba, iuxta illud in Zacharia: Hæc sunt verba q̄ facietis. In Esaia quoq; dicit̄: Non fuit verbū quod non ostenderet̄ eis Ezechias in domo sua. [Indica mihi.] Repetitio est sensus eiusdē, estq; additio ista signū seriosi seruoris, quē habuit dauid ad percipiendū rem gestā. [Qui ait: Fugit populus] Israel [ex plio.] nō totus populus ille fuit, sed qdam ex eis, nā multi fuerunt in plio isto prostrati, de quibus subiungit̄: [& multi conruentes] è populo, mortui sunt. i. deiecti & victi à Philistæis. Deindē vir ille subiungit, quod putauit libenter audiendū à Dauid. [Sed & Saul & filius eius Ionathas interierunt.] tanq̄ dicat, iam certus esse potes, qd̄ regnabis, quia non solum Saul persequor tuus occubuit, sed & Ionathas, qui inter filios Saul videbatur aptior ad regnandū post patrem suum. [Dixitq; Dauid ad adolecentē] qui nunciabat ei: Vndē scis, [an scilicet ex aliorū relato, aut proprio visu,] [qā] i. quod, iuxta morē idiomatici Hebræorū, [mortuus est Saul & Ionathas filius eius?] Prudens Dauid nō protinus credidit relationi adolecentis, sed certificari optauit, qā res nunciata, fuit magna & difficilis ad credendū, p̄sertim de Ionatha viro iusto ac optimo, qd̄ f. occisus

2. Reg. 2.

2. Reg. 7.

1. Reg. 13. 15.

Augustinus

Gen. 49.

1. Reg. 31.

Ibidem

1. Reg. 30.

1. Reg. 30.

Zacha. 8.
Esaia. 39.

fus esset & victus ab illis idololatri. Et mirū potuit apparere, q̄ Saul hucusq; tā victoriosus, etiā cōtra Allophylos, tā victus esset ab illis. [Ait adolescēs qui nunciabat ei: Casu veni in montē Gel boe,] i. fugiendo tan dē fortuito perueni ad montē sic appellatū in terra Israel strū, nec opus est multū in gere, an iuuenis ille veraciter dixit hoc, an mendosē, sicut & alia q̄dam infrā mendaciter p̄tulit. [& Saul incūbebat super hastā suā.] i. ex vulneribus & labore belli lassatus ac debilitatus, appodiavit & sustentavit se super p̄p̄riam lanceā, quasi p̄gredi nō valens. [Porro de curibus & equites appropinquabāt ei.] i. Philistaei tā in t̄drigris bellicis q̄ super equos, eū insequentes, appropinquabāt eidē, ita q̄ nō erat spes de euasione ipsius. Pugnantiū autē q̄dam pugnantiū ex curibus, q̄dam ex nauibus, q̄dam equestres, q̄dam pedestres. [Et cōuersus post tergū suū,] i. retrō se vertēs ad videndum quis esset, cuius sonitū fugientis audivit, [vidēs q; me, vocauit] me, nō p̄prio nomine meo, q̄ nōndum cognouit personā meam, sed cōmuni quodā vocabulo me vocauit. [Cui cū respondiſsem, assūm,] tanq̄ paratus venire ad te, [dixit mihi: Quis nā es tu?] Vt paulō pōst referēt, adolescens iste credit fuisse filius Doeg, q̄ erat familiarissimus Sauli, quō ergo Saul nō cognouit filiū eius? Respondetur, q̄ ex magna sanguinis effusione caligauit visus Saulis, vel ex turbatione vehemētī id cōgrit q̄ nō cognouit iuuenē illum. Fuit quoq; de bilis imaginatiū, instabilisq; memoria. Vel adolescens iste nōndū frequenter curiā regis, sic Saul nō habuit diſtinctā eius notitiā. [Et aio ad eū: Amalechites ego sum.] i. natus de stirpe Amalechitarū. Amalech q̄ p̄p̄rius fuit filius Eliphaz filij Esau, q̄ alio nomine dicitur esse Elom, a quo Idumēi vocati sunt, vt patet in Genesi. Sic q; cōcordat, q̄ adolescēs iste fuit Amalechites, & mihilo minus filius Doeg Idumaei, q̄ Amalechitae Idumaei fuerūt. Sed cū multi fuerint Amalechitae, qualiter iuuenis iste satis fecit quāstioni Saulis interrogantis, quis nā es tu, dicēdo, Amalechites sum? Ad quod respondēdū videt, q̄ in familia Saul forsā nō erant Amalechitae, nisi Doeg & p̄les ipsius, vel ip̄si p̄ ceteris noti fuerunt Sauli. Sic q; cognito q̄ iuuenis iste nō erat Doeg, mox Saul agnouit, q̄ filius fuit illius. [Et loquutus est mihi: Stra super me, & interfice me, qm̄ tenent me angustiae.] i. dolorū & p̄onarū pressurā, sic q; interficiendo me celeriori supplicio, liberās me à diuturniori tormento. [Et adhuc tota anima mea] i. totus vigor animae meae [in me est.] vt q̄dam exponunt, sed nō apparet expositio vera, qm̄ Saul fuit iam valdē debilitatus, & in vigore animalī, vitali, sensitiuo ac p̄gressiuo deficiens, imō leaeraliter vulneratus, sic q; nō fuit tunc in eo tota anima sua, quantū ad potestātē, sed quantū ad suā essentiam: qm̄ anima est simplex, incorporalis & indiuisibilis forma, quod ad suā essentia, existens tota in toto, & tota in qualibet eius parte. [Stans q; super illū, occidit illū.] Secundum expositores cōmuniter, iuuenis iste hāc finxit, ita quōd nec Saul p̄cepit ei quod dicitū est, nec ipse occidit Saulē, sed Saul seipsum, vt dicitū est in expositione capituli vltimi primi libri. Veruntā dixit se Saulē occidisse, sperans per hoc placere regi i. dauid, quē admodū infrā à Baana & Rechab leguntur occidisse ipsum Isebeth, eius q; caput tulisse ad Dauid, ad cōplacendū eidē. Veruntā Iosephus videtur sentire, q̄ iuuenis iste veraciter dixit verba p̄habita. Recitat nanq; Iosephus, q̄ quauis Saul irruit super gladiū suū, tñ p̄r debilitate nō potuit se perforare, ac subito trucidare: ideo iuueni huic cōmiserit, vt impingeret se tā impetuōsē in ensē, q̄ p̄tinēns moreretur, quod & iuuenis fecit. Ad quod pōset applicari quod subdit: [Sciebā em̄ q̄ viuere non poterat post ruinā.] Ac si iuuenis dicat, ideo ipsum occidit, mortē eius accelerando, qm̄ certus fui, q̄ non poterat diu viuere postq̄ cecidit super gladiū suū, quod faciendo, lēsit seipsum localiter, quauis potuisset ad tempus superuixisse. Alij tñ exponunt hoc sic, Sciebā q̄ viuere nō poterat post ruinā, i. post vulnerationē qua à sagittarijs Philistinorū fuit vehementer vulneratus, vt in p̄cedenti habetur libro. Maluit autē Saul occidit iuuenē isto, vel à Doeg patre ipsius, qm̄ ambo erant profelyti, i. ad Iudaismum cōuersi, ne occideretur à Philistaeis incircuncis, imō potius quia timebat à Philistaeis confusibiliter turpiter q; trāctari, vt in primo libro continetur. [Et tuli diadema quod erat in capite eius,] i. quo Saul vti solebat in capite suo. Aliqui tñ per diadema intelligunt galeam diademātā in regium signum. [& armillam de brachio illius.] Armilla est ornamentum brachij aureum sive argentum, sicut in auris ornamentum est aurium, & annulus digitorum. [& attuli] ornamenta hāc [ad te dōm meum huc,] ad captandū beneuolentiam tuam. Circa hoc magister in historijs scribit: Dicunt Hebraei, hunc esse filium Doeg, cui ipse Doeg, ante q̄ irruit super gladiū suū, tradidit insignia regis quae cōsodiuit, vt filius suus ferens ea ad Dauid, redderet eum sibi placabilem. Sic & Cato inuidens gloriae Iulij Caesaris, suspendit seipsum, ne Iulio subderetur: nā ante q̄ se suspendit, cōsoliuit filio suo, quōd se subderet Iulio, & gratiam apud ipsum inuenire studeat, prout in libro de ciuitate Dei recitat Augustinus. [Apprehēdens autē Dauid vestimenta sua,] scidit ea pro parte in signū magnae tristitiā ac doloris, quo patet grandis perſectio sancti Dauid, qui de interitu tam crudelissimi hostis sui nō fuit gauisus, sed contristatus, neq; gaudebat de sua mox futura promotione in regem, imō de morte Ionathae & populi Dei vehementissimē doluit. [omnesq; viri qui erāt cum eo,]

1. Reg. 22.

Gene. 36. 1. Para. 1. Gene. 27.

1. Reg. 4.

Iose. lib. 7. an. 10. ca. 1.

1. Reg. 31.

Ibidem

Pet. Co. h. sto. lib. 2. Re. cap. 1.

eo,] sciderunt vestes suas ex causa eadē, quauis p̄babile sit, q̄ multi eorū de morte Saul, à quo tāntas sustinebāt molestias, nō doluerunt, sed magis gloriabant, sperantes ipsum Dauid mox p̄mouendū in regē, propter quod etiā de morte Ionathae minus dolebāt. Hi ergo morē gesserunt ipsi Dauid, cōformantes se ei in vestium scissione. Erant autē cum Dauid viri sexcēti, vt in primo libro patuit. [& planxerunt] lugubri corde, & fleuerunt] lachrymarū effusione, & ieiunauerunt vsq; ad vesperā.] iuxta legē, [super Saul & super Ionathan filium eius,] quē specialiter defleuerunt propter probitates ipsius, tñ & alij duo filij Saul, videlicet Abinadab & Melchisua, fuerunt in bello illo occisi, vt in 1. lib. Paralip. legitur, [& super populum dñi, & super domū Israel,] Quia per populum dñi, intelligunt Leuitas ac sacerdotes, q̄ erant specialiter populus Dei, vt potē diuino cultui deputati, quorum alij in flō illo interierunt, Porro per domum Israel intelligunt reliquas tribus, ex q̄bus plurimi ceciderunt, [eo q̄ corruissent gladio] Philistinorum, quod fuit dolorosum, q̄ scilicet cultores veri Dei fuerunt ab illis idololatri trucidati: nō (vt tactum est) q̄dam existentium cū Dauid, de morte Saul nō fleuerunt ex corde. Ieiunabant autē ex merore & forsā pro animabus occisorum, vt citius transferrent de Purgatorij p̄enis ad limbum patrum, quod de Dauid & ceteris deuotionibus credi plus potest. Sed cū dauid interrogauit iuuenem, Vndē scis, q̄ mortuus est Saul & Ionathas, cur iuuenis nihil respondit de Ionathae? Dicit potest, q̄ ideo, q̄ sciebat q̄ Dauid tristeretur de obitu Ionathae, tanq̄ charissimi sui. [Dixit q; Dauid ad iuuenē qui nunciauerat ei: Vndē es tu?] i. de qua stirpe & terra? [Qui respondit: Filius hominis aduenē Amalechitae ego sum.] Tanq̄ dicat, alienigena sum natione, de p̄genie & territorio Amalechitarum, ita q̄ pater meus in regno Israel habitauit peregrinus & aduena, atq; profelytus factus est, quod totum de Doeg verificatur, vt patuit. Sed cū iuuenis iste agnouit ipsum Doeg fuisse p̄cipuū aduersarium Dauid, cur ita respondit? Dicit potest, q̄ ideo nō expressit patrem suū, p̄prio nomine, vel putauit ipsum dauid sibi nō indignaturū, eo q̄ dixit se occidisse Saulē, & quia attulit ei preciosa insignia regalia iam p̄fata. [Præterea quæris, Cur Dauid rursus quæsiuit, vndē es tu, cum iuuenis iste paulō antē loquutus sit, Amalechites sum?] Respondet, q̄ Dauid p̄r admirationē facti & cordis turbationē nō aduertit hoc verbū. [Et ait dauid ad eum: Quare nō timuisti mittere] i. extendere [manum tuā, vt occideres Christū dñi?] f. Saulem regē vnctum per Samuēl ex Dei p̄cepto, vt tuispe affirmas, tanq̄ dicat, meritō debuisses hoc facere timuisse, & ex timore Dei vitasse. [Vocans q; Dauid vnum de pueris] i. ministris [suis, ait: Accedens irue in eum. Qui percussit illum, & mortuus est. Et ait ad eū Dauid: Sanguis tuus super caput tuū,] i. tibi ipsi & tuo excessui imputāda est hec tua occisio, q̄ hāc meruisti. Vndē de iustē occidēdis aut iustē occisis, frequēter in Ezechiele habet: Sanguis eius in ipso erit, vel, sanguis eius erit super caput ipsius. Porro per sanguinē in scripturis aliq̄ designat peccatum, q̄q; p̄na peccati, interdū propinquus, nōnunq̄ carnalitas. [Os em̄ tuum loquutum est aduersum te, dicens: Ego interfeci Christum dñi.] Achi dicat, quod putasti te dicere ad tuā prosperitatē, verum est tibi ad tuum interitū, qm̄ zelo iustitię displicuit mihi, quod ex tua malitia & limasti mihi debere placere. Nō est putādum, q̄ Dauid ex ira aut odio fecerit adolescētē istum occidit, eo q̄ pater suus Doeg fuerit persecutor ipsius Dauid, sed æqtatis amore, & vt iuuenis ille in p̄senti punitus, euaderet dāna-tionē perpetuā. [Quo circa inquitur, an iuuenis ille meruisset mortē, occidendo Saulē? an etiam meruit mortē, mendosē dicēdo, se fecisse hoc ipsum? Et apparet q̄ nō, quia secūdum narrationē adolescētis istius, quā Dauid credidit verā, ipse adolescēs hoc fecit ex p̄cepto Saul. Præterea mendacium nō videbatur morte p̄lectendum. Et respōdendum, q̄ sicut nō licuit Sauli seipsum propria manu occidere, ita nec manu alterius. Idcirco iuuenis ille nō debuit ei in iussione huiusmodi obedire. Aliqua quoq; mēdacia pernicioſa, vt falsa testimonia, lex morte punit. Itaq; peccauit hic adolescēs, vel taliter mentiēdo, & per gesta iniqua grām Dauid q̄rendo, vel iuxta Iosephū impingēdo Saulē in gladiū, cū p̄pter regiā dignitatē & sanctā vnctiōnē debuisset hoc vitare. [& Chm̄ dñi iudicio Dei, cuius vicarius erat, cōmittere.] [Planxit autē dauid planctū huiuscemodi] i. lugubre carmē, quod paulō pōst subdit, [super Saul & super Ionathan filiū eius,] i. de interſectiōe & morte ipsorū, sicut adhuc fieri solēt carmina mœſta de magnorū debellatiōe ac strage. [& p̄cepit vt docerēt filios Iuda arcum,] i. vt parētes nati ex tribu Iuda, instruerent filios suos in arte & exercitio sagittatiōis, vt decetero pōset resistere Philistaeis, q̄ sagittatiō p̄ualuerūt, & hoc specialiter iussit tribu Iudae, q̄ tribus illa ceteris bellicosior fuit & fortior, & Dauid natus fuit ex ea, & sciuit q̄ tribus illa primō susciperet se in regē, [sicut scriptū est in libro iustorū.] De libro iustorum & allegatiōe ipsius, fit mētio in duobus locis scripturæ canonicæ, sicut in libro Iosue, Iosue 10. & hoc loco. Quid autē per librū iustorum videat intelligēdum, super librū Iosue diffusē induxi, idcirco pertransio, nisi vt breuiter aliq̄ tangā, quod ad huius loci intelligentiā cōfert. Itaq; quā per librū iustorū intellexerūt librū Geneſeos, in quo agit de pluribus iustis q̄ à principio mūdi vsq; ad Iacob patriarchā & filios eius fuerūt, & in libro illo dicit istud arcu p̄nunciatio à Iacob

1. Reg. 30. 1. Para. 10.

1. Reg. 31. 1. Para. 10.

1. Reg. 22.

1. Reg. 9. 10.

Ezech. 33.

1. Reg. 22.

Exod. 26. Deuter. 54.

Iose. lib. 7. an. 10. ca. 1.

Iosue 10.

Gene. 49. in benedictione Iudae, in qua inter caetera continetur: Manus tuae in cervicibus inimicorum tuorum, quod in David asserunt adimpletum, quia aduersarios suos vincti; expugnauit, ad quod arte sagittandi fuit adiutus. Alij dicit istud de arte sagittandi insinuat in Genesi, ubi Iacob testatur se agrum de manu Amorrhaei in arcu & gladio suo. Sed vt super Iosue scriptum, nec sic de David, nec quod in Iosue allegat de statione solis & lunae scriptum esse in libro iustorum, habet in Genesi formaliter aut aperte, imò nec quantum ad sensum, nisi forsitan valde obscure; neq; in libris Regum aut Paralip. legitur David pualuisse arcu in pilijs. Porro alij libri non habent, arcum, sed in Hebreo habet ac libris correctis. Rabanus autem per arcum intelligit fortitudinem. Vnde & alij sic exponunt, scepit vt doceret filios Iuda arcum, i. robur seu firmitatem virtutis, quatenus fortes fierent in timore Dei & obediencia legis, ne mererent debellari, quae admodum Saul, ppter inobediencia sua. ¶ Sequi carmẽ: [Et ait.] David, incipies carmẽ lugubre per verba sequentia. [Cõsidera Israel p his q mortui sunt] i. tu popule Israel adhuc superstes & viuens, diligenter perpẽde qd tibi agendum sit propter eos qui de semine tuo iam corruerunt in bello, ne tale qd tibi cõtingat. Cõsidera quoq; q̃ p̃clarari fuerunt, qui pro bono cõmunis defensione occisi sunt, vt tempore opportuno morrem eorum zelo iustitiae vlciscaris. Cõsidera item, q̃ miserabiliter ceciderunt in propria terra. Vnde subiungit, [Super excelsa tua vulnerati.] i. in montibus propriae terrae laesi & victi, ita quod nec in propria terra, nec in locis eius altioribus ac munitis potuerunt euadere. Hinc clarius subdit [Inclytis Israel,] vt potest rex Saul & Ionathas ac alij nobiles, [Super montes tuos.] i. in aliquibus motum partibus sanctis perfecti sunt. Ideo per modum admirantis & dolentis David adiecit: [Quomodo ceciderunt fortis?] quasi dicit, mirum & dolorosum est hoc, ac vltio Dei esse videt, ppter peccata Saul & cõsimilium eius. Circa haec scribit Rabbi Paulus: Hoc scepit David, videlicet verba illa, Et scepit vt doceret filios Iuda arcum, vt qdam Hebraeorum expositores dicunt, est de sublimitate carminis huius, quia in carne hoc intendebat David deplangere valetudinem & debilitatem populi Israel, in propria terra ac locis excelsis turpiter victi: ex quo intulit lamentando, quod iam non restabat modus defendendi plebem ac patriam, nisi per sagittariam artẽ, per quam debiliores quique superant fortiores, quod non solet ita cõtingere in bellis quae fiunt in gladio. Ideo David tanquam proœmium carminis sui pmissit, lamentatione dicens, scepit vt docerent filios Iuda arcum. [Nolite annunciare in Geth,] i. factum istud non diuulgatis magis quam diuulgatum est in vrbe Philistinorum, Geth nomine, [neq; annuncietis] hoc [in cõpitis Afcalonis,] i. triuijs, quae sunt iuxta vrbes Philistinum, nomine Afcalon. Cõpium quippe est triuium, seu locus in quo tres vias concurrunt, in quo solent homines cõuenire, & rumores percipere ac referre. [Ne forte latent filiae Philistinum,] i. mulieres ac natae Philistinorum, [ne exultent filiae incircuncisorum.] Repetitio est eiusdem sententiae, quia Philistaei incircuncisi fuerunt. Exultatio tamen proprie dicitur, quasi extra se saltatio, scilicet exhilaratio corporis in signa laetitiae foris erumpens ex redundantia interioris iucundationis in corpus. Sicque possunt haec ad diuersa referri, vt sit sensus, ne latent intus in corde, nec exultent chorizando ac tripudiando de suorum victoria & Hebraeorum ruina. Cõsueverunt etenim puellae & feminae in choreis & sessionibus suis ac vijs cantare cantilenas, de populi sui triumpho & aduersariorum deiectione cõpositas. Vnde & supra in primo lib. habet: Cum reuertetur David, percussio Philistaeo, egressae sunt mulieres in occursum cantantes, chorosque ducetes atque dicentes, Percussit Saul mille, & David decem millia. In p̃inductis verbis loquitur David per modum optantis, quo quis non valens aliquid totaliter impedire, cupit illud impedire quantum possibile est, vel prohibuit modum facti Philistaeis referri, quibus notorium fuit ipsum factum. [Montes Gelboe, nec ros, nec pluuia veniant super vos.] i. infructuosi decetero sitis, nã fructificatio terrae requirit humorem, imò & pluuuam in terra Iudae. Deuter. 10. iuxta illud Deuteronomij: Terra ad quam ingrederis, montosa est, de caelo expectans pluuuam. Sicque in verbis his est metonymia, quia causa ponitur pro effectu, videlicet ros & pluuia pro fructu, qui ex rore & pluuia nascitur. [Neque sint] i. ibi [agri primitiarij,] i. terra arabilis, in qua nascantur gramina, quorum primitiua offerantur ministris templi secundum legem. Itaque David imprecatus est mala, seu maledixit his montibus, non quod montes peccauerint, sed propter aduersa & vitia quae cõtingerunt in eis, in detestationem malorum huiusmodi. Vnde subiungit: [Iga] ibi abiecius est clypeus fortium.] i. fortis Israel perdidit vel abiecerit ibi clypeos suos ac alia arma vt celerius fugeret, vel clypei ibi abiecti sunt, i. ablati per hostes qui spoliauerunt armatos Hebraeos. [Clypeus Saul,] q̃ si non esset vnctus oleo. I. etiam Saul rex vilitate ibi deiectus est, clypeoque priuatus tanquam vnus de populo. Porro quod sequitur, [in sanguine interfectorum ab adipe fortium,] quod referunt ad verba phabita, vt sit sensus: Ita abiectus est clypeus Saul propter scelera quae commisit, occidendo sacerdotes dñi, qui erant viri robusti, quorum robur per adipem designatur, de quibus in primo lib. habet. Vel ita occisus est Saul & populus eius à sanguine interfectorum & adipe fortium, i. à Philistaeis, in quibus viguit sanguis & adeps, per quod duo fortitudo exprimitur, quia pstant corpori robur, iuxta illud in Iob: Iste morit robustus, ossa eius plena sunt a dipe. Quidam exponunt sic

scilicet abiectus est Saul à sanguine interfectorum, i. propter peccatum quod commisit, vsurpando sibi sacerdotale officium, quoniam obtulit holocausta & victimas, prout in primo lib. patuit. Porro Hebraei & quidam expositores catholici in choant verum sequentem à verbis istis, à sanguine interfectorum, ab adipe fortium. Sagitta Ionathae nunquam redijt retrorsum, & gladius Saul non esse reuerfus inanis. I. Ionathas non direxit sagittas in hostes frustra, nec Saul percussit aduersarios sine effectu, sed perforauerunt & vulnerauerunt inimicos vsque ad sanguinis effusionem, adipisque laesuram: per quod insinuari videtur, quod etiam in hoc bello quo succubuerunt, multos Philistinorum interfecerunt, antequam interfecisset i. fuerunt. [Saul & Ionathas amabiles & decori valde in vita sua.] Saul equidem in naturalibus donis fuit multum amabilis, strenuus quoque in bellis, & pro defensione populi sui audacter ac sponte exposuit se periculis mortis. Et quis iniquè persequutus est David, tamen amabiliter habuit se ad populum suum, & populum valde dilexit eum, quia quocumque se vertit, aduersarios suos pualuit. Denique, ante promotionem suam ad regnum, atque in regni sui principio erat tam bonus, & in gratia donis ita amabilis, quod in plebe non fuit melior & amabilior illo, vt dictum est in primo lib. Ionathas vero fuit excellenter amabilis in gratiarum ac naturae muneribus, fidelis, probus & virtuosus: sic quoque; ambo fuerunt decori & pulchri. Nam vt in Ethicis Aristoteles profertur, Ad corporale pulchritudinem tria requirunt, videlicet elegans statura, congrua habitudo, proportioque membrorum, & superfusio viuidi ac cõuenientis coloris. Hinc hofes paruae staturae non dicitur proprie pulchri, quibus speciosus possint vocari. Saul autem ab humero & supra super oem populum eminebat, & membra sua erat ad inuicem bene proportionata, atque viuaci colore fuit perfusus. Ionathas quoque; quibus minor fuit patre, tamen elegantis fuit staturae, quae etiam spiritali pulchritudine gratiae ac virtutis fuit ornatus, sed & morali pulchritudine, quae consistit in morum cõdecetia, vterque respicitur, quibus Saul postea ex capitis debilitate interdum indeceter se habuit. [In morte quoque; non sunt diuisi,] & ita sunt sibi inuicem assimilati ac cõniti in morte, quae admodum & in vita. Vnde & amplius cõdolendum est eis, quod tales ac tanti pariter corruerunt. Hoc ipsum & de p̃clarissimis viris Amico & Amilio, quorum miri & gloriosi gestus leguntur, verissime dici potest, quod sibi inuicem erat similes in vultu, membris, loquela ac moribus, eratque; p̃amabiles atque; pulcherrimi viri. [Aglis velociores] ad persequendum aduersarios: [Leonibus] fortiores, [Iad] p̃ualendum in p̃lijs: quod tamen per modum hyperbolice loquutionis est intelligendum, vt potest per excessum platam, quod erat valde veloces, agiles & robusti. [Filijs] Israel, super Saul flete, i. eius mortem deplangite, [quod] vestiebat vos coccino in delicijs, talia ornamenta. [Quo] ceciderunt fortis in p̃lio? Iuxta renouatione doloris istud repetijt David, quae ex memoratiõne probitatum Saul ac Ionathae, fuit in eo dolor de eorum interitu renouatus. [Ionathas in excelsis tuis occisus est.] i. super montes p̃fatos terrae tuae, ð Israel. Vel: Ionathas, in excelsis tuis occisus es, i. ð tu Ionathas, in iuuetute tua & in statu tuo sublimi es interfecit, quoniam iam videbaris vicinior ad regnandum. Propter quod magis cõpatiendum est tibi. [Doleo] super frater mi Ionathas, [frater mi,] ex familiarissima charitate & cultu religionis eiusdem, & quae de semine Israel, & eiusdem speciei cõformitate, & quoniam soror tua est cõiunx mea, [decore nimis,] sicut expositum est, [et] amabilis super amore mulierum, i. mulieribus amabilior, cum tamen viri vehementer ad mulieres afficiant, in tamen, vt saepe vincant amore atque; delirerit, prout in apocryphis Esdrae pleni recitatur. Vel amabilis super amore mulierum, i. affectum inflamans ad te amandum magis intente, quae feminae amat, quae etiam non mediocriter affici solent ad viros. Nam & sicut turpe appetit bonum, & materia formam, sic femina virum, vt dicit philosophus, quibus & verba eius aliter queat exponi. [Sicut mater vnicum amat filium suum, ita te diligebat:] tunc propter tuam bonitatem, tunc propter charitatem qua me puenisti cum vicissem Goliath, vt dictum est in primo lib. tunc propter effectum charitatis tuae ad me, & beneficia tua mihi impesa, de quibus in multis capit. primo lib. est dictum, & propter affinitatem. Porro amor matris, fertim viduae ad vnicum filium, est valde p̃cipuus, vt ait Hieron. Talis etenim mater viri solatio desistit, affectionem suam valde recolligit ac defigit in vnicum pignore vteri sui. Vnde & Christus dñs tali matri cõpatiens, suscitauit filium eius à morte. His dictis, rursus dolore stimulatus, repetijt David: [Quo] ceciderunt robusti, & perierit arma bellica? Iga arma eorum fuerunt ablata per hostes, nec poterunt armatos defendere. Iuxta hunc modum in carminibus iucunditatis solent aliqua verba iucundiora multoties repeti, & in carminibus tristibus aliqua verba dolorosiora. Circa phabita ait Petrus Comes. Credit carmẽ istud metricè fuisse cõpositum, estque; cõtinetia huius carminis tripartita. Primum agit de loco in quo facta est strages, & imprecatur ei malum. Secundo cõmendat Saul & Ionathas. Tertio specialiter cõmendat Ionathan, ostendens quoniam dilexit eum. Nec obest, si aliqui pluraliter, aliqui singulariter de eodem morte loquatur. Est enim vnus mons, plures habens colles. Montes isti (vt dicunt) ante fuerunt vberissimi, & imprecatus est eis David non ariditatem, sed sterilitatem. Nam

1. Reg. 15.

1. Reg. 18.

1. Reg. 9. 10.

ibid.

1. Reg. 18.

1. re. 18. 20. 21.

Hieronymus.

Luc. 7.

pet. Cõ. hist. li. 1. re. ca. 1.

ait: Neq; sint ibi agri primitiarum, i. fructuum optimorum, vt prius. Alij dicunt maledictionē hanc prophetiam fuisse, quae impleta est sub Helia, qn̄ facta est in Israel fames magna, vt infra 3. Reg. 17. habetur. Postremò, in verbis præsripti carminis loquitur Dauid ad Ionathan mortuū tanq̄ ad viuentem, vt moris est deplangentium mortuos, non q̄ mortui huiusmodi verba audiant, q̄ tamen ea varijs modis cognoscere possunt. Nam corpore mortui, viuunt in anima, & ea quae sūt pro ipsis, cognoscere atq; percipere queunt pluribus modis.

¶ De spiritali eiusdem cap. i. intellectu. Art. 2.

EX isto cap. docemur, virtutes S. Dauid considerare ac imitari. Et primò eius prudentiam, quae non statim credidit adolefcenti ardua recitanti, sed certificari q̄sūt: sic & nos non sine vera discretione credamus cuiq; narranti, & rumores varios recitanti, aut etiam noua dogmata p̄ponenti. Facili nanq; credulitate multi falluntur. Potissimùm verò difficulter credamus his, q̄ referunt nobis mala de alijs, & detrahentibus, seminantibusq; discordiam, nec proni sumus alijs quasi pro vero & certo narrare, quae ex incerta relatione audiuius, nempe vt Salomon Prouer. 14. loquitur. Innocens credit om̄i verbo, astutus autē cōsiderat gressus suos. Ecce quoq; 19. scriptum est: Qui citò credit, leuis corde est, & minorabitur. Hinc Ioānes apostolus in sua prima scribit canonicā: Charissimi, nolite om̄i sp̄i credere, sed probate sp̄s si ex Deo sint. Paulus quoq; Hebr. 13. Doctrinis, inquit, varijs & peregrinis nolite abduci. Secundò ex isto cap. docemur charitatē, imò & euangelicā perfectionē electi Dauid fecit, q̄ mortem sui crudelissimi & iniustissimi inimici tam cordialiter deplorauit, quod vtiq; non fecisset, nisi eum dilexisset ex corde, à quo cum

1. Ioan. 5. tota sua parentalia fuit pulsus de regno, toriesq; q̄sūt ad occidendū. Jam ergo sub lege impleuit

1. Reg. 10. 21. 22. 23. 24. 26. Dauid, quod in Euang. Matt. 5. iubet Christus: Diligite inimicos vestros, bñfacite his q̄ oderunt vos, quod totum & nos implere conemur, alioq̄ non erimus veri euangelicæ legis cultores. Insuper nullus sit ita maleuolus, vt de aduersariorum suorum aduersitate, ruina aut morte lætetur. Imò cum Dauid potius deplāgamus illorum interitum, aduersitatem & casum, cum scriptum sit Prouer. 24. Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina illius ne exultet cor tuum. Vndè

Iob. 31. & S. Iob de seipso ad nostrā ædificationē fatetur: Si gauisus sum ad ruinā eius q̄ me oderat, & exultauit q̄ inuenisset eum malum. Tertio instrumur ex hoc loco, quāta fuerit S. Dauid humilitas, quae ad tanti regni principatum nequaquā aspirauit ambitio. Nam eos quorū p̄sidentia aut vita disterebatur à regia dignitate, tam dirè desuevit. Absit ergo à discipulis & ministris filij Dei oīs elatio & vniuersa ambitio, nec pro suis p̄sibus nec pro aliorū p̄motione q̄quam laborem incant aut importunè. Veruntū qdam in tñ excācant vanissima ambitione, q̄ eorum mortem desiderant, quorū officia aut plationem siue p̄bendā sibi aut suis exoptant, & ita coram Deo sunt homicidæ. Quarto informamur ex isto cap. ad zelum iustitiæ, vt exemplo dauid afficiamur syncerè ad om̄e bonum verè honestum, & recti ac æqui sumus tenaces, nulli parcentes cōtra iustitiam. Nam & illum Dauid fecit occidī, q̄ se dixit maximum inimicum Dauid interfecisse. Quidā verò ita iniusti sunt, vt mox ei applaudant, adhæreant & assistant, q̄ eorum aduersarijs se opponunt, & tales sūt facilliter partiales, quod p̄sidentibus atq; iudicibus est maximè p̄cauendū. Præterea aduertendū, q̄ Saule occiso, Dauid sciuit sibi iure diuino ius regale cōpetere, qm̄ ex Dei iussione vnctus fuit in regem ad regnandū post Saulem: ideo habuit auctoritatem occidendi p̄satum adolescentē.

1. Reg. 16. Quintò ex hoc loco erudimur pia cōpassiōe mortuos deplorare, p̄sertim bonos p̄latos ac deuotos presbyteros, non quia migrauerunt de huius vitæ ærumnis ad dñm, sed quia ecclesia talibus filijs est priuata, & plebs Christi talibus patribus, rectorib; ac patronis est destituta. Hinc tales presbyteros & pastores S. Ambrosius cōsuevit amarissimè deplorare. Et præcepit Dauid, vt docerēt illos Iuda arcum. Per Dauid intelligitur Christus, q̄ iubet vt predicatores, pastores & superiores doceant filios Iuda, i. fideles sibi cōmissos, arcum, i. artem spiritaliter sagittandi aduersarias potestates, q̄ feruentibus aspirationibus, orationibusq; deuotis & om̄i exercitatione virtutum sagittantur seu affligunt. Ars etiam saluberrimè sagittandi est, verbis feruidæ sermocinationis & affectuosæ exhortatiōis audientiu corda accendere, amorisq; sc̄ti iaculo perforare. Itaq; iuxta Glossam, Filij Iuda sunt filij cōfessionis, q̄ corde credunt ad iustitiam, & ore cōfitent ad salutem. Qui duplici cōfessione ornant, videlicet cōfessione laudis diuinæ ac propriæ culpæ. Hos vult Deus arcu scripturæ muniri, ne per ignorantia in dæmonum cōspectu succumbat. Præterea in scripto

Rom. 10. ris per sagittam multa significant. Primò, timor, pœna siue aduersitas, vt cum S. Iob protelatur Sagittæ dñi in me sunt, quarū indignatio ebibit sp̄m meum. Secundò, charitatis succensio, secundum illud Cant. 7. Charitate vulnerata sum. Vndè & Augustinus loquitur Deo: Sagitta uerastu cor meum. Tertio, rancor siue detractio, quæ admodum Hierem. 9. habetur: Sagitta vulnerans linguam eorum. Quarto, ipse Christus, qui ait per Esa. 49. Posuit me dñs quasi sagittam electam. Quintò, quicumque prædicator idoneus. Vndè Esa. 66. loquitur deus: Mittam ex eis qui saluati fuerint, in Africā & Lydiam tenentes sagittā. Sextò, dura tentatio, iuxta id Psal. 90. A sagitta volāte in die

Augustinus. 56.

Septimò, Acuta & efficax prædicatio, secundum illud Psal. 44. Sagittæ tuæ acutæ. Octauò, Iaculum corporale, vt hic: Sagitta Ionathæ nunq̄ redijt retrorsum. Nono, Concupiscentia carnis, aut pœna damnationis. Vndè Prouer. 7. legitur: Ignorat q̄ sagitta transfigat cor eius. Cōsidera Israel pro his qui mortui sunt. Per Israelē, q̄ interpretatur vir vidēs deum, intelligit̄ populus Christianus diuina cōtempnās, q̄ cōsiderare debet ex morte p̄decessorum suorum, q̄ breuis, fallax, incerta sit vita p̄sens, & q̄ stultum sit, propter ei' delicias ac opes terrenas, æternam mereri damnationem, & gloriam perdere æternalem. ¶ Insuper, pro his qui mortui sunt morte peccati, & morte

Mich. 6.

teum incurrerunt infernalis miserię, debemus perpendere, ne & nos taliter pereamus, sed coram Deo iugiter ambulemus timorēt, sollicitē, ac syncerē. ¶ Super excelsa tua vulnerati, hoc est, in altitudine officiorum ac dignitatum vitijs læsi. In talibus quippe cōtingunt multa & magna animarum pericula. ¶ In clyti Israel super montes tuos interfecti sunt. In clyti Israel, sunt viri scientia atq; prudentia præditi, & in principatibus seu plationibus cōstituti. Qui super montes interficiuntur, qm̄ de scientia sua inflantur, aut de sua eminentia intumescunt, vel in suorum executione officiorum sunt negligentes. Vndè ait Hieronymus: Per gradus dignitatum raro aut nunq̄ ascendunt, quin multo grauius per vitia descendatur. ¶ Quò ceciderunt fortes? hoc compassiue & dolorosè dicendū est, dum personas religiosas & virtuosas percipimus esse subuersas, aut tēstationibus victas, seu verba increpationis & virgam correctionis impatienter sumpsisse, & eos qui sp̄i ceperunt, audimus carne cōsumari, tepescere, & negligentius se habere. O q̄ multi cadunt ac pereunt in motibus plationum, dignitatum, & officiorum, qui in cōuallibus humilitatis, obedientię, timoris, ac simplicitatis possent saluari. Et tñ in felix ac stulta mens hominū, semper ad altiora p̄sidentię nititur, nec expauescit durissimum Dei iudicium, quod in p̄sidentib; exercetur. O ambitio crux ambientiu, quò oibus placēs, oēs tibi subiectos torques? ¶ Nolite annunciare in Geth, hoc est, secularib; hoibus non publicetis ecclesiasticorum peccata, nec aduersarijs fidei Christianæ in sinuetis peccata & aduersitates ecclesiæ, ne exultent filię incircumfororum, hoc est, animæ impiorum, qui incircumcisi sunt corde ac moribus. ¶ Montes Gelboe, nec ros, nec pluuia veniant super vos. ¶ Gelboe interpretatur decursus. Itaq; mōtes Gelboe designant maiorem in populo Iudæorū vitijs defluentiū, q̄ persecuti sunt Chr̄m, & inter quos Chr̄s ac plurimi ei' discipuli sunt occisi. Ideo iusto Dei iudicio, neq; ros gr̄æ, nec pluuia salutaris doctrinæ descendit in corda ipsorū, sed aruerunt, & tanq̄ infructuosissimæ arbores sunt excisi, atq; in ignem æternū p̄iecti. Quæ admodum em̄ in cacuminibus montiu non colligitur pluuia, nec permanet humor, sed in cōcauis vallium: ita in superbis illis sacerdotum, scribarū, pharisæorū, ac pontificum cordibus locum non reperit sp̄s sc̄ti, nec in eis sua charismata quæerūt, sed in humilib; Chr̄i discipulis, secundum quod dixit: Cōsuevit tibi pater, quia absc̄disti hæc à sapientib; & prudētibus, hoc est, p̄satis Iudæorū maioribus, q̄ sapientes ac prudētēs se esse iactabāt, & reuelasti ea paruulis, i. humilib;.

Hieronymus

Gal. 3.

Sap. 16.

Matt. 11.

Luc. 10.

¶ Nec sicut tibi agri primitiarū, hoc est, cōgregatiōes hominū fructuosorū, qm̄ qui p̄latos Iudæos incredulos sunt fecuti, om̄i fecunditate gr̄æ ac virtutū sunt priuati. ¶ Porro, fideles dicuntur agri ac vineæ Dei, dicente Apostolo 1. Cor. 3. Dei agricultura estis. ¶ Quia ibi abiectus est clypeus fortiu. ¶ Clypeus fortiu, fuit p̄dicatio Chr̄i & apostolorum, cōtra vniuersa salutis obstacula munies, & fideles auditores defendēs, quā p̄dicationē infelicissimi abiecerunt Iudæi, & perierūt à sanguine interfectorū, hoc est, propter scelera sua, q̄ Chr̄m & eius discipulos occidendo, fecerunt. ¶ Sagitta Ionathæ nunq̄ redijt retrorsum. ¶ Hoc dici potest de efficaci p̄dicatore, cui' sermo non caret fructu. ¶ Saul & Ionathas amabiles & decori in vita sua, in morte quoq; non sunt diuisi. ¶ Hoc dici potest de quocunq; fideli p̄lato & martyre sc̄to, ac eius filio sp̄iali seu fratre aut socio, q̄ in vita sua Deo cōcorditer ac feruidè seruierūt, pariterq; pro Chr̄o martyriū sunt perpeffi, vel simul in pace obdormierūt in dño. Quales fuerunt beati, Petrus & Paulus, Simon & Iudas, Epitacius & Astion, multiq; tales, sicut gloriosus martyr Maurici' & quonq; soci' eius. Studemus ergo & nos esse verè amabiles bonitate virtutum, dulcedine morū, charitate obsequorū, & decori luce sapientiæ ac gr̄æ venustate. Simus insuper agilis velociorēs dilectiōis feruorē, eorū platiōis acumē. Et p̄ agilitatē, p̄mittissimā ad oēm obedientiā sc̄tam virtuosumq; actū, vt viriliter ac celerim, nō tñ sine discretiōe, aggrediamur opa bona, & quonq; Deus requirit à nobis. Simus itē leonib; fortiores, cōfidēdo semper in dño, & oīa valēdo in eo q̄ nos cōfortat, ita vt eū vincamus, q̄ tanq̄ leo rugiēs circuit, q̄rens quē deuoret. ¶ Filia Israel, sup Saul flete. ¶ Sic animæ subditorum bonorū debēt lugere, cum fuerint virtuosos pastores orbate, cuius exēplis atq; sermonib; vestiebant, ac ornabant amictu iustitiæ, splendore virtutū, & veste nuptiali q̄ charitas est. ¶ Postremò, sicut Dauid tam ardēt ac tenerrimè dilexit Ionathan syncero amore, tam naturali q̄ socialī & familiarī ac spiritali, ita ad p̄ficiendū in om̄i virtute nō mediocriter cōfert habere aliquē charissimū fratrem, fidelissimūq; amicū veraciter virtuosum: quaten' seinuicē charitatiuē corripiāt, exhortent, accendāt, ac iuuent ad oēm sp̄ialem p̄fectum, & ab omni carnali affectione abstineant, nec

vnus ab alio aliqd optet, quod sit virtuti cōtrarium, nec alter propter aliū tale qd operetur, imō omni homini magnum est releuamen atq; solatium in omni hac vita habere familiarem & fidelem amicum. Propter quod ait Eccl̄i 6. Amicus fidelis, proteçtio fortis. q̄ aut̄ inuenit illū, inuenit thesaurum. Amico fideli nulla est cōparatio, & non est digna pōderatio auri & argenti cōtra bonitatem fidei illius. Amicus fidelis, medicamentū vitæ & immortalitatis. & q̄ metuit dñm, inueniunt illum. Veruntū obseruandū est, quod ab eodem docetur: Si possides amicum, in tentatione posside illum, hoc est, tēpore aduersitatis proba & experire, an veram amicitia tibi ostendat esse cū, & ne faciliē credas ei teipsum. Est em̄ amicus secundū tēpus suum, & non permanens in die tribulationis. Amicus, si permanerit fixus, erit tibi cōequalis, hoc est, humiliter habe te ad ipsū, quasi ad fratrem ac socium, quā si maior eo. Demū & hoc ex isto innotescit capitulo, q̄ iusto Dei iudicio sōpē cōtingat, vt simulators & callidi adultores, & humanæ gratiæ potiū q̄ diuinæ exquiritores, sōpē incurrant detrimentū, displicentiā, aut etiam mortē ex verbis suis cōfictis, blandis, mendosis apud magnates seu alios, qbus putant per talia complacere. Idcirco nil meliū, q̄ in verbis & factis iuste atq; syncretiter se habere, & cordis simplicitatem rectitudinemq; diligere:

quia & Salomon contestatur: Qui diligit cordis munditiam, habebit amicum regem.

Expositio literalis cap. 2. Igitur consuluit Dauid dominum. Art. 3.

Recitatur hic, qualiter Dauid peruenit ad regnum, & aduersarij eius succubuit. Igitur post hæc consuluit Dauid dñm Postq̄ s. deplanxit Saulē & Ionatham, interfectosq; Israel. An aut̄ deplanxit eos 7. diebus, quemadmodū in sine primi lib. legitur fecisse Iabab, hoc est, viri Iabab Galaad, an vno die duntaxat, vt litera pcedentis cap. videtur sonare, incertū apparet. Iabab aut̄ fecerunt, iuxta quod scriptum est, Luctus mortui 7. dies. Deniq; iuxta phabita in primo lib. Dauid cōsuluit dñm, hoc est, de agendis q̄suiuit ad Deo informationē atq; cōsiliū per sacerdotem Abiathar, iuxta modum frequēter expressum, dicit̄ s. ad dñm per sacerdotem: Numq̄ hoc est, an neq̄ ascendā in vnam de ciuitatibus Iudæ? Ii. tribus Iudæ, de qua natus sum, & eam plū diligo, quæ & mihi magis assistet. Itaq; qñ Dauid hæc dixit, videtur adhuc fuisse in Siceleg, quæ est inferior situ, q̄ regnum Iudæ. Ideo ait: Num ascendam? Et ait dñs ad eum: Ascēde. Dixitq; Dauid: Quid ascendam? Ministerio angeli fiebat rñsio sacerdoti, & per sacerdotem ad Dauid. Et rñdit ei, in Hebron. Quæ fuit vrbs inclyta & famosa, & data fuit Caleb in possessionem, in qua etiam Abraham aliqñ habitauit, vbi & Sara defuncta est, vt Gene. 23. legitur. Hinc dñs iussit, vt Dauid inciperet regnare ibidem. Circa hoc scribit qdam: In illa ciuitate sepulti sunt quatuor principales patriarchæ, quod stare nō potest, nisi sic intelligatur: In illa ciuitate, i. prope eam. Nam extra Hebron in spelunca duplici in agro sepulti fuerunt. Vndē & in Genesi Abraham ait: Intercedite pro me apud Ephron, vt det mihi speluncā duplicem quā habet in extrema parte agri sui. Ascendit ergo Dauid & duæ vxores eius, quas accepit post Michol filiam Saulis, Achinoem Iezraelitis, q̄ de vrbe noie Iezrael fuit, & Abigail vxor Nabal Carmeli. Sed & viros q̄ erant cum eo, duxit Dauid hoc est, secum perduxit, s̄ singulos cum domo sua, Ji. cum suis domesticis, putā vxore ac sobole, quos noluit in sua p̄speritate relinquere, q̄ in aduersis cōmunicauerāt sibi, adhuc quoq; indigni eorum subsidio. Et m̄serunt in oppidis Hebron, hoc est, quæ erant prope Hebron in gyro, & pertinebāt ad Hebron, tanq̄ ad vrbes principales. Nec poterant oēs cōuenienter habitare in Hebron, quæ fuit aliundē satis populosa. Aliq̄ tñ ex maioribus habitauerūt cum Dauid in Hebron. Porro, per oppida Hebron, intelliguntur hic forsitan villæ Hebron, de qbus legitur Iosu. 21. Veneruntq; viri Iudæ, hoc est, de tribu Iudæ, quæ populosior, bellicosior, ac nobilior erat. Et vixerunt tibi Dauid in regem, per manus sacerdotis aut alicuius propheta. Vndē & infra tertio lib. describitur Salomon vnctus per manus Sadoc pontificis, & Nathan propheta, vt regnaret super domum Iudæ. Dauid quoq; iam antē semel vnctus fuit in domo patris sui per Samielem prophetam. Vnctus est etiam tertio rex super vniuersum populum Israel, vt infra habetur. Et nunciatum est Jipsi Dauid, q̄ viri Iabab Galaad sepelessent Saul, & etiam Ionatham cum grandi periculo & labore, vt in vltimo primi lib. cap. elucescit. Probabile reor, q̄ hi qui istud rulerūt regi Dauid, fuerunt amici Iabitarum, volentes ipsum Dauid inclinare ad bene uolentiā circa Iabitas, quia iam satis fuit vulgatum, quod Dauid occiderat eum, qui dixit se occidisse Saul. Iem. Ideo non videtur quod isti intenderint ipsum Dauid auertere a Iabitis recitandum hoc factum. Misit ergo Dauid nuncios ad viros Iabab Galaad, qui erant de tribu Manasse, vt patet Numeror. 32. & 36. Dixitq; ad eos: Per os nunciorum, vel per epistolam: Benedicite vos ad domino, hoc est, benedicite, & dona gratiæ consequuti estis ad Deo. Vel benedicite fuis, seu benedicimini ad domino Deo, qui fecistis misericordiam hanc cum domino vestro Saul, & pro. i. sepelivistis eum. Siquidem mortuos sepelire, inter septem corporalia misericordiæ opera computatur, Et nunc retribuēt vobis qdem dñs misericordiam hoc est, veniam & gratiam. Matt. 5. Beati em̄ misericordes, qm̄ ipsi misericordiam consequentur. Prouerb. quoque 15. scriptum est: Per sidem &

& misericordiam purgantur peccata. Et veritatem, Ji. veram mercedem ac summā veritatis beatam notitiam, dummodō perseueretis in bonis, vel veritatem, hoc est, retributionem quam talibus promisit, verē impendet vobis. Sed & ego reddam grām Ji. gratiosam retributionem vtrā q̄ speratis a me. Leo q̄ fecistis verbum istud. hoc est, opus hoc, significatū per horum verborum cōplexum. Verbum q̄pe frequenter accipitur pro verborū congerie seu sermone. Et nunc pro re, significata per tale verbum, accipitur. Princeps aut̄ debet plebi suæ esse gratus, atq; bñuolus pro fidelitate eius & pio obsequio. Nam vt philosophus in politicis ait, Per hoc princeps subditos suos ad meliora præcipue prouocat, q̄ circa obediētes, fideles & pios, exhibet se liberalem, gratum, bñficum. Cōfortem manus vestras, Ji. vos ipsi roboremini, q̄a per partem totum significatur. Et qm̄ manus est organum organorum, secundū philosophum, in quo præcipue sita est vis operatiua, idcirco per manuum confortationē, totius hoīs fortificatio designatur. Et estote filij fortitudinis, hoc est, multum fortes, sicut aliquis dicitur filius incōstantiæ, q̄a multum inconstantis homo virtutis, q̄a valdē est virtuosus. Sic quoq; Antich̄s vocat̄ homo peccati. Et Ruth mulier appellatur virtutis, & sumitur fortitudo hic pro virtute potiū, q̄ pro robore corporali. Licet em̄ mortuus sit dñs vester Saul, tñ me vnxit dom̄ Iudæ hoc est, familia stirpis Iudæ in regem sibi. Ideo potens sum benefacere vobis, & bonæ spei esse debetis. Segtur de principatu Isoboseth filij Saul. Abner aut̄ filius Ner princeps exercitus Saul, tulit Ji. secum sumptū Isoboseth filium Saul, & circumduxit eum per castra, Ji. per loca & cōgregationes decem tribuum. Vel per castra, hoc est, per locum sic proprie dictum, q̄ in Hebræo Mahanaim nuncupat̄: q̄a in eo angelii occurrerūt S. Iacob de Mesopotamia redeunti, iuxta illud Gene. 32. Fuerunt ei obuiam angeli Dei, quos cū vidisset, ait: Castra Dei sunt hæc. Et appellauit nomē loci illius, Mahanaim, i. castra. Deniq; dictum est vltimo primi lib. capitulo, q̄ filij Israel, qui erant trans vallem & trans Iordanem, mortuo Saul, ciuitates suas ex timore reliquerunt atq; fugerunt. Et illi deinde se collegerunt, vt fierent fortiores, atq; per castra, hoc est, per congregationes illas ac alias circumduxit Abner hunc Isoboseth. cōstituit ipsū Isoboseth super Galaad Ji. super habitatores terræ Galaad trans Iordanem. & super Gessuri, hoc est, terram sic dictam, ad terram promissionis pertinentem. Veruntū quidam dicunt in Hebræo haberi, Super Assuri, i. tribum Asser. Nam tempore Saul, filij Israel nondum obtinuerunt dñm super regnum, seu territorium Gessuri, cū & infra dicitur, q̄ Absolon fugit ad regem Gessuri, patrem matris suæ: nisi forsā Gessuri hic sumatur pro alio loco, aut oppido sic vocato, sicut frequenter in simili accidit in scripturis. & super Iezrael, & super Ephraim, & super Benjamin. hoc est, tribum Benjamin, quæ familiaris ac vecementis adhæsit Isoboseth Benjaminite, quia de stirpe Benjamin fuit. & super Israel vniuersum, Ji. ceteras Israel tribus, tribu Iudæ excepta. Sicq; per synecdochen sumitur hic totum pro parte sua maiori. Intelligendum est aut̄, q̄ Abner qui erat valdē potens in populo, induxit prælatos filios Israel ad consentiendum vnctiōni Isoboseth super eos in regem. Veruntū cōstitutio illa Isoboseth in regem super illos, non fuit legitima, sed vsurpatua: nec fuit de iure, sed de facto: quia frequenter prædixerat Deus regnum auferendum ad semine Saul, & ipsum Dauid fecit vngi per Samuelem in regem. Præterea aduertendum, quia vt refert Lyra, Rabbi Salomon dicit ipsum Abner constituisse Isoboseth regem, ad verificandum, q̄ in Genesi Deus locutus fuit ad Iacob: Reges ex te egredientur, & tñ oēs filij Iacob erant tunc nati præter Benjamin. Sicq; significatum fuit, quod ei de Benjamin essent duo reges futuri, videlicet Saul & Isoboseth. Sed istud nullius videt̄ valoris. Nam dato q̄ de solo Iudæ orti fuissent reges, adhuc verificata esset illa promissio. Cōstat namq; q̄ nullus immediatorum filiorum Iacob rex fuerit, sed in posteris fuit sponso illa impleta. Nec etiam per verba illa significatum fuit, q̄ de quolibet filiorum Iacob essent reges nascituri, imō nec nati sunt. Insuper in Genesi legitur Deus Abraham promississe non semel duntaxat: Reges ex te egredientur, diu anteq̄ Isaac fuit natus, in cuius posteritate fuit impleta illa promissio. Quadraginta annorū erat Isoboseth filius Saul cū regnare cœpisset sup̄ Israel, & 2. annis regnauit. Abner verō non videtur excusari a culpa, procurado, p̄motionem Isoboseth huius in regem, qm̄ sciuit regnum fuisse promissum ipsi Dauid a Deo: idcirco non debuit regi Dauid resistere. Sola aut̄ domus Iudæ sequebatur dauid, q̄ obediendo ei vt regi, & acceptando eum in regem. Sed obijci potest, q̄ in 1. lib. Paral. legitur valdē multi cōfugisse ad dauid, cū adhuc esset in Siceleg, deinde cū erat in Hebron, valdē multa millia de diuersis tribubus Israel venerunt ad eum, vt esset eorum rex, Isoboseth adhuc viuentē atq; regnante. Nam legitur ibi: De filiis aut̄ Benjamin 3. millia venerūt ad eum. Magna em̄ pars eorū adhuc sequebat̄ domū Saul. Ad hæc rñdendū videtur, q̄ sola tribus Iudæ tota & integra sequebat̄ Dauid. De alijs verō tribubus aliq̄ quotidie cōfugerunt ad Dauid, prout in p̄allegato libro satis innuit. Et fuit numerus dierū quos cōmoratus est Dauid imperas in Hebron super domū Iudæ, 7. annorū & 6. mensū. Egredusq; est Abner filius Ner, & pueri hoc est, serui seu etiam cognati, Isoboseth filij Saul de castris: id est, de turmis seu mansionibus suis in

1. Reg. 1.
1. Reg. 31.
2. Reg. 1.
Ecc. 22.

1. Reg. 30.

1. Reg. 16.

Ios. 15.

Gen. 23.

1. Reg. 1.

1. Reg. 16.
2. Reg. 5.

1. Reg. 31.

2. Reg. 1.

pro. 15.

1. The. 2.
Ruth. 3.

Manaim
1. Reg. 31.

2. Reg. 15.

1. Reg. 9.

1. Re. 15. 16
R. Salomon

Gen. 35.

Gen. 17.

1. Par. 13.

Ca.

Gabaon hoc est, ad locum propè urbem sic dictam, vel in Gabaon coperunt egredi. Porro Ioab filius Saruie, & pueri ministri ac propinq. Dauid, egressi sunt, & occurrerunt eis iuxta piscinam in Gabaon. hoc est, prope oppidum illud in campo. Non enim conuenerunt infra urbem. Et cum in vnum locum conuissent, Iuxta cōditio (vt alij opinantur) siue ex casu, [et regione] ex oppositorum federunt hi in vna parte piscina, & illi ex altera parte. Piscina autē vocatur congregatio aquarū, p̄sertim pluuiarū. [Dixitq; Abner ad Ioab: Surgant pueri] i. alij pugnatōres ex vtroque exercitū, [et ludant coram nobis. hoc est, delectabiliter placentur cōtra se inuicem singulari certamine, ostendētes robur suum atq; audaciam. Circa hoc scribit Lyra, q; verbum Hebraicū, pro quo Hieronymus translulit, Ludant, æquiuocum est ad ludere & occidere. Hic autē pro occidere ponitur, Et ad alia q̄dam. Cōtra quod scribit R. Paulus: Quauis verbum illud Hebræum æquocum sit, nunq̄ tñ significat occidere. Et in hoc loco, p̄prie significat ludere. Veruntū ludicra que inter hostes fiunt, frequēter inducunt occisiones, vt in proposito. Quæ admodum etiam hastilludia ad militare exercitium facta, sēpē inducunt plagas & læsiones: nō tñ ista significātur per verbum hoc, ludere. Hæc R. Paulus. [Et ait Ioab: Surgat. Surrexerūt ergo, & transierūt numero 12. de Benjamin ex parte Isobeth filij Saul, & 12. de pueris Dauid. Apprehensōq; vnusq; capite com paris sui, i. æqualis seu socij sibi contrarij, [defixit gladium in latus cōtrarij. Iosephus & q̄dam eum sequentes, dicunt hoc sic intelligendū, q; vnusq; illorum 12. puerorum Dauid, defixit gladium in latus sui cōtrarij, ita q; pueri Dauid miferūt superstitēs. Sed obuiare videtur quod subditur: Et ceciderunt. hoc est, mortui sunt simul.] Scriptura quoq; hæc in dēterminatē affirmat, q; vnusq; transfodit latus comparis sui, nec inuitit hoc magis esse intelligendū de pueris Dauid, q̄ Isobeth. imō addendo, & ceciderūt simul, insinuare videtur, verba illa esse de vtriusq; intel ligenda: idcirco hoc verius creditur, q; plūs cōsonat textui. [Vocatumq; est nomen loci illius, ager robustorum in Gabaon. i. prope, q; nec agri solēt esse in vrbibus. Quidam refert, in Hebræo haberi, cāpus cōcisorum, qm̄ gladijs mutuo cōcisi corruerūt, sed potius reor in Hebræo haberi, sicut Hieronymus translulit. Et fortē verba illa Hebraica vtrunq; designant, magisq; ap̄tē Hieronymus translulit, Ager robustorum, q̄ si trāslulisset, campus cōcisorum. Primō, qm̄ pueri vni usq; exercitus audacter & fortiter videbātur egisse. Secundo, q; transixi fuerunt p̄prie, nō cōcisi.] Et ortum est bellum satis durum in die illa. Vterq; em̄ exercitus cōdoluit suis ita occisis, & inflāmatu sicut ad plandū, atq; ad vlciscendū rīnam suorum. [Fugatusq; est Abner & viri Israel à pueris Dauid. Erāt autē ibi tres filij Saruie:] foris Dauid, videlicet Ioab & Abisai & Asael. Porro Asael cursor velocissimus fuit, quasi vnus ex capreis quæ morant in syluis:] q̄ velociores sunt domesticis capreis. Ideo verbum hoc intelligi potest per modum hyperbolicæ locutionis. [Persequēbatur autē Asael Abner] iuuenili & incauta audacia, non cōsiderans fortitudinē, experientiam atq; peritiam ipsi. Abner in bellis rebus, [et non declinauit ad dexteram, neq; ad sinistram omittēs persequē Abner. Respexit itaq; Abner post tergum suum, & ait: Tū ne es Asael? Qui rēdit Ego sum. Dixitq; ei Abner: Vade ad dexteram siue ad sinistram, & apprehende vnum de adolescentibus] exercitū mei, [et tolle tibi spolia eius] hoc est, rebus suis expolia eum, vt iure prelij sint spolia tua, ea quæ habet ille, vel quæ abstulit de parte tua, tanq̄ dicat: Si fortitudinē tuam vis experi ri, inuade vnum de iuuenibus meis tibi similibus: & si queris vincere eum, accipe spolia eius. [Noluit autē Asael omittere quin vgeret eum:] hoc est, quin importunē arctaret ipsum Abner, atque cōpelleret eum ad resistendū, q; velocior erat q̄ Abner vir grādiæ ætatis, nō tñ robustior, imō multū imperitior illo. [Rursum que locutus est Abner ad Asael: Recede, noli me sequi, ne forte cōpellar cōsodere te in terram.] hoc est, ita transigere, vt p̄tinēs cadas moribundus in solū. Ex his elicitur prudentia, patientia, mansuetudo, mansuetudo huius Abner, q; importunitatē illius iuuenis tam lōganimitē tolerauit, quem se posse facilius superare non dubitauit. [Et leuare non potero faciem meam ad Ioab fratrem tuum,] hoc est, coram Ioab non potero apparere securus, nec eius grām inuenire, si te fratrem ipsum occidero. Itaq; Abner timuit ipsum Ioab potius propter ipsius calliditatē, q̄ vires. Nam & Abisai fortior fuit q̄ Ioab, vt infra patebit, & noluit declinare.] Ex quo videtur, q; ex elatione & vana gloria desiderauit deicere ipsum Abner, vt videre perpetrasse rem magnam, prosternēdo principē militiæ partis aduerſæ. Si tñ Asael ex zelo iu stitiæ sic insecutus est Abner, & eum audire contempſit, quatenus superaret capitaneum eorum, qui inuisitē resistit regi Dauid, quatenus capitaneus illo occiso, pax citius sequeretur, laudabiliter egit. [Perussit ergo eum Abner auersa hasta,] ita q; ipse Abner totus peritus in bellis rebus, quasi progrediendo repente vertit hastam suam in proprijs manibus. Sicq; celerrimē vulne

Hieronymus
R. Paulus.

Ioseph. lib. 7.
an. iu. ca. 1.

R. Paulus

rauit Asaelem [in inguine,] hoc est, in parte inferiore circa virilia, vbi vulnus letale est, cum ferro seu mucrone lanceæ suæ. Quidā tñ exponunt sic: Auersa hasta, id est, cum ligno hastæ postiore, cui expositioni obuiare videtur, quod subdit, [Et transfodit: q; nō apparet quod cū ligno illo potuerit eum ita transfodere. Ideo q̄dam exponunt sic: Auersa hasta, hoc est, hasta versā ad Asaelem.] Porro (vt fertur) in Hebræo habet: Percussit eum post hepar in quinta, i. iuxta vitallia membra in cōsta vbi iūs mortalis est. [et mortuus est in eodē loco. Omnesq; q; transibāt per locum in quo ceciderat Asael, & mortuus erat, subsistebāt] ad videndū cum admiratiōe & forsan cōpassione, tam egregium, audacē ac velocē iuuenē, tam subitō interfecit, vt potest regis Dauid nepotē. [Persequētibz autē Ioab & Abisai] eum eorum exercitū [fugientē Abner] cū suis, ad vlciscendū sanguinē fratris sui, [sol occubuit.] ideo propter imminētē noctis caliginem, oportebat cessare à prælio. [Et venerunt vsq; ad collē aquæ ductus,] Proprium nomē est montis illius, [equi est ex aduerso vallis & itineris deserti in Gabaon. Cōgregatiq; sunt filij Benjamin ad Abner] tanq̄ ad principē, [et cōglobati in vnum cuneum] ad adiuvandū se inuicem, [steterunt in summitate tumuli] hoc est, monticuli [vnius] seu loci eminentioris, secundum glossam, vt ex loco illo fortius repugnarent, adiuti altitudine loci. [Et exclamauit Abner ad Ioab, & ait: Num vsq; ad internecionē tuus mucro desuetus?] i. tam instanter & immoderatē persequeris nos, ac si velles nos omnino occidere gladio, quod tñ incautum & indecēs est. [An ignoras quod periculosa sit desperatio?] hoc est, attendere deberes quod valdē periculosum sit aduersarios intantū arctare, vt desperent se posse effugere: q; frequēter cōtingit, vt in tali casu puocati, fortius reluctentur, plurimosq; occidant de persecutoribus suis, sic intra se cogitātes: Oportet nos mori aut pualere: & siue resistamus, siue non, nō est spes de fuga. Sicq; animant ad dimicandū fortissimē. Hinc de Alexandro Magno narratur, quod dum quadā vice fecisset pontē laboriosē, & exercitus suus pontē esset transgressus, pontē iussit mox destrui. Vndē exercitus suus admirans, dixit: Quod aut per quē locum fugiemus, si defecerimus in p̄lio? Responditq; Alexander: Ideo pontē fregi, vt nō cogitēs de fuga, sed certi sitis, vos aut morituros, aut triumphaturos in bello. Quo audito, fortissimē pugnaverūt, atq; pualuerunt. Secundū R. Paulum in Hebræo habet: An ignoras, quomodo amara erit in vltimis? vt sit sensus: Quauis amaritudo seu dolor proueniēs ex his q; contingunt in bello, nō sentiat in ipso bello feruente, in vltimis tñ cessante belliarore, dolorosē & amarē sentit ex strage & detrimento q̄ solent in bellis cōtingere. [Vsq; quod nō dicis populo tuo, vt omittat persequē fratres suos?] Nā oēs sumus de semine Iacob, & eiusdē legis cultores, ideo inuicem misericordes esse debemus. [Et ait Ioab: Viuit dñs, si locutus fuisses manē] i. maturē & diu ante hanc horā, pacē petendo, [et cessasset populus persequēs fratres suos.] hoc est, exercitus meū existens, & hucusq; persequēs populum tuū, fratrē suum, fumendo singularē pro plurali, iam diu cessasset vos insequi. [Insonuit ergo Ioab buccina,] p̄ signo cessationis à persecutiōe ac p̄lio, [et stetit omnis exercitus, nec persecuti sunt vltra Israel, neq; iniere certamē. Abner autē & viri eius abiierunt per cāp̄strā Moab, tota nocte illa, & transierunt Iordanē, & lustrata omni Bethoron, venerunt ad castra.] de quibus p̄dictum est, quod Abner circūdūxit ipsum Isobeth per castra. [Porro Ioab reuersus, omisso Abner, cōgregauit oēm populum.] i. totum exercitū suum, vt sciret, quot occisi essent de suis. [Et defuerunt de pueris Dauid] q; fuerunt cum Ioab, [de cō & nouē viri.] Quo cōstat, q; pueri accipiuntur hic pro viris, [excepto Asaele,] qui erat vicissimus occisorum, & solus plūs cōputabatur, q̄ oēs seu multi alij interfecit. [Serui autē Dauid percusserunt, de Benjamin, & de viris q; erant cum Abner, trecētos sexaginta: q; mortui sunt. Tulerūtq; Ioab & frater eius Asael] hoc est, corpus Asaelis. [Et sepelierunt eum in sepulchro patris sui] mariti Saruie [in Bethleem. Et ambulauerunt tota nocte Ioab & viri q; erant cū eo. Et in ipso crepusculo peruenerunt in Hebron] ad Dauid, postquam sepelierunt Asaelem, vel potius postea, quauis sepelicio illa antē narretur. [Præterea aduertendum, quod præfata pugna inter seruos Dauid & Isobeth, fuit iuxta ex parte Dauid, cui iure diuino regnum debebatur: idcirco & duodecim iuuenes, qui de exercitu Abner concitauerunt contra duodecim iuuenes Ioab, periculose egisse videntur, nisi forsan per ignorantiam aut iussionem sui principis excusentur.

De mystico huius capituli secundi sensu. Arti. III.

Dauid fuit Christi figura: & sicut Dauid (regnante Saule) exul fuit de terra Iuda, sic Christus filius Dei, remotus fuit & alienus a cordibus hominū, regnante in eis diabolo. Postea Christus per incarnationis mysteriū ascendit in vnam ciuitatē Iudæ cū duabus vxoribus suis, i. ecclesia ex iudaismo conuerſa, itemq; cū ecclesia ex gentilitate collecta: quas & si nondum actu conuerterat, tñ per præcognitionē & electionē portauit eas in mente sua. [Veneruntq; viri Iuda, & vixerunt ibi Dauid.] Per viros Iuda, intelliguntur electi ex Iudaismo, qui cōfessi sunt Christum, & crediderunt in eum. [Quē & super se vixerunt,] i. spiritualiter esse vnctum à Deo patre professi sunt. Vel spiritaliter eum vixerunt cōfessione laudis diuinæ, & deploratione propriæ

Z culpæ,

culpæ, atq; odore laudabilis famæ. [Et nūciatū est Dauid, q̄ viri labes Galaad sepelissent Saul.] In omni historia huius negocij, Dauid designat personā iudicis summi, videlicet Iesu Christi. Itaq; per hoc, q̄ Dauid regi in tantū cōplacuit, q̄ labitæ sepelierunt dñm suū Saul, quanuis iniustū ac æmulū sancti Dauid, figuratū est, q̄ Christo placēt opera misericordiæ iniustis p̄pter deū exhibita: & itē q̄ Christus requirit à subditis, vt superiores suos quanuis iniustos honorent, inquantū sunt vicarij Dei. [Abner aut̄ princeps militiæ Saul, circumduxit Isboseth.] Per Abner & adiutores ipsius, hoc loco designantur principes prauj, & eorū ministri, q̄ diuino cōtrariantur honori, iustosq; persequunt̄, & iustorū promotionē ac prælationē impedire conant̄, cupientes q̄cunq; arte aut̄ practica, pmouere siue intrudere impios sibi cōsimiles, à q̄bus temporalia cōmoda, aut promotiones cōsequi p̄stolantur, qm̄ quærunt q̄ sua sunt, nō quæ Iesu. [Sola aut̄ domus Iuda sequēbat̄ Dauid, Jid est, iusti ac timorati, q̄ Deo s̄nceriter cōsidentur, Christo adhærēt, atq; legitimis electionibus eorū qui p̄latione sunt digni, cōsentiant, ac suis p̄arent p̄latis. [Et fuit eorū cōmōratus, imperās super domū Iuda in Hebron septē annis & sex mensibus.] Hebron interpretatur cōiugium, seu visio sempiterna: sicq; per Hebron hic significat ecclesia militās, cū qua Christus spiritalē cōtraxit cōiugiū, desponsando sibi eā per fidē & charitatē. In qua etiā ecclesia, deus perfidē & gratiam cernit, sempiternaq; visio inchoat. In hac ecclesia morat̄ Christus septem annis ac totidē mensibus, i. per omne tempus seculi huius, quē admodū ait: Ecce ego vobiscū sum cū diebus vsq; ad cōsummationē seculi, & imperat suis electis q̄ ei obtemperāt, quibus locus est: Nolite timere pusillus grex, quia cōplacuit patri, dare vobis regnū. [Dixitq; Abner ad Ioab: Surgāt pueri, & ludant corā nobis.] Per duodecim illos pueros vtriusq; exercitus, cōtra se inuicē p̄liantes, intelligi possunt viri periti in iure & in disputatoria arte, q̄ solent mutuo altercari atq; cōtendere, & pugnare gladio oris sui corā superioribus, quis duorū debeat obrinere p̄lationē, in quo bello p̄ualent, q̄ partē digni legitimeq; electi defendunt: p̄ualent (inq;) ratione & iure, quis interdū aduersariorū suorū multitudine, importunitate, & inquietudine obruant. [Porro, Aiael cursor velocissimus fuit.] Per Aiael istū neporē Dauid, primō significant, qui p̄p̄natorū suorū quis iustorum, p̄motionē & p̄lationē ex carnali affectu cupiunt aut tueri, ideo vulnerantur in vitalibus cordis ac pereunt. Secundō, per Aiael expr̄imunt, qui zelū Dei habēt, sed nō secundum scientiā, & amore iustitiæ moueri se putāt, sed carēt discretionē, & irrationabili impetu agitant, nec iustā causam iuste ac sapientialiter p̄sequuntur, iuxta quod in Deuter. iussum est: Iuste, quod iustū est, exequēris. Hinc ab aduersa parte vincunt. Nā & Salomon p̄stati: Qui festinus est pedibus, i. nimis seruēs in affectibus suis, offendit. Ideo ait glossa: Necesse est, vt qui furentes & errantes conant̄ reprimere, nō in furorē aut iram se excitēt: sed quicq; d̄ tranquillitatis est, monstret̄. Hinc in Ecclesiastico legit̄: Filij, in mansuetudine opera tua fac, & super gloriam hominū diligēris. Nō em̄ debet homo seipsum spiritaliter lædere per passionū excessum, vt alitū curet in aia. [Cōgregatiq; sunt filij Benjamin ad Abner.] Sic impij cōfluunt ad p̄sidentē iniquam capitaneumq; peruersum, & conglobant̄, stantq; in colle suæ elationis ad resistendū iustis ac bonis hominibus. Veruntū dum principes eorum verē succumbere, postulat pacē, nō pacis amare, sed periculi sui timore. Iusti aut̄ non debēt esse nimis difficiles ad parcendū iniquis. An ignoras, q̄ periculosa sit desperatio: verē periculosissimum est desperare. Periculosum est quoq; per sermonē nimis rigorosum, aut per immoderatā correptionē seu correctionē inducere p̄ximū aut subditū ad desperationis propinquitatē aut desolationē. Non em̄ conterendus est calamus conquassatus, nec extinguendū fumigans linū, imō pusilli, infirmi & lapsi, sunt per discretionē recuperādī, per spem confortandi, per salutarē doctrinam illuminandi. Hinc & Deus nō permittit nos vltra vires tentari, ne desperemus: sed facit cum tētatione prouentū, dum modō pro viribus resistamus, vt consolemur, & augeatur spes nostra in dño. [Porro Ioab congregauit oēm populū.] Sic p̄latus & princeps debet subditos suos per charitatē colligere, per pacē atq; cōcordiam adunare, atq; p̄ri dēt̄ per p̄dēre, q̄ & quot in spūali aut corporali certamine sint deuicti, vt oretur & celebretur p̄ ipsos, & omni modo possibili subueniat eis idē. [Et ambulauerūt tora noctē, J ita & nos in omni aduersitate, persecutione, ac tētatione debemus ad Christū accelerare, & per semitas lucis procedere, nō stare per pusillanimitatē, neq; succumbere per cōsensum, sed tanto instantius agere virtuosē, tētationibusq; resistere, quanto acrius & importunius à malignis impugnamur spiritalibus, vel certē à mundo aut carne seu improba, p̄pria voluntate. [Postremō, per hoc q̄ ter inuēditus est Dauid, allegoricē denotatur, q̄ Christus plenissimē fuit vnctus omni diuino charismate in corde, & omni discretiōe ac salutarī doctrīna in ore, omni quoq; æquitate in opere, & primō vnctus est secretē in vtero virginis. Deindē cōstitit̄ rex super cōuersos ex iudaismo. Tertio, super oēm gentem credentē, quæ per fidem est Abrahæ semen. Per idem verō tropologicē figuratur, q̄ vnusquisq; fidelis debet esse vnctus in mente per fidē & gratiam, in ore per confessionē & q̄dificatoriam locutionem, in opere per p̄ceptorum custodiā, perseverantiamq; finalem.

¶ Expo-

¶ Expositio literalis cap. 3. Facta est ergo longa cōcertatio inter domū Dauid &c. Art. V. Hic recitatur, q̄liter Dauid profecit quotidie ad regnandū super totū Israeliticū populū. Per hoc q̄ princeps militiæ aduersariorū suorū subiecit se ei, atq; occisus est. [Facta est ergo longa concertatio inter domum Dauid & inter domum Saulis. J. inter cognatos & seruos ipsius Isboseth filij Saul & Dauid regis. Et rectē asseritur cōcertatio illa facta inter domum Dauid & domum Saul: quæ nec Dauid, nec Isboseth videtur personaliter interfuisse certaminibus illis. Isboseth quippe ex defidia, Dauid verò ex humilitate & prudentia noluit interesse, ne videtur immoderanter aspirare ad regnū. Veruntū dictum est capitulo p̄cedenti, q̄ Isboseth regnauit duobus annis dumtaxat: vnde seq̄ videtur, q̄ cōcertatio illa vltra biennium non durauit, sed tēpus quod in prosperitate & pace breue censet̄, in aduersitate & p̄lio longum apparet. [Dauid p̄ficiens, J q̄ in temporalibus & spiritalibus bonis, p̄sperabat, & per suos ministros fuit victoriosus, & semper seipso robustior: J i. quotidie in fortitudine & subditorū multiplicatione crescēs ac fortior, q̄ fuit antē. Nā vt ait Guilhelmus Parrisiē, Fortitudo principis cōsistit p̄cipuē in p̄pta atq; spontanea obedientia subditorum. Domus aut̄ Saul decrefcēs quotidie, J viribus & numero personarum. Nā & multi de Benjamin cōfugerunt ad Dauid, & multi ex eis fuerunt occisi, vt patuit in literali expositione p̄cedentis cap. aut in textu. Multi quoq; ex Benjamin videntes ipsum Dauid prosperari & crescere omni die, retraxerunt se ab adiutorio Isboseth. [Natiq; sunt sex filij Dauid in Hebron. Fuitq; primogenitus eius Amnon de Achinoem Iezraelitide, & post eam Chileab de Abigail vxore Nabal Carmeli.] Primo Paralip. libro legit̄, q̄ de Abigail habuit filium nomine Daniel. Respondet, q̄ filius iste fuit binomius, & primō vocatus est nahiel, & deinde Chileab. Quo circa dicunt q̄dam Hebræi, q̄ citō post mortē Nabal, Dauid duxit vxorem illius istam Abigail cōiugē, quam cum imprægnasset, q̄dam opinabantur, q̄ ex Nabal cōcepisset, ideo puerum natum, Dauid vocauit Daniele, quod interpretat̄ iudiciū, dicens: Iudicet dñs cuius patris sit filius iste, tuncq; miraculosē vultus infantuli assimilatus est vultui Dauid. Idcirco extitit puer nuncupatus est Chileab, quod interpretat̄, q̄si pater, i. similis patri. [Porro tertius Absolon filius Maacha filiz Thalmari regis Gessur, J Gessur & Gessuri, est eadē regio. ¶ Quarta, in licuit dauid regi sumere puellam illam gentilem in cōiugē: Et videt̄ q̄ nō, tum q̄a disparculus etiā tunc videtur matrimonij impediuisse, tum q̄m viri tenebant ducere vxores de p̄pria cognatiōe & tribu, vt legit̄ in libro Numerorū. Ad istud quidā respondēt, q̄ Dauid inter mulieres captiuas cōcupiuit puellam, quā volens accipere cōiugē, fecit ei p̄fcindi vngues & radi capillos, & post ad eam intrauit, quod secundum legē licitum fuit, vt patet in Deuter. [Quartus aut̄ Adonias filius Hagith. Et quintus Saphatias filius Abital. Sextus quoq; Ietraan de Egla vxore Dauid. J Viri iusti in veteri testamento, q̄ ex diuina inspiratione aut dispensatione habuerūt plures vxores, vnicuiq; illarum successiue & tempore suo reddebant debitū carnis, sicut in Genesi cōstat de Iacob. Vnde Rachel dixit ad Liam: Dormiat tecū hac nocte, in qua si mecum dormiret ex tēporis reuolutione, dierūq; circulo, & ita egisse ipsum Dauid, probatur ex textu isto. ¶ Iterum quærūt, cur Ietraan dicitur natus de Egla vxore Dauid, quasi alij nati nō essent ex eius vxoribus? Respondet Glossa, Hæc est Michol, quæ inter multos sola dicitur vxor, q̄m eam in adolescentia primā accepit, quæ in partu fertur obiisse. Hinc & alij dicunt, Michol filia Saul vocatur hic Egla, i. vitula, iuxta proprietatem linguæ Hebrææ, quia fuit ei coniuncta in iuuentute, fuitq; ipsi dauid multum dilecta. Vnde & Samsō dixit de prima sua vxore: Si non arassetis in vitula mea. Alij tñ probabilius dicunt, q̄ propter inquietudinē atq; lasciuam cordis, vocatæ sint vitulæ. Et quanuis in veteri lege licuit vni habere coniuges plures, prima tñ specialiter ac principaliter vxor appellabatur, propter quod Iacob dixit de Rachele, quam primam accepit in coniugem, quanuis Liam ex ignorantia facti primō cognouit: Vos scitis q̄ duos genuerit mihi vxor mea, vt in Genesi habet. Veruntū his obijcitur, q̄m isti qui vocantur hic filij Dauid, nati fuerunt in Hebron, anteq̄ Dauid regnauit in vrbe Hierusalem. Michol aut̄ adhuc vixit, Dauid in Hierusalem imperante, & tñ ipsa non peperit filium, nisi in fine vite suæ, secundū quod infra fertur: Igitur Michol non est natus filius vsq; ad diē mortis suæ. Vnde qui vult p̄diciā saluare, habet dicere, quod quanuis quinq; p̄fati filij Dauid fuerunt nati in Hebron, anteq̄ in Hierusalem p̄fuit, tñ sextus iste diu pōt natus est, ita q̄ Egla seu Michol vicina partui descendit in Hebron, peperitq; ibidem, quæ solutio in Scholastica historia t̄gitur. Deniq; p̄fatum filium Michol seu Egla, Iosephus nominat Nathan. Hi nati sunt Dauid in Hebron. Cum ergo esset p̄limum inter domum Saul & domum Dauid, J hoc est, inter dauid & filium Saul, [Abner filius Ner regebat domū Saul, J imō & ipsū Isboseth regem, qui erat deses & pauidus, Abner verò prudēs, expertus ac strenuus, idcirco exiit familiam, [Fuerat aut̄ Sauli concubina, nomine Respha, filia Aia, J quæ (vt aliqui dicunt) fuit legitima vxor Saul: sed concubina vocatur, quia iunior fuit vxor secundō accepta, minusq; principalis, prout in Genesi dicit̄ vltimæ vxores Iacob, interdum concubina vocantur. De Abraham

Z 2 quoc;

2. Reg. 2.

1. Para. 11. 122
2. Reg. 2.

1. Paralip. 3.

Numer. 36.

Deuter. 21.

Gene. 30.

1. Reg. 18.

Iudicum 14.

Gene. 44.

2. Reg. 6.

Pet. Co. hie
sto. lib. 2.
Reg. cap. 4.
Iose. lib. 7.
an. iiii. ca. 1.

Gene. 25.

quoque; asseritur in Genesi: Filijs concubinarum largitus est munera, quaeque; erant uxores eius legitime. sed an Respha hoc modo vocetur concubina Saul, incertum existimo. Dicit equidem Thomas super quartum Sententiarum, quod dum hi quos excusare oportet a culpa adulterij, concubinas habuisse dicuntur, per concubinas intelliguntur uxores legitime secundariae, non autem oportet excusare Saulem: nec alibi in scriptura authentica inuenitur, quod Respha fuerit uxor illius. Ingressusque; est ad eam Abner. Erat quippe pulchra valde, ut magister in historijs scribit. Dixitque; Isboseth ad Abner: Quare ingressus es ad concubinam patris mei? Quasi dicat: In hoc fecisti opprobrium mihi. Dicunt autem nonnulli, quod accepit ea uxorem, sicque; matrimoniali concubitu ad eam ingressus sit, & addunt quod ideo fecit hoc, ut prole ex ea suscepta, per adiutorium tribus de qua fuit oriunda, versus pareret sibi regnum, ideo Isboseth indignatus est ei, quemadmodum Salomon Adoniae, ut in infra lib. 3. scribitur. Alij dicunt, quod non duxit eam uxorem, sed fornicario eam accessit concubitu, quod erat illicitum, reprehensioque; dignum. Qui iratus nimis, propter verba Isboseth, quae increpationem illam valde aegre accepit, & in hoc multum peccauit, cum in Prouerbijs scriptum sit: Qui odit increpationes, insipiens est. Et iterum Salomon loquitur: Qui impatiens est, exaltat stultitiam suam. Itemque; Ne sis velox ad irascendum, quia ira in sinu stulti requiescit. Veruntamen si accessit illam matrimoniali concubitu ex bona intentione, potuisset ira eius excusabilis apparere, tanquam ira per zelum, quae tamen non debet nimia esse ut ista, sicut: Nunquid caput canis ego sum aduersus Iudam hodie? ac si dicat: Non recte ago in hoc, quod instar canis latro seu irrationabiliter clamo contra Dauid & eius promotionem ad regnum, & sum capitaneus hominum contra Dauid latrantium. Vel ille est sensus: Vilis & abominabilis factus sum tribui Iudae, velut caput mortui canis, quod fecerim misericordiam super domum Saul patris tui, in fidei ac pius sui posteritati & cognatis atque; domesticis Saul, presertim tibi, & prope id est, super fratres Isboseth, nec enim occidisset, quibus traditus ei fuisset, nisi aliunde meruisset occidi. Et tu requisisti in me, in tantum exegisti a me causam factorum meorum, quod argueres pro muliere hodie? in increpatione me, eo quod mulierem accesserim, cum non videat res magni momenti, quod princeps militiae mulierem sibi placente cognoscit, tanquam dicat, tot & tanta feci pro te, quod debuisses istud dissimulare. Haec faciat Deus Abner, & haec addat ei: In sic & sic puniat me, & afflictio dei meae addat afflictionem, nisi quomodo iurauit dominus Dauid, sic faciat cum eo, in nisi studuero adimplere quod deus cum iuramento promissit ipsi Dauid, promouedo eum ad regnum, ut transferatur regnum in regnum principatus, de domo in sobole Saul, & eleuetur thronus Dauid in potestate eius, solumque; regale super Israel in super decem seu undecim tribus, quibus tu imperasti hucusque; & super Iudam, in tribum Iudae, ita ut non solum praesideat tribui Iudae, sed caeteris quoque; in Dan usque; Bersabee. In ab vna extremitate terrae promotionis usque; ad aliam eius extremitatem. Et non potuit ei respondere quicquam, in ipse Isboseth non audebat aliquid loqui contra haec verba Abner, quia metuebat illum, tanquam rectorem domus suae, principemque; militiae, habentem in manu sua populum Israel. Timuit quoque; quod Abner traderet se manibus Dauid regis, si contradiceret verbis ipsius Abner. Erat etenim Isboseth deses & formidolosus, non auidax ac strenuus. Misit ergo Abner nuncios ad Dauid, noluit statim personaliter accedere ipsum Dauid, sed per nuncios explorare, qualiter posset eire conciliari, & benevolentiam eius captare. Itaque; misit nuncios ad Dauid in Hebron, pro se in parte sua, vel pro pace obtinenda sibi cum Dauid, dicentes: Cuius est terra? tanquam diceret: Tuisque; quod populus terrae Israel in mea sit potestate, ita quod possim flectere eum ad te, & item auertere a te. Vel, Cuius est terra? quasi diceret, quibus terra promissionis spectet ad te, sicut ad regem iure diuino, quo desuper es electus in regem, tamen de facto in mea est manu, & ut loquerentur ex sua persona ad Dauid, sicut tu Dauid mecum amicitias, hoc est, confederationes & mutua dilectionem, & erit manus mea tecum, & reducat ad te vnuersum Israel. hoc est, caeteras tribus inducat ad suscipiendum te pro rege. Qui ait: Optime. Ego faciam tecum amicitias. Sed vnquam re peto a te, dices: Non videbis faciem meam, in non occurram tibi placatus, nec representabo tibi me gratiosum, antequam adduxeris mihi Michol filiam Saul uxorem meam, qua in contumeliam regis Dauid ipse Saul dedit alteri viro, ut dictum est in primo libro. Et sic venies, & videbis me. Misit autem Dauid nuncios ad Isboseth filium Saul, dices: Redde uxorem meam Michol mihi, quae iniuriosum est mihi, quod detinet ab alio viro, & eam specialiter diligo, qua despondi mihi centum praepotissimij in Philistinorum, prout istud plenius scriptum atque; expositum est primo libro. Haec verba mandauit Dauid ad Isboseth, quia ut ait Hieronymus libro de Hebraicis quaestionibus, Abner remandauerat regi Dauid: Non possum tibi restituere Michol coniugem, quia Isboseth rex frater eius habet eam in sua potestate, ideo eius consensu indigeo. Misit ergo Isboseth, qui non audebat amplius contradicere regi Dauid, & tulit eam a viro suo Phaltiel filio Lais, in ad virum illum misit epistolam seu legatos, iubens ut remitteret sibi sororem suam Michol. Veruntamen Phaltiel non fuit maritus verus atque; legitimus huius Michol, cuius verus maritus, videlicet Dauid, vixit. Et sequebatur;

3. Reg. 1.

Prouer. 12.

Prouer. 14.

Eccles. 7.

2. Reg. 25.

1. Reg. 18.

Hieronym.

quebaturque; ea vir suus Phaltiel, plorans usque; Bahurim. In locum sic dictum. Posset quis aestimare quod plorauit, quia inuita amisit tam nobilem mulierem: sed (ut dictum est in expositione libri prioris) Phaltiel nunquam cognouit Michol, quae ipsa interim simulauit infirmitatem, & (ut alij dicunt) Phaltiel fuit legisperitus & timoratus, nec voluit alterius mariti uxorem cognoscere, idcirco libenter remisit eam, & fleuit pro gaudio, quod interim Deo auxiliante ab ea continuit se, & quia ad proprium reuertebatur maritum. Porro quidam Hebraei dicunt, quod fleuit, quia exercitium perfectionis a se recessit, quoniam magna perfectionis exercitium reputauit, tantam matronam, tantam sororem secum tenere, & ab ea iugiter abstineret. Veruntamen potius reor, quod ex merore quodam plorauit, etiam dum quod eam libenter dimiserit, quemadmodum Rebecca non sine fletu separabat a filio suo Iacob, quem tamen ad Mesopotamiam tendere persuasit. Naturale est equidem in separatione diligentium se plorare, quoniam separatio secundum vnā considerationem sit placens. Et dixit ad eum Abner: Vade, reuerte. Qui reuertens est. Sermonem quoque; intulit Abner ad seniores Israel, in tribuum adhuc adhaerentium Isboseth regi, quarum seniores conuocauit, ut per eos persuaderet & alijs quod volebat, dicens: Tam heri quam nudiueritum in tempore non diu euolutum, & etiam tempore diu elapso, equarebatis Dauid ut regnaret super vos, in defuncto Saule. Sciuerunt enim Dauid esse inunctum a Samuele & esse aptissimum ad regnandum, ipsumque; Isboseth ad hoc profusus inepitum. Unde elicitur, quod Abner ad tempus auerterat eos a Dauid. Nunc ergo facite Dauid super vos persistere, quoniam dominus loquutus est ad Dauid per prophetas, puta per Samuelem & Gad, dicens: In manu in per obsequium, potestatem & regnum serui mei Dauid saluabo populum meum Israel de manu Philistinorum, qui tempore Saul ac Dauid praeter ceteris gentibus erant molesti filiis Israel, & omnium inimicorum eius. Loquutus est autem Abner etiam ad Beniamin in tribum Beniamin, quae magis zelabat pro Isboseth, tanquam nato de sanguine suo, & iam diu pugnavit pro eo, & illi de Beniamin erant domestici Isboseth atque; custodes capitis sui, & valde inuita permiserunt regiam dignitatem transferri de tribu sua ad aliam tribum. Ideo diligentius erant monendi, ut acquiescerent promotioni Dauid in regem super eos. Ecce quomodo omnipotens ac sapientissimus Deus, ex malis elicit bona: quae ex ira Abner, processit hoc bonum. Venitque; Abner ad Dauid in Hebron cum viginti viris, in certus de amicitia Dauid, ideo paucos & honorabiles viros secum adduxit. Et fecit Dauid Abner & viris suis quae venerat cum eo, conuiuium, in magnifice suscepit ipsum Abner, & solenne conuiuium exhibuit ei ac viris suis in signum amicitiae & confederationis. Et dixit Abner factum conuiuium ad Dauid: Surga, ut congreget ad te domum regem vnuersum Israel, sicut expositum est, & ineam tecum foedus, in amicitiam pactum, quod faci tecum secreta, coram omnibus renouet, quatenus securus subdant se tibi, & imperes omnibus, sicut desiderat anima tua. Per hoc non est intelligendum, quod Dauid afflicte ab ambitioso ad dominandum, sed quod appetit pesse vtiliter atque; pacifice, quoniam bonum comum, non proprium & priuatum. Cum ergo deduxisset Dauid ipsum Abner, eundo cum Abner per spatium aliquantum, propter reuerentiam Abner, & ille esset in pace, statim pueri Dauid in ministri & milites, bellatoresque; eius, & Ioab venerunt caesis latronibus, in quae terram Israel intrauerunt, defuncto Saul, & duobus regibus contra se dimicantibus, cum praedam magna nimis, qua extra terram Israel acceperunt, vel in terra Israel latronibus praedantibus abstulerunt. Abner autem non erat cum Dauid in Hebron, quia iam dimiserat eum, & perfectus fuerat in pace, & Ioab & omnis exercitus quae erat cum eo, postea venerat. Nunciatus est itaque; ipsi Ioab a narratibus domesticis Dauid: Venit Abner filius Ner ad regem, & dimisit eum, & abiit in pace. Et ingressus est Ioab ad regem, & ait: Quid fecisti? quasi dicat, incaute egisti. Ecce venit Abner ad te. Quare dimisisti eum, & abiit, & recessit? Ignoras Abner in non attendis fraudulentiam huius Abner, filium Ner, quoniam ad hoc venit ad te, ut deciperet te, & sciret exitum tuum & introitum tuum, & nosset omnia quae agis in. ut consideraret qualiter sit dispositum tecum & in domo tua, sicque; agnosceret, qualiter possit te facilius superare. Unde Alexander Magnus sub habitu alieno intravit pro tali causa palatium Darij regis, & alij plures fecerunt similia. Per haec verba tentauit Ioab mutare & inclinare cor Dauid ad violandum ininum foedus cum Abner, sed Dauid non credidit verbis Ioab, quae & aliunde agnouit probitate ipsius Abner atque; veritatis Ioab. Egressus itaque; Ioab a Dauid, quoniam vidit se non posse persuadere regi quod voluit, ut Iosephus ait, misit nuncios post Abner, qui dixerunt, ex informatione Ioab, quod Dauid rex vellet adhuc conferre cum eo, & reduxit eum a cisterna sicut, quia iuxta cisternam sic cognominatam, nuncios Ioab inuenerunt ipsum Abner, & ibi cepit reuertere, signorante Dauid. Cumque; redisset Abner in Hebron, in esset in via redeundi, seorsum adduxit eum Ioab ad medium portae, ut loqueretur ei in dolo, in id est, dolose. Ioab enim occurrit ipsi Abner, quasi ex commissione regis habens secreta tractare cum ipso, & praetendebat vultum iucundum ac gratiosum ad Abner. Quoniam enim dispositio cordis & vehementia passionum animae solent apparere in vultu, Ioab tamen ex sua calliditate sciuit in facie assumere apparatus dispositioni interiori contrarium, & in hoc quidam simulatores & callidi sequuntur callidum Ioab. Et percussit

1. Reg. 25.

Gene. 25.

1. Reg. 16.

* omnem

Iose. lib. 7.

an. iu. cap. 2.

culsit eum ibi in inguine, Ii. improuide & pditorie truit pugione in vitalia Abner, que non audebat aggredi manifeste, nec Abner obseruauit se, eo qd cofederatus esset dauid regi & fautoribus eius, nec putauit qd loab violaret amicitia pacis. Et mortuus est in vitione sanguinis. Afael fratris eius. Hoc loab allegauit pro causa homicidij huius, tn vt Iosephus, alijq; comunitur dicunt, potius fecit istud ex ambitione atq; inuidia, qa ad principatu militie aspirauit, que suspicabat cocedendu ipsi Abnera dauid, sicut & factu fuisse, & extali radice occidit etiã postea Amasam ppru cofobrinum, vt infra habet. Hinc magister in hist. scribit: Verius est qd loab timuit ne Abner fieret secundus a rege. Nec propter interfectione Afaelis habuit loab iustã causam aduersus Abner, qm Abner occiderat Afaelem cu diligenti pæadmonitione & ex necessitate defendedi ppria vitã, cu adhibitione inculpatæ cautelæ. Videt quoq; qd loab dimiserat ipsi Abner interfectione fratris sui, qn insonuit buccina, & dixit: Viuit dñs, si loquutus fuisses manẽ, &c. Quauis forsã ex dolo tunc tacuit de interfectione fratris sui, vt postea eũ vlcisceret in Abner se nõ pcauente, iuxta que modũ Absolon nihil loquutus fuit ad Amnon de violatiõ suæ sororis. Aliq; tn opi nant, qd loab adhuc nõ sciuit fratrem suum esse occisum, qn præacta verba dixit ad Abner, & quis Abner peccasset fratre loab occidendo in plio, hoc tn debuit esse sopitu atq; indultu, per amicitia pacione inter Dauid & Abner cõtractã. Quod cu audisset Dauid rãm gestã, videlicet Abner sic esse occisum, ait: Mundus Ji. innoces ego sum & regnũ meũ. Successio mea regnatura, seu populus regni mei, vel regia mea autoritas, aut regnatio & pñdentia mea, capud deum in sempiternũ in sanguine Ji. a crimine quo effusus est sanguis Abner filij Ner, & veniat super caput loab: Ji. iustẽ ac debite puniat pro tanto facinore, queadmodũ postea factũ est, qm Salomon ex cõmissione Dauid iussit ipsum loab occidi. Et super oẽm domũ patris eius, Ji. super eius cognatos, q ei cõsenserunt, aut aliquo modo cõmunicauerunt in crimine isto. Tunc deficiat de domo. Ji. posteritate loab, fluxum seminis sustinet, hoc est, feminisius, etiã vltra q passio talis naturaliter solet accidere. Et leprosus, & tenes fufum. Ji. debilis viribus. Vnde (vt fert) Hebræi dicunt, tenens apodiamẽtu. Quidã per tenentẽ fufum, intelligunt effeminatũ & euiratũ. Nõnul Ji per leprosum & tenentẽ fufum, intelligunt idẽ, videlicet virum lepra infectũ, atq; in manu tenentẽ fufum, hoc est, breue ventilabrũ, quod de folijs fit palmarũ, & inter digitos voluitur instar fufi. Vel fufum, i. lignẽũ instrumentũ cum duabus pluribus ve tabellis, quas cõcutit leprosus, qm mendicat. Et cadens gladio, Ji. stragẽ in prælio paties, & indigẽ pane Ji. necessarijs vitæ. Præterea Iosephus refert, qd Dauid fe excusando, retendit manũ in cælum qñ iurans, qd eo inficio Abner esset occisus: Maledixit quoq; Dauid hoc modo loab & suis, imprecando eis tot mala pænæ ex zelo iustitiæ, nõ ex vituperabili passione. Sed merito qritur, cur & posteris loab sic maledixit, q nequaq; rei fuerunt criminis huius. Cũq; pænã debeatur culpæ, videtur fecisse iniustẽ, imprecando tot pænã innocẽtib; salte ab isto excessu. Respondetur, qd cum, ples fit aliq; suorum parentum, quantum ad corpus quod ab illis cõtraxit, nõ quantum ad animã quæ tota ab extra est per creationẽ: idcirco proles qnq; pro parentum peccatis punit in corporalibus per mala pœnalia, sicq; parentes puniuntur in sobole sicut in re sua, queadmodum etiã pro crimine læsæ maiestatis, filij hæreditate priuantur ac patria. Sic quoq; aliqui sancti in nouo testamento legunt mala pœnalia imprecari, nõ solum authoribus criminis, sed & posteritati eorũ, queadmodũ sanctus Remigius dixit de his qui sua blada incederant: Qui hoc fecerunt & posteri eorũ viri, in genitalibus erunt rupti, fœminæ gutturose. Insuper dici potest, qd sanctus Dauid hæc dixit per modum pñunciationis propheticæ, ad designationẽ & cõmendationẽ longævã diuinæ iustitiæ, iuxta que modũ loquutus est in psalmis multa similia, itaq; imprecatus est illis quinq; mala, si leprosus & tenes fufum, p diuersis fumanf: q si pro eodẽ accipiant, imprecatus est eis quatuor mala. Quinq; mala fuerunt, fluxus seminis, lepra, effeminatio, gladius, mendicitas. Porro fluxus seminis & lepra, fuerunt immunditiæ legales. Mendicitas quoq; multũ à Iudæis abhorrebat, eo quod in Deutero. scriptum sit: Omnino indigẽs & mendicus non erit inter vos. imò omnia ista erant contraria terrenæ prosperitati, quæ promittebat in lege. Legitur quoq; Abisai frater eius interfecerunt Abner, eo qd occidisset fratrem eorũ in Gabaon Ji. iuxta Gabaon in campo in prælio. Videtur Iosephus velle, qd ipso loab loquẽte cũ Abner in dolo, Abisai occiderit eũ, sed potius tenendũ videtur, qd loab propria manu hoc fecerit, sicut & textus apertẽ iam recitauit: & si Abisai hoc fecisset, Dauid maledixisset ei sicut & ipsi loab. Infra quoq; habetur, qd Dauid in extremis agẽs, filio suo Salomoni pcepit, vt mortem Abner vindicaret in loab. qd si Abisai occidisset hunc Abner, Dauid nõ dimisisset eum innoxium. Abisai etiã fuit tam audax & fortis, qd bene ausus fuisset apertẽ inuadere Abner: nec erat ita callidus ac dolosus vt loab. Cur ergo loab & Abisai dicuntur occidisse Abner, nisi quia loab id egit, & Abisai cõsententia astiruit, & paratus erat iuuare, si necessariũ esse vidisset: Dixit aut Dauid ad loab, & ad oẽm populũ qui erat cum eo, qui cõsensisse vident ipsi loab in hoc facto: Scindite vestimenta vestra, in signũ mœroris. Quod ve-

Iose. lib. 7.
un. iu. cap. 1.
2. Reg. 20.
Pet. Co. hi-
sto. lib. 2.
Reg. cap. 5.

2. Reg. 2.
3. Reg. 13.

3. Reg. 2.

Iose. lib. 7.
an. iu. ca. 1.

Leuit. 15.
Numer. 5.
Leuitic. 13.
Deuter. 15.

Iose. lib. 7.
an. iu. ca. 1.

3. Reg. 2.

rõ Iohel. 8. habetur, Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra, intelligit de scissione curiositatis ac superstitionis. Et accingimini faccis, in signum doloris & pœnitentiæ de vestris sceleribus, quemadmodum in Iona fertur de Ninuitis: Operi sunt faccis à maiore vsq; ad minorem, & potest per faccum intelligi vestis grossa & dura, quasi facta de panno, de quo facci fieri solent. Porro rex Dauid sequebatur feretrum, Ji. lectum seu loculum in quo iacuit corpus exanime, & deferebatur ad monumetum. Cumq; sepelissent Abner in Hebron, leuauit rex Dauid vocem suam, & fleuit, Jta qd præ cordis dolore erupit in singultum & lugubrem vocem, super rumulum Abner. Fleuit autẽ ois populus, præsertim qui non erat de parte loab. loab verò & sui non fleuerunt multum ex corde, vt creditur. Plangensq; rex & lugẽs ipsum Abner, ait: Nequaq; vt solẽt mori ignauis, mortuus est Abner, Ji. non ita occubuit Abner, vt cadere solẽt negligẽtes & formidolosi in prælijs, qui videntes hostem super se venientem, stant velut effœminati, non audentes viriliter relucere, & ita non accidit huic Abner, qui improuide occisus fuit, Manus tuę non sunt ligatæ, & pedes tui non sunt compedibus. Ji. catenis aggravatis: hoc est, non es ligatus iure prælii, nec captus aut vinculus occisus ve viribus. Sed Iosephus, sicut solent cadere coram filiis iniquitatis, sic corruisti, Ji. ita occisus es fraudulenter, iniuste ac turpiter, sicut viri boni ac strenui solent interfici ab iniquis & fraudulentis, qui violant pactum pacis, & quos non audent apertẽ inuadere, student sub specie amicitia clam necare. Congeminansq; ois populus, Ji. plangitum, singultumq; duplicans ac refumens, fleuit super eum. Nempe ex verbis regis tam dolorosus & affectuosus, atq; ex planctu eius tam cordiali & copioso, mota fuerunt eorum corda vehementer ad fletum: & quia recordabantur probitatum ac fortitudinum tanti viri, qui taliter corruit, & tanta bona frequenter fecit pro populo tempore Saul. Cumq; venisset vniuersa multitudo cibum capere cũ Dauid clara adhuc die, Iipso Abner sepulto, iurauit Dauid, dicens: Hęc faciat mihi deus, & hæc addat, Ji. quacunq; grati aut grauiori afflictione me puniat, & istud fuit iuramentum per executionem, qua aliqui sibij si imprecatur malum pœnẽ, si aliter egerit aut fuerit q iurat, iuxta quem modum ait Apofolus 2. Corint. 1. Ego testem inuoco Deum in animã meã, &c. Si ante occasum solis gustauero panem Ji. cibum, vel aliud quicq; Circa quod aliqui scribunt: Ex hoc sumitur argumentum, qd ieiunium soluitur etiam potu, si vltra necessitatem sumatur. Itaq; istud iurauit rex, quatenus interiorẽ suam tristitiã designaret exterioris ieiunij inedia & labore, sicq; innocentia sua de occisione Abner cõstet innotesceret certius. Oisq; populus Ji. existens, laudauit verba regis, absentes quoq; postea audierunt ex relatione pñentiu. Et placuerunt eis cõta qd fecit rex in cõspectu totius populi, ad demonstrationẽ innocentiæ suæ, & ad ostendendũ suam charitatẽ ad Abner, atq; dolorẽ suũ de illius interitu. Itemq; ad declarandũ indignationẽ & iram suã per zelũ cõtra loab & suos. Præterea talis ac tanta expurgatio ipsi Dauid, fuit necessaria ad tollendũ oẽm sinistra plebis suspitionẽ, qa facilliter ac verissimiliter poterat æstimari à multis qd ex cõmissione aut cõsensu Dauid fuisset Abner occisus, qa iam antẽ restiterat regi Dauid, & à filio foris regis fuit occisus. Gaudebat quoq; populus de expurgatione tam copiosa & innocentiã Dauid, qa ex hoc libetis acceperunt eũ in regẽ, & securius adhæserunt ei, tanq; verẽ iusto & digno regia potestate, & qa dilexerat ipsum Abner. Si aut habuissent regẽ suspectũ de amicitia violatiõne & homicidio tã iniusto, nõ immeritò exhorruissent eius dñum. Et cognouit omne vulgus & vniuersus Israel in die illa, qm nõ actũ fuisset a rege, vt occideretur Abner filius Ner. Dixit quoq; rex ad seruos suos: Nũ ignoratis Ji. ignorare non debetis, qm princeps & maximus Ji. ipse Abner q fuit princeps militia Saulis & filij eius, atq; secundus post regem, vir vtriq; valdẽ magnus prudẽtia, strenuitate ac virtutibus ad bellatorẽ tm spectatiuis. Cecidit Jhodiẽ in Israel Ji. in terra & populo Israelitico, ideo valdẽ dolendũ est. Ego autẽ adhuc delicatus sum & vnũs rex, Ji. adhuc sum nouiter cõstitutus & non benẽ firmatus in regnõ, qa nondũ habeo totũ populũ Israel mihi subiectũ, sed tribũ Iuda dũtaxat, nec scio dispositionẽ atq; negocia regni tã pfectẽ vt nouerat Abner, q tot annis fuit ea expertus, ideo eius consilio & auxilio picipuẽ indigebã. Pro delicto, in Hebræo habet (vt fert) tener, & sensus redit in idẽ. Nã sicut plãta receter terræ inferta, indiget nutrimento: sic Dauid nouiter regnare incipiẽs, indiguit subsidio Abner, q poterat totũ populum ad Dauid reducere. Porro viri isti filij Saruiz duri sunt mihi. Ji. frequenter me grauãt & parũ me curãt, dũ aliter eis videt, & magnũ damnu mihi iam intulerunt, priuãdo me tãti viri auxilio. Retribuat dñs facienti malũ iuxta malitiã suã. Ji. iustẽ ac debite puniat transgressores, pñertim in vita hac, ne pereãt in eternũ. Diuina nanq; iustitia nullũ malũ deserit impunitum, iuxta illud Iob 24. Deus inultum abire nõ patitur. Nam & qui pœnitent, puniunt semetipfos suo pœnitentia dolore ac operis satisfactiõ, sicq; Deus punit eos per seipfos, dando eis gratiã, qua sic spõte se puniunt, aut puniri faciunt seu permittunt. Hęc verba, prulit Dauid zelo iustitiæ cõtra loab & suos, quasi dicat: Quãuis ego pro nũc nõ valeam eos punire sicut pmeruerunt, qa potentes sunt,

Iona. 3.

& multam ac magnam assistentiam habent, & nouus sum rex, vnam tantummodò tribum habens mihi subiecta, tñ eorù punitione diuinæ cõmitto iustitiæ, & tẽpori opportunitiori referuo. Vndè & punitione Ioab, quã sceleratior erat in crimine isto, postea Salomoni cõmisit rex David, sicq; ex his patet solutio q̃stionis qua q̃rit, cur David statim non puniuit Ioab & fratres eius, quẽ admodò paulò post puniuit eos, q; ipsum Isboseth peremerunt. Hinc (vt asserit R. Paulus) in Hebræo habet, filij Saruiz duriores me sunt: hoc est dicere, non posuĩ in eis iustitiã exercere, p̃ nũc.

¶ De mystica expositione huius cap. 3. Art. 6.

Per domum Saul, ciuitas Babylonica, i. ecclesia malignantiũ, regnum mundi, societas impiorum significatur. Per domum David, ciuitas Dei, ecclesia electorũ, congregatioq; iustorum exprimitur. Inter has domos est longa ac iugis concertatio, quia iniqui ac reprobi persequuntur electos & iustos. Sed David quotidie proficit, & semper seipso robustior redditur: quia electi & virtuosĩ praelati quotidie prosperant in donis gratiæ ad salutem æternam, & per incrementa virtutum magis ac magis cõfortantur in dño. Allegoricè quoq; Christus in exordio militantis ecclesiæ proficit quotidie, qñ assidue multi de synagoga, & innumerabiles de gentilitate ad ipsum cõuertebantur: & tunc domus Saul decresebat quotidie, quia de societate carnalium mūdatorumq; hoim, plurimi cõfugerunt ad ecclesiã gremiũ. ¶ Porro per filios David natos in Hebron ex diuersis vxoribus, intelliguntur fideles q̃ plurimi, qui ex particularibus ecclesijs & gratia Christi nascuntur, dum in varijs locis ex aqua & spũ sancto regenerantur per officia sacerdotum: oēs tñ in vniuersali ecclesia, quæ per Hebron accipitur, perseuerat, qm̃ extra ecclesiam vniuersalẽ nulli est salus. ¶ Abner aut̃ regebat domum Saul. ¶ Per Abner, qui interpretatur lucerna patris, designantur prudentes seculi, in qbus est philosophica & mundana sciencia, per quam regunt filios & magnates seculi huius. Sed tales prudentes cõcupiscentijs carnis deseruientes, obiecta q̃runt deliciarum suarum, & Respham concubina Saul cognoscunt. Respha em̃, currens aut velox interpretatur, per quam q̃cunq; mulier lasciuia & inq̃ta exprimitur, cuius gressus sunt vagi & inuestigabiles, & nunc foris, nunc domi, nunc in plateis apparet parata ad animas captiudas. Propter huiusmodi foeminas frequenter dissensio oritur inter carnales & potetes in seculo, sicq; interdum cõtingit, vt vir naturali sciẽtia p̃ditus, aq; in mundo expertus, cõsideret vanitatem & vilitatem, imò & peruersitatẽ mūdana & carnalis cõuersationis, & q̃ miserũ sit seculo deseruire: idcirco proponit ad Christum cõuerti, imò & alios secum ad ipsum reducere, cui Christum remadat: Non videbis faciem meam, nisi adduxeris mihi Michol coniugẽ meam, i. animas quas à spiritali meo cõnubio auertisti, eas trahendo ad vitia, studueris rursus mihi vnire, & spiritalia damnare: quem cum Abner reducit ad Chrm, amator carnalis cõfrustratur & luget. Deinde virtus rationabilis persuasionẽ inducet hoies seculares ad Christi obsequium, cui in baptismo incorporati fuerũt, quis postea eo relicto, per varia vitia sint fornicati & auersi à Deo suo: sicq; Abner cum 20. viris, i. cum adiutoribus & cooperantibus suis Christo recõciliatur, & venit ad ipsum per satisfactiõnẽ condignã, ac piẽ à Christo suscipitur, imò solenniter, quia q̃ alios quoq; cõuertunt, acceptissimi Deo sunt, qbus & in plenti vita facit conuiuiũ, & cœnatũ eis, reficiens eos pane super substantiali ac sacramentali, q est Christus, de seipso p̃stans: Ego sum panis viuus, q de celo descendi. Itemq; Qui manducat me, & ipse viuẽt propter me, pane cõsolationis internæ, refectiõne dulcis orationis, cibo salutaris doctrinæ, esca cõtemplationis supernæ, cõfortatiõne bonæ operationis & virtutũ p̃fectibus, qbus oibus, vni fideles salubriter reficiunt, sicq; ad triũphantis ecclesiæ beatificã alimoniam perducunt. Cumq; boni plati & p̃dicatores idonei fuerint sic refecti & cõfortati, amplius inardescunt ad aliorũ cõuersionẽ & honorificentiam saluatoris, quatenus ipse in oibus regnet per charitatẽ & obediẽtiã sanctã, & dicit vnusq; eorũ: Surgã à gete cõtemplationis, vt p̃dicationis obsequio, vitæ exẽplo, & orationis suffragio, cõgregẽ ad te dñm meũ regẽ, oẽm Israel, i. Christianos per vitiorũ deuia hinc inde dispersos, & imperes oibus per fidem & dilectiõnẽ, sicut desiderat anima tua. Anima etem̃ Chri, oim̃ cupit salutare: ideo optat vt oēs sibi obediãt, q̃a nemo venit ad patrẽ nisi per ipsum: idq; desiderat nõ ppter cõmodũ suũ, q̃ bonorũ inforũ non eget, sed ppter nostrã saluationẽ ad Dei patris honorẽ. ¶ Cũ ergo deduxisset David Abner, Christum nanq; electos suos gratiosẽ ducit per semitas æquitas, & pergit cum eis, iuxta illud Sap̃ 10. Iustum deduxit dñs per vias rectas. Specialiter quoq; adest eis, & comes eorũ est, q ex charitatis feruore gradium ad aliorũ cõuersionẽ. ¶ Nũciatũ est itaq; Ioab, ¶ Per Ioab & pueros eius accipiunt hoc loco iniqui ministri platorũ ecclesiæ, q cœlis latronib; cũ grandi valde veniũt p̃dicationẽ puniunt reos, nõ ex sincero iustitiæ zelo, sed cupiditatis affectu, vt p̃pria cõmoda consequant, propter quod spoliãt subditos. Hi superiorib; indignant, dum viros verẽ iustos assumunt, pmouent, atq; ad aliorũ cõuersionẽ & regimẽ dirigunt. Ideo talib; obloquunt, & facta eorũ ac studia interpretãt in peius, & p̃cutiunt eos in inguine, i. carnalitatũ vitia eis imponunt, vel ad ea ipsos pertrahere molliunt, formidãtes, ne ad ecclesiasticas dignitates pmouent, & sibi p̃ficiant. Vndè

Ioan. 3.

Ioan. 6. Ibid.

Ioan. 14. vsq; 15.

ex

ex ambitione & odio ipsos infestant, & interdum occidunt affectu aut opere. Ad multa quippe & maxima scelera trahit detestanda & infelix ambitio, facitq; hoim iugiter ad seipsum inordinatè reflexum, vanis suspitionibus, mordacibus rancoribus, & nonnunq; desiderio mortis eius, à quo metuit pueniri ac vinci, repletum. Efficit quoq; hoim simulatorem, blandũ, callidum, & varijs practicis occupatum, apparenter amicum, & verè hostem, duplicem & bilinguẽ, ita vt blandiatur in publico, & noceat in secreto, quẽ admodũ ait Psal. 17. Qui loquunt pacem cum proximo suo, mala aut̃ in cordibus eorum. O q̃ multi sequunt in his callidum illum ambitiosumq; Ioab, qbus graues sunt ad videndũ hi, à qbus putant humiliari, atq; à desideratis, p̃motionibus impediti, aut à stationib; suis expelli. Propterea dñs ac saluator & veri eius vicarij, iusti ac sapientes, talibus imprecant vel magis p̃dicunt hæc mala: videlicet seminis fluxum, vt f. per verba qbus defluunt, nihil p̃ficiant cõtra iustos, & lepram, i. infectiua doctrinã: effeminationẽ quoq; & deiectionem in bello tentationũ, in qbus succumbũt, & diuinorũ priuationẽ charismatũ. Tales em̃ iniqui incidunt oia mala ista, q̃a inutiliter sabulant, aliosq; inficiunt prauitatis suæ exemplis ac informatiõibus venenosis, carnalibus quoq; cõcupiscentijs effeminant, & dum à mundo vel diabolo impugnant, statim vincunt. Ideo inopes sunt, g̃ra ac virtutib; destituti. Quæ oia etiã eorum filijs, i. imitatoribus, discipulisq; pueniunt: q̃a si cæcus cæco ducatum exhibeat, simul cadũt in lacum. Veruntũ pius dñs ipsos ad penitentiam cohortat: Scindite, inqens, vestimenta ṽra, i. praua opera dissipate, corpora ṽra per flagella disciplinæ corrigite, & accingimini saccis, i. penitentiæ vestibus. ¶ Plagite añ exe gas Abner, i. deplorate, spiritale eorũ interitũ, quos scãdalizãdo traxistis ad vitia, & iniurias quas pximis irrogastis, deflete. ¶ Porro rex David sequebat seretrũ. ¶ Per hoc insinuat, q̃ bonus pastor debet esse officiosus circa defunctos, & eorũ mortẽ ac culpas deflere. Quẽ admodũ etiã David cõmẽdauit Abner sepultũ, sic virtuosĩ plati cõsueuerũt recõmendationẽ facere post sepulturã subditorũ suorũ, quos bñ migrasse cõfidũt, ita q̃ manũ illorũ nõ sunt ligatæ, i. opationes ipsorũ nõ sunt vinculis vitiorũ cõstrictæ ac impeditæ à regni cœlestis ingressiõne, nec pedes eorũ sunt cõpedib; aggrauati, i. affectũ ipsorũ nõ sunt terrena cupiditate aut carnali feciditate depressi, sed charitati ac liberi ad cœlestia eleuãtes. Postremò p Ioab q ipsum Abner occidit, potest designari diabolus, q p̃dicatores bonos conatũ subuertere, & cõcupiscentiarũ mucrone trãsodere, atq; ab aliorũ cõuersiõne penitẽ impedire. Dicamus ergo ex isto cap. oẽm ambitionẽ odire, oẽm simulationẽ, fraudulentiãq; vitare, nec iniuriari cuiq; sed esse sinceri ac recti in oibus.

¶ Expositio cap. 4. Audiuĩ autem Isboseth filius Saul. Art. 7.

Recitata occisione ipsius Abner principis militiæ Isboseth, hæc narratur qualiter Isboseth sit occisus. ¶ Audiuĩ aut̃ Isboseth filius Saul, q̃ cecidisset Abner in Hebron, & dissoluta sunt manũs, i. vires eius: Iga rumore illo audito expauit, nec habuit cõfidentiam p̃ualendi aduersus David, timuitq; de periculo proprio, & forsan putauit q̃ de cõsensu regis David esset Abner occisus, oisq; Israel perturbatus, i. tribus quæ hucusq; obediũt ipsi Isboseth & Abner principi eius, obstupuerũt de morte Abner. ¶ Duo aut̃ viri principes latronum erãt filio Saul, i. ipse Isboseth filius Saulis habuit principes duos, quos (vt in libro de Hebraicis q̃stionibus fertur) constituit principes seu exercitus seu turbarum sibi adhuc obediẽtiũ, vndè in Hebræo habetur, vt dicit Hieronymus, principes turmarum. Potius tñ reor, verbum illud Hebræum esse æquiuocum ad vt runque. ¶ Porro aliqui dicunt, q̃ erant principes quorundam p̃dantium alios, in quorum depradatione quoq; latrocinia accidunt, propter quod latrones vocantur. ¶ Nomen vni Baana, & nomen alteri Rechab, filij Remmon Berothitæ de filijs Benjamin. Ii viri sic dicti, qui erat de vrbe nomine Beroth ad tribum Beniam in pertinente. Ideo subditur: Siquidẽ etiam Beroth reputata est in Benjamin. Et fugerunt Berothitæ in Gethaim. ¶ Hoc quidam exponunt sic, q̃ prædicti duo principes nati ex Beroth, voluerunt occidere Isboseth regem, & propositum suum insinuauerunt Mephiboseth filio Ionathæ, asserentes q̃ facerẽt eum regem, eo q̃ esset filius primogeniti Saulis, qbus non acquieuit Mephiboseth, & patrum suum Isboseth p̃monuit de hoc. Quo cognito, principes isti fugerunt in oppidum Gethaim. ¶ Fugeruntq; ibi aduenã vsq; ad tempus illud: quo Iredierunt secretè ad interficiendum Isboseth. Alij sic exponunt, q̃ Beroth fuit vrbs Philistæis propinqua: ideo Saul occiso, Berothitæ fugerunt ab vrbe sua in Gethaim. ¶ Erat aut̃ Ionathæ filio Saul, filius debilis pedibus. Ii. claudus, non à natiuitate, sed ex diffortunio casus. ¶ Quinquennis em̃ fuit, qñ venit nuncius de Saul & Ionathæ ex Iezrael. Tollẽs itaq; eum nutrix sua, fugit: cumq; festinaret vt fugeret, cecidit, & claudus effectus est, habuitq; vocabulum Mephiboseth. Veniente ergo filij Remmon Berothitæ, vt potè duo principes illi, ¶ Rechab & Baana, ingressi sunt feruente die domum Isboseth. Qui dormiebat super stratam suam meridiẽ, & ostiaria domus purgã triticũ, obdormiuit. Ingressi sunt aut̃ domũ latẽte, assumẽtes spicas tritici, Iad p̃sentandũ eas Isboseth regi, tanq; primitias, quasi ad honorandũ eum vt regẽ, ne dolus eorũ pciperet, vel vt alij dicũt, intrauerũt sub specie mercatorũ, velut volẽtes emere triticũ. ¶ & percusserũt eũ in inguine

Ba.

Baana & Rechab frater eius, ipsum videlicet Isboseth, dormientem super lectum suum meridie, ut solet fieri in aestate, & fugerunt. Cum aut ingressi fuissent domum, ille dormiebat super lectum suum in coclavi, & percutientes interfecerunt eum. Sublatoque capite eius, quod pederunt eam mortuo, abierunt per viam deserti tota nocte illa, & attulerunt caput Isboseth ad David in Hebron. Ad complacendum regi, eo quod eius aduersarium occidissent, & ut consequerentur ab eo promotionem ac munera. Edixeruntque ad regem: Ecce caput Isboseth filij Saul inimici tui, qui querebat animam tuam. Et dedit dominus domino nostro regi ultionem hodie de Saul & de semine eius. Respondens autem David Rechab & Baana fratri eius, filijs Remmon Berothite, dixit ad eos: Viuit dominus super aruitam meam de omni angustia, & de afflictionibus quas sub Saul sustinui, quoniam eum quod annunciauere mihi, & dixerat, mortuus est Saul, quod putabat se spera nunciare, tenui, & occidi eum in Siceleg. ut patuit supra, non tamen pro sola illa denunciatioe, sed quia asseruit se occidisse Saulem, & cui oportebat

2. Reg. 1.

me dare mercedem, & iustam retributionem pro nuncio iam basista seu rumore, quo retulit se Christum domini interfecisse: quanto magis nunc cum viri impij interfecerunt virum innoxium in domo sua super lectum suum. Jac dormientem, videlicet ipsum Isboseth, quod vocatur innoxius, non quod fuerit penitus innocens, sed quia non meruit ab illis ita occidi, quorum homicidium grauabatur ex hoc, quod tam fraudulenter atque crudeliter peremerunt filium regis in somno, ac propria domo, & nunc quam sanguinem eius de manu vestra, hoc est, debitam ultionem a vobis exquiram, & vobis infligam, pro tam iniusta sanguinis illius effusione. & auferam vos de terra: Precepit itaque David pueri sui ministris, & interfecerunt eos. Præcedentesque pueri David manus & pedes eorum, suspenderunt eos in piscinam in Hebron. Hæc omnia fecit David ex debito sui officij ac zelo iustitie, atque ut vniuerso Israelitico populo constaret, certissime de esse immunem ab interfecione ipsius Isboseth. Caput autem Isboseth tulerunt hoc est, serui David acceperunt, portauerunt, & sepelierunt in sepulchro Abner in Hebron. Quia non potuerunt illud ibidem cum honorabiliori mortuo sepelire, iuxta intelligentiam spiritalem, per Isboseth intelliguntur desides & carnales, qui dum corporali repausationi superfluè vacant, a principibus latronum, hoc est, malignis spiritibus superantur, præsertim dum ostiaria domus obdormit, hoc est, ratio, cuius est, domum animæ custodire, & animam oris gubernare, per negligentiam suam torporem, a vigilantia sollicitudinis bonæ cessat. Possunt quoque per principes istos latronum, concupiscentia gula, & libido luxurie designari: quæ in animabus plurimorum, ea quæ carnis sunt amantium, exercent latrocinia sua, assumentes secum tritici spicas, id est, præcipua quæque; edulia oblectantia gustum, & sub specie boni ingrediuntur, quia delectant. Quæ etiam præcidunt Isboseth caput, quoniam rationem obtenebrant vehementer, iuxta illud Ose. 4. Fornicatio & ebrietas & vinum auferunt cor. Insuper maligni spiritus eum quem ita deuicerunt, præstant iudici Christo, tanquam iuste damnandum, & aduersarium neis: sed quoniam praua intentione egerunt hoc, damnationis augmentum recipere promerentur.

non quam

Enarratio literalis cap. 5. Et venerunt vniuersæ tribus Israel ad David. Art. 8.

Valiter David constitutus sit rex super totam Israeliticam plebem, & qualiter obtinuerit urbem Hierusalem, ac Philistæos deuicerit, præfens describit capitulum. Et venerunt vniuersæ tribus Israel, hoc est, quidam principales de singulis tribubus, super quas hucusque nondum regnauerat, ad David in Hebron, dicentes: Ecce nos, os tuum & caro tua sumus. Et propinquum tibi secundum carnem, quia ex semine Abraham, Isaac & Iacob, sicut & tu, ideo non suspicemur malum de nobis. Sed & heri & nudius tertius hoc est, præteritis & non diu elapsis diebus. Cum esset Saul rex super nos, tu eras educus & reducus Israel: hoc est, dux populi pliantis, ut patuit primo libro, quo inter cætera dictum est, quod Saul constituit David super viros belli. Dixit autem dominus ad te per Samuelem aliove prophetas, & per inspirationem ac allocutionem internam: Tu pasces populum meum Israel, & per sapientiam & doctrinam tuam reges atque reficies Israeliticum populum, & tu eris dux hoc est, ductor & rex super Israel. Sicque dux sumitur hic exte, prout regem includit. Venerunt quoque, & seniores Israel ad regem in Hebron. Et percussit cum eis rex David foedus in Hebron coram domino, hoc est, amicitiam pactum cum eis iniit ac firmavit. Nam paulo ante contra se inuicem pugnaverunt, ideo primo reconciliabatur. Cynxeruntque David regem super Israel, & super totum Israeliticum populum. Fiebatque vnicuique illud per manum pontificis aut prophetæ. Filius 30. annorum & 30. annos ætatis habes, erat David cum regnare cepisset. Ique ætas apta est ad præsidendum. In Hebron regnauit super Iudam 7. annis, & 6. mensibus. In Hierusalem autem regnauit 33. annis super omnem Israel & Iudam. Et abiit rex, & omnes viri qui erant cum eo in Hierusalem, hoc est, vsque ad moenia ciuitatis, quam primo obseidit, quia erat præcipua, quatenus ea capta, amplius timeretur. Vel, eam partem ciuitatis obseidit, in qua Iebusæi manebat, videlicet arcem, & item quoniam plures alieni ac infideles habitabant ibidem, quos volebat fugare. Et rursus, quoniam ex reuelatione diuina cognouit ciuitatem illam esse electam a Deo, pro loco cultus diuini, & templi ædificandi in ea, ac sacrificiorum: ideo tanquam verè deuotus, & lumine prophetiæ edo-

1. Reg. 17. 18.

2. Reg. 2.

ctus, voluit comorari in ea. Itaque iuit ad ciuitatem Hierusalem, ad Iebusæum habitatorè terræ, & i. ad impugnamdum Iebusæos in Hierusalem comorantes, quos tempore Iosue non potuerunt filij Iuda de Hierusalem extirpare, iuxta illud Iosue: Iebusæum habitatorè Hierusalem non potuerunt filij Iuda delere. Habitauitque Iebusæus cum filijs Iuda in Hierusalem. Denique tempore precedente, fuerunt Iebusæi rursus in Hierusalem valde multiplicati. vñ Iudic. 19. legitur, quod puer Leuitæ dixit ad dñm suum: Declinemus in vrbe Iebusæorum. Cui respondit Leuites: Non ingrediar oppidum gētis alienæ. Diciturque est ad David ab eis: Iebusæi dixerunt ad David: Non ingredieris huc, nisi abstuleris cæcos & claudos, dicentes: Non ingredietur David huc. Hoc Magister in hist. compendioso exponit tripliciter: Posuerunt, ingens, Iebusæi cæcos & claudos supra murum Hierusalem in derisionem David, dicentes: Non intrabis huc, nisi abstuleris cæcos & claudos, q. d. Tam fortis est ciuitas, quod fortium auxilio non egemus. Alij dicunt eos posuisse imagines supra murum, quos dixerunt cæcos & claudos, i. nihil agētes, q. d. Etiam nobis nihil agentibus, intrare non potes. Vel se ipsos dixerunt cæcos & claudos, eo quod David reputauit eos debiles, & claudis ac cæcis cōsimiles. Hæc ibidem. Insuper circa hæc scribit Lyra: Dicunt doctores catholici cōmuniter, quod Iebusæi illi in fortitudine murorum suorum cōfidentes, posuerunt aliquos cæcos & claudos ad propugnacula in cōtēptum exercitus David, q. d. Tales sufficerent ad defendendū fortalitium nrm. iuxta quem modum, Ezech. 27. legitur Pigmæi pharetras suas suspendisse in muris Tyri ad ostentationem fortitudinis loci, q. d. Tales sufficerent ad defensionem turrim ac murorum. R. Salomon dicit, quod isti cæci & claudi, erant due imagines, vna repræsētans ipsum Isaac, q. ante finem vitæ fuit cæcus, alia ipsum Iacob, q. ex lucta cum angelo claudicauit. Et addit, quod Iebusæi isti descēderunt de Abimelech rege Palestinorum, cum quo Abraham iniit foedus pacis & iuramentū, ut legitur Gen. 21. Itaque posteri huius Abimelech, Iebusæi isti, vidētes filios Abraham multiplicari, timuerunt ne postea impugnantur ab ipsis: ideo in superiori parte fortalitij sui posuerunt p̄ditas duas imagines in signum pacti p̄fati, & in ore cuiuslibet imaginis erat scriptum Abraham iuramentū, q. d. Posterii Abraham non possunt hunc locum inuadere: & secundū hoc dicuntur istæ imagines odientes animam David, quoniam repræsētabant eum esse transgressorè iuramenti Abraham, & per consequens odibilem Isaac & Iacob, quorum erant imagines. Sed David licet impugnavit fortalitium illud, quoniam iuramentū Abraham non fuit ad semper, sed ad tempus determinatū, quod tempore Iosue nondū effluerat, sed tempore David fuit finitum. Verūm cōtra hæc scribit R. Paulus, dicendo quod ista positio videtur p̄supponere aliquam falsam, & etiam quādam incertam. P̄supponit enim quod Iebusæi descēderunt de Abimelech, cū quo Abraham iniit foedus, q. fuit rex Palestinorum. Philistæi autem descēderāt a Mesraim secundo filio Cham filij Noæ, ut patet Gen. 10. Iebusæi verò descēderunt a Chanaan quarto filio Cham, ut patet ibidem. P̄supponit quoque, quod posterii Abraham non poterant inuadere Hierusalem ratione iuramenti p̄dicti, quod falsum est. Nam in p̄dicto foedere cum Abimelech inito, quibus Abraham iurauit non nocere Abimelech nec posteris eius, non tamen iurauit quod posteritas sua non noceret posteritati illius, ut patet intuitu formæ illius iuramenti. Insuper Abimelech concesserunt se cum Isaac filio Abraham, quod non oportuit, si Abraham iurauit etiam pro sua posteritate. Sicque dato quod Iebusæi descēderent de Abimelech, nihilominus potuissent eos filij Israel impugnat. P̄supponit quoque, quod iuramentum Abraham durauit ad certum tempus, quod tempore Iosue nondū effluxit, sed tempore David: quod nullum fundamentum videtur in scripturis habere. Propter quod de tali expositione non videtur mentio faciēda. Expositio autem doctorum catholicorum est satis applicabilis literæ. Est tamen alius modus dicendi, qui literæ forsā magis propriè adaptatur, videlicet quod cæci illi & claudi fuerunt simulacra deorum Iebusæorum posita in summitate fortalitiorum suorum, qui Iebusæi deos suos appellabant cæcos & claudos, secundum sententiam David, qui deos illos impropèrando, dicebat: Oculos habent, & non videbunt aures habent, & non audient: pedes habent, & non ambulabunt. idcirco credentes quod David non sustineret in regia vrbe illa huiusmodi deos, excusabant se a receptione ipsius, dicendo: Non ingredieris huc nisi abstuleris cæcos & claudos, quasi dicerent: Scimus quod si possideres hunc locum, auferres deos nostros, quos putas cæcos & claudos, quod nullatenus permittemus. Vnde oportet, quod per potentiam auferas eos, si vales, quia non eos tibi trademus. Vnde David de hoc indignatus, postquam cepit arcem Sion potenter, posuit præmium facientibus tria in debellatione Iebusæorum. Primum, illi qui percussisset Iebusæum, quod fuit contra personas eorum. Secundum, illi qui tetigisset domorum fistulas, & hoc contra sustentationes eorum. Hierusalem enim non habebat aquam intra murum, sed ex pluuialibus aquis in cisternis collectis sustentabantur. Ideo frangendo fistulicidia illa, videlicet fistulas, per quas aqua pluuialis fluebat, maxime quis affligebat eos. Tertio, ordinauit contra deos eorum, dicens qui abstulissent cæcos & claudos, hoc est, simulacra Iebusæorum. Et nota quod vbi translatio nostra habet, odientes animam David, Hebraice veritas habet, Quos odiuit anima David. Nam David simulacra illa odiuit. Similiter quod in

ret. C6. hist. li. 2. re. ca. 7.

R. Salomon

Gen. 27. 32.

R. Paulus

Gen. 22. 26.

psal. 115.

Pro-

Prouerbio dicebatur, Cæcus & claudus non intrabunt in ecclesiam Dei: videtur huic expositioni magis aptari. Nā iste locus fuit assignatus diuino cultui à tēpore Abraham, quā voluit ibi ipsum Gen. 22. Isaac immolare, & Iacob vidit ibidem scalam, ibiq; tēplum fuit per Salomonē fundatum, in quo Gen. 28. nulla immolatio debuit habere ingressum: sed solus Deus fuit in eo colendus, & ob tñ p̄sagium huic 3. Reg. 6. 7. futuri boni, quasi puerbiallyter dicebat, Nō intrabit cæcus & claudus in tēplum dñi. Q. d. Verē p̄gnosticauerūt Iebusæi, q̄ in tēplum dñi in ciuitate hac ædificandū, nō intrabūt cæci & claudi, hoc est, dii gētium, q̄ cæci & claudi dicunt. Hæc R. Paulus, cuius dicta pro reprobatiōe positionis R. Salomonis, apta vident̄r quod ait Dauid p̄posuisse mercedē, postq̄ cepit arcē Sion, expositiorib; nō cōcordat. Cū em̄ fortalicium illud obtinere difficilimū foret, vt milites animarentur ad inuasionē illius, propofuit p̄mium, q̄ illud primō ascenderet ac obtineret, fieret princeps militiæ. Hinc in Scholast. fert̄ hist. Cumq; arcē obtinere non posset, propofuit in p̄mīū militiæ principatū. Itaq; dicit̄ est ad Dauid ab eis, vt potē Iebusæis, Nō ingredieris huc, nisi abstuleris cæcos & claudos, dicētes: Nō ingrediet̄ Dauid huc. Si em̄ per cæcos & claudos intelligunt̄ hoies cæci & claudi, vel ipsimet̄ Iebusæi, certū est, q̄ illi poterāt propriē verba ista proferre. Si verō per cæcos & claudos intelligunt̄ simulacra deorū, illa dixerūt hæc verba materialiter aut interpretatiuē, vel demones loquebant̄ per idola illa. Si autē per cæcos & claudos intelligant̄ p̄fate imagines, quod apparentiā modicā habet, dicendū q̄ imagines illæ dixerūt hæc materialiter aut interpretatiuē, quæadmodū inanimately dicunt̄ Deū b̄ndicere & laudare. [Cepit autē Dauid arcē Sion.] i. fortalicium s̄p̄e dictū, quod vocabat̄ arx Sion, i. altitudo speculatiōis, v̄m s̄rum fuit in loco alto mōtoso, ex quo vndiq; lōgē ac latē poterat q̄s videre, [hæc est ciuitas Dauid.] Tota Hierusalē ex hoc tēpore ccepit esse & noīari ciuitas Dauid, atq; metropolis regni eius. Veruntū ista pars vrbis, in qua parte fuit fortalicium, specialiter dicta est ciuitas, q̄a meliorauit eā per ædificia, & in ea cōmorari elegit. [Cōsequenter exprimit̄, qualiter arcē obtinuit.] Propofuerat em̄ Dauid in die illa p̄mium [Ie] q̄ percussisset Iebusæū. [hoc est, q̄ primō ascenderet arcē, & ea obtēta, occideret Iebusæos cōmorantes in turri illa.] & tetigisset domatum fistulas. [Doma vocat̄ tectum domus, fistula autē, canale per quod stillicia fluunt seu aqueductus. Vel (vt alij dicunt) fistulæ erāt sub terranei cuniculi seu meatus, per quos ascendebat̄ vsq; ad tectū. Itaq; sensus est: Et tetigisset domatum fistulas, i. canales aquarum vastasset, vel per meatus illos ascendisset vsq; ad murum. Et per illos meatus dicit̄ Iob ascendisse, siue per aqueductum. [& abstulisset cæcos & claudos, i. hoies illos seu imagines, siue simulacra, cōdētēs aīam Dauid.] Iverē, formaliter, aut representatiue, sicut expositum est. [Idcirco dicit̄ in Prouerbio: Cæcus & claudus nō intrabūt in tēplum.] Ad literā q̄ppe prohibuit dñs in Leuitico, natos ex femine Aaron cæcos & claudos ingredi tēplum, ad exercedūm sacerdotale officii, atq; ex verbis & factis his inter Iebusæos & Dauid habitus, conuersa sunt verba illa Leuitici in Prouerbium, propter verborum similitudinē aut coincidentiā, vel propter rōnes R. Pauli indūctas. Et sicut Magister in hist. tagit, forsan dum ianitores tēpliarcebāt immundos à tēpli ingressu, ænigmaticē loquebant̄: Cæci & claudi non intrabunt &c. Pōnentes cæcitātē & claudicationē pro immunditia quacūq; legali, per quā reddebant̄ ad tēplū ingressum indigni. [Habituauit autē Dauid in arce Sion,] hoc est, fortalicio illo, Iebusæis eieciis, [& vocauit eā, ciuitatē Dauid.] Iex noīe suo ob causas p̄tactas. Estq; intelligēdum, q̄ arcē illā cum habitaculo s̄p̄e suis per gyrum ita vocauit. [Et ædificauit per gyrum à Mello & intrinsecus.] Mello fuit p̄cipitium quoddā, profundaq; vallis, & vt alij dicunt, vorago ante castrum, seu fortalicium pro eius munimine situata. Fuit autē & spatium inter voraginē illā & castrum, in quo spatio per fortalicij gyrum Dauid cōstruxit aliquas domos, atq; vt alij scribunt, à Mello vsq; sursum ædificauit Dauid murum per circuitum arcis Sion, faciēs vnum murum intrinsecus, aliumq; extrinsecus, & ita duplici muro muniuit arcē. [Porro 1. Paral. 11. legit̄: Aedificauitq; vrbē in circuitu à Mello vsq; ad gyrum.] Iob autē reliqua vrbis extruxit, vbi per vrbē intelligit̄ pars illa Hierusalē, q̄ vocata est ciuitas Dauid. Vñ & Iosephus, superiorē (inq̄) ciuitatē Dauid muniuit, eiq; arcē iungēdo, vnum corpus effecit. De p̄mio autē quod Dauid hic legit̄ propofuisse, nec tñ in isto lib. exprimit̄, 1. Paral. 11. legit̄: Dixit: Oīs q̄ percusserit Iebusæum, in primis erit princeps & dux. [Et ingrediebant̄] viā iustitiæ, & domum suā, ac corā Deo, [p̄ficiēs.] in tēporalib; ac spūalibus bonis, [atq; succrescēs,] fama, potestate, ac meritis, [& dñs Deus exercituum erat cum eo,] p̄per gram copiosam, per quā benē se habuit circa regimē suisq; suis, & in regimine populi sibi cōmissi, & in diuino obsego. Itaq; per grām tantā ordinatē se habuit circa seipsum, prudētē & exēplariter circa subiectos, deuotē ad Deum. [Misit quoq; Hirā rex Tyri nuncios ad Dauid & ligna cedrina, & artifices lignorum, artificesq; lapidum ad parietes, & ædificauerunt domum Dauid.] Iste Hiram, vt infra habet, fuit amicus Dauid omī tēpore. scriptura tñ nō exprimit, qualiter Dauid & Hirā amici cōtraxerunt mutuā, nec legunt̄ accessisse se inuicē. Verum qñq; cōtingit, q̄ alij efficiuntur cordiales amici ex fama & perceptiōe probitatum ac amabilitatum suarum. Misit autem Hiram

Leuit. 21.
R. Paulus
Pet. Co. hist.
li. 2. Re. ca. 7.
Iofe. lib. 7.
an. lu. ca. 3.

nuncios primō ad Dauid, ad inq̄rendū de statu suo. Deindē cognita voluntate regis Dauid, misit ei ligna preciosa & apta, cōuenientesq; lapides, ac viros peritos operari in lignis & saxis, q̄ artifices cōstruxerunt regi Dauid domum infra eam partē Hierusalē, q̄ specialiter dicta est ciuitas Dauid. In regno equidē Tyri amplius abundabāt ligna & saxa, pro domibus cōstruendis cōuenientia, q̄ in Iudæa. Meliores quoq; artifices erāt ibi, propter quod postea Salomon misit ad Hiram, dicēs: Scis qm̄ in populo meo nō est vir q̄ nouerit ligna cedere sicut Sidonij, vt infra 3. Reg. 5. legitur. [Et cognouit Dauid, qm̄ cōfirmasset cum dñs regē super Israel, & qm̄ exaltasset regnū eius super populum suum Israel.] Hoc vtiq; sciuit ex reuelatiōe diuina seu inspiratione interna, & ex prophetica denūciatiōe, qua sibi per Samuelē & Gad fuit p̄dictum, q̄ elect̄ esset ad p̄sidentendum vniuerso Israelitico populo, atq; ex euidētia facti, & experientia proprie p̄speritatis, qm̄ vidit se prosperari in cunctis, totumq; populum suum sibi fauentē ac applaudentē. [Accepit ergo Dauid adhuc cōcubinas, &] pro, i. vxores de Hierusalē, postq̄ venerat de Hebron. Non em̄ accessit ad illegitimū torū, nec fuit fornicator, nisi q̄ postea cum Bethabee peccauit. Itaq; scēminē istā fuerūt eius vxores legitimæ, sicut in Genesi Zelpha & Bala qñq; vocat̄ cōcubina, qñq; vxores ipsius Iacob. Fuit etē cōsuetudo in veteri test. q̄ vxores minis principales & secundariō sumptæ, vocabat̄ cōcubina, q̄a in aliquo cōcubinis assimilabātur. [Natiq; sunt] Ipsi [Dauid & alij filij & filia]. Et hæc noīa eorum q̄ nati sunt ei in Hierusalē, Samua & Sobab, Nathan & Salomon, & Iababar & Elisua & Nepheg, & Iaphia & Elisama & Eleiada & Eliphalet. [Exprimuntur hic 11. filij, q̄ ei in Hierusalē nati sunt, inter quos ponitur Nathan, q̄ alius fuit à Nathan propheta, quem Dauid sibi adoptauit in filium post mortem patris illius. Circa hæc scribit qdam, q̄ Dauid sumpsit has plures vxores ad multiplicandum prole, q̄ cōiungeretur in matrimonio nobilibus regni sui, & sic essent sibi affinitate cōiuncti ad firmitatē regni sui maiorē. Hoc reor etiā, q̄ ideo accepit tot cōiuges, vt augetur in sobole sua cultus vnus veri dei, cuius cultus tunc conseruabatur in populo Israel per carnalē propaginē, cæteris gentibus ad idololatriā lapsis. Consequenter duplex victoria narrat̄ regi Dauid cōtra Philistæos cōcessa. [Audierunt ergo Philistij q̄ vnixisset Dauid in regē super Israel.] Nam antē audierat q̄ Dauid regnaret super tribum Iuda in Hebron, sed de hoc minis curabāt. Cognito autē q̄ vnctus esset super 12. tribus in regem, timuerunt q̄ eis resisteret, nec solita tributa persolueret, vt alij dicunt, & q̄ sciuerunt ipsum Dauid esse strenuissimū atq; fortissimū virum, metuebāt vastari per eum. ideo voluerunt eum tēpestiuē in propria terra opprimere. [& ascendit in vniuersū.] qdam de oibus, [vt q̄rerēt Dauid] ad impugnandum. [Quod cū audisset Dauid, descendit] de arce Sion, [in p̄sidium.] i. ad munitionem vel ad salutis p̄pugnaculum, aut auxilium req̄rendum. [Philistij autē veniēs, diffusi sunt in valle Raphaim,] non procul à Hierusalē. [Et cōsuluit Dauid dñm] p̄ potēficē, [dicēs: Si] an ascendā ad Philistij, & si dabis eos in manu mea? Vndē cōstat, q̄ Dauid totā spem suam collocauit in Deo, eius cōsilio auxiliōiq; innitēs, sciens q̄ equus paratur ad diē belli, dñs autē saluē tribuit. Voluit autē dñs in talibus haberi recursum ad se, propter quod de perfidis filijs Israel, ita non agētibus, ait Esa. 30. Væ filij defertores, vt faceretis cōsiliū, & non ex me: & ordiremini telam, & non per sp̄m meum, & os meum non interrogastis. Vndē rursus loquit̄ Esa. 8. Nunq̄d non à Deo suo populus regret̄? [Et dixit dñs ad Dauid:] Qualiter istę cōsultationes ac diuina responsa fiebat, dictum est s̄p̄e. [Ascendē] cōtra eos cum populo tuo, [q̄a tradēs dabo Philistij in manu tua. Venit ergo Dauid in Baalpharasim, & percussit eos ibi, & dixit:] Deo gratias agens, & ei triumphū ascribēs: [Diuisit dñs inimicos meos coram me, sicut diuidit aqua.] Ji. dedit mihi & exercitui meo virtutem vincendi hos Philistæos, ita q̄ quosdā occidendo, quosdā fugando diuisimus illos ab inuicē satis facilliter, quæadmodū facile est aquam tanq̄ rem mollē diuidere. [Propterea vocatum est nōmē loci illius, Baalpharasim:] quod interpretat̄ viroꝝ diuisio, q̄a viri Philistæi ibi ab inuicē sunt diuisi. Vel à Baal, quod est cāpus siue planities, & phares diuisio, quæ cāpus diuisionis. Vel à Baal, quod est idoli nōmē, & phares diuisio, q̄a reliquerunt ibi idola sua, & ab eis diuisi sunt. Vndē subiungitur: [Et reliquerunt ibi sculpilia sua,] videlicet simulacra Dagon, q̄ attulerunt secum, vt eorum auxilio p̄ualerēt. [q̄ tulit Dauid & viri eius] secum: non vt colerēt ea, sed cōflarent. Propter quod 1. Paral. 14. legitur, q̄ Dauid iussit ea exuri, iuxta quod Deut. 7. dñs ait: Sculpilia cōburne. Quod tñ ad literā dictum fuit de Chananeorū sculpilibus. Porro secundum Lyri, in Hebræo habetur: cōbussit ea Dauid, sed magis puto, quod verbum illud Hebræicum sit ad vturum, æquocum. [Et addiderunt adhuc Philistij vt ascēderēt] cum exercitu maiori q̄ antē, [& diffusi sunt in valle Raphaim.] Ide qua legitur Esa. 17. Erat scit̄ q̄rens sp̄icas in valle Raphaim. [Cōsuluit autē Dauid dñm: Si ascendā cōtra Philistæos, & trades eos in manus meas? Qui r̄ndit: Non ascendas cōtra eos.] Philistæos direcēt, [sed gyra post tergum eorum, & venies ad eos ex aduerso p̄torum,] Ji. arborum talium, sub q̄bus posuerunt idola sua, in q̄bus sperabant: p̄ propter quod voluit dñs, vt ab illa parte impugnarentur, sicq; aduerteret & pateret, quod

1. Reg. 16.
2. Reg. 19.
2. Reg. 21.
Pro. 21.

quod idola sua eis non profuerunt. [Et cum audieris sonitum clamoris gradietis in cacumine pitorum, videlicet angeli sancti ibi se mouentis ac exhibetis ad adiuvandum vos, atq; ad deprimendum potestate demonum & idolorum, per quos demones operabantur nonnulla, tunc in ibis plium, quia tunc egredietis ante faciem, presentiam tuam: hoc est, angelus Dei agens diuina virtute, ac dum representas, vt percutiat castra Philistinorum, i. turmas eorum seu contentos in ipsorum tetoribus. [Fecit itaq; Dauid sicut preceperat ei dominus, & percussit Philistinum de Gabaa vsq; dum venias Gazer.] Deidit em dominus Dauid regi & populo eius pualendi potentiam, Philistinorumq; corda & corpora debilitauit ac terruit.

¶ De mystico huius cap. 5. intellectu. Art. 9.

1. Reg. 2. **E**T venerunt vniuersae tribus Israel ad Dauid in Hebron, dicens: Os tuum & caro tua sumus. **3** Quomodo dicitur dauid primò regnauit in Hebron super tribum Iuda, deinde super Israel vniuersum: sic Christo ante suam passionem & ascensionem pauci ex Iudæis adhererunt per fidem & obedientiam, tanquam veri filij Iuda, i. confessionis salubris: sed misso de super spiritu sancto, operantibus sanctis apostolis, copiosa & clara miracula in fide & nomine saluatoris, multa millia Iudæorum ex diuersis tribubus Israel sunt conuersi in Hierusalem & in omni Iudæa, Galilæa, atq; Samaria, vt in Actibus docetur a apostolorum. Deinde in diuersis mundi puincijs, quod in fine mundi per predicationem Heliae & Enoch plenius fiet, & maxime Antichristo occiso. ¶ Deniq; prelati Iudæi ad Christum conuersi, dixerunt: **1. Reg. 2.** **O**stuum & caro tua sumus, i. veram humanitatem in Christo confessi sunt, & eum ex semine Abraham in carnatu veraciter crediderunt. [Sed & heri & nudius tertius cum esset Saul super nos, tu eras educens & reducens Israel.] Per Saul intelligi potest presidentia pontificum super Iudæos, quos pontifices persecuti sunt Christum, quemadmodum Saul Dauid, & sub pontificibus, Anna & Caipha, Christus predicauit Iudæis, & eos eduxit ad audiendum verbum dei, & ad actus virtutum, rexitq; eos ad creatorem, ad fidem catholicam, & ad euangelicam legem. [Dixit autem dominus ad te: Tu pasces populum meum Israel.] Hoc Deus pater dixit homini Christo per inspirationem internam ab incarnationis exordio, & idem per sanctos prophetas frequenter & diu antè predictum, iuxta illud Mich. 5. Er tu Bethlehæ, ex te egredietur, qui sit dñator in Israel. Ezech. quoc; 34. dominus ait: Saluabo gregem meum, ait dominus, & suscitabo super eum pastorem vnum, qui pascat eum, Dauid seruum meum, i. Messiam, vt oes exponunt. De hoc in Zach. & Iohel plenius legitur prophetatum. ¶ Præterea, in Christi baptismo ac transfiguratione vox patris intonuit: Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. [Filius 30. annorum erat Dauid, cum regnare cœpisset.] In hac etate orsus est Christus predicare, & euangelicam tradere legem, & in credentium corde regnare per fidem & gratiam. In qua etiam etate presertim est Ioseph terræ Aegypti, Ezechielq; vaticinari incepit. [Et abiit rex ad Iebusæum.] Per Iebusæum possunt intelligi gentiles, quos Christus per suos fideles multipliciter expugnauit, & abstulit cecos & claudos, i. eorum simulacra, excæcos quoc; in suis perdidit, atq; per vitiorum deuia claudicantes in partem vtranq;. Potest item per Iebusæum habitatem in arce Sion, accipi pontificum seu sacerdotum Iudæorum, quod Christus fecit cessare, primumq; proposuit, ei, quod illud primò inuaderet, quod beatiss. princeps apostolorum Petrus in die sacratissimo Penitentes fortissimè impugnavit & vicit, intus, quod ex tunc multa turba sacerdotum obediebat fidei, nec pontifices potuerunt resistere Petro, imò autoritate scripturarum, excellentia miraculorum, cuius potentia gratiarum pualuit, ac imperterrita dixit mente: Obedire oportet Deo magis quam hominibus. [Et factus est Petrus princeps militie.] Secundus post Christum, & caput totius ecclesie, summusque pontifex eius. [Et tetigit domatui fistulas.] i. ora scribarum & pharisæorum, & stillas documentorum ipsorum obstruxit atq; destruxit, affirmans ac probans, quod in solo Christo sit salus, non in Moysi lege, sicq; Christus habitauit in arce. Nam & primitiua ecclesia quotidie erat in porticu Salomonis & in templo, ac in monte Sion, vbi Christus fuit in medio eius, prout in Actibus habetur. Tunc Christus in suis membris presertim quotidie, & multos in Hierusalem filios, precavit, regenerans eos ex aqua & spiritu sancto, vt scribitur Act. 3. Circa hoc dicit Glossa, ex verbis Rabani sumpta: Multas vxores Dauid, multas gentes seu ecclesias significat, quod Christus copulans per fidem, concubine verò, hæreticorum ecclesias, que Christiani nomine titulo gloriantur: sed quia propter carnalia lucra Christum loquuntur, non vxores, sed concubine vocantur. Quod si reges nunc habeant plures vxores, crimè est, quia figure transferunt. [Misit quoq; Hiram rex Tyri nuncios ad Dauid.] Christus namq; per gloriosos apostolos tot & tanta fecit miracula in Iudæa, quod alij reges & principes gentium ea percipientes, desiderauerunt sibi annuñciari euangelium saluatoris, & per hoc orationes suas tanquam nuncios, direxerunt ad dominum. Miserunt quoq; ligna & lapides, i. subditorum suorum personas, atq; lignorum & saxorum artifices, hoc est, predicatorum ac platorum ad Christum, tales hortando ad promotionem & augmentum ecclesie, vt edificarent filio Dei domum, i. ecclesiam, que ex hominibus tanquam ex viuis lapidibus ac lignis fructuosus construitur. Audierunt ergo Philistinum quod vnixissent Dauid regem. Per Philistinos hoc loco signantur visibiles hostes Christi, puta persecutores, qui videntes Christum ab ecclesia coli, Christianos & Christum in membris suis atrocissimè & valde diu sunt persecuti. Contra quos Christus ascendit, quia si-

delibus suis contulit gratiam superandi illos, per sapientiam, patientiam, atq; miracula, & per angelorum sanctorum presidia, non per humanam potentiam, imò sub persecutionibus tyrannorum, maxime creuit ecclesia, quia frequenter in vnus martyris occisione fecit saluator tanta prodigia, quod conuersa fuerunt multa gentium millia. Vnde saluator promisit martyribus sanctis: Ego dabo vobis os & Luc. 21. sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere oes aduersarij vestri. Voluit quippe saluator, vt in fidelibus resisterent, non abuliter ridendo, non corporaliter reluctando, imò aduersa omnia æquanimitè tolerando, percutientibusq; maxillam vnam, subendo mox alteram. Similiter per Philistinos significat inuisibiles inimici, qui regno Christi ab initio infatigabiliter resistere nisi sunt, & Christum de cordibus fidelium excludere studuerunt per suggestiones pestiferas, tetationesq; varias: & item contra ecclesiam primitiuam inflamando in fideles & obstinatos Iudæos, reges & principes perfidos, ac quosdam philosophos, & seminando errores hereticos, quibus impleuerunt multos fideles, qui ab ecclesia exierunt, & eam grauiter affixerunt. Isti quoq; aduersarij Christi fremunt & contabescunt, dum videt viros virtutum ad dignitates ecclesiasticas & ad aliorum regimina promoueri, ideo illis resistere molunt, & fructum pastoralis presidentie satagunt impedire, & eos qui secundum carnem sunt nobis ac potentes, nituntur intrudere, quibus totius spiritalis exercitationis & salutaris sapientie sint expertes. Vnde 2. Timot. 3. scribit apostolus: Quemadmodum Iamnes & Mambres resisterunt Moysi, ita & hi resistunt veritati. Postremò, sicut Dauid proposuit primum speciale expugnatori Iebusæi & arcis Sion, ita saluator in euangelio scilicet spondet mercedem cunctis qui viriliter eum angunt, atq; diabolum vincunt, & maxime his, qui exercitia magis ardua exequentur, & hæresarcham aut tyrannum deiciunt, sicq; tuentur ecclesiam.

¶ Expositio literalis cap. 6. Congregauit autem rursus Dauid omnes electos. Art. 10.

Ruid oes electos ex Israel, i. per epistolas aut per nuncios conuocauit ad se viros principales ex toto regno suo, 130. millia. Inec refert, an erant presertim tot, an parum plures seu pauciores: quia minus numerorum aut temporum scriptura frequenter non curat. Et rectè nunc dicitur rursus populum congregasse, quia precedenti cap. est narratum, qualiter iam antè congregauerit populum. [Surrexitque Dauid & abiit, & vniuersus populus qui erat cum eo de viris Iuda, Iq; familiaribus assistebat regi, tanquam de eorum tribu nato, vt adduceret arcam Dei.] De loco suo ad regiam urbem cum grandi solennitate, propter quod maiores de plebe fuerant conuocati. Porro de arca dictum est in primo lib. [super quam inuocatum est nomen domini exercituum, i. coram cuius arce presentia, seu coram qua Deus omnipotens inuocabatur, presertim a pontifice, vt ipse dominus Deus exaudiret & daret responsa, prout super Exodum plenius dictum est. Dicitur autem Deus dominus exercituum, i. angelicorum chororum, presertim in Cherubim, i. inter Cherubim super eam.] Nam super arcam fuit ppiciatorium seu aurea tabula, quæ duo Cherubim alis suis extransuerso tegebant, & inter eas apparuit dominus, presertimq; responsa, ideo dicebatur in Cherubim, i. inter ea sedere, ita quod ppiciatorium illud fuit quasi sedes dei, qui ab illo loco offendebat se populo ac precibus pontificis propiciari, & per effectum misericordie sue apparebat ibidem. Propter quod tabula illa aurea ppiciatorium vocabatur, quod etiam dicebatur oraculum, quia ex illo loco procedebant ac audiebant diuina responsa & Dei verba. Hinc Exo. 25. narratur: Arcam de lignis Sethim conpingite, duos quoq; Cherubim aureos & pduciles facies ex vtraq; parte oraculi. Vtrunq; latus ppiciatorii tegant expandentes alas, &c. [Et imposituerunt arcam Dei super plaustrum nouum,] quod trahebat à bobus, cum tamen debuissent eam portare humeris proprijs ipsi Leuitæ, prout Num. 8. iusserat dominus. Et forte posuerunt arcam super nouum plaustrum, quia super tale plaustrum fuit à Philistinis remissa, vt primo lib. patuit. [Tuleruntq;] i. acceperunt eam de domo Abinadab Iacerdotis, secundum Glossam. [q;] Abinadab, vel quod domus Abinadab erat in Gabaa. Oza autem & Ahio filij Abinadab minabant plaustrum nouum. Ii. boues plaustrum trahentes. [Cumq; tulissent eam de domo Abinadab,] quod erat in Gabaa custodiens arcam dei, tanquam sacerdos & vir tam famose virtutis, quod eum potius quam ad alium sacerdotem arca fuit deducenda. [Ahio procedebat arcam Dei,] secundo partem ante quadrigam ad puidendum de conuenienti ori itinere. ¶ Circa hoc oritur questio, qualiter hic dicatur, quod tulerunt arcam de domo Abinadab, quod erat in Gabaa, cum 1. Paral. 13. scriptum sit, Ascendit Dauid & oes viri Israel ad collem Cariathiarim, quod est in Iuda, vt afferunt in de arcam Dei? Ad hoc quodam rident, quod Cariathiarim & Gabaa erant vrbes vicinæ, & in Cariathiarim primò congregatus est populus ad Dauid, & inde transferunt ad adducendum arcam quod erat in Gabaa, ac inde ducendo eam, transferunt per Cariathiarim. Sicq; intelligendum est quod ex 1. lib. Paral. allegatur. Verum ista responsio in expositione 1. lib. est reprobata. Similiter in primo lib. Paral. nec consonum videtur ei quod in psallegato 1. Paral. 13. legitur: Congregauit Dauid vniuersum Israel à Sihor Aegypti vsq; dum ingrediaris Hemath, vt adduceret arcam Dei de Cariathiarim. Insuper quod dicitur, populum Israel primò congregatum in Cariathiarim ad Dauid, incertum est, imò nec consonum esse apparet ei quod in præmemorato libro Paral.

ral. fertur. Ait David ad vniuersum cœtum Israel: Si placet, mittamus ad fratres nostros reliquos in vniuersas regiones Israel, & ad sacerdotes, vt cœgredient ad nos. Vnde apparet q̄ cœgregati fuerunt ad David, in loco quo erat qn̄ hæc dixit ac nuncios misit, vt pot̄e in Hierusalēne in aliqua scriptura authentica reperiri videtur, q̄ in Cariathiarim ad David collecti sunt. Hinc quoq; Pet. C6. hist. li. 2. Re. ca. 9. Magister in hist. circa hunc passum testatur: Gabaa non est hic nomen vr̄bis aut loci, sed secundum interpretationem suam significat collem. Itaq; dato q̄ arca fuerit de Cariathiarim ad alia loca translata, anteq̄ David transfudit eam, magis tñ tenendū esset, q̄ ad Cariathiarim fuit redu-
cta, q̄ q̄ David reduxerit eam de oppido, quod Gabaa dicitur. Glossa quoq; super psallegatū Paral. librum asserit arcam reduciāam per David à Cariathiarim vr̄be, de qua fuit Vrias propheta, quē occidit Ioachim rex Iuda, vt habetur Hiere. 26. Fuitq; Cariathiarim hæc, vna de vr̄bibus Gabonitarum, vt Iosu. 9. describitur. David aut̄ & ois Israel ludebant coram dño. I. i. deuote psallebant. Vnde 1. Paral. 13. dicitur: David & vniuersus Israel ludebat coram dño om̄i virtute in canticis. Illud ergo est intelligendum de ludo virtutis, de quo & infra fatetur David: Ludam, & villoriam plus q̄ factus sum. De quo & Prouer. 8. sapia loquitur: Delestat abar per singulos dies, ludens coram eo om̄i tēpore, ludens in orbe terrarum. Est ergo ludus deuotionis, q̄ est patriæ actus. Deniq; etiā secundū philosophum, specialis est virtus, per quam homo bene se habet in ludis: id est: non ois ludus, est ludus dissolutionis. De hoc Durandus in Summa sua pleniùs scribit. Ludebat ergo in oibus lignis fabricatis, Ii. musicis instrumentis de ligno formatis, in oibus inquam quę habebant, & quorum vsus ad hoc erat cōueniens. I. & citaris & lyris, Ii. symphonijs, & tympanis & sistris & cymbalis. Tympanum dicitur ligneum instrumentū, in quo extēditur corium ad bene sonandum. Sistrum dicitur tuba. Cymbala ex concussione ad intucēm sonum reddunt ad bene sonandum. Sistrum dicitur tuba. Cymbala ex concussione ad intucēm sonum reddunt ad bene sonandum. Sistrum dicitur tuba. Cymbala ex concussione ad intucēm sonum reddunt ad bene sonandum.

Pet. C6. hist. li. 2. Re. ca. 9.

1. Par. 13.

pet. C6. hist. li. 2. Re. ca. 9.

Iose. lib. 7. an. lu. ca. 4.

Hieronymus.

Num. 4.

Pet. Co. hist. li. 2. Re. ca. 9.

1. Reg. 6.

de equitate diuina. Et vocatū est nomen loci illius, percussio Oza; vsq; in diem hęc. In Paral. 13. dicitur, diuiso Oza, sed redit in idem: quia per illam percussione fuit Oza diuisus & subtrahus ab Israelitica plebe. & forsā verbum illud Hebraicum, designat vtrūq;. Creditur quoq; q̄ Oza per temporale illam percussione purgatus sit, & dānationem euasit, nam est repente obierit, potuit tñ in tēpore illo per modico penitere, præsertim dum manum suam, brachiumq; & humerum sensit arere. Et extimuit, ex corde valdē timuit David dñm in die illa, dicens: Quō ingredietur ad me arca dñi? Ad domum meam, seu ad arcem Sion, aut vr̄bem Hierusalē in introducere eam nō audeo, ne forsitan ob aliquam culpam meam merear percuti, & indignus sim arcæ præsentia. Itaq; ex effectu diuinæ iustitiæ motus fuit ad reuerentiā Dei timorem. Etenim felix quem faciunt aliena damna peritum. Et Prouer. 14. scriptum est: Pestilente flagellato, stultus sapientior erit: quanto magis sapiens? Et noluit ad se diuertere arcam dñi in ciuitatem, videlicet David, sed diuertit eam in domū Obededom Gethæi: I. in suburbio posuit eā in domo Leuitæ Obededom, qui vocatur Gethæus, quia ad tempus in ciuitate nomine Geth creditur commoratus. Porro secundū Petrum Comestorem, Obed Edom, duæ sunt dictiōnes. Nam ita exponit, Posuit arcam in domo Obed filij Edom. Alij dicunt, q̄ vna sit dictio, quod verius æstimatur, & Hieronymo ac Hebræis plus consonum. Nempe vt ait Glossa, Obededom interpretatur seruiens homo, qm̄ Obed interpretat seruiens, Edom homo. Si aut̄ essent noia duo, Obed Edom, interpretaretur seruiens hominis. Est quoq; consuetudo scripturæ, q̄ exprimendo nomen filij alicuius ac patris sui, interponat hoc nomen, filius, sicut cū dicitur David filius Isai, vel aliqd tale apponat, quo designatur, q̄ vnus sit filius, alius pater. Et habitauit arca dñi in domo Obededom Gethæi tribus mensibus. Et benedixit dñs Obededom & oēm domum eius. Dicunt aliqui q̄ Deus benedixit ei ac suis domesticis, quasi symmisra sua, dando ac multiplicando eis temporalia bona. Vnde Magister in hist. refert, Dicunt Hebræi, q̄ vxores eius ac nurus pepererunt masculos, & iumenta duplices factus. Alij dicunt, q̄ benedixit eis in temporalibus ac spiritualibus, qm̄ arcam cum reuerentia ac deuotione suscepert & custodierunt. Temporalia aut̄ non sunt præmium sufficiens & condignum operis virtuosum. Nunciatumq; est regi David, quia benedixisset dñs Obededom & oia eius. Si in solis spiritualibus benedixisset dñs illis, hoc non fuisset tam citō & euidenter cognitum alijs, propter arcam Ii. propter deuotam & condecētem arcæ susceptionem. Dixitq; David, & reducam arcam cum benedictione Ii. cum laude diuina. Vel, cum benedictione, i. si diuina mercede, [in domū meam,] sperans q̄ dñs benedicet mihi, ac domui meæ propter arcam, quæadmodum benedixit Obededom. Abijt ergo David, & abduxit arcam Dei de domo Obededom in ciuitatem David cum gaudio. Porro quod subditur, Et erant cum dauid septem chorij, & vitima vituli, non est in Hebræo, quod tñ breuiter potest exponi, vt per choros intelligantur distinctæ congregationes seu ordines canentium atq; psallentium Deo. Corus quoq; est nomen mensuræ plene similia, i. delicatissima farina, quam obrulit David, & continet decem ephi, i. triginta modios, vt patet Ezech. 45. Kursus chori vocantur musica instrumenta fistulas duas habentia, in quarum vnā intronmittitur ventus, & per aliam emittitur sonus. Per victimam vituli, intelliguntur hostiæ, seu ipsi vituli ad sacrificandum adducti. Cumq; trāscedissent Ii. velociter pertransissent, equi portabant arcam dñi, Iputā Leuitæ, q̄ ex Oza percussione edocti, recordati sunt legis, & arcam suis humeris portauerunt, [sex passus, immolabant bouem & ouem & arietem] Deo in sacrificium, quæ immolatio fiebat manibus sacerdotum, [& David percutiebat in organo armigatis, Ii. ad arctum, humerūmve ligatis, vt fieri in organo portatilibus solet. Vel secundum non nullus, genus est organi, quod fit cum aqua, quia non sonat nisi habeat aquam, itaq; aqua ponitur in concauitate, & sonum reddit. Et saltabat totis viribus ante dñm, I q̄ ex interiori lætitiæ, deuotiōisq; seruidæ exuberantiæ, fiebat in corpus eius redundanti deliciofa, nec internam illam deuotissimam iucunditatem ac feruentissimam deuotionem reprimere quiuuit, qm̄ fors erunt perer, & per certa iudicia monstraretur: nec regis suæ potestatis altitudinem attendebat, sed ex cōmemoratione pietatis diuinæ & beneficiorum eius super Israeliticum populū, inebriatus fuit lætitiæ spiritali, nec corā populo saltare erubuit. Porro David accinctus erat ephod lineo: Iquo ex humilitate vestitus est, tanq̄ superpellicio quodam super regalia indumēta, imō vt etiam regalia exueret in signia. Eratq; vestis Leuitarum seu prophetalis, qua vti solebant prophete & filij prophetarum, prout istud 1. Paral. 13. fuit expositum, vbi etiam continetur, q̄ David indutus fuit stola byssina præter ephod. Et David & ois Israel Ii. quidam de oibus deducebant arcam testamenti dñi Ii. arcam in qua positæ erant tabule testamenti, in quibus scriptus erat decalogus, vt in Exodo & alibi in multis legitur locis, [in iubilo Ii. cum inestabili quadam hilaritate, Et in clangore buccinæ Ii. cum sonitu buccinarum, imō & cum aliorum musicorum symphonijs in instrumentorum, vt hic & 1. Paral. 13. scriptum est. Cumq; intrasset arca dñi in ciuitatem David, Michol filia Saul prospiciens per fenestram, vidit regem David subsistentem, Ii. sursum sal-

for. symmy stis suis, pet. C6. hist. li. 2. re. ca. 9.

Exo. 25.

tantem, [atq; saltantem coram dño.] de loco ad locum, ex mira deuotione atq; interna hilaritate, sicut adhuc interdum contingit quibusdam deuotis personis, q; improuise ac subito qñq; impletur tanta alacritate, deuotione & iucunditate, q; præ uehementia se nequeunt cōtinere, sed cursu, saltu, tripudio interiorem suam dispositionem ostendunt. [et despexit eum in corde suo.]

Rom. 8. quia superba fuit, sicut & pater eius, & huius mundi spm̄ habuit: ideo non capiebat ea quæ Dei erāt, & regem contempsit, quia non iuit in tanta processione cum regio apparatus ac ornamentis regalibus, & qm̄ ita se conformauit Leuitis in habitu, psalmodia, & musico instrumento. Sed & bonis moribus videbatur talis saltatio esse contraria: quod utiq; sic fuisset, nisi ex tam uirtuosa radice & supernaturali instigatione processisset. [Et introdixerūt arcam dñi, & impouerūt] sacerdotes [eam] in loco suo in medio tabernaculi, quod tetenderat. i. parauerat [ei] Dauid, p̄ prout i. Paral. scriptum atq; expositum est. Cùm em̄ Leuitæ arcam deponebant, acceperunt eam maiores sacerdotes. [Et obtulit Dauid holocausta coram dño.] per manus sacerdotum. Holocausta aut erant sacrificia, quæ ad diuine reuerentiam maiestatis totaliter incendebantur. [et pacifica.] hostias p̄ pace cōseruanda aut obtinēda. [Cūq; cōplessit offerēs holocausta & pacifica, bñdixit populo in nomine domini exercituum,] imprecando subditis suis prosperitatem, gratiam & uirtutes, quod facere potuit ut rex, cuius est pro bono communi sollicitari ac de precariis cerdotibus verò, præsertim pontifici, competeat ex proprio officio spiritali autoritate benedicere populo, ut Numer. 6. habetur. [Et partitus est vniuersæ multitudini Israel, tam viro quam mulieri,] i. vnicuique personæ. propter quod subditur: [singulis collyridam panis vnam.] Collyrida panis, uocatur panis triangularis ac modicus seu tenuis panis, qui in Paralip. dicitur torta. Aliqui tamen dicunt, quod sit panis quadratus de simila factus, & in faragine frixus. [et assaturam bubalæ carnis vnam,] i. frustum seu portionem carnis assatæ sumptæ de boue, vel magis de bubalo, quorum vtrunque mūdum erat & esui aptum secundum legem, ut Leuit. 11. patet. [et similia frixam oleo.] Jex similia nanque aquæ admixta fiebat pasta, quæ consequenter frigebatur in oleo, & fiebat panis suauis. [Reuersusque est Dauid, ut benediceret domui suæ.] i. prouideret rei familiari atq; domesticis, & bona imprecaretur eisdem. Nam (ut ait apostolus 1. Tim. 5.) si quis suorum, & maximè domesticorum curam non habet, fidē negauit, & est infideli deterior. [Et egressa Michol filia Saul in occursum Dauid, ait:] ironice & superbe: [Quam gloriosus fuit rex Israel hodie,] quasi dicat, ignobilitate & inhonestè se habuit, [discooperiens se.] i. regalibus vestimentis & ornamentis se nudans, [ante ancillas seruorum suorum,] i. coram pauperculis & minis, [et nudatus est.] regio apparatus ac habitu, [quasi si nudatus de scurris.] i. nebulonibus aut vilibus mimis. [Dixitque Dauid ad Michol,] iniustam reprehensionem inferioris patienter ac mititer ferens: [Viuat dominus quia ludam ante dominum,] i. coram Deo in laudibus eius labor, [qui elegit me.] ad regnandum super Israel per meipsum & per posteros meos, & etiam ad diuersa gratiarum charismata, [potius quam patrem tuum.] Saul, [et quam omnem domum eius.] id est, quemcumque de eius tribu aut sobole seu cognatis, & præcepit mihi ut essem dux super omnem populum domini in Israel. Et ludam & villior fiam.] i. humilior, plūs quam factus sum, i. plūs quam feci, conformabo me inferioribus in Dei obsequio ac humili habitu. [et ero humilis in oculis meis.] i. modicus & vilis propria reputatione, quoniam omne bonum Deo grata mente ascribam, & quo plura atque maiora ab eo dona suscepero, ei amplius ero subiectus. Hoc fuit propositum sancti Dauid, quod & fideliter adimpleuit, quanuis postea in dinumeratione populi ad horam elatione deceptus sit, [et cum ancillis, de quibus loquuta es, gloriosior apparebo.] Hoc quidam exponunt de secundarijs vxoribus Dauid, dicentes, quod Michol ex superbia appellauit eas ancillas, & de illis procreauit Dauid sobolem copiosam, pulchram, insignem. Cui expositioni videtur consonare quod sequitur: [Igitur Michol filie Saul non est natus filius.] i. aliqua proles, [vsque ad diem mortis suæ.] Tanquam dicatur, propter arrogantiam suam priuata est fructu vteri sui. Sed Rabbi Paulus hoc reprobatur, quoniam Michol vxores Dauid non vocauit ancillas seruorum Dauid, ideo sic exponit, Cum ancillis, de quibus loquuta es, gloriosior apparebo, i. honorabilior, quoniam qui se humiliat, exaltabitur. Et Prouer. 15. scriptum est: Gloriam præcedet humilitas. Porro quod dictum est, Michol filie Saul non est natus filius vsque ad diem mortis suæ: quidam exponunt, dicentes, quod post hoc tempus non habuit prolem ex Dauid, quanuis ante habuerit filium ex eodem: quia quod supra legitur, Dauid habuisse filium de Egla, de Michol intelligunt. Quidam verò affirmant sic debere exponi, Michol non est natus filius vsq; in diem mortis suæ inclusiuè, id est, quousque in partu occubuit. Iosephus verò intelligit sic, q; Michol nunquam habuit filios ex Dauid.

Rom. 8.

1. Paral. 15.

1. Paral. 15.

2. Reg. 24.

R. Paulus

Luc. 14. 18.

2. Reg. 3.

Ioseph. lib. 7. an. 11. ca. 4.

De mystico eiusdem cap. 6. intellectu. Art. 11.

Sicut per Dauid intelligitur Christus, seu quocunq; idoneus eius prælatu, imò & qlibet re & nomine, fide ac opere Christianus: ita per arcam designatur ecclesia, & item Christi humanitas, ac

ac etiam sacra scriptura. Itaq; per hoc q; Dauid cōgregauit oēs electos ex Israel, triginta millia, & simul cū eis adduxit arcam de domo Abinadab in ciuitatē & montē Sion & arcē Hierusalem, p̄figuratum est, q; dñs & saluator cōgregauit per fidē & gratiam p̄electos ex Iudaismo, qui per fidem super benedictiā trinitatis, obseruantiamq; decalogi Deo cōplacuerūt. Et retē per triginta millia exponunt, atq; per eorū obsequiū ac sermones, adduxit veteris testamēti scripturā ac fidē incarnationis filij Dei, de synagoga ad Deo relicta, ad primitiuā ecclesiam, de qua ad Hebræos Hebre. 12. ait apostolus: Accessistis ad montē Sion & ciuitatē Dei uiuentis, & ecclesiā primitiuorū qui cōscripti sunt in cælis. Huic nanq; ecclesiæ cōtulit spiritus sanctus intelligētiam scripturarū verissimā, Iudæis in sua literali superficie excæcatis. [Posueruntq; arca super plaustrū nouum.] Nouum plaustrū fuit princeps apostolorū, imò & vnusq; ap̄stolus, virq; perfectus, eo utiq; modo quo Helisæus dixit Helizæ, & Ioas rex Israel Helisæo: Pater mi, pater mi, currus Israel & auriga eius. Ta 4. Reg. 2. 4. Reg. 3. les nanq; plati instar q̄driq; portant, & tanq; auriga dirigunt subditos suos ac imperfectos. Apostolis ergo, potissimum beatissimo Petro, imposita est arca, i. scriptura & Christi humanitas, qm̄ iuxta doctrinā & prædicationē illorū cæteri acceperunt scripturas, fidemq; in carnationis uerbi æterni. [Dauid autē & omnis Israel ludebant corā dño.] Sic Christus secundū quod homo, & eius discipuli ac primitiua ecclesia, in exordio euangelicæ p̄dicationis Deum multiformiter laudauerunt in hymnis & psalmis, ac spiritalibus canonicis, in mortificatione carnis, & cōsonantia morum, omniq; actu uirtutū. Corporaliter quoq; & quasi ad literā, ista fiunt in processione ecclesiæ, & deportatione dignissimi sacramēti, in quibus fideles, eorūq; principes ac plati per se aut per subditos suos personat, atq; altissimo benedicit in musicis instrumentis & hymnis, psalmis & canticis. [Postq; autē uenerunt ad arcē Nachon, extendit Oza manū ad arcē, & tenuit eā, qm̄ calcitrabat boues, & declinauerunt eā.] Per arcē Nachon intelligi potest ecclesia hereticorū loquax & pertinax, ac semper parata ad resistendū documētis catholicorū: Nachon qui ppe, p̄paratus interpretat. Per boues uerò lasciuos & calcitrantes, intelligunt doctores & p̄dicatores ad uitia carnis & ad rebellionis crimina cōrruentes, q; arcē declinant, qm̄ Christi humanitatē inhonorant, & ueritatē scripturæ ad propria deprimunt cōmoda. Tunc Oza arcē sustentat, dū fidelis quisq; fide catholicus, sed cōuersatiōe indignus, sermocinari p̄sumit, & ad sacramēta accedere nō uerē, cū tñ dicat propheta: Peccatori dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas? Et in Euāgelio Christus: Nolite sanctū dare canibus, neq; margaritas uestras proiciatis ante porcos. Iratusq; dñs, percussit eū super temeritate. Ecce si ita percussus est, qui bono zelo, quis non satis discreto, arcam dñi rem inanimatā & ligneam sustentauit: quantā damnationē merent ac sustinebunt, q; scripturas sanctas subuertunt, & falsè exponunt, aut corpus & sanguinē saluatoris maculata conscientia cōsecrare, tractare aut sumere nō formidat, cū tñ dicat apostolus: Quicumq; manducauerit panē hunc, vel biberit calicē dñi indigne, reus erit corporis & sanguinis dñi? Si tāta fuit iniquitas, irreuerenter se circa figuram habere: q̄ uitiosum est, circa rē figuratam tam diuiniſsimā inuisit se gerere? Deniq; si iuxta quorundā expositionem ita percussus est Oza ob arcē contactū, qm̄ nocte p̄cedente cum sua dormiuit vxore: q̄ intoleranda instat damnatio incōtinentibus ac lasciuis presbyteris aut cōmunicantibus, qui nō obstantibus suis obscenitatibus & inquinamentis turpissimis, ad spiritualissima ac diuiniſsima saluatoris mysteria cōsecranda, tradenda aut suscipienda audēt p̄cedere? [Et extimuit dñm Dauid.] Sic vnusquisq; sapiens Christianus, ex cōsideratione dñationis reproborum sacerdotū carnaliū, atq; indigne cōmunicantiū, metuere debet ac retrahi ad celebrationē & cōmuniōe, quousq; præparauerit se pro posse, & interim alios magis deuotos debet ad sacra mysteria participanda hortari. Abstinere etiā debet ab immoderata perſcrutatione scripturæ ac mirabilium Dei: qm̄ sicut qui multū comedit mel, non est ei bonum: sic perſcrutator maieſtatis, opprimeſt ad gloria. [Nunciatumq; est regi Dauid, q; benedixit dñs domui Obededom.] Omnis em̄ deuotē celebrantibus & cōmunicantibus Deus largit gratiarum suarū charismata: quo cognito, quicumq; platus seu princeps ad sacrā cōmuniōe accendit, sicq; per arcē reductionē p̄figurata est processionalis circūductio sacramēti, in qua cū plato sunt diuersi chori psallentium, & cū interiori ac exteriori deitatis laudatione, symphonia & deuotione deducit sacramētū. Ipsi quoq; fideles offerunt Deo corpora sua & corda hostiā sanctā, uiuam, ac Deo placentē. [Et Dauid saltabat totis uiribus ante dñm.] Salubriter totis coram deo uiribus saltat, q; de uirtute in uirtute progreditur, feruidè proficit, atq; celeriter crescit in omni uirtute & gratia, q; fursum sunt quærens & gustans, non carnalia ac terrena. [Indutus ephod lineo.] i. casti monia corporis & byssina stola, i. cōscientiæ puritate. [Et posuerunt arca in loco suo.] Sic sacra scriptura & Christi mysteria uirtuosis personis sunt infundenda, purisq; cordibus cōmittenda. [Et benedixit Dauid populo:] sic præfidentes imprecari debent subditis suis bona gratiæ in præsentia, & dona gloriæ in futuro, ac toto cordis affectu pro illis orare, spiritalia quoq; alimēta, imò & corporalia ipsis impendere, pacendo illos scientia & doctrina, omniq; necessaria refectione.

Hebre. 12.

4. Reg. 2. 4. Reg. 3.

Psal. 49. Matth. 7.

1. Corin. 12.

Prouer. 26.

Roman. 12. Psal. 82. Coloss. 3.

[Reuerfusq; Dauid, vt benediceret domui suæ.] Sic vnusquisq; qui preest, specialem debet solitudinem gerere de suis domesticis, eosq; in formare, corrigere, educare, vt sint ceteris omnibus exemplares. Domus namq; platorū ac principum, q̄si in specula posite sunt: & quod inibi agit, ceteri sibi licitum arbitrant. Sicq; ex domesticis superiorū, inferiores s̄cipue edificatur aut scandalizant. [Egressa aut Michol, &c.] Sic arrogantes & mundi honores ac comoda exquiretes, iustorum ac deuotorū simplicitatē & humilitatē deridet, & stultitia eis videt, ea despicere q̄ ipsi appreciant. Propter quod sanctus Iob dixit: Deridetur iusti simplicitas. Vnde, vt infra quarto lib. habet: Principes dixerunt ad Iehu de adolescente misso ab Helisæo: Quid venit insanus iste ad te? Et ad Ezechielē dñs dixit: Portentū te dedi domui Israhel. Apostol⁹ quoq;: Tanq̄ purgamētum (inqt) huius mundi facti sumus. Idcirco in fine dicturi sumus impij: Nos insensati, vitam illorū æstimabamus insanā. Meritō igit dictum est, q̄ sapientia huius mundi inimica est Deo: q̄ itē prudētia carnis, mors est: qm̄ amatores mundi, veram & salutarē sapientiam reputant fatuitatē. Qui ergo vult reputari inter veraciter sapientes, & esse discipulus sapientie salutaris, nequaquam agere accipiat si derideat ab alijs. Quod si agere susceperit, insipientiam suam ostendit. Doctrina etem seu sapientia viri, per patientiā nascitur. Ideo tanto vnusquisq; minū sapienti esse censetur, quanto impatiētior inuenit. Propter quod Salomon est loquutus: Qui patiens est, multa gubernatur prudentia: qui aut impatiens est, exaltat stultitiam suā. Itaq; si taliter increpamur, attendamus & imitemur responsonē mitis & humilis Dauid, qui ait: Viuit dñs, quia ludam ante dñm, hoc est, in Dei obsequio gloriemur, ita vt cor nostrum & caro nostra exultent in Deum viuum, omnisq; dissolutio ludicra, sit procul à nobis. [Et vilior fiam plūs quā factus sum.] Sic & nos humilitemus nos ipsos etiam in aliorum presentia, nec publicē corripī aut vilipendī ab horremus, nec propter opprobria hominum celsēmus ab actibus virtuosis, imō potius accendamus ad eos copiosius exequendos. Ecce Dauid qui leonem vicit & vrsū, & in pueritia sua fuit vnctus in regem magis q̄ aliquis fratrum suorum, inrer quos iunior fuit, qui & spiritu floruit pphetiæ, iniuste obiurgatus à cōiuge, tam mansuetē suscepit, humiliterq; respondit: quanto magis patienter nos ferre oportet, dum iuste & à superioribus increpamur, & quo plura ac eminentiora quis dona desuper est sortitus, eo humiliorem & patientiorem se præbeat, & per humilitatis custodiam, ab omni se reprimat vanitate, & sicut humilis est in proprijs oculis, sic coram alijs humiliari, atq; ab eis vilis æstimari nequaquam recuset. Sunt em̄ nonnulli qui proprijs verbis se ipsos humiliant: sed si tale quid ab alijs audierint, indignantur. Sunt etiā quidam, qui de sua humiliatiōe & patientia inaniter gloriantur, nec Deo ascribunt humiliter, quicquid ab eo acceptum clemētē. ¶ Expositio literalis cap. 7. Factum est autem cum sedisset rex.

Job 12.
4. Reg. 9.
Ezech. 12.
1. Corin. 4.
Sapient. 5.
Jacob. 4.
Roman. 8.
Prouer. 19.
Prouer. 14.
Psal. 83.
1. Reg. 7.
2. Reg. 6.
1. Reg. 23. 26.
Prouer. 3.
2. Reg. 5.
Exod. 26.
Exod. 40.
Numer. 3.
4. Reg. 4.

Hic recitatur, qualiter sanctus Dauid cupiens deo gratias consistere, ac census zelo diuini honoris, desiderauit Deo construere templum præclarum. [Factum est autē cum sedisset rex] Dauid [in domo sua,] i. in suo regali residet seu moraret palatio ac regio throno, & dñs dedisset ei vndiq; requiē ab vnueris inimicis suis, i. aduersariis eius ei subiecisset, ita q̄ nec sibi nec regno suo audebant inquietudinem per resistentiam generare: vnde frequenter dictum est primo lib. Saluauit dñs Dauid in omnibus ad quæcūq; perregerat: [dixit ad Nathan prophetā,] in quo sciuit esse spiritum Dei, ideo voluit eius consilio vti. Nam scriptum est: Ne innitaris prudentiæ tuæ. In quo innotescunt sapientia atq; humilitas Dauid regis, qui licet plenus existeret spiritu dñi, & tantæ excellentiæ esset, nihilominus de agēdis voluit cum inferiori cōsulere & cōferre: quo quorundā in oculis proprijs prudentiū reprobatur p̄sumptio, qui omnia secundum capitis sui cōceptum agere molunt: ideo s̄p̄t falluntur, & sibi ac alijs inueniuntur periculosi. [Vidēs ne ego habitē in domo cedrina,] i. in palatio de cedris & alijs lignis preciosis cōstructo, vt iam patuit, & arca Dei posita sit in medio pellis? i. pellibus talibus inuoluta, qualibus secundum legē est inuoluenda. Quasi dicat, Cū sis sanctus ppheta, & videas ista, mirum q̄ nō hortaris me ad edificandum dño concedens templum, in quo arca reuerter locetur, cum non deceat me hominē mortalem habere atq; inhabitare domum præclariorē q̄ Deum, qui iussit arcam suam in tabernaculo suo locari intra sancta sanctorū, prout in Exodo legitur. Porro de inuolutione arcæ in Numerorū libro scriptum est: Deponēt velum quod pendet ante fores, inuoluentq; eo arcā testimonij, & operient rursus velamine hyacinthinarum pellium, extendētq; desuper pallium totum hyacinthinū. [Dixitq; Nathan ad regē,] cuius propositum putauit religiosum & Deo cōplacitum: [Omne quod est in corde tuo, vade & fac,] i. quicquid de hac re deretūsi operari, exequere, [qm̄ dñs tecum est.] i. gratiosē te dirigat. Hoc responsonem protulit Nathan spiritu humano, non prophetico ac diuino, quod tñ putauit se dicere ex diuino insinātū. Cautius autē egisset, si ante responsonē suam petisset reuelationē a dño. Vnde circa hæc dicit Glossa: Patet q̄ pphetiæ spiritus nō semper metes prophetarū irradiat, propter quod Helisæus propheta infra testatur de Sunamite: Anima eius in amaritudine est, & dñs nō indicauit mihi. [Factum

[Factum est autem in nocte illa,] videlicet statim sequente, [et ecce sermo domini ad Nathan,] dicens: i. reuelatio desuper facta est, loquens in interiori sensu & intellectu Nathan prophete, & ipsa reuelatio fuit illa loquutio, quæ angelico ministerio facta est, vel in vigilia aut in somno. Et si in vigilia, tunc ad exteriorē sonabat auditum: si verò (quod magis apparet) in somno, tūc sonuit intus. Facta est quoq; in nocte, qm̄ tempus nocturnum ad suscipiendas reuelationes est aptius, exterioribus sensibus quietatis ac dato silentio. Propter quod scriptum est: Per somnium in visione nocturna aperit Deus aures viro rum. Hinc in Euangelio recitatur: Angelus apparuit in somnis Ioseph, dicens. Deniq; in creatus sermo Dei patris, videlicet verbum æternum, loquutus est Nathan prophete per angelum, quædammodū Apocal. 22. cōtestatur: Ego Iesus misi angelum meū testificari hæc. [Vade,] postq̄ surrexeris, [et loquere ad seruū meum Dauid:] Hæc dicit dñs, Nunqd tu edificabis mihi domū ad habitandū? i. non volo vt cōstruas mihi templū. Cuius vna subiungit ratio: [Neq; em̄ habitauī in domo] i. templo seu tabernaculo fixo, ex lignis lapidibusq; formato, importabili & non moto, [ex die illa qua eduxi] filios Israhel de terra Aegypti vsq; in diē hanc, sed ambulauī in tabernaculo] Mosi quod fuit portabile, nec diu stetit in loco vno. Dicit aut inuariabilis & incircūscriptibilis Deus habitare & ambulare in domo aut tabernaculo, per pietatis & gratiæ suę effectus. [Et in tentorio] hoc est, papilionibus filiorū Israhel, [per cuncta loca q̄ transiui cū omnibus filijs Israhel] tempore Mosi ab Aegypto vsq; cāpēstria Hiericho. Vnde in Exodo Moses legitur exorasse: Si nō tu ipse pcedes nos, ne educas nos de loco isto. In quo em̄ scire poterimus inuenisse nos gratiā in cōspēctū tuo, nisi ambulaueris nobiscū? Itaq; cum sedenti bus dñs sederet, cū ambulanti bus ambularet, cū habitantibus cōmorat, in quantum sedentibus, ambulanti bus, aut habitantibus misericorditer adest, cooperat, & puidet. Vnde in Geneſi loquit Iacob: Dñs fuit socius itineris mei. [Nunqd loquēs locutus sum ad vnā de tribubus Israhel,] cui p̄cepi, vt pasceret populū meū Israhel, i. ne cālicui tribui Israhel, neq; alicui personæ earū, cui personæ aut tribui iussu p̄siderē Israheliticę plebi, locutus sum, [dicens: Quare nō edificasti mihi domū cedrinā?] hoc est, nulli iudicū istud p̄cepi, aut q̄ istud nō fecerit, impropertui vel inrepaui. Circa hoc scribit Lyra: Ideo dicit ad vnā de tribubus & c. q̄ de omnibus ferē tribubus fuerūt aliq̄ pastores populi Israhel. De tribu Levi, Moses & Aaron. De Ephraim, Ioseph. De Iuda, Othoniel. De Manasse, Iepthe. De Benjamin, Ahud & Saul. De Nephthalim, Barach. De Zabulon, Ailon. De Isachar, Thola. De Dan, Samson. Veruntū de tribubus Ruben & Simeōis & Gad, nullus legē generaliter p̄fuisse. Deinde narrat in textu q̄ plau⁹ est, qualiter deus pius ac liberalis bonū ppositū Dauid acceptauit ac remunerauit. [Et nūc hæc dices seruo meo Dauid:] Hæc dicit dñs exercitū: Ego te tuli de pascuis sequente gregē, i. cū pasceres oues & pecora patris tui, iussu per Samuelem vocari de prato, & vngi in regē, iuxta illud in Psalmo: Elegit Dauid seruū suū, & susculit eū de gregibus ouiu, de post tœtantes accepit eū. [Vt esses dux super populū meū Israhel,] & fui tecū in omnibus vbicūq; ambulasti te dirigendo, p̄tegeō, ac miserēdo, & interfeci vnuerfos inimicos tuos: hoc est, quosdā de omnibus, vel principales aduersarios tuos, quos permisi aut feci occidi, & facie tua, i. à tua p̄sentia, vel per te, dando tibi potestātē p̄ualēdi in bellis, [feciq; tibi nomen grande iuxta nomen magnorū q̄ sunt in terra] hoc est, per dona q̄ cōtuli tibi, putā per dona græ gratificatis, ac gratis datæ, per regiā potestātē, & triūphos assiduos, ac reliq̄ beneficia mea feci te valde famosum, instar maiorū, q̄ fuerunt aut sunt in orbe terrarū. Nā feci te magnū regē, magnū pphetā, magnū sanctū, magnū patriarchā, & sapientissimū virū. Hinc 1. lib. Paral. Dauid factus: Fecisti me spētabilē super oēs hoies, & super illud eiusdē cap. Feci q; tibi nomē grande quasi vnus magnorū q̄ celebrant in terra, dicit glossa interlinearis, Abraham, Isaac, Iacob, Mosi, Iosue, quorū noīa sunt famosa. [Et ponā locum populo meo Israhel,] i. locū diuini cultus seu tēplum eis p̄stabo, ac faciā per filium tuū. Stabilem quoq; eis cōferam mansionē in terra p̄missionis, idcirco subiungit: [Et plātabo eum,] i. firmiter faciā cōmorari, [et habitabo cum eo,] i. in eorum corde per grām, atq; in templo per multiplicē meā potestatis ac misericordiæ actionē, [et nō turbabit amplius,] hoc est, more solito nō ingetabit, expellet, aut opprimef, [nec addēt filij iniquitatis,] i. gentes idololatræ in vestro circuiu demorates, q̄ propter scelera sua & infidelitatē potissimē dicunt filij iniquitatis, q̄si totaliter mancipati, ac subiecti peccatis, sicut de Antichristo dicit Apostolus: Nisi reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis. Vnde & Elihu loquēs de sancto Iob, quē putauit prauissimū esse hypocritā ac blasphemum: Pater, inqt, mi, ne desinas ab homine iniquitatis, qui addit super peccata sua blasphemiam. [Vt affligant eum sicut prius] fecerunt [ex die q̄ cōstitui iudices super populū meum Israhel,] i. Nā tēpore iudicū fuerunt filij Israhel s̄p̄t grauiterq; afflicti à vicinis idololatris, prout in lib. Iudicū recitat. ¶ Porro, tēporibus Regū nō fuerūt taliter tribulati, quanuis interdum, p̄sertim tēpore Babylonicæ captiuitatis, tēpore quoq; Antiochi, & postea diu fuerint dirē oppressi. In regno etiā decē tribuū fuerūt frequētes & magnæ afflictioēs, sed gens illa ob idololatriā suā non reputabat in populo Dei. Veruntū glossa videt sentire, ista ad

Matth. 2.
Iob 33.
Numer. 4.
Exod. 33.
Gene. 33.
Exod. 3. 4.
Iosue 1.
Iudic. 3. 11. 14.
1. Reg. 16.
Psal. 77.
1. Paralip. 17.
Ibidem
2. Theff. 2.
Iob 34.
Iudic. 1. 10.
1. Macha. 3.
Ite.

literam non esse impleta, nec posse exponi de filiis Israel pro tempore David aut Salomonis. Nam in Iudicum libro legitur, quod sub Ahad iudice habuerunt quiete & pace annis octoginta, nec tempore Regum legunt quietuisse tot annis, sicque videre intelligendum de filiis Israel conuersis ad Christum. Et per primitiam ecclesiam, & de spirituali eorum pace, quiete ac stabilitate, quas impij non poterant auferre, quoniam illud Esaiæ impletum est: Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciam, & in requie opulenta. [Et requie dabo tibi ab omnibus inimicis tuis.] In uniuersos hostes tuos visibiles ac inuisibiles, faciam ab impugnatione tua deficere ac cessare, ita quod tibi non preualebit finaliter. Veruntamen inuisibiles inimici interdu ad tempus preualeverunt, quoniam (ut infra patet) grauiter est transgressus. Verum post vitam presentem plenius est requie hanc adeptus. [Predicitur tibi dominus.] per me tibi pronunciat, quod faciat tibi domum dominus fidelis, in notabile ac regia posteritate, opulenta, copiosamque sobole. Sic & in Exodo legit dominus obstrictibus Hebraeorum edificasse domos, quod dominum timuerunt. [Cumque completi fuerint dies tui,] in bonis operibus eos expederis. Plenitudinem etenim habet dies & actus iustorum, inanes vero & vacui sunt dies malorum. Vnicuique quoque prefixus est certus dierum numerus, quibus uiuet, iuxta illud Beati Iob: Constituisti terminos eius quod preteriri non poterunt. [Et dormieris.] somno mortis [cum patribus tuis,] in quodammodo illi defuncti sunt, [suscitabo semet tuum post te,] quod egredietur de utero tuo. Doctores catholici, Augustinus, Isidorus & Glossa, vident sentire, ista non posse exponi de Salomone ad literam. Primum, quoniam paulo post subdit, Stabilitatem thronum regni eius usque in sempiternum, quod non est in Salomone impletum. Secundum, quod subiungit: Ego ero ei in patre, & ipse erit mihi in filio, quod ad Hebraeos allegat Apostolus ad Hebraeos perbandum Christi diuinitatem. Cumque secundum Augustinum perbatum non valeat, nisi ex sensu literali, videtur istud ad literam de Christo pronunciatum. Tertium, quod post addit, Misericordiam meam non auferam ab eo: quod non videtur in Salomone completum, quia peccauit grauissimè, nec de eius penitentia aliquid refert scriptura. Quartum, quoniam Salomon cepit regnare, & sedit in throno regali, David viuente ac intuerente, sicque non conuenit ei quod dicitur, Suscitabo semet tuum post te. Rursus, quoniam iam dictum est, Cum dormieris cum patribus tuis, suscitabo semet tuum post te, quod egredietur de utero tuo. Semet autem quod post mortem David à Deo est suscitatum, & de ventre eius egressum, non Salomon, sed Christus fuisse videtur. Pro horum concordia dicit S. Hieronymus, quod aliquid dicitur in scripturis de Salomone, in quantum fuit res quodammodo & homo particularis, puta quod fuit filius David ex Bethsabee: aliquid quoque fert de eo, in quantum fuit Christi figura, & talia plenius sunt impleta in Christo, quam Salomone, qualia sunt quae hic dicuntur. Sic & illud in Osee, Ex Aegypto vocaui filium meum, sanctus Euangelista Mattheus allegat de Christo predictum. Illud quoque in Exodo, de agno paschali descriptum, Ossa eius non confringetis, sanctus Ioannes euangelista de Christo inducit: Os, ingens non comminuetur ex eo. Hinc quidam scribit circa hunc locum: Salomon fuit figura Christi. Figura autem cum sit res aliqua, potest considerari tripliciter. Primum, ut res tantum in se. Secundum, ut figura alterius tantum. Tertium, secundum utrumque. Sicque aliqua in scripturis dicunt de Salomone secundum se, & ita non fuit figura Christi, sicut quod fabricatus est idola. Aliqua vero dicunt de eo, in quantum fuit figura Christi tantum, ut illud in Psalmo: Dominabitur mari usque ad mare, & ad flumine usque ad terminos orbis terrarum. Quod Salomoni non competit, quia non fuit monarcha, sed Christus. Alia dicunt de Salomone utroque modo, quae si verificata sunt de ipso, licet imperfectè, & de Christo perfectè, cuiusmodi sunt quae hic ponuntur in litera, saltè pro parte magna. Istud conuenienter dictum videtur, excepto eo quod presupponit preallegatum versiculum, Dominabitur mari usque ad mare &c. imò & Psal. illum, Deus iudicium tuum regi dabit, scriptum esse de Salomone ad literam: imò ad literam de Christo conscriptus est, secundum doctores catholicos, cum multa dicantur in Psalmo illo, quae nequaquam conueniunt Salomoni, videlicet: Et permanebit cum sole & ante lunam. Itemque, Coram illo percidet Aethiopes. Et Adorabunt eum omnes reges, omnes gentes seruient ei. Et, Ante solè permanet nomen eius. Et, Benedicetur in ipso omnes tribus terrarum. Itaque exponenda est litera ista primum, quantum fieri potest, de Salomone. [Cumque completi fuerint dies tui,] suscitabo femem tuam post te. In Salomone filium tuum, te defuncto, cleuabo & confirmabo in regno. Quamuis etenim, viuente David, Salomon fuerit vnctus in regem, & sederit in solio regni, ut infra habet, tamen post mortem David, principatus Salomonis cepit omnibus divulgari, & dominatu patris sui sublimior atque potentior fieri, iuxta illud lib. 1. Paralip. Magnificauit dominus Salomonem, & dedit ei gloriam regni, qualem nullus habuit ante eum rex Israel. Hinc aliqui dicunt, quod quamuis Salomon, David viuente, fuit vnctus & in thronizatus in regem, non tamen firmiter stabilitus in regno, quousque defuncto David, & interfectis Ioab & Adonia, dissipati sunt qui Adoniae fauebant. [Quod egredietur de utero tuo] in. nascetur ex femine tuo secundum corpus, non quod anima traducatur cum semine: & quamuis mater ministraret substantiam factus, vis tamen formatiua & ratio seminalis, in femine patris sunt. Quamuis autem Salomon natus fuit ante obitum David, non tamen quoniam ista praedicebantur per Nathanaeum deo praedicta clausula, ad diuersa sunt tempora referendae. [Et confirmabo regnum eius:] Vnde infra habetur, firmatum est regnum eius

eius nimis. [Ipse edificabit domum nomini meo.] hoc est, templum ad laudem & gloriam meam. [Et stabiliam thronum regni eius usque in sempiternum.] in per omne tempus veteris testamenti, praesertim nisi posteritas sua peccato ponat obicem impleti, promissionis istius. Etenim sicut iacob praedixerat, non fuit in toto ablatus sepe trum de Iuda, & dux de femore eius non defecit pro posteris David, per totum usque ad tempus Herodis alienigenae & veri Messiae. Na & Machabaei ex vno latere erant de tribu Iuda. Potest quoque veraciter dici, quod thronus David ac Salomonis, sit perpetuatus in Christo, cuius regni non erit finis, quod de illorum natus est semine. [Ego ero ei in patre, & ipse erit mihi in filio:] hoc est, per gratiam adoptionis, & curam puissionis ero pater ipsius, & ipse erit filius meus adoptiuus, saltè ad tempus, & secundum presentem iustitiam. Salomon quippe longo tempore habuit se deuote. Na & infra habet, quod dominus dilexit eum, & à Nathan vocatus est amabilis domino. An verò etiam secundum aeternam praedestinationem fuerit talis, infra quaeretur. Hinc primo Esdrae libro scriptum est: Certè in gentibus multus non erat rex similis Salomoni, & dilectus deo suo erat. [Qui si iniquè aliquid egerit,] Na & Salomon tandè grauissimè est transgressus. Veruntamen uniuersorum praescius dominus, sic quasi ambiguit & condonatio iter est locutus, ne Salomon videre ex necessitate quod peccasse, si eius transgressionem Deus absolute pronuncialet, fargua eum in virga virorum. [hoc est, afflictione inferenda à viris, seu gladio aduersariorum.] Vnde in infra libro tertio recitatur, quod propter scelera sua dominus suscitauit ei aduersarios multos, & per Ahiam prophetam praedixit regnum diuidendum, atque pro maiori parte ipsi Hieroboam tribuendum: quo cognito, valde afflictus est Salomon, [et in plagis filiorum hominum,] hoc est, diuersis incommodis atque molestiis, quibus filij hominum solent affici in hac vita, ac inuicem sibi inferre. Cum enim peccasset tam dire in senio suo, tandè ad diuersas deuenit tristitias, prout ipse in Ecclesiaste testatur: Vidi, inquiens, uniuersa sub sole, & ecce vanitas & afflictio spiritus. Idcirco tradidit me vitæ meae. Tunc quoque minorata est fama eius. Circa hoc refert Lya, in Hebraeo habet, in plagis filiorum Adam. Quod exponit Hebraei, dicentes, quod primus Adà in centum tribus annis, quibus continuit ab Eva propter occisionem Abel, commixtus est daemonibus succubis, quod ceperunt ab eo, pepereruntque daemones, quod postea in citauerunt Salomonem ad peccandum: propter quod diuinus fuit regnum suum tempore filij sui. Ecce quam stolidissimis erroribus inuoluunt Iudaei. [Misericordiam autem meam non auferam ab eo.] Qui dicunt Salomonem finaliter penituisse, & esse saluatum, exponunt hoc sic: Misericordiam autem meam, hoc est, gratiam finalis non auferam ab eo, sed temporaliter castigatum ac penitentem saluabo. Hinc magister in factis loquitur: Ex hac promissione conijcitur, quod saluus sit Salomon. Caeteri qui vel putant vel affirmant eum esse damnatum, ita exponunt: Misericordiam meam non auferam ab eo: propter scelera sua non tollam ab eo ac posteris eius regiam potestatem, successorumque regni, cui expositioni videtur consonare, quod subditur: [Sicut abstulit à Saul, quem amouit à facie mea.] hoc est, à pietatis meae respectu, ita ut in posteris eius non manserit regale imperium. Vel (ut aliqui dicunt) quod iuste damnavit. De qua re quid sentiendum appareat, tactum est plenius ultimo primi libri capitulo. [Prætereà,] quamuis non solum Lya, sed alij quoque quidam expositores catholici ablationem istam misericordiae Dei, referant ad destitutionem regiae successione, tamen Rabbi Paulus circa hoc specialiter scribit contra Lyan, dicens: In hoc quod dicitur postillator verbum illud, Misericordiam autem meam &c. non intelligi, nisi quantum ad temporale regnum, videtur nimis literalizare. Manifestum est namque, secundum doctores nostros, puta catholicos, quod lex vetus disponebat ad Christum, sicut imperfectum ad perfectum: vnde communiter temporalia bona David & filio eius promissa, similiter perpetuitas fidelitatis domus eius, & si intelligantur de regno temporali, principalibus tamen etiam ad literam intelligenda sunt de regno aeterno, sicut illud quod dictum est Abrahæ: In semine tuo benedicent omnes gentes. [Et fidelis erit domus tua & regnum tuum, usque in aeternum ante faciem meam, & thronus tuus erit firmus iugiter.] Quamuis istud aliquo modo dicat posse exponi de posteris David & successoribus regni sui, videlicet Salomone ac caeteris, quoniam multi eorum fuerunt iusti, & verè deitatis cultores, quod aueros reduxerunt ad dei cultum, ipseque Salomon multo tempore fuit fidelis: tamen secundum Augustinum, ista expositio est valde impropria. Na & Salomon, eiusque filius Roboam, ac multi alij reges, ex eis nati, ad idololatriam & carnalitates nimias corruerunt. Ait itaque Augustinus. Errat quod putat promissionem hanc in Salomone completam, attedit quod dictum est, Hic edificabit mihi domum, quoniam Salomon non habet templum extruxit: & non attendit, quod dicitur, Fidelis erit domus tua &c. Attendat ergo domum Salomonis, plenam mulieribus alienigenis colentibus falsos deos, & ipsum regem quondam sapientem, ad idololatriam eandem seductum. Nec audeat aestimare, Deum istud mendaciter promississe, & talem Salomonis ruinam Deum non praescisse. Idcirco in Christo, qui factus est ex femine David secundum carnem, videmus ista impleta: Nec alium quaerimus sicut Iudaei. Nam & ipsi hunc filium David promissum, non intelligunt Salomonem, sed alium sperare se dicunt, cuius imago aliqua seu figura praecessit in Salomone, qui templum edificauit, & iuxta nominis sui interpretationem, habuit pacem, atque in regni sui exordio fuit laudabilis. [Secundum

Gene. 49.
1. Macha. 1.
Lucæ 1.
Roman. 1.
2. Reg. 12.
1. Esdrae 10.
3. Reg. 11.
3. Reg. 12.
Ecc. 1.
Pet. Co. h. 1.
Ito. lib. 1.
Reg. ca. 10.
1. Reg. 31.
R. Paulus
Gene. 22.
3. Reg. 3.
Augustinus
3. Reg. 6. 7.
3. Reg. 11.
Roman. 11.
[Secundum

[Secundum omnia verba hæc iam descripta, & iuxta vniuersam visionem istam] imaginariam, imò & prophetalem, cuius sensum intellexit Nathan propheta, ppter quod fuit, quantum ad hoc, visio seu reuelatio etiam intellectualis, [sic locutus est Nathan ad Dauid.] Nam exponenda est litera ista de Christo, de quo planius veriusq; exponit: [Cumq; cõpleti fuerint dies tui, suscitabo semem tuum post te:] id est, Christum ex femine tuo faciã nasci in virgine gloriosa, iuxta illud Hierem. 23. Ecce dies veniunt, dicit dñs, & suscitabo Dauid germẽ iustum. [quod egredietur de vtero tuo:] nõ immediatẽ, sed per intermedios multos, vel ex vtero tuo, i. ex vtero virginis ex te nata. [& firmabo regnũ eius.] Vndẽ angelus duxit ad virginẽ: nabit illi dñs deo sedẽ Dauid patris eius, & regnabit in domo abacõ domũ no mini meo. Ji. militantẽ ecclesiã, quia cõgregauit fideles per fidẽ & charitatẽ, ex qbus tanq; ex viuis & electis lapidibus, deo patri seu superbeatissimã Trinitati templum cõstruxit, in quo deus habitat gratiosẽ, & regnat benignẽ. Hinc per Zachariam pdictum est: Ecce vir, oriens nomẽ eius, & edificabit templum dño. De hac domo ait Apostolus ad Hebræos: Christus tanq; filius in domo sua, q̄ domus sumus nos. Atq; ad Timotheũ: Scias quomodò oporteat te in domo dei cõuersari, q̄ est ecclesia Dei viuũ, columna & firmamẽtum veritatis. [Et stabilã thronum regni eius, Ji. regiam eius autoritatẽ ac iudiciariam potestatem, vsq; in sempiternũ. Christus quippe regnat in militanti ecclesia per fidẽ & gratiã vsq; ad finẽ mudi. Deinde per beatificã visionẽ & gloriẽ lumẽ regnat in ea, in patria, & in tota triumphante ecclesia. Vndẽ a Daniele est pdictum: Dedit ei antiquus dierum, videlicet pater æternus, potestatem & honorẽ & regnũ, & oēs populi, tribus & linguã seruiẽt ei. Potestas eius, potestas æterna, quã nõ auferet, & regnum eius quod nõ corrumpetur. Hinc Esaias: Super solium, inq; Dauid & super regnum eius sedebit, vt cõfirmet illud, & corroboret in iudicio & iustitia, amodũ & vsq; in sempiternum. [Ipse erit mihi in filium:] hoc est, filius meus naturalis, verus & vnicus erit, imò & æternalis est. De quo in Prouerbis dicitur: Quod nomẽ eius? & quod nomẽ filij eius, si noli? qui (vt ad Romanos asseritur) pdestinatus est filius Dei in virtute. [& ego ero illi in patre,] id est, pater eius cõsubstantialis & æternalis ero & sum. [Qui si iniquẽ aliqd gesserit, arguam eum.] Hic Iudæi insultant nobis, dicentes: Aut iniquẽ aliqd egit Christus vester, aut nõ. Si sic, ergo peccator est: Si nõ, ergo istud nõ est de ipso pdictũ. Ad quod respondet, quia (vt apud Esaiam legitur) Christus iniquitatẽ non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Sed cum ipse sit caput omnium electõrum, cum qbus cõstituit vnũ mysticũ corpus, qdam in scripturis dicunt de ipso in persona membrorum fuorũ, propter cõnexionẽ & cõdescensionẽ capitis huius ad membra sua: sicq; mos est scripturã, ea q̄ capitis sunt, ascribere membris, & econuersõ. Vndẽ in Psal. cuius exordium est, Beatus q̄ intelligit super egenum & pauperẽ, q̄ de Christo eiusq; traditore manifestẽ cõscriptus est, legitur: Ego dixi, dñe miserere mei, facta animam meã, quia peccati tibi. [Arguam eum in virga virorum Ji. membra eius corripia, putã credentes, vel ipsum pro peccatis membrorum, iuxta illud in Esaiã: Dñs posuit in eo iniquitatẽ omnium nostrũ. Vndẽ ait in Psalmo: Quẽ nõ rapui, tunc excoluebã. Itemq; Super me cõfirmatus est furor tuus, & oēs fluctus tuos induxisti super me. [Misericordiam autẽ] hoc est, gratiã [meam nõ auferã ab eo:] qm̄ Christus fuit summẽ puentus, repletus, & cõfirmatus in gratia secundũ naturam assumptam, & fuit in eo gratia vnionis, gratia capitis, gratia personalis, & gratia beatificã visionis. Vel, misericordia meam nõ auferam ab eo, quia Christus in suis vicarijs, principibus & platis, iugiter regnat in vniuersali ecclesia, & mẽbris ipsius abundantissima gratia est collata sub euangelica lege: propter quod tempus noui testamenti, tempus gratiã appellatur. Vndẽ in Zacharia scriptum est: Et erit q̄ offenderit ex eis in die illa, quasi Dauid, & domus Dauid quasi dei, sicut angelus dñi in cõspectu eorum. Quod pdictum est ad designandum magnitudinẽ pietatis ac gratiã Dei tempore Christi ac euangelicã legis. [Et fidelis erit domus tua] hoc est, Christi familia cõstans erit in fide & gratia, quã vocatur domus Dauid, hoc est, Christi pfigurati per dauid: vel, quia fideles sunt spirituales filij Dauid per fidei ac virtutum sequelam, sicut in simili ait Apostolus ad Galatas: Qui ex fide sunt, hi filij sunt i Abraham. Hinc in Actis primitiua ecclesia legitur orando dixisse: Deus q̄ dixisti per os Dauid patris nostri. Ideo ait Glossa: Ecclesia dicitur domus Dauid propter genus Dauid, & domus Dei propter templum Dei de hominibus factum. ¶ Consequenter describitur, qualiter Dauid ex tantis dei promissis, nõ est inaniter eleuatus, sed humiliter regratiatus. [Ingressus est autẽ Dauid rex,] Quò introiit? puto quòd in locum seu tabernaculum, in quo collocauerat arcam, vt pcedẽti habetur capitulo, vt in loco illo sacro deuotius se haberet. Siquidẽ dispositio, consecratio, & sanctimonia loci, cooperantur ad deuotionis augmentum. [& sedit corã dño.] hoc est, humiliter posuit se in Dei pãntia, quã ibi specialiter fuit propter arcã pãntiã, & loci cõsecrationẽ. Vndẽ qdam exponunt, coram dño, id est, coram arca in qua Deus specialiter pãntabatur: Nam & supra arcã facta fuit ac stetit aurea tabula, q̄ dicebat propiciatoriu atq; oraculu, quia ex illo loco dñs exaudiuit orantes, & dedit respon-

sa, ac

sa, ac propiciabatur populo suo, sicq; tabula illa fuit quasi sedes Dei, vt dicitur est plenius Exo. 25. [& dixit: Quis ego sum dñe Deus?] Q. d. Indignus sum tantis beneficijs tuis, & tam gratiofo respectu maiestatis tuẽ ad me. [& quã domus mea,] hoc est, soboles, tribus seu familia, tanq; dicat, nec ipsa hæc meruit. [quia adduxisti me hucusq;] i. ab exordio vitã meã fuisti mihi gratiofus defensor & conseruator vsq; in pãsens, atq; per semitas æquitatis me direxisti, & pãmmodũ scriptũ est, iustum deduxit dñs per vias rectas: Ita vt dicere queam, Tenuisti manum dextera meã, & in voluntate tua deduxisti me. Vel, adduxisti me hucusq; hoc est, vsq; ad soliu istud regale, & vsq; ad prosperitatem qua polleo. Itaq; S. Dauid quanto summi & primi benefactoris maiestatem ac munificentia plenius cõsiderauit, tanto seipsum p fundiũs humiliãuit, & pãmmodiã affectu gratias egit. [Sed & hoc] ipsum paruum visum est in cõspectu tuo dñe Deus, hoc est, excellentiã tuã non sufficit, nec satis multum reputasti, conferre mihi beneficia multa & magna in vita pãntiã propria, persona, [nisi loqueris etiam de domo serui tui in longinquũ] Ji. nisi etiam promitteres mihi pro successoribus ac posteris meis magna & prospera, q̄ s. succedent mihi in regia dignitate. [Ita em̄ est lex Adam dñe Deus,] hoc est, proprietas hominis, ptoplasti, si iussio ei facta, videlicet sollicitudinem gerere de prolis successione ac prosperitate. Vndẽ primis parentibus dicitur est: Crescite & multiplicamini. Hęc autẽ lex ab Adam est in posteros deriuata. Vel hæc est lex Adam, i. hois, vt gratias agat Deo de beneficijs suis. ¶ Porro Adam, in Hebræo est nomen cõmune, significans hoim, nomenq; propriũ hois primi. [Quid ergo addere poterit adhuc Dauid, vt loquatur ad te?] i. tanta est pietas ac liberalitas tua in me, vt tibi sufficere & plenẽ nequeam grates repẽdere, nec maiora audeo postulare, imò plura & ampliora dediti ac spondidisti, q̄ petere psum psumsem. [Tu em̄ scis seruum tuum dñe Deus,] hoc est, cor meum cognoscis, & scis q̄ ex animo loquor ista, per effectum quoq; beneficiorũ ac pmissorũ iam pãctorum demonstras, q̄ memor sis mei, & per approbationem me noscas, ac speciali modo me facias, quẽ admodũ dixisti ad Moysen: Te ipsum noui ex noie. [Propter verbum tuum, Ji. ad verificandum promissa, quã sanctis patriarchis Abraham, Isaac, & Iacob, pmissisti de regia stirpe oriura ex eis per tribũ Iudã, & quã specialiter pãdixisti Samueli de me,] & secundũ cor tuum] hoc est, ex cordis tui proposito, & iuxta magnitudinem liberrimã tuã liberalitatis. Itemq; secundũ cor tuum, hoc est, ex pietate & charitate voluntatis tuã ad nos, & secundũ propriã tuã bonitatem, qua propriũ tibi est diuitias tuas alijs cõmunicare. [fecisti, oĩa magnalia hæc.] i. tot & tãta beneficia dediti ac promissisti. Hinc ad Ephe. 3, ait Apost. Deus operatur oĩa secundũ propositu & consiliũ voluntatis suã, ita vt notum faceres seruo tuo, hoc est, mihi hæc ipsa notificares, & quid in posterum sis facturus, pdiceres. Nam & hoc est speciale donum Dei, scire beneficia eius, similiter futura pnoscere. Propter quod loquitur Paulus 1. Cor. 2. Non spm̄ huius mundi accepimus, sed spm̄ qui ex Deo est, vt sciamus quã ad Deo donata sunt nobis. [Idcirco magnificat̄ es sciam Deus:] hoc est, excellentiã magnificẽ demonstrasti, atq; in corde meo magnus es cognitus ac honoratus. Nam & hoc ad magnificum spectat, dare & agere ampliora, q̄ meretur recipiens. [q̄ non est similis tui in creaturis, i. æqualis, cum sis vniuersis ac singulis in finitẽ sublimior. Veruntũ rõnales & intellectuales creaturã sunt similes Deo, similitudinẽ participata & imitatiua, imò ad Dei imaginẽ similitudinẽq; creatã, ad quam similitudinẽ hortatur nos Chrs: Estote, inqens, perfecti, sicut & Mar. 5. pater vester cœlestis perfectus est. [Neq; est Deus extra te in oibus q̄ audiuimus aurib; nr̄is:] hoc est, pter te non est Deus, nec dii gentiũ, de qbus audiuimus, verã habet in se deitatem. [Quã est autẽ, vt populus tuus Israel, gens in terra, Ji. in mundo hoc inferiori non est gens tantã dignitatis & gratiã, vt plebs Israelitica: quod verũ fuit tẽpore veteris test. sub quo plebs illa fuit à deo pelecta, & multis ac magnis donis, virtutibus, miraculis, p cãteris decorata. Propter quod locutus est Moyses: Te elegit dñs, vt sis ei populus peculiaris de cõcũs populis q̄ sunt super terrã, q̄ dilexit vos dñs, [propter quam] Israeliticam gentem [iuit deus,] hoc est, per opera sua gratiofa atq; miraculosa pcessit, & in Mose iuuit. Iuit quoq; per angelũ, q̄ filios Israel in colũna ignis & nubis pcessit & duxit, iuxta illud Exo. 33. Ecce ego mitto angelũ meũ, q̄ pcedat te, & introducat ad locũ quẽ parauĩ. Et angelus iste interdũ vocatur Deus aut dñs, prout Exo. 23. patet, q̄ in Dei persona apparuit, loquebat̄, aut aliqua faciebat, vt S. exponit Gregorius. [vt redimeret eam sibi in populu,] hoc est, quatenus Deus ad suũ honorẽ liberaret plebẽ Israeliticã à seruitute Aegyptiorũ ad hoc, q̄ esset populus suus peculiaris, & suis bñficijs gratus, ac liberẽ sibi seruiret in terra pmissiõnis. [& poneret sibi nomẽ] hoc est, denominationẽ acciperet à plebe pãta, qm̄ ppter opera circa eam exhibita, vocatus est deus Israel, & deus Hebræorũ, iuxta illud Exo. 3. Deus Hebræorũ vocauit nos, vel poneret sibi nomẽ, hoc est, pãlarã ac greret samã per mirabilia p populo illo pãcta. Vndẽ Exo. 14. dixit ad Moysen: Videntib; cõcũs, signa faciã, q̄ nunq; visa sunt super terrã, nec in vllis Gentib;. Et cur faceret ea, exprimit Numeror. 14. dicens: Viuo ego, & implebit gloria dñi vniuersã terra. Hinc cum dñs permisisset filios Israel à viris Hai fugari, Iosue plorã & orã, inter

Sap. 10. Psal. 72.

Gene. 1. 8. 9.

Exo. 33. 1. Reg. 15. 16.

Gen. 1. Mar. 5.

Deut. 7.

Exo. 14.

Gregorius

Ios. 7.

cætera dixit ad Deum: Quid facies magno nomini tuo? Hinc demum scriptum est Esa. 63. Qui scidit aquas ante eos, ut faceret sibi nomen sempiternum. Et rursus ibidem loquitur Deo Elaias: Sic adduxisti populum tuum, ut faceret tibi nomen gloriæ. [faceretq; eis,] hoc est, pro redemptione Israelitarum [magnalia,] i. supernaturalia signa, atq; magnifica opera, quo ad Hebræorum educationem, quæ erant Aegyptijs metuenda. Propter quod subditur: [et horribilia super terrâ.] sicut quibus diebus fuerunt palpabiles tenebræ in Aegypto, ita quod nullus Aegyptiorum videre potuit proximum suum, & aliæ plagæ Aegyptijs inflictæ, quæ in Exodo sunt descriptæ. [et a facie populi tui,] hoc est, hæc magnalia peregristi intuitu Israeliticæ plebis tuæ, ac diuidendo inter populum tuum atq; Aegyptios. Propter quod Moses dixit ad Pharaonem, ut scias quanto miraculo dñs diuidat inter filios Israel & Aegyptios. Quidam exponunt aliquid subintelligendo, ut sit sensus: Fecisti magnalia & horribilia illa, supple, eijciendo ac deijciendo aduersarios à facie populi tui Israel, per quem Aegyptios ac Chananzos multipliciter peremisti. Huic expositioni consonant illud i. Paral. 17. Magnitudine sua atq; terrorib; eijceret nationes à facie eius. [quæ redemisti tibi ex Aegypto,] Vnde per Moysen tuum populum eduxisti ad tuissus laudem & gloriam: [et gēte & deo eius,] hoc est, ex Aegyptiaca gente & dijs eorum, tuum populum eruisisti, qui nō solum Aegyptijs, sed & idolis eorum in Aegypto seruiuit, quæ admodum Deut. 28. & Ezech. 16. manifestè habetur. Itaq; ponitur hic numerus singularis pro plurali, cum dicitur, & deo eius. Porro deus non solum Aegyptios, sed & deos eorum contriuit, iuxta illud Numer. 33. Nam & in dijs eorum exercuit vltionem. Aliqui textus habent, gentem & deum eius. Quod qdam exponunt sic: gentem, ut potè p̄statum Israeliticum populum: & deum eius, Moysen, cui Exo. 7. loquitur dñs: Ecce constitui te deum Pharaonis. Alij sic exponunt, gentem & deum eius, i. plebem Chananzorū, ac deos eorum, supple, expulit & eiecit Deus à facie Israelis. Veruntū sensus iste non videtur ex textu haberi. Et firmasti tibi populum tuum Israel in populum sempiternum: hoc est, per dona gratiæ tuæ firmiter statuisti hunc populum, esse populum tuum hæreditarium, ac iugiter te colentem, iuxta illud Esa. 19. Hereditas mea Israel, & hoc per successionem impletū est in electis expo pulo Iudæorum, quia reliquiæ per electionem gratiæ saluæ factæ sunt. Vel sensus est, quod hoc Deus fecit quum in se fuit, quous populus ille se frequenter auertit à Deo, & tandem pro maxima parte oīdo auersus fuit ac induratus. [Et factus es tu dñe Deus eis in deum,] hoc est, tu qui vniuersorum creator ac dñs es, factus es specialiter Deus plebis illius, cōseruans eis legem, ac alia beneficia multa & magna, sicq; factus es deus illorum absq; tuissus mutariōe per novos effectus oportentiæ ac bñficiæ tuæ, iuxta quem sensum fertur Psal. 88. Dñe, refugium factus es nobis. Hinc in Exodo dñs ait filijs Israel: Educam vos de ergastulo Aegyptiorum, & redimam in brachio excellenti, & assumam vos mihi in populum, & ero vester deus. Deniq; de hac Israelitici populi electione, claritate & excellentia, ait Moses: Non est alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationib; nostris. Quæ est em̄ alia gens sic incluta, ut habeat cæremonias iustaq; iudicia, & vniuersam legem quam ego proponā hodiē ante oculos tuos? Circa hæc scribit Lyra: In Hebræo habetur, Quæ est gens vt populus tuus Israel, propter quam iuerunt dij? Quod exponit R. Salomon de Mose & Aaron, qui missi fuerunt ad educendum Israel de Aegypto, & dicuntur dij participatiuè. Sed melius potèst exponi de pluralitate personarum in diuinis, quarum indiuisa sunt opera, sicq; notatur pluralitas personarum, cum dicitur, Iuerunt dij, quia tres personæ veræ dicuntur deitatem habētes. Quā tñ deitas illa & essentia, simpliciter vna est in tribus personis, ideo subditur in singulari, vt redimeret eam sibi. [Nunc ergo dñe Deus, verbum quod locutus es super seruum tuum, & super domum eius, suscita in sempiternum.] hoc est, perpetuè imple p̄statam promissionem mihi, ac posteritati meæ à te factā. [et fac sicut locutus es, vt magnificetur nomen tuum vsq; in sempiternum.] hoc est, ad tuissus reuerentiam fac hoc. [atq; dicatur: Dñs exercituum, Deus super Israel,] hoc est, Deus omnipotens & dñs caelestium agminum, dignanter factus est Deus Israeliticæ plebis, super eam specialis promissione respiciens, [et domus serui tui David erit stabilita coram dño:] hoc est, soboles, familia seu successio mea corā te firmiter permanebit, si feceris sicut locutus es, & sicut oro impleri. [Quia tu domine exercituum Deus Israel, reuelasti auriculam serui,] hoc est, aurib; meis per Nathan prophetam denunciasti, [dicens: Domum ædificabo tibi,] i. i. successores in regno ex semine tuo tibi præstabo, sicut expositum est. [Propterea inuenit seruus tuus cor suum.] hoc est, fidutiam istam orandi concepit, istamq; voluntatis suæ dispositionē sensit in se, [vt oraret te oratione hac.] q. d. Nisi tua pia promissione & gratiosa præuentione mihi tanta ac talia spondidisses ac prædixisses, non præsumerem ista orare. [Nunc ergo dñe Deus, tu es Deus.] qui nec mentiri, nec fallere potes, cum sis substantialiter verus & veritas, [et verba tua erunt vera.] Locutus es em̄ ad seruum tuum bona hæc. Incipe ergo implere quæ promissisti, [et benedic domui serui tui,] i. in prole atq; domesticis meis auge, & conserua tuarum munera gratiarum, [vt sit in sempiternū coram te,] hoc est,

iugiter tibi sit placita, & coram te permansura, quia tu dñe Deus locutus es hæc, & benedictione tua benedicetur domus serui tui in sempiternum. [Præterea queri potest, cur David tam seruentibus repetitisq; verbis rogauit verba diuinæ promissionis impleri, cum verba Dei cassa esse non queant, nec falsa. Et ridendum, quod David non ignorauit promissiones Dei frequenter esse intelligendas sub conditione implicita, ut potè nisi hoies peccando obicem ponerent: ideo exorauit pro gratia, ne vel ipsi vel posterius sui obstatulum ponerent impletioni diuinæ promissionis. Insuper sciuit Deum sic multa promittere, ut tñ velit ac per orationes & opera bona, promereri seu obtineri. Propter quod etiam Christus passione instante orauit pro sua glorificatione, ne, dicens: Pater, venit hora, clarifica filium tuum. Hinc quoq; per Hier. 18. loquitur Deus: Subitò loquar de gente & regno, vt ædificem & plantem illud. Si fecerit malum in oculis meis, penitentiam agam super bono quod locutus sum, vt facerem ei. Itaq; sicut iuxta cōmune dictum sanctorum, quædam est propheta prædestinationis, quæ semper certitudinaliterq; impletur: Alia est propheta cōminationis, quæ aliquñ non impletur: Sic qdam diuina promissio, est promissio prædestinationis, quæ implet certissime, & qdam cōditionis, cuius impletio ex meritis pendet eorū qbus sit ipsa: & hi qbus sit, interdū nō sciūt qualiter sit intelligēda diuina promissio eis facta. Et quis cōtingat non fieri quod Deus promisit, nihilominus verba Dei sunt vera, quæ secundū intellectum, quo à Deo prolata sunt, & secundū quem verè accipienda sunt, indubitanter sunt vera.

De spirituali & mystica eiusdem cap. 7. intelligentia. Art. 13.

Actum est aut cum sedisset rex David in domo sua, &c.] Moraliter ex cap. huius initio instruntur Christiani principes ac prælati, vt tempore pacis & prosperitatis nequaquã vacēt ocio, ludis, iocis, libidini, sed zelo diuini honoris: & quanto ab exterioribus hostibus liberiores consistunt, atq; maiori quiete & prosperitate vtuntur, tanto contra inuisibiles hostes sollicitius vigilent, & beneficia Dei profundius sentiant, sicq; vehementius accendantur ad diuini cultus promotionem. [Vidēsne quæ ego habitem in domo cedrina?] Erubuit S. David, quod palatium suum pulchrius ac preciosius fuit tabernaculo Dei, in quo fuit arca: per quod plurimi principes & prælati diuites ac nobiles carne, redarguuntur, qui preciosa & ampla habent aut cōstruunt castra, fortalicia, palatia aut castella, nec curant quod materiales ecclesiæ, in quibus dignissimum sacramentum seruetur, aliaq; sacramenta ac diuina exercentur, de viliconstant materia, aut vetustate labuntur, nec reparantur, imò ad reparationē huiusmodi inueniuntur parcissimi. In his improbus amor sūpponderat zelo Dei, idcirco sunt ministri diaboli. Insuper vnusq; fidelium seruens sit ad cōstruendū deo templū in semetipso, & item in cordib; proximorū, ita vt in primis purget seipsum. deinde verbo aut exemplo proximorum purgationi & ædificationi intēdat. Nam vt docet Apoll. 1. Corin. 3. Non solū animæ, sed & corpora nostra tēpla sunt spūs sancti, si virtutibus obsequatur. Iterum, sicut David quis rex magnus & sapientissimus fuit, tñ à Nathan propheta quissit consiliū: sic magnates & oēs qui sunt, à viris iustis ac prudentibus, qui non tñ præsentia, sed & futura prospiciunt, debent inuestigare, quid p̄sertim in arduis sit agendum. Hinc Eccl. 7. scriptum est: Cum viro scitō assiduo esto, & quencunq; noueris obseruantem timorem Dei, cuius anima est secundū animā tuam. [Nunq; tu ædificabis mihi domum?] Ecce quod Deus omnipotens, iustus & sanctus, noluit sibi materiale templum ædificari à David, nec ab aliquo iudicum Israel, quod ante eum fuerunt, quā viri sanguinum erant. Etenim quissit in 3. libro Salomon dicat, patrem suum David non potuisse templum cōstruere propter ingruentia vndiq; bella, atq; veram atq; potissimam causam prohibitionis illius p̄femet David Salomoni aperuit, 1. Paral. 22. loquēs ad eum: Fili mi, voluntatis meæ fuit, vt ædificarem domū nomini dei mei. sed factus est sermo dñi ad me, dicens: Multum sanguinem effudisti, & plurima bella bellaisti, nec poteris edificare domū nomini meo, tanto effuso sanguine coram me. Hinc in nouo etiam testamento effusores sanguinis sunt irregulares, nec clericis licet bellare. Veruntū ædificatio templi prohibita fuit David mystica significatione, ad designandum, quod exterioribus inuoluntur, & rebus carnalibus occupatur, ac circa litigia & vindictas intenti sunt, ad spiritalem ædificationem templi Dei, hoc est, reformationem, correctionemq; proximorum, in epi existunt. De hoc multa scribit Gregorius, cuius verba habentur in Glossis. Nempe pro prohibitionem illam (vt ait) est designatum, quod in seipso debet mundus existere, qui vltiorum peccata corrigere. Quod utiq; decet, ne ei dicatur: Medice, cura teipsum. Et illud apostoli: Qui alium doces, teipsum non doces? Porro in nouo iam testamento quo abierunt figuræ, viri sanguinarij materiales ecclesiæ ædificare non prohibentur: imò plurimū cōmendantur, quod circa religiosorum locorum & ecclesiarum atq; altarium constructionem liberales existunt, & circa hæc opera pietatis tenaces sunt, pensent quod Aggæ. 1. loquitur dñs: Quia domus mea deserta est, & vos festinatis vnusq; in domum suam: propter hoc super vos prohibiti sunt cæli ne darent rorem, & terra prohibita est ne daret germen suum. Vnde elicitur, quod liberales circa construenda loca sacra, merentur etiam in præsentī affluentiam tem-

Joan. 17.

3. Reg. 5.

Gregorius

Luc. 4.

Rom. 2.

1. Cor. 10.

poralem ac corporis sospitatem, & ultra hæc, dona gratiæ in præfenti, ac bona gloriæ in futuro. Ego te tuli de pascuis. Dauid fuit euidens Christi figura. Christum autem Deus pater constituit regem, ducem atque pontificem super uniuersum populum suum, imò cum Iesus Christus greges populorum sequeretur, eundo inter illos ad baptismum S. Ioannis, & in deserto ieiunasset, mox a patre missus est ad populum Israel instruendum, & tunc per diuersa miracula ac præclarissima signa est magnificatus, & præ cunctis hoibus spectabilis factus. [Et ponam locum populo meo Israel, & plantabo eum, & habitabo cum eo,] &c. Omnia ista multo excellentius sunt impleta in populo Christiano sub euangelica lege, quæ unquam in populo Iudæorum. Nempe populum Christianum posuit deus non solum in terra promissionis, sed & in toto orbe terrarum, quem plantauit per dona gratiæ in pace & securitate, & habitauit varijs modis in medio eius. [Quæ est gens ut populus tuus Israel? Istâ excellentia populo Christiano præclarissimè competit. Etenim propter redemptionem & salutem populi huius, Deus Dei filius descendit in mundum, & intrauit Aegyptum, ad literam, spiritaliter quoque, assumendo poenarum & tribulationum obscuritatem. In Apocal. autem hic mundus, Aegyptus & Sodoma nuncupatur. Christus quoque à populo quem sanguinis sui precio de spiritali Aegypto seu vitiorum caligine liberauit, deus Christianorum vocatur. Quæ autem qualia, & quanta miracula, signa, prodigia & portenta fecerit Christus per seipsum, per gloriosos apostolos, per martyres sanctos & cæteros præelectos pro populo Christiano conuertendo, corroborando, saluando, nullus plene potest exprimere: imò oia illa magnalia quæ olim in lege exhibuit populo Iudæorum, per beatiss. apostolos trāstulit ad plebem Christianorum, inter quos in comparabiliter plura & maiora egit miracula, atque effudit gratiarum charismata, quæ olim in ueteri test. & firmavit sibi hunc populum in populum sempiternum. Ecce, inquiens, ego uobiscum sum cunctis diebus usque; ad cōsummationem seculi: & populum illum antiquum, ob suam incredulitatem, usque in finem reliquit. Præterea exemplo S. Dauid, discamus uerua beneficia Dei generalia & specialia, naturalia & supernaturalia, corporalia ac spiritalia, quæ tum nobis possibile est, uigilanter attendere, frequenter recolere, ac super his Deo altissimi, totis uiribus, deuotissima ac ardentissima mente grates referre, non lingua tantum & uerbis, sed opere quoque, & uirtuosis obsequijs. Ex cōsideratione demum p̄teriorum b̄nciorum atque p̄sentium munerum, augeatur in nobis iugiter humilis ac filialis ad Deum fiducia, ita ut eum indefinenter oremus, in fide nil hæsitantes, sicque inueniamus cor nostrum ad ista ac cætera bona agenda: quia ut asserit Glossa, nihil fugacius est corde humano, nec instabilius uidetur quid eo, quod peccando & stolidè imaginando, ac si uolè discurrendo, atque indomitè euagando mox perdimus: sed reducendo illud ad Deum, & à uanis dispersionibus recolligendo ad necessarium unum, protinus illud inuenimus, & quasi cælestis clausum tenemus, dum ex assidua diuinæ maiestatis oia intuentis cōsideratione illud coram Deo stabilire ac semper salubriter occupare conamur, cum Helia dicens: Viuit dñs ante cuius uultum sto hodiè. Quod quæ pensare non desinit, cor suum possidet, inuenit, figit, custodit ac saluat. Postremò, cum B. Dauid Deum affectuosissimè deprecemur, ut bona gratiæ ac gloriæ quæ p̄missit populo Christiano, cōsequere mereamur, nec uitijs nostris, indigni reddamur eis dè, nec obicem ponamus sp̄i sancto. Quæ admodum etiam Dauid rex sollicitus fuit pro filio idoneo successore, sic principes & prælati tota diligentia enitentur, ut uiri uerè idonei, uirtuosi, prudentes, eis in principatu & platione succedant, nec aliquos nisi tales in officijs ponat, aut uices suas cōmittat. Ad quod tam Dei, quæ proximorum & subditorum amore debent induci: alioquin grauissimis atque innumeris inuoluentur peccatis. Circa dicta in isto cap. q̄ritur, an Salomon sit saluatus. Et uidetur quod imò, ex multis uerbis in isto cap. de ipso expostis, quæ de ipso dñs dixit: Quod si iniquè aliqd gesserit, arguam eum in uirga uirorum, & in plagis filiorum hoim, misericordiam autem meam non auferam ab eo. Et rursus: Ego ero illi in patrem. Undè Magister in hist. ait: Ex hac p̄missi one cōiicitur, quod saluus sit Salomon. Idem uidetur sentire Hierony. in pluribus locis. Ambrosius quoque dicit eum ante obitum uerè poenituisse. Lyra etiam refert hic, quod q̄dam glossa Hebraica dicit hoc ipsum super Eccès 2. Et alibi narrat, quod apud Iudæos est q̄dam bellus de poenitentia Salomonis. Denique Eccès 1. ipse Salomon loquitur: Ego Ecclesiastes fui rex Israel in Hierusalè. Circa quod aliq̄ scribunt, quod ex humilitate dixit, Fui rex, quasi indignum se reputans noie regis in p̄sentiarum, cum tñ rex esset, & dicunt quod edidit librum illum in ienectate cum poenitisset. In oppositum huius arguitur, quæ neque in lib. Regum, nec Paralip. aliqd de eius poenitentia tangitur, in quibus tñ eius grauissima scelera describuntur, sicut de poenitentia Manassè 2. Paralip. agitur. Insuper Lyra scribit hoc loco: Istud est mihi ualde dubium, quod Salomon poenituit, quæ si uerè poenitisset, cum esset rex ualde potens, destruxisset templa idolorum quæ edificauerat, ut uidetur, quod tñ non fecit, quæ steterunt usque ad tempus Iosias regis, ut infra 4. Reg. 23. habetur. Nec ex hoc loco potest efficaciter argui de misericordia Dei ad eum, nisi quædam ad temporale regnum, ut p̄cedentis articulo dictum est. Hæc Lyra. Sed quid contra ultimam rationem hanc Lyra scribat R. Paulus, præ-

Matt. 3. 4. Luc. 3. 4.

Apoc. 11.

Matt. 28. Ibid.

Luc. 10.

3. Reg. 17.

Pet. Co. hist. li. 2. Re. ca. 9. Hieronymus Ambrosius

3. Reg. 11. 2. Par. 9. 5. Par. 36.

præcedenti habetur articulo. Prima quoque ratio Lyra, quod si templa idolorum destruxisset, non apparet idonea. Constat enim quod in ista Salomonem & Iosiam fuerunt uirtuosi reges, uidelicet Asaph, Iosaphat, Ezechias, ac alij: qui nec templa nec idola illa destruxerunt, qui tñ toto corde idololatriam abhorrebant. Potuisset etiam Salomon in extremis poenituisse, quod nec tempus, nec facultatem habuisset demolendi idola illa. Veruntamen de hac re diffinire nil audeo, & quod sine periculo ignoratur, diuino committo iudicio. Siquidem multa sunt ex quibus satis timèdum uidetur de eius damnatione. Nam & infra 3. Reg. 11. continetur, qualiter propter scelera sua increpatus fuit à dño, nec tñ tunc accequit, imò uolebat occidere ipsum Hieroboam, eo quod ab Ahia propheta esset designatus & p̄nunciatus rex futurus super decem tribus, quod tñ Salomon sciuit propter sua facinora iussu à dño. Amplius, 1. Paral. 28. legitur Dauid Salomonem dixisse: Si quæsieris deum, inuenies: si autem dereliqueris eum, proiciet te in æternum. Similiter in Ecclesiastico, ubi præconia & uituperia seu uitia Salomonis scribuntur, recitatis postremò sceleribus eius, nil prorsus de eius poenitentia tangitur. Itaque non sumus curiosi de hac re inquirenda: sed tanti uiri lapsu pensato, uereamur occulta Dei iudicia, neque de sua scientia aut sapientia quis præsumat, sed magis formidet, sciens quod uerissimè dicat scripturas: Seruus sciens uoluntatem domini sui, & non sciens, plangis uapulabit multis. Et: Cui plus datum est, plus requiretur ab ipso.

3. Reg. 15. 2. Par. 14. 3. Reg. 15. 2. Par. 17. 4. Reg. 17. 2. Par. 28. 29.

Ecclesi. 45.

Luc. 12. Ibid.

¶ Explanatio cap. 8. Factum est autem post hæc.

Art. 14.

Recitatur in cap. isto, qualiter dñs contulit S. Dauid merito suæ deuotionis magnas uictorias. Nam quia gratus fuit Deo, meruit plura accipere, & narratur hic quatuor uictoria eius, quibus quatuor gentibus, Deo auxiliante, præualuit. [Factum est autem post hæc, percussit Dauid cum suo exercitu Philistim & humiliavit eos, ipsorum robur atque superbiam p̄sternendo. Et tulit Dauid frenum tributi de manu Philistim. Ji. potestatem & ius quoddam exigèdit tributum à filijs Israel ab Iudæis Philistinis, uincendo eosdem. Nam longo tempore filij Israel soluerunt Philistinis tributum, sed Dauid in tñ præualuit illis, quod facti sunt ei tributarij. Denique potestas illa exigendi tributum, rectè uocatur frenum: quoniam sicut freno subditur equus sessori, sic tali potestate una gens subijcitur alteri. Consequenter tangitur qualiter uicerit Moabitas. [Et percussit Moab, Ji. Moabitas natos ex femine Moab filij Loth, & mensus est eos funiculo, Ji. terram eorum in suam redegit potestatem, atque ad libitum pertransiuit, & cui uoluit dedit hæreditatem. Est quippe funiculus instrumentum metiendi, iuxta illud Ezech. 40. Funiculus lineus in manu eius, ut pote uiri mensoris. Zach. quoque 11. Alumpsi mihi duas uirgas, unam uocaui decus, & alteram funiculum. Coæquans terræ. Ji. ualde prosternens atque humilians Moabitas. Vel, mensus est eos funiculo, i. mensura iustitiæ & æquitatis rigore eos diiudicauit & castigauit, eorum quæ terræ, i. fortiora eorum castra ac habitacula oindè euerrens, ne rebellarent. [Mensus est autem duos funiculos, Ji. duplicem modum procedendi cum eis cōsiderauit: unum ad occidendum, & unum ad uiuificandum. Ji. principales & magis reos per uiam iustitiæ interfecit, alij per uiam pietatis pepercit, pura uulgari bus quos reliquit in uita, ut sibi sub tributo seruirent, nec sine rationabili causa uastauit sic Moabitas, quibus nõ exprimitur in textu. Sequitur, qualiter uicit Syros. [Et percussit Dauid Hadadezer filium Rehob regem Soba, Ji. regionis sic dictæ, pertinentis ad Syriam, ut aliqui dicunt, sicque alia fuit à regione in qua regnauit regina Saba. Nam & 1. Paral. 18. dicitur Soba, non Saba, & ibi additur, Soba regionis Hemath, i. Antiochiæ, quo constat, quod ad Syriam pertinebat. [Quoniam profectus est ut dñaretur super flumen Euphratem Ji. usque ad flumen illud. Hinc in præallegato libro 1. Paral. clarè dicitur, Quando perrexit ut dilataret imperium suum usque ad flumen Euphratem, & hoc iuste facere potuit, imò & debuit. Nam usque flumè illud quod est unum de quatuor flumijs paradisi, promiserat Deus filijs Israel terras Chananeorum, iuxta illud Deut. 11. A deserto & Libano, & usque ad flumè Euphratem erunt termini uestri. [Et captis Dauid ex parte eius mille 700. equibus, & 20. millibus peditum, subnerauit oēs iugales currum. Ji. equos quæ assueti erant trahere bellicos currus. Non ex crudelitate hoc fecit, sed ne equi illi amplius apti essent ad talem usum, & ne contra legem uideretur sibi equos multiplicare superfluè, quoniam Deut. 18. dñs iussit: Cùm fuerit rex constitutus, non multiplicabit sibi equos. [Dereliquit autem ex eis 100. currus. Ji. equos tot quadrigarum, aut etiam ipsas quadrigas referuauit sibi ad uiles usus, & (ut aliq̄ dicunt) ad unum currum pertinebant quatuor equi. Dicitur autem 1. Paral. 18. quod Dauid cepit mille quadrigas Hadadezer, & 10. millia equitum: quod qualiter ualeat concordari cum his, quæ isto habentur cap. in quo fertur quod cepit ex parte illius mille 700. equites, in præallegato libro 1. Paral. est expressum. [Venit quoque Syria Damasci, Ji. Syrorum exercitus, quorum metropolis est Damascus, iuxta illud Esa. 7. Caput Syriæ: Damascus, [ut præsidium Ji. auxilium ferret Hadadezer regi * Zoba] duerfus Dauid. [Et percussit] Dauid de Syria 22. millia uirorum. Ji. Paral. 18. dicitur, 20. millia: sed minor numerus non excludit maiorem, nisi signum exclusiuum addatur. Maior quoque numerus includit minorem. [Et posuit Dauid præsidium Ji. custodiã militum, in Syria Damasci.]

1. Par. 18.

Gen. 19.

Gen. 2.

Vnde i. Paral. 18. legitur, Posuit milites. Hos etiam posuit ibi, vt tenerent Syros sub iugo David. ¶ Facta quoque est Syria seruiens David regi, sub tributo. ¶ Seruauitque dominus David in omnibus, ad quoscunque profectus est. ¶ In omnibus bellis concessit ei victoriam. ¶ Et tulit David. ¶ I. secum accepit arma aurea & torques aureos quos habebant serui Hadadezer, & tulit ea in Hierusalem. Et de Berath & de Berothai ciuitatibus Hadadezer, tulit David rex. ¶ Multum nimis. ¶ I. Paral. 18. scriptum est: De Tebath & Chun. sed diuersa ista vocabula, significant eadem oppida. Porro quod subditur, De quo ære fecit Salomon omnia vasa ærea in templo, & mare æreum, & columnas & altare, non est hoc loco de textu: imò (vt ait qdam) appositum fuit à quodam glossatore, & postea vitio scriptorum hæc Glossa inserta est textui. Sed aduertendum, quod verba ista in Paralip. continens pallegato lib. quo habetur, De quo fecit Salomon mare æneum & columnas & vasa ænea, sicque verba hæc non sunt omnia verba glossantis, quis hinc per modum glossæ sint addita, quæ de textu alterius scripturæ canonice sunt accepta. ¶ Audiuit autem Thoi rex Hemath. ¶ I. Antiochia, quæ & Epiphania nuncupatur secundu glossam, quæ percussit David omne robur, totu exercitum Hadadezer regis. ¶ Et miserit Thoi Ioram filium suum. ¶ I. Paral. 18. dicitur, Aduram filiu suum, sicque filius ille videtur fuisse binomus, ad regem David, vt saluaret eum, congratulans suæ victoriæ, & gratias ageret, eo quod expugnasset Hadadezer, & percussisset eum. Hostis appere erat Thoi ipsi Hadadezer: quidcirco de eius ruina gaudebat. Non enim didicist adimplere, quod Prouer. 24. iubetur: Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina eius non exultet cor tuum. Quod tamen de ruina culpæ potest intelligi. De ruina autem & oppressione iniusti aduersarii reip. potest quis gaudere zelo iustitiæ, imò & ex boni cõmunis amore. Frequenter autem contingit, quod aliqui confederant & amicitia copulantur ad inuicem, quæ aduersarium habent eundem. Vnde & Aristoteles in lib. ait Posteriorum, quod solertia est in industria inueniendi causam rei seu medium subitõ, vt ei quærat cur isti facti sunt amici ad inuicem, & rñdeatur, quæ eundem habent inimicum. ¶ Et in manu eius videlicet p̄sati filij Thoi, terant vasa argentea & vasa aurea & ænea: quæ omnia ista miserit Thoi regi David per manum filij sui pro encensuris & gratiarum actiõis, quod hostem suum prostrauerit, quæ & ipsa sanctificauit rex David domino, Ii. diuino vsui deputauit, vt sex eis fierent instrumenta diuini cultus, cum argenteo & auro & manubijs, i. alijs quæ sanctificauerat, consecrauerat domino, ne amplius cõueterent in vsum humanum, sed in ministerium templi futuri, de vniuersis gẽtibus quas subegerat. ¶ I. quæ abstulit gẽtilibus quos sibi iure prælij subiugauit, de Syria & Moab & filijs Ammon & Philistinim & Amalech, & de manubijs Hadadezer filij Rohob regis Zoba. ¶ Quod autem David vastauerit Syriam, Iosephus quoque ostendit. Sequitur, qualiter David vicerit Idumæos. ¶ Fecit quoque David sibi nomen, cum reuenteretur capta Syria in valle Salinarum: quæ abundabant ibidem, cæcis 10. & 8. millibus: quæ tot millia Idumæorum occidit ibidem per manum seruatorum suorum. Siquidem i. Paral. 18. legitur: Abisai filius Saruiz, percussit de EDOM in valle Salinarum 10. & 8. millia. sicque victoria illa ascribit regi David, vt principaliori, & ipsi Abisai tanquam ministro & executori. Alij textus hic habent, 12. millia: quod, teste Hieronymo, ex scriptorum vitio contingit. Nam 10. & 8. erat. Ioab vero percussit ibidem 12. millia, vt patet in titulo Psal. 59. cuius exordium est: Deus, repulisti nos: in cuius titulo inter cetera cõtinetur: Et cõuertit Ioab, & percussit EDOM in valle Salinarum 12. millia. ¶ Et posuit in Idumæa custodes, Ii. militarem custodiã, ne fieret Idumæi sibi rebelles. ¶ Statuitque p̄sidium. Et facta est vniuersa Idumæa seruiens David, sub tributo, tuncque impletum est quod dictum fuit Rebecca: Maior seruiet minori, i. populus natus ex Esau priuogenito Isaac, seruiet regi ac populo nato ex Jacob secundo genito. ¶ Et seruauit dominus David in omnibus ad quoscunque profectus est, p̄seruando eum à diuersis periculis, dandoque ei virtute diuina tantos triumphos. At verò cum dicitur David sibi fecisse nomen in valle Salinarum: potest per nomen intelligi fama notabilis, quæ ex illa conseq̄uebat victoria. Veruntiam Glossa exponit sic: Fecit sibi nomen, i. arcum seu fornixem triumphalẽ sibi erexit in signũ triumphi. Sed cõtra hoc obijcit Lyra, quæ tale sit ad iactantiã, propter quod Saul increpatur de erectione arcus triumphalis. Hinc (vt ille subiungit) R. Salomon exponit de sepultura Idumæorum, tunc occisorum in plio, quos David fecit sepeliri, per quod acquisit sibi nomen bonum, exercendo pietatem circa defunctos, & etiam quoniam in Deuter. dominus iussit Iudæis: Non abominaberis Idumæum, quia frater tuus est. Iudæi nati quæ & Idumæi à duobus fratribus, i. Jacob & Esau, descenderunt: Ideo David misericordiã istam ipsis exhibuit, quod & infra tertio libro legitur Ioab fecisse. Sed quæuis istud probabiliter dictum sit, non tamen habet vigorem ratio illa glossæ obiecta, quia quod vnus facit ex elatione, alius facere potest ex virtute ac zelo iustitiæ. Eiusdem quoque scripturæ multiplex potest esse sensus etiam literalis, vt asserit Augustinus. ¶ Et regnavit David super omẽ Israel. Faciebat quoque David iudicium & iustitiam omni populo suo. I. quoniam sine personarum acceptiõis causam cuiuslibet sibi propõsitã diligenter considerauit, prudenter iudicauit, & quæ dictauit ac diffinuit, recte est exequutus, faciens vniciquæ reddi quod meruit, suumve fuit. Iudex nanque in omnibus debet se iuste habere, & omẽ priuatum affectu ac passionem inordinatam excludere: quæ ad ipsum

Per. Co. h. s. l. 2. Reg. ca. 10. Numer. 11. R. Paulus. i. Para. 18. Pet. Co. h. s. l. 2. Reg. ca. 10. Numer. 11. Pet. Co. h. s. l. 2. Re. cap. 10. Exod. 2. Hebr. 7. Psal. 21. Ioan. 8. Matth. 7. Lucæ 6. Gene. 3. Iob 40. Roman. 9. Marc. 16.

IN II. LIB. REGVM, ENARRATIO. ART. XV. 295

tanquam ad viam legem ac animatam iusticiam, confugiunt subditi, secundum Philosophi. ¶ Prætereã, quoniam rex non potest per se ipsum exequi vniuersa, nunc subditur qui fuerunt coadiutores & officarii David regis. ¶ Ioab autem filius Saruiz erat super exercitum] i. princeps militiæ. ¶ Porro Iosaphat filius Ahilud erat à commentarijs, i. cancellarius vel scriptor gestorum, secundum Petrum Comestorem. Nam reges gesta sua conscribi fecerunt. Porro, secundum Glossam, à commentarijs fuit, qui causas annotatas ad memoriã regi reduxit. Vnde (vt dicitur) in Hebræo habetur, recordator. Cuius (vt aliqui dicunt) officium fuit, repetere corã rege casus ad eius forum deductos, vt congruo ordine expedirentur, vtpote primus casus primò, deinde secundus, & ita per ordinẽ. Est autem, à commentarijs, vocabulum vnum indeclinabile, ¶ & Sadoc filius Achitob, & Achimelech filius Abiathar, erant sacerdotes] principales post Abiathar pontificem. Vel sacerdotes specialiter regis. Post quos erant alij plurimi sacerdotes. Pater quoque istius Abiathar, vocabatur Achimelech, vt patuit primo libro, quæ etiam in Paralipomenon appellatur Achimelech. Infra quoque legitur de Iouathan filio Abiathar, & forsitan idem fuit binomius, aut duo fuerunt, ¶ & Saraias scriba, i. legisperitus aut doctor, vel (vt aliqui dicunt) temporum scriptor. In Paralip. fertur, & Susa scriba. Vnde elicitur quod eadem persona duo hæc habuit nomina, ¶ Banaia autem filius Ioiaidæ, erat super] legiones ¶ Cerethi & Phelethi: quia præfuit phalangis bellatorum ac militu, qui taliter vocabantur, qui (vt in Scholastica habetur historia) erant custodes capitũ David. Translatio autem Chaldaica (vt refertur) per Cerethi & Phelethi intelligit sagittarios, balistariosque. Nonnulli per Cerethi & Phelethi intelligunt septuaginta iudices ac seniores locorum, qui successerunt his quos in lib. Numer. legitur Moses elegisse. Nam Cerethi sonat, exterminatores: Phelethi autem, admirabiles. Porro (vt Glossa refert) quædam dicit Cerethæos ad hoc deputatos, vt reos punirent: Phelethæos, vt infontes defenderet. Vnde vt Rabbi Paulus testatur, Cerethi & Phelethi secundum Hebraicam veritatem, quæ hinc in Glossa habetur, interpretantur, interficientes & viuificantes: quia eorum officio, secundum iudiciũ regis vel officialium eius, digni seruabantur ad vitam, & rei ducebantur ad mortem. ¶ Filij autem David sacerdotẽs erant.] In Paralip. legitur, Filij David primi ad manum regis, quod secundum Glossam ideo dictum est, quoniam ceteris erant priores ac nobiliiores. Ideo ait Petrus Comestor: Sacerdotes erant, i. post regem ceteris digniores, quemadmodum in Exodo Iethro sacerdos Madian dicitur. Hinc aliqui dicunt, quod non habebant nomen officij, sed dignitatis primatum & prioratum honoris. Non autem fungebantur officio sacerdotali in templo, quia non erant de semine Aaron, aut tribu Leui, sed Iudæ, de cuius tribu nemo præfuit altari, secundum Apostolum ad Hebræos.

¶ De spirituali huius cap. 8. intellectu. Arti. XV.

Per hoc quoque David percussit & sibi subiecit, ac obsequi compulsi quatuor gentes in litera nominatas, est præfiguratum, quod Christus legis suæ præceptis subieceret gẽtiles in quatuor mundi partibus commorantes, iuxta quod scriptum est: Adorabunt in cõspectu eius vniuersæ familia gentium. Rursus per hoc quoque David populum Israel eripuit à tributo atque obsequio Philistinorum, est præmonstratum, quod rex Messias populum in se credentem erueret de potestate inuisibilium hostium, imò & infidelium hominum & tyrannorum persequentiu ecclesie, quos frequenter subiecit suis fidelibus. Etenim dum peccamus, diabolo quoniam sub tributo seruimus, & ab eo capti tenemur. Sed dum Deo auxiliante tentationibus ac vitijs p̄ualemus, seruiet nobis hostis ille antiquus, quoniam machinationes eius cooperant nobis in bonũ. ¶ Et percussit Moab. ¶ Per Moab, qui interpretatur, ex parte, designant impij ac superbi, de quibus in Euangelio ait saluator: Vos ex parte diaboli estis. Hos Christus metitur funiculo, i. iuste iudicat, iuxta quod promerentur. Vnde & ait: Quamensura mensi fueritis, remetietur vobis. Quos terræ coræquat, quia quanto altius se extollunt, tanto profundius deiicit eos, ita vt velint nolint, vilitatem suam tandem agnoscant, & cinerem ac puluerem esse se fateantur, & istud est proprium Deo, qui ait ad Iob: Si habes brachium sicut Deus, & si simili voce tonas, respiciens omnem arrogantem humilia. Abscõde eos in puluere simul, & facies eorum demerge in foueam. ¶ Mensus est autem funiculos duos. ¶ Sic filius Dei, cui omne iudicium dedit patet, quosdam impios ac superbos rigore iustitiæ damnat, quosdam dulcitate clementiæ conuertit & saluat, qui cuius vult miseretur, & quem vult indurat. ¶ Et percussit David Hadadezer quoniam profectus est vt dominaretur super fluuiũ Euphraten. ¶ Sic Christus profectus gloriæ mundi, principesque conuertit, ita quod vulnerati corde præ contritionis dolore aut charitatis ardore, Deo se subiecerunt, quoniam per sanctos apostolos vndique prædicantes, processit usque ad maria & flumina, ac terminos terræ, vt regnum militantis ecclesie toto diffunderet orbe terrarum. Vnde præcepit Apostolis: Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creature. ¶ Subseruauit omnes vniuersales curruũ. ¶ Per equos, qui animalia sunt velocia & robusta, designatur acumen humani ingenij, præsumptio philosophorum, qui per suam prudentiam hoies tanquam quadrigam traxerunt post se, quoru robur dominus vicit, & sapientiã fecit stultitiã, omnemque

Pet. Co. h. s. l. 2. Reg. ca. 10. Numer. 11. R. Paulus. i. Para. 18. Pet. Co. h. s. l. 2. Re. cap. 10. Exod. 2. Hebr. 7. Psal. 21. Ioan. 8. Matth. 7. Lucæ 6. Gene. 3. Iob 40. Roman. 9. Marc. 16.

1. Corin. 1.

Luce 24.

Eccles. 9.

1. Pet. 2.

2. Reg. 8.

1. Reg. 10.

* Siba

2. Reg. 4.

* Mephibo-

feth

1. Reg. 11.

altitudinem se extollemem contra fidei veritatem confudit, quædam modum ait Apostolus: Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? Vnde, præfuit discipulis: Dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarii vestri. [Et tulit David arma aurea & torques.] Sic saluator omnia naturalia dona, & acquisitas scientias, ac venustatem rhetoricæ intulit suæ ecclesie, vt fideles talibus vtantur salubriter contra hereticos, & abstulit ea ingratis, quos statuit in inferno, vbi non est sapientia, nec scientia, neque consiliu[m]. [Venit autem Syria Damasci vt p[er]sidium ferret Hadadazer.] Sic principes seculi, philosophi atque hæretici, adiuuerunt se mutuo contra ecclesiam, sed pariter defecerunt. [Audiuit autem Thoi rex Hemath.] Per hunc regem figurati sunt principes & magnates, qui primo crediderunt in Christum, & de eius prosperitate, diuulgatiōeque fidei gratulabantur. Propter quod subditos ac domesticos suos direxerunt ac conuerterunt ad saluatorem, in quorum manibus erant vasa aurea, argentea & ærea, id est, corda diuersis modis disposita, & magis ac minus nobilia, seu dona clariora & obscuriora, sapientia, eloquentia, constantia, & omnia Christus domino patri concessit, qui omne bonum ascripsit, atque de eius honoris & gloriæ retulit vniuersa. Preterea per Idumæorum deiectionem intelligit carnalium & avarorum conuersio gratiosa seu dānatio iusta. Edom namque terrena vel rubes interpretatur. Insuper, per hoc quod David posuit in terris ac gentibus a se vicijs, p[er]sidium & custodes: designat, quod dominus in populis nationum quæ conuertit ad fidem, posuit virtuosos platos & homines sapientes, qui conuersos confirmauerunt ac conseruauerunt in fide & Christi domino. Postremo, per officiatos David, significant vicarij Christi, Imperatores, reges ac iudices, doctores, prelati & predicatores, qui varia exercet opera in Dei ecclesia, & p[er] sunt militibus eius, ac opera Dei describunt, & gesta sanctorum, decursusque temporum. Filij vero David sunt viri heroici & perfecti, in dono sapientiæ & charitatis vertice consummati, sicque secretarij & consiliarij omnipotentis effecti, qui Christo sunt proximi, & genus electum valde, sacerdotiumque regale, spirituales sive hostias orationum, p[er] coniorum, sacrificiorum & operum perfectorum iugiter immolantes: quæ circa sunt primi ad manum regis altissimi, tanquam ad eius voluntatem in omnibus adimplendam seruentissimi atque pronissimi.

¶ Declaratio cap. 9. Et dixit David: Arti. XVI.

Fidelitas & pietas David ad filium Ionathæ dilectissimi sui amici hic describuntur. [Et dixit David] forsitan diu ante ea quæ p[re]cedenti capitulo sunt descripta, quantum postea recitet, quia in recitatione rerum gestarum, non semper ordo temporis obseruatur. [P[er] quæne est aliquis qui remanserit de domo Saul,] p[re]sertim ex semine Ionathæ, quod peto, [vt faciam cum eo misericordiam] Dei, i. veram pietatem & misericordiam Deo placentem, ac imitariam misericordiam Dei ad homines, [propter Ionathan] i. amore Ionathæ, atque vt impleam fœdus amicitiam ac fidelitatis quod inij fecum. Vnde in primo libro Ionathas ait ad David: Si vixero, facies mihi misericordias domini si vero mortuus fuero, non auferes misericordiam tuam a domo mea in sempiternum. Et percussit fœdus vterque, [Erat autem de domo] i. familia [Saul, seruus nomine * Ziba,] natus de tribu Benjamin, sicut & Saul, [Quem cum vocasset rex ad se, dixit ei: Tu es Ziba?] Et ille respondit: Ego sum seruus tuus. Et ait rex: Ad Zibam Nunquid superest aliquis de domo Saul, vt faciam cum eo misericordiam Dei? i. de semine eius. [Dixitque Ziba regi: Superest filius Ionathæ debilis pedibus, i. claudus existens, qui qualiter factus sit claudus, p[ro]habitu[m] est. [Vbi (inquit) est?] Et Ziba ad regem: Ecce (ait) in domo est Machir filij Ammiel in Lodabar. Cum autem venisset Mephiboseth filius Ionathæ filij Saul ad David, corruit in facie suam. Hoc est, in terrâ prostravit se, vt flecteret ipsum David ad pietatem, à quo timuit forsitan dure tractari, propter iniurias David à Saul illatas. Ex humilitate quoque, exhibuit illum honoris regis maiestati, & adorauit regem adoratione dulci, non latrice. [Dixitque David: * Mephiboseth, Qui respondit: Adsum seruus tuus. Et ait ei David: Ne timeas] me timore humano. Sic itaque pius David consolabatur ipsum Mephiboseth, quia (vt dicitur) vidit eum pauentem. Vel forsitan non formidauit, quia percepit à Ziba quod David voluit ei benefecere propter Ionathan patrem suum. [Ergo faciens faciam in te misericordiam propter Ionathan patrem tuum, & restitui tibi omnes agros Saul patris] i. aui [tui,] qui agri iure regni ad me deuoluti sunt potestatem. [Et tu comedes panem in mensa mea semper.] i. omni tempore opportuno reficiaris regis cibis ac potibus. [Qui adorans, dixit:] humiliter se coram rege ex tanta regis dignatione ad se: [Quis ego sum seruus tuus, quoniam respexisti super canem mortuum similem me?] Tanquam dicat: Indignus sum tanta dignatione ac beneficentia tua ad me, & quoniam tam gratiosè me affexisti, qui similis sum mortuo cani ob meam desuetudinem ac vilitatem, cuius patrem, auum, & patrum sunt occisi. Ecce quantum humiliavit se bonus iste Mephiboseth, de regia stirpe natus, filius nobilissimj Ionathæ, non solum carnis propagatione, sed etiam imitatione virtutum. [Vocauit itaque rex Zibam puerum] i. seruū [Saul, & dixit ei: Omnia quæcumque fuerunt Saul, & vniuersam domum eius] i. tota substantia Saul, [de di filio domini tui] i. huic Mephiboseth filio Saul, qui fuit dominus tuus. Quidam tamen exponunt istud de Micha filio Mephiboseth, quod non oportet, sed aliqua quæ sequuntur, de illo Micha sunt exponenda. [Operare igitur ei terram tuam & filij tui]

tui & serui tui, & inferes] i. apportabis [filio domini tui cibos vt alatur.] quod non potest exponi de Mephiboseth, quia in mensa regis, de cibarijs eius nutrebat. [Mephiboseth autem filius domini tui, comedet semper panem super mensam meam.] Erant autem Zibæ quindecim filij & viginti serui. Dixitque Ziba ad regem: Sicut iussisti domine mi rex seruo tuo, sic faciet seruus tuus. Et Mephiboseth comedit super mensam meam, quoniam vnus de filijs regis. Habebat autem Mephiboseth filium nomine Micha. Omnis vero cognatio domus Zibæ, videlicet viginti filij eius & quindecim serui, [seruiebat Mephiboseth,] agros eius colendo ac bona leuando & disponendo. [Porro Mephiboseth habitabat in Hierusalem,] quia de mensa regis iugiter vescerebat, & erat claudus vtroque pede. ¶ Moraliter ex isto capitulo ad monerum sequi fidelitatem ac pietatem David atque humilitatem Mephiboseth: & si Mephiboseth tantum humiliavit se coram rege mortali terreno, ex consideratione dignationis, beneficiorumque regis illius ad se, ita quod coparavit se mortuo cani: quanto magis cōtemplatione dignationis, pietatis & beneficiorum regis æterni inuariabilis & immensæ, debemus nos, p[er]fundissime humiliare, p[re]sertim quia de mensa altaris sui assidue reficimur preciosissimo sacramento: Rursus per David intelligit Christus, per Mephiboseth filium Ionathæ, quemque, fidelis filius gratiæ, vere humilis ac vilis in oculis suis. Talis itaque, Christus misericorditer suscipit, quia infima & abiecta mundi Deus elegit. Et sicut ait Gregorius, Hos eligit deus, quos despicit mundus. Talis quoque, in Christi mensa nutritur, i. in diuina scriptura, ac multiplici eius intelligentia delectatur corde ac alitur. Specialiter etiam per Mephiboseth claudum, posuit intelligi simplices religiosi verè interni, ad ea quæ mundi sunt, prorsus debiles & inepti, quos deus in mensa sua, i. in sua puisione paterna, ecclesiasticis reficit sacramentis, cōtemplationibus diuinorum, suauitate spiritalium gaudiorum. Et sicut Ziba cum sua familia seruiuit Mephiboseth, ita a d[omi]ni debet cōtemplatiuis seruire, ac corpori necessaria p[re]parare. ¶ Expositio cap. 10. Factum est autem post hæc, vt moreretur rex filiorum Ammon. Arti. XVII.

Sicutus David non solum studeat esse gratus personis eorum qui sibi benefecerunt, sed & p[ro]stituti earum. Ideo sicut p[re]cedenti capitulo recitatum est, qualiter benefecit ipsi Mephiboseth propter Ionathan patrem suum: sic hic narratur, qualiter voluit benefecere regi Ammonitarum propter beneficia patris ipsius. Factum est autem, vt moreretur rex filiorum Ammon, i. Nahas rex Ammonitarum, [et regnavit Hanun filius eius pro eo.] Dixitque David: Faciam misericordiam cum Hanun filio Nahas] cōsolando eum de morte patris sui, quod sit misericordiam opus, iuxta illud Ecclesiasticum: Ne desis plorantibus in cōsolatione, [sicut fecit pater eius mecum misericordiam.] Secundum Glossam, iste Nahas fuit rex Ammonitarum, quæ Saul expugnauit & vicit, ac fugere cōpuli, vt in primo libro recitatur, & quia hic Nahas fuit hostis Saulis, benignè recepit ipsum David cōfugientem ad se, quæ sciuit fugere à facie Saul. Hoc idem dicit Hieronymus. At verò 1. Regum lib. 1. Reg. 11. dicitur, quod David fugiens à facie Saul, venit ad Achis regem Geth, à quo cum timeret occidi, fugit ad regem Moab, & apud eundem regem dimisit suos parentes. Et ita dicendum relinquit, quod Nahas iste fuit rex Moabitarum & Ammonitarum, sicut frequenter contingit eundem p[re]esse pluribus regnis, quæ admodum etiam tempore Moysis Balach fuit rex Moabitarum & Madianitarum, vt in libro legitur Numerorum. His concordat, quod magister in historijs scribit, dicendo: Cum fugisset David ab Achis, à patre istius Hanun benignè collectus fuit: quo patet, quod rex ille Moab, fuit etiam rex filiorum Ammon, & pater istius Hanun. Verum, vt refert Lyra, Rabbi Salomon dicit contrarium, vt potest quod rex Moab ad quem fugit David, non fuit iste Nahas rex Ammon, & quod rex ille Moabitarum, quauis primo p[ro]p[ter] recepit David ac eius parentes, postea tamen indignatus contra David, quia recessit de regno suo ad exhortationem Gad p[ro]pheta, & rediit in terram Israel, occidit parentes David, & quosdam eius cognatos apud se derelictos & sibi recomendatos. Ceteros vero fugientes Nahas rex Ammonites apud se p[ro]p[ter] seruaui, & hoc vocat hic David misericordiam sibi factam à Nahas. Istud quoque, videt Lyra rationabilius dictum, quoniam supra scriptum est, qualiter David valde dure processit contra regem Moab & populum eius. Hic verò narratur, qualiter amicabiliter voluit pro-cedere circa regem Ammon. Ex quo manifeste videtur, quod iste Nahas fuit alius à regem Moab, cui recomendauit suos parentes. Circa istud apparet dicendum, quod verior & rationabilior sit dicta expositio Glossæ & catholicorum doctorum, quia magis cōcordat scripturæ. Nec verum est, quod supra dictum sit, ipsum David dure aut rigide processisse contra regem Moab: sed contra Moabitas, qui forsitan suo regi erant rebelles, aut iniuriosi in David, ita quod contra eos habuit causam & pugnam: non contra eorum regem, de cuius consensu potuit vastatio illa contingere. Vel forsitan assumpsit sibi alium regem. Nec verisimile esse apparet, quod David qui erat vir totus idoneus, discretus, vrbanus, recessit à terra & rege Moab, sine scitu & consensu ipsius. Nec probabile reputatur, quod ideo occidisset parentes David, etiam si eo ignorante redisset David ad tempus in terram Iuda, sed magis gauisus fuisset, putando quod David redisset illuc ad nocendum ibidem. [Misit ergo David legatos,] cōsolans eum, per seruos suos super patris sui interitu. Nam hortabatur, vt amicitiam quæ erant inter patrem suum & se, fixæ manerent inter eos ambos, exhibuitque se paratum

1. Corin. 2. Gregorius

2. Reg. 9.

Eccles. 7. 1. Reg. 11.

Hieronymus 1. Reg. 11.

Numer. 22. Pet. Co. histo. lib. 2. Reg. cap. 12. R. Salomon

1. Reg. 8.

Ibidem

1. Theff. 4. tum ad ipsius subsidiū. Sic & Apostolus cōsolabatur Theſſalonicēſes super morte charorū suorū: Nolimus, inqens, vos ignorare de dormientibus, vt nō cōtristemini, sicut & ceteri q spem nō habent. Et tan dē cōcludit: itaq; cōsolamini in verbis istis. [Cū aut venissent serui dauid in terrā filiorum Ammon, dixerunt principes filiorū Ammon,] qui sub rege erāt in maioribus cōsiliati officijs, [ad Hanun dñm suum: Putas q; propter honorem patris tui miserit Dauid ad te cōsolatores, & nō ideo, vt te inuestigaret, & exploraret ciuitatē.] Sic & Iob dixit ad Dauid, cūm Abner venisset ad eū in Hebron, [& euerteret eā, misit dauid seruos ad te?] Impij nanq; & callidi ita facili ter de alijs sentiunt, dicunt, & iudicāt, q̄liter ipi in seipsis dispositi sunt. Ideo in libro Sapientię scriptum est: Semper psūmit ſaua perturbata cōſcientia. In Iob quoq; fert: Sonitus terroris semper in auribus impij, & cū pax sit, ille semper insidias suspicāt. [Tulit itaq; Hanun seruos Dauid,] Hanun ille nimis citō credidit cōsiliarijs suis. Facilitas autē credēdi decipit multos p̄sertim maiores, q; ex tali errore frequēter in diuerſa labunt pericula & peccata. Propter quod expertus hoc ipsum rex Assuerus ait: Quidā aures principū simplicēs, & ex sua natura alios estimantes, callida fraude decipiunt. Quę res veteribus probat historijs, & ex his q̄ gerunt quotidie, quomodō malis quorundā suggestiōibus, regū studia deprauant. [Rasitq; dimidiā partē barbæ eorū.] Parapip, scriptū est, q; decalauit eos, quorū vtrunq; fuit Iudæis valdē ignominiosum, & cōtra ritum legis eorū: q; in Leuitico iussum fuit, Nō radetis barbā. Et in Deuter. Nō facietis caluitiū, imō vsq; in p̄sens, apud aliquas nationes viri imberbes refutant, irrident, & sp̄nuntur vt foeminae. [& p̄scidit vestes eorū medias vsq; ad nates] hoc est, inguina, itā vt verecundiora paretbāt. [& dimisit eos.] Vndē elicit, q; serui Dauid erāt honestē vestri, videlicet vestibus satis longis. [Quod cū nunciatū esset Dauid, misit in occursum eorū.] Erāt em̄ viri cōsūs turpiter valdē. Et mandauit eis Dauid: Manete in Hiericho, donec crescat barba vestra, & tunc reuertimini ne augeat vestra cōfusio in hac terra. Hiericho autē ciuitas fuit eis reduentibus primō occurrens. [Videntes autē filij Ammon, quod iniuriā fecissent Dauid] regi in suis ministris. vndē apparet, q; per se perierunt regē Dauid misisse seruos suos ad regē ipsorum bona intentionē, & ex amicitia vera, [miserunt & cōduxerunt mercede Syri Rohob, & Syrum Zoba viginti millia peditum, & a rege Maacha mille viros, & ab Iftob duodecim millia virorū.] Nouerant em̄ Dauid regē esse bellicosum, & tantā iniuriā zelo iustitię vindicaturū, nec volebāt se ei humiliare & recognoscere culpā, ac petere veniā, sed auxerunt cōtemptum in Deū Israel, & in Dauid Deū vicariū. [Quod cū audisset Dauid, misit Iob & oēm exercitum bellatorū,] nō volens expectare tā diu, q; ipi ingressi erāt regnū suū. [Egressi sunt ergo filij Ammon] de sua metropoli nomine Rabbath, & direxerūt aciē ante ipsum introitū portę, [vt si cōtingeret eos succumbere, possent celeriter in urbē confugere.] Syrus autē Zoba & Rohob & Iftob & Maacha,] & q; erant cum ipſis, [seorsum erāt in campo.] Sic volēbāt exercitum Dauid intra se claudere, & ex vtraq; parte impugnare, & qm̄ Syri alijs erāt subditi regi Dauid, & seruientes ei sub tributo, infideliter egerunt, associando se aduersarijs Dauid, & cōtra eum pugnando, quod tñ egerunt, vt liberarent ab eius dominio ac tributo, quē admodū Sedechias rex cupiēs liberari a iugo & tributo quod regi Babylonis soluebat, misit ad regē Aegypti, vt sociarentur cōtra Chaldæos. [Videns ergo Iob q; p̄paratum esset aduersus se plium, & ex aduerso] scilicet ante portā, [& post tergū,] putā in cāpo, vbi cōducitū stabat exercitus. Hoc em̄ callidus Iob, expertus in re militari ac bellica, cōsiderauit, aut ingrediendo percipit, q; in bellis plūs valet prudentia, quā fortitudo corporea. [Legit sibi ex omnibus electis Israel,] i. ex militibus & pugnatoribus elegantioribus sui exercitus assum p̄sit quos voluit, [& instruxit,] hoc est, ordinauit, vel etiā de modo pugnandi ac p̄cedendi informauit [aciē,] i. militū suorum multitudinē ordinatā ad pugnā, [cōtra Syrum] i. Syrorū exercitum, quē sciuit esse robustiorē ideo personāliter cōtra eos cōgressus est, tanq̄ vir audax. Propter quod etiā fortiores milites, secū adsumpsit cōtra Syrum. [Reliquā autē partē populi] i. exercitus stradidit * Abisai fratri suo,] hoc est, sub eius directionē, q; exercitū suū diuisit in duas partes, secundū q; ad aduersarij erāt in duas partes diuisi, q̄tenus vtraq; pars aduersariorū impugnaret ab ante. [Qui direxit aciē aduersus filios Ammon.] Et ait Iob: Si p̄ualerint aduersum me Syri, eris mihi in adiutoriū:] quāntū potueris, & p̄sertim, si aduersarios tuos fugaueris, vel qdā de tuo exercitu adiungēt se mihi. [Si autē filij Ammon p̄uauerint aduersum te, auxiliabor tibi] in casu quo indigeris, & mihi possibile fuerit. [Illo vir fortis] corde & corpore, aggrediendo viriliter ardua, & p̄ bono cōmuni ac defensione subeundo pericula mortis sine inordinato timore. Ideo subdiit: [& pugnemus pro populo nostro, & pro ciuitate Dei nostri] ne scilicet aduersarij nostri inuadant & vastent terrā ac plēbē nostrā, nostrasq; vrbes, p̄sertim metropolitanā Hierusalē, vbi sunt sancta nostra. [Dñs autē faciet quod bonū est in cōspectu suo.] i. de exitu belli disponet, put p̄cipiet atq; iustitię sue p̄la cūerit. In his verbis insinuat Iob victoriā ad diuinā puidetiā depēdere, atq; in deo principaliter esse sperādū in plijs, quē admodū Salomon ait: Equus parat ad diē belli, dñs aut salūtē tribuet: nichilo-

Sapient. 17.
Iob 15.
Hester 13.
1. Paralip. 19.
Leuit. 19.
Deuter. 14.

4. Reg. 25.

Abisai

Prouer. 21.

hiloninūs pugnatōres facere debent quod in ipsis est. ¶ Deniq; ad Iob pertinēbat, sic alios exhortari, qm̄ princeps fuit militię. [Inijt itaq; Iob & populus eius q; erāt cū eo, certamē cōtra Syros, q; statim fugerūt a facie eius.] q; deus omnipotēs corda Syrorū perterruit, obstupescit, debilitauit. [Filij aut Ammon vidētēs, q; fugissent Syri, fugerūt & ipsi a facie Abisai, & ingressi sunt ciuitatē.] Reuersusq; est Iob a filijs Ammon, & venit Hierusalē. Vidētēs igit filij Ammon, qm̄ Syrus expaui, & qm̄ corruisset eorū Israel, cōgregati sunt pariter,] vt cū fortiori exercitu pugnarēt cōtra Hebræos. [Misitq; Hadadazer] rex [& eduxit] i. ad se vocauit [Syros q; erāt trās fluuiū] Mesopotamię seu Euphraten. Vndē in Iosue lib. habet: Trans fluuiū habitauerunt patres vestri. [& adduxit eorū exercitum. Sobach aut magistrus militię Hadadazer, erat princeps eorū. Quod cū nunciatū esset Dauid] regi, [cōtraxit] i. cōgregauit [oēm Israelē,] i. vnuerfos viros aptos ad plium, [& transiuit Iordanē, venitq; in Helā. Et direxerūt aciē Syri ex aduerso dauid, & pugnaverunt cōtra Israel. Fugerūtq; Syri a facie Israel, & occidit Dauid de Syris septingentos currus.] i. pugnatōres, q; ex curribus illis pugnabāt. Sicq; ponit hic cōtinens pro cōtento. [& quadraginta millia equitum.] His cōtrariari videt, quod 1. Paralip. legist. Interfecit Dauid de Syris septem millia currum, & quadraginta millia peditū. Sed qd pro horū cōcordantia lit dicendum. 1. lib. Paralip. est expressum. [& Sobach principem militię percussit, qui statim mortuus est. Videntes aut vnuerſi reges qui erant in p̄sidio Hadadazer, se victos esse ab Israel, expauerunt & fugerunt quinquaginta & octo millia corā Israel. Et fecerunt pacē cum Israel, & serui erunt, timuerūtq; Syri auxiliū p̄bere filijs Ammon.] Textus huius & cōsimilium verba, quę nō exponuntur, ad eō plāsa sunt, q; expositione nō indigent. ¶ Moraliter ex isto docemur capitulo, nō facile esse ad credendum malum de alijs, p̄sertim de bonę famę hominibus, neq; ex leui suspicione ad iudicia incauta p̄cedere. Alioquin multa & magna inciderem incōmoda. ¶ Allegoricē, per Dauid & eius ministros ac nūcios, intelliguntur Christū & eius fideles, p̄sertim doctores & predicatores. Per regē autē Hanun & seruos ipsius, designant diabolus & angeli eius, aut etiā homines vitioſi mundani. Per barbā verō quę est s̄gnū virilitatis, significant soliditas salubrium doctrinarum, atq; bonorum cōstantia operum. Per vestes quoq; virtutes ac dona spiritus sancti, quos anima induit & ornat, intelligunt. Dum itaq; dæmones aut impij homines trahunt Christi ministros p̄dicatores, doctores, p̄latos, ad cessandum a salutaribus documentis, aut virtuoſis exemplaribusq; operibus, abradūt mediā barbā eorū. Quōd si ad cessationē ab vtroq; pertraxerint eos, totam eorū barbā abradunt. Et q; p̄dicatio eius cōtemnit, cuius vita vitioſa aspernabilisq; cōsistit, p̄cipuē studēt inducere eos ad cessandū ab actibus virtuoſis: q; & hi q; nō implent ea q; docēt ac sermocinant, grauiter peccāt sermocinādo. Peccatori etem dixit Deus, Quare tu enarras iustitias meas? Et sicut oratio, ita & p̄dicatio eius q; auertit aures suas ne audiat legē, est execrabilis. Conſormiter dicit impij illi in ducit hos Christi ministros ad peccandū mortaliter, p̄cidūt vestes eorū, de quib; legist in Apocalypſi: Qui nō in quinauerunt vestimēta sua, ambulabūt mecum in albis. Sed dum eos alliciunt ad carnalia vitia, vitamq; euidenter scādaloſam & turpē, p̄cidunt vestes ipsorum vsq; ad nates. Insuper, sicut rex Hanun & serui eius p̄ciderunt vestes seruorū dauid vsq; ad inguinā, sic dæmones inducunt hoīes Christianos ad tantā fatuitatē, q; vestimēta sua superiora decurant quasi vsq; ad nates: atq; in tantū corda eorū excecāt, q; spontē ipsimet faciūt sibi, quod serui Dauid inuitissimē sustinuerūt: nec in vestitu tā breui intelligūt se potius esse derisos, q; vestitos. ¶

¶ Elucidatio cap. 11. Factum est autem vertente anno. Arti. XVIII.
Cōsequenter describitur grandis & multiplex ipſius Dauid transgressio, non ob eius diffamationem, sed ad diuinā misericordię commendationem, atq; ad copioſam nostrā instructionem, cautelā & confortationē, quatenūs ex tanti viri ruina grauissima, discamus de propria fragilitate & lapsu esse formidolosi, custoditi, solliciti. Nēpē felix quē faciunt aliena damna peritū. Quōd si ceciderimus, nō desperemus: sed penitentia, humiliationē, cōpunctionē, satisfactionē ipsius Dauid sequamur. Factū est aut vertente anno,] i. anno sequēte ac reuertente,] eo tempore quo solent reges ad bella procedere,] vt potēt tempore veris, initiōve æstatis dum aura est temperata, & equi ac animalia in agris, campis & pratis inueniunt pabula, [misit Dauid Iob & seruos suos cum eo & vnuerſum Israel,] i. multos de singulis tribubus, [& vastauerunt filios Ammon, & obsederunt Rabba metropolim regni.] Dauid aut remansit in Hierusalē:] reputas p̄sentia suā cū exercitu suo nō esse necessariā, p̄pter hostij insufficientiā ad resistendū. [Dñs hęc agerent, accidit quadā die vt surgeret dauid de stratu suo post meridiē, & decambaret in solariorum domus regię, viditq; Dauid mulierē se lauante aqua frigida, p̄pter refrigerationem caloris, secūndū quosdam: vel propter menstruum fluxum purgandum, vt alij dicunt.] Ex aduerso super se larium suum. Erat autem mulier pulchra valdē. Misit ergo rex, & requisit quę esset mulier.] Tan scilicet esset soluta & virgo, an vidua aut maritata: vt si esset soluta, & virgo aut vidua, in coniugem eam acciperet, si cō; optato vterē amplexu. [Nunciatumq; est ei, quod esset Bethsaba filia Eliam,

1. Para. 29.

Psal. 49.

Prouer. 18.

Apocal. 3.

Art. XVIII.

Pet. Co. hi- sto. lib. 2. Re. cap. 12. Eliam, vxor Vriæ Hethæi. In Scholastica fertur historia, q̄ erat filia Elæ filij Achitophel con-

Idem vbi su- pra.

Lucæ 1.

Leuit. 20.

Gene. 42. 45

Iosef. lib. 7. an. iu. ca. 7.

IN II. LIB. REGVM, ENARRATIO. ART. XIX. 301 tuus est etiã Vrius Hethæus. Misi itaq; loab, & annunciauit Dauid omnia verba plij, præceptiq;

1 Macha. 9.

Leuit. 20.

R. Salomon

Malach. 2.

R. Paulus

Ecc. 13.

Capitulum istud moralibus plenum est documentis. Factum est, vertete anno, 50 tempore

Dicebam enim: Quis scit, si forte donet mihi eum dominus, & vivat infans? Nunc autem quia mortuus est, quare ieiunio? Nunquid potero eum revocare amplius? Ego vadam magis ad eum: ille vero non reveretur ad me. Et consolatus est David Bethsaba vxore suam, ingressusque ad eam, dormiuit cum ea: non ante eius purificationem secundum legem, sed tempore precedente. [Quia genuit filium, & vocavit nomen eius Salomon: quod interpretatur pacificus, sicque, deo inspirante ac disponente vocatus est, quoniam fuit puer, de quo Deus per Nathan praedixerat David regi, quod filius eius esset vocaturus in regno, in quiete & pace regnaret, ac templum construeret. [et dominus dilexit eum.] Quamvis Deus diligat cuncta quae fecit, rationales tamen creaturas, proprie dicit diligere quas praedestinavit, sicut de Iacob per Malachiam testatur, Iacob dilexi. Hinc multi coniungunt Salomonem esse saluatum. Qui autem super hoc dubitant, aut aliter opinantur, dicunt quod dominus Salomonem dilexit, quia ad tempus fuit bonus & gratus, & quia multis naturalibus ac temporalibus bonis eum ornauit. Dicitur enim Deus aliquando duobus modis diligere, ut potest dilectione praedestinationis aeternae, qua soli diliguntur electi, & dilectione praesentis iustitiae, qua diliguntur a Deo omnes qui in charitate existunt. [Mistiq; in manu Nathan, prophetae: Ii. ipsum Nathan misit ad puerum, & per ministerium Nathan imposuit puero aliud nomen, videlicet subiungit, [et vocavit nomen eius, amabilis dominus: I. Iedidiah in Hebraeo, quod interpretatur dilectus domini, vel amabilis Deo, [eo quod diligeret eum dominus.] Aliqui habent, mistiq; in manu Nathan prophetae, i. Salomonem commisit ac voluit Deus educari ac informari per Nathan, ut in virtutibus crescens, fieret dignus regno. Consequenter describitur, qualiter capta est Rabba. [Igitur pugnabat Iobab contra Rabba filiorum Ammon, & expugnabat urbem regiam. Mistiq; Iobab ad David nuncios, dicens: Dimicavi aduersum Rabba, & capienda est vrbis aquarum,] i. Rabba metropolis aquis vallata. Vel ut aliqui dicunt, vrbis aquarum, i. populorum, quoniam fuit plurimum populosa. Nunc igitur congrega reliquam partem populi, & obfide ciuitatem, & cape eam, ne cum a me vastata fuerit vrbis, nomini meo ascribatur victoria.] Hoc Iobab vel ex humilitate, vel ex quadam fidelitate ad regem ei denunciavit, vel potius ex quadam versutia, adulatione, & ambitione, quia ambitiosus erat, & regi complacere desiderans, gratiam eius captauit, ut in suo firmaretur officio. [Congregauit itaque David omnem populum] praelio aptum atque residuum, [et profectus est aduersum Rabba. Cumque dimicasset] cum suo exercitu contra vrbem, [cepit eam. Et tulit diadema regis eorum de capite eius.] Per regem Ammonitarum non intelligitur hic filius Nahas regis, qui patri suo Nahas successit in regno, sed falsus deus seu idolum Ammonitarum, nomine Melchon, quod interpretatur rex eorum. Vnde i. Paralip. legitur: Tulit autem David coronam Melchon de capite eius. Circa hoc scribit Hieronymus, & habetur in Glossa super Paralipomenon: Tradunt Hebraei, quod illicitum erat Iudaeis de idolis aliquid auri vel argenti accipere, quia lex idololatriam vetat. Ideo Ethai, qui de Philistaeis ad David venerat, rapuisse coronam de capite Melchon, ut liceret David Iudaeo de manu hominis capere, quod de capite idolis capere si non licuit. [pondo auri talentum,] quia hoc diadema continebat in pondere talentum auri, iuxta illius regionis mensuram, [habes gemmas preciosissimas.] Hinc in Scholastica fertur historia: Erant in diademate illo gemmae preciosae & auri talentum. Veruntamen David iuxta tenorem legis primum conflauit & purgavit metallum, & postea sibi inde diadema formauit, in cuius medio sardoniochem inconparabilem collocauit. Nec tamen in hoc fecit contra illud Deuteronomij: Sculptilia eorum igni combures, & non concupisces aurum & argentum de quibus facta sunt. Quia hoc fuit praecipuum de idolis, idolorumque ornamentis, quae erant in terra promissionis, quae filij Israel primum ingressi ac demoliti sunt eam, [et impositum est super caput David. Sed & praedicta ciuitatis absporaui multam valde.] Populum quoque eius adducens, [ad forum iudicij seu locum supplicij,] serauit [i. i. ferris diuisit per medium, & circumegit super eos ferrata carpenta,] i. i. ferrea seu ferrata quaedam vehicula rostris incidentia, scilicet currus falcatos siue ferratos, imo & carpentis huiusmodi ipsos ferrauit. Carpentum namque securis est. [diuisitque cultris, & traduxit in typo laterum:] i. cultros traduxit seu traxit per eos eo modo, quo traducunt cultelli per lateres adhuc molles, ut apte forme nisi feurent. Itaque quosdam per vehicula illa ferrauit, vel ferris diuisit, quosdam cultris fecauit: nec tantum rigore exercuisset in eos mansuetus & pius rex David, nisi valde peccassent in vestri & in populum suum ac se. Veruntamen non puniuit totum populum illum hoc modo, sed eos qui consilium dederant regi suo, quod praefato modo seruos David irrisit. [Sic fecit ciuitatibus vniuersis filiorum Ammon,] i. i. rectoribus ciuitatum illarum, quod ad illam irrisionem infligauerunt, aut simili modo specialiter ac grauiter erant culpabiles. Non enim omnes nobiles terrae illius occidit, imo nec omnes filios regis Nahas, sed filium eius regem, a quo serui sui fuerunt irrisi. Vnde in ista legitur, quod Sobi filius Nahas de Rabba filiorum Ammon, praebuit David regi necessaria quando fugit a facie Absalonis. Nam illum Sobi constituit regem pro fratre suo quem interfecit. Porro i. Paralipomenon scriptum est, quod David eduxit populum Rabba, & fecit super eos tribulas & trahas & ferrata carpenta transire, ita ut dissecarentur & cotererentur. Tribulae autem vocantur vehicula, qui-

1. Para. 10.

Hieronym.

Exod. 20.

Pet. Co. hi.

sto. lib. 2.

Re. cap. 12.

Deuter. 7.

1. Reg. 10.

1. Reg. 17.

1. Para. 10.

quibus teruntur messes. Et ut ait Isidorus, Tribula est genus vehiculi, quo teruntur frumenta. Tribulae vero dicuntur a gra vehiculorum, quae rotas non habent, vel instrumeta quae trahunt super terram de nouo seminata ad coplanandum eandem. [Et reuersus est David & omnis exercitus eius in Hierusalem, non tamen habitauerunt omnes ibidem, sed cum rege ingressi sunt primum illuc communitate, deinde redierunt in sua. Absportauit etiam secum de Rabba plurimam praedam.]

De eiusdem cap. 12. intelligentia spiritali. Art. 21.
Per hoc quod Deus (cuius sapientia non est finis aut numerus) increpauit David regem, per os prophetae, proponendo illi paradigma aptissimum, datur intelligi, quod excellentes personae, praesertim reges & principes, non qualitercunque, sed parabolice loquuntur, aut pia quadam circumspectione, aut magis exasperant. Ideo scriptum est: Noli resistere contra faciem potentis, neque coneris contra idum suum. Insuper ex isto docemur cap. quod enorme vitium sit adulterium, quod (non obstante intensissima correctione, profundissima humiliatio, integerrima emendatione B. David) Deus omnipotentem tam horribiliter ac multipliciter in illo puniuit, ut patuit & patebit. Qualis ergo post vitam hanc erit eorum damnatio, quod cum nunc non femel duntaxat, sed & frequenter adulterij crimine committere non verentur, non tamen in vita hac castiganter? Nonne post vitam praesentem ineffabiliter torquebunt? Ideo Salomon dixit: Si iustus in terra recipit, quanto magis impius & peccator? Et Apostolus ad Hebr. 13. Fornicatores & adulteros iudicabit dominus. Denique huius facinoris enormitatem, proportionatamque vltionem tangit S. Iob 31. dicens: Si deceptus est cor meum super mulierem, & si ad ostium amici mei insidiatus sum, scortum sit alterius vxor mea, & super illam in curuentur alii. Hoc etiam nefas est & iniqtas maxima. Ignis est vsque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina. Amplius, ex isto cap. arguunt auari, raptores, & pauperum impotentiorumque oppressores, qui si aliqui faciunt alios bene tractando expensas, nituntur expensa ab impotentioribus & egenis recuperare & extorquere, quorum iniqtas clamat ante Deum, & dirae expetit vltionem. Qui autem laeta tenet conuiuia, aliosque inuitat desiderio laudis humanae, aut simili elatione seu iniusta intetione, faciunt hoc accedente ad eos peregrino, puta diabolo: quod respectu electorum quod diu in peccatis non permanet, recte dicit peregrinus, quia non diu in eorum cordibus commoratur. In reproborum autem & impenitentium cordibus habitat tamquam cuius. Itra autem David aduersus hominem illum. Sic multi, cognito aliorum excessu, zelo videntur iustitiae incitari & inflamari contra peccatores. sed propria vitia non emendant, imo nec pensant, nec corrigi & obijci sibi ea equanimiter patiunt, de quibus constat quod nec alios ex charitate corripiant, quoniam charitas incipit a seipso, i. proprio suo subiecto. Nepe quod proficit homo si vniuersum mundum lucrifecit, & perdat seipsum? Ideo Ecclesi. 36. scriptum est: Miserere animae tuae placens Deo. Et Prouerb. 18. Iustus in principio accusator est sui. Vnde & Matth. 7. ait Saluator: Quid vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? Hypocrita, eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui. [Tu es ille qui fecisti hanc rem.] Hoc improprie potest ac obijci his, qui contra propriam operantur doctrinam, & quae condemnant in alijs, perpetrare non verecundantur. Quorum vnicuique dicit iudex: Ex ore tuo te iudico serue nequam. Vnde Roma. 2. ait Apostolus. Existimas autem homo qui iudicas eos quae talia agunt, & facis ea, quod tu effugies iudicium Dei? Et denuo ibidem: Qui perdicas non furandum, furaris: quod dicis non moechandum, moecharis: qui abhorres idola, sacilegium facis? Quare contempnisti verbum domini, ut faceres malum coram domino? Pensamus quod enorme atque damnabile sit praecipuum Dei contemnere, & Deo inspiciente, mandata ipsius violare: & tamen id agit omnis qui peccat mortaliter. Aduertamus beneficia Dei generalia ac specialia super nos & in nobis, & ita pensare poterimus, quod enormia sint nostra peccata, & satagemus vitare ea. Dixit David, Peccaui domino. Ita & nos ad superioribus aut proximis nostris concepti, recognoscamus humiliter proprias culpas, nec corripienti indignemur, nec accusemus vel alleuemus vitia nostra, certi quod in multis offendimus, & innumera libellula lateant nosmetipsos. Nam ut Salomon loquitur, Viro qui corripientem dura conuisione temnit, repentinus superueniet interitus. Ecce David non dixit repraesentari: Nunquid consiliarius regis est? imo celerim de etiam coram alijs sua confitebatur ac defleuit peccata: ita agamus & nos, nec publice argui & poenitere ac recognoscere nostra peccata erubescamus. [Ingressus David seorsum, iacuit super terram.] Ita & nos ad orandum intente, quam locum seorsum quietum, abstractum, sicut docet saluator: Tu autem cum oraueris, intra cubiculum: & clauso ostio, ora patrem tuum in abscondito. Hinc fertur Act. 10. quod Petrus ascendit in superiora, ut oraret. Et scriptum est Luc. 6. quod ascendit Christus in montem orare. Orationi autem ieiunium, aut saltem sobrietas iugiter debet addi, & humiliatio magna cordis ac corporis, & aspera vestis, quatenus caro castigetur. Qui enim sunt Christi, carnem suam cum vitijs & concupiscentijs crucifigunt. Quod si ad libitum non fuerimus exauditi, non ob hoc pusillanimes mox reddamur, sed Deo subiecta sit anima nostra in omni spe, humilitate & patientia vera, & propter ineuitabilia mala non doleamus

Isidorus

psal. 144.

psal. 146.

Ecclesi. 4.

pro. 16.

Matt. 16.

Marc. 8.

Luc. 9.

Luc. 19.

Iac. 3.

pro. 27.

Matt. 6.

Gal. 5.

psal. 61.

inordinatē, nec amicos seu propinquos defunctos in solabiliter deservimus, sed divina providentia & iustis eius iudicij subditi sumus. [Ioab pugnavit contra Rabbath.] Sic miles D. D. contra omnem seculi vanitatem & impietatem iugiter debet pugnare. Cōplemētū autē huiusmodi sibi debet per Christum fieri velle, & non sibi, sed domino omnem triumphū ascribere. Nā ipse est, qui operat in nobis velle atque perficere ex sua piissima voluntate. [Cōgregavit David omnem populum.] Sic saluator suos electos vnit per fidē, spem, charitatē, quotiens contra suā salutis aduersarios cōcorditer placentur, & adiuvant in tali cōflictu se mutuo. [Tulit diadema regis eorū, & impositū est super caput David.] Impij sunt quasi corona diaboli, qui dum cōvertunt ad dñm, fiunt diadema ipsius, iuxta illud Esa. 62. Eris quasi corona gloriæ in manu dñi, & diadema regni in manu Dei tui.

Expositio literalis cap. 13. Factum est autem post hæc.

Art. 22.

Modō narratur, qualiter dñs [sicut per Nathan prædixit] suscitavit vel permisit, vel effecit super David malum de domo sua. [Et factum est autē post hæc, ut] ipsius [Abfaloni filij] David sororem speciosissimam, vocabulo Thamar, adamaret filius David Amnon, qui etiam fuit frater ipsius Thamar ex parte patris, ut infra tanget: sed ipsa vocatur specialiter soror Abfaloni, quā ex utroque parente fuit soror sua. [Et deperiret in eam valde,] non solum corporali langore, sed & libidinosa ac vitiosa affectione, ita ut propter amorem, i. ex vehementi & p̄dominante amore, eius carnalis ægrotaret: fuit etenim amor, qui sepe corporalem inducit languorem, imō aliquā mortem, nam passiones appetitus sensitivi, cum fiant cum corporali transmutatione, eo quod sint in organo corporali, quanto sunt intensiores & immoderatiores, tanto immoderatiores atque nocivius corpus immutant. Sic & iuvenis ille qui beatiss. Agnetem amavit, præ eius ægrotavit amore. [quia cum esset virgo] ipsa Thamar, [difficile ei videbatur, ut] quæ ipsam in honeste ageret cum ea. Non quod virginis deflorationem vel incessum horreret, quia passionis vehementia fuit victus & excæcatus: sed quoniam filia regis virgines sub arcta & diligenti erant custodia, ita quod virginis non patebat ad eas priuatus & periculosus accessus, propter quod Iosephus ait: Cum neque propter virginitatem, neque propter custodiam eius posset prevalere, crudeli percussus vulnere carpebatur. [Erat autē] ipsius Amnon amicus, nomine Ionadab, filius Sammaa fratris David, vir prudens valde. [Vera prudētia non nisi virtuosus inest] hominibus, ut etiam in Ethicis docet philosophus. Cum ergo in isto negotio Ionadab vitiosissimè se habuerit, non vitioque prudens, sed nequa & callidus fuit, quoniam consultavit istud quod sequebatur. Veruntamen ex naturali dispositione & alijs causis potuit esse ad prudentiam verā dispositus, prudensque fuit, si quoniam fuit virtuosus. Ionadab iste, in Iosepho Ionatham appellatur. [Qui dixit ad eum: Quare sic attenuaris macie fili regis per singulos dies?] Tanquam dicit, cum sis primogenitus tanti regis, & successurus ei in regno, meritò esses iucundus ac florēs. [Cur non indicas mihi?] Cum sim tibi familiaris & fidelis amicus, & tamen reuera non fuit verus amicus, quia [ut etiam Tullius protestatur] quicquid contrariatur virtuti, repugnat & amicitia. [Dixitque ei Amnon: Thamar sororem fratris mei Absalon amo.] In tamen, quæ amoris magnitudine & alteratione corporali excessiva illam sequente ægrotavit, nec edere valeo: sicque pallor & macies signa sunt amoris. [Cui respondit Ionadab: Cuba super lectum tuum, & languorē simula,] salium, inquam, languorē quæ eum quem habes. [Cumque venerit pater tuus ut visitet te, dic ei: Veniat, oro, Thamar soror mea, ut det mihi cibum & faciat pulmentū, & comedā de manu eius. Accubuitque Amnon & quasi ægrotare cepit. Cumque venisset rex ad visitandum eum, ait Amnon ad regem,] qui visitavit Amnon iacentem in lecto: [Veniat, obsecro, Thamar soror mea.] Amnon loquens ad Ionadab, dixit, sororem fratris mei, non sororem meam amo, quatenus Ionadab minus abhorreret illum amorem tam libidinofum, sed loquens ad patrem: Veniat, inquit, soror mea, ut rex minus suspicaretur aliquid mali. [Et faciat in oculis meis,] ut potè me præsentem, ut eam intuendo sic occupatam delecter, [duas sorbitiunculas,] i. pulmenta apta ad glutendum, tamen ut Iosephus scribit, erant fraxæ collyridæ, quæ quid sint, supra patuit. [Et cibum capiam de manu eius. Misit ergo David ad Thamar domum, dicens: Veni in domum Amnon fratris tui, & fac ei pulmentū. Venitque Thamar in domum Amnon fratris sui. Ille autem iacebat. Quæ tollens farinam, miscuit, & liquefaciens in oculis eius, coxit sorbitiunculas. Tollensque, quod coqueret, effudit in scutellam seu vas, & posuit coram eo, & noluit comedere. Dixitque Amnon: Eijcite uniuersos à me. Cumque eiecissent omnes, dixit Amnon ad Thamar: In ser cibum in conclauis, ut in loco illo secreto apto facinori fruar te, [ut vescar de manu tua. Tulit ergo Thamar sorbitiunculas quas fecerat, & attulit ad Amnon fratrem suum in conclauis. Cumque obtulisset illi cibum, apprehendit eam, & ait: Cuba tecum soror mea.] Sororem vocat, ne illa scelus percipiat, & amoroso nomine ad consentum trahatur. [Quæ respondit: Noli frater mihi.] Fratrem suum vocat, ut tantæ propinquitatis nomine audito, retraheretur à crimine. [Noli opprimere me,] cum etiam alienam opprimere sit iniquum. [Neque enim hoc fas] id est, licitum [est in Israel,] hoc est, quia in lege prohibitum est sub pœna mortis. [Noli facere stultitiam hanc,] hoc est, opus tam irrationabile & bru-

Ambrosius.

Iosep. lib. 7. ant. iu. ca. 8.

Ibid.

Ibid. a. Reg. 6.

Leuit. 19.

brutale, in quo ratio & omnis sapientia maximè absorbetur. Estque stultissimum taliter vinci libidine. [Ego enim ferre non potero opprobriū meum.] hoc est, tam ignominiosam meam constitutionem, nec occultare potero, nec quamquam tolerare. [Eru eris quasi vnus de insipientibus in Israel.] hoc est, diffamiam magnā incurres, & reputaberis fatuus homo, cum tamen oporteat te bonam famam studere, ut posses patri tuo in principatu succedere. Porro, quod ait, quasi, dicit hic veritatem, non similitudinē tamen. [Quin potius loquere ad regem, & non negabit me tibi.] dare in conjugem. Dicunt alij quod David in bello acq̄sivit matrē illius Thamar, & quod mater eius tunc fuit prægnans hæc filia ab alio viro, sic quod non fuit naturalis filia David, & per cōsequens, nec vera naturalis soror ipsius Amnon, sed hoc non videtur textui cōcordare, nec in aliqua authentica reperitur historia: & super illud Ezech. 22. Frater sororem suam in te polluit nefariè, cōmuniter dicitur expositores, quod intelligatur de Amnon & Thamar. Ideo potius reor, quod Thamar protulit verba hæc ut auerteret fratrem suum à tanto facinore, spe obtinendi eam licitè & honestè, & quousque mēteretur, dicendo: Rex non negabit me tibi, fuit officiosum mendaciū & leue p̄c̄m. Hoc & Iosephus sensisse videtur, dicēdo: Thamar ita locuta est, ut ad tempus petulantē fratris sui impetum valeret refrenare. Magister quoque, in hist. hoc, inquit, dicebat, ut subterfugeret manus eius. Veruntamen alij dicunt, p̄ceptum legis, prohibens sororē ex patre à fratre sumi in coniugē, esse intelligendū, quoniam frater & soror fuerint gētis eiusdem. Thamar autē fuit filia Maacha mulieris gētis illius, quā tamen (ut credit) David ad iugdai sumi cōuertit. Amnon verò ex utroque parētē fuit Israelita, sicque potuisse Thamar fieri coniugē Amnon. Sed istud saluari non potest, quoniam Deut. 27. legitur: Maledictus qui dormit cum sorore sua filia patris sui vel matris suæ. Idem quoque Levi. 1. perhibet: Noli autē Amnon accersere precib⁹ eius: Irōnabilissimis, [sed] p̄ualens, viribus oppressit eam, & cubavit cum ea.] Sed queri potest, cur non clamauit, eum secundū legē debuisset clamare, quia fuit in ciuitate, imō in palatio, nec locū orat̄ poterat subuenire forsitan ne frater suum cōfunderet, & mortis sententiā subderet eum. [Et exosam eam habuit odio magno nimis, ita ut maius esset odium, quo eam oderat, amore quo antè dilexerat.] Illa etenim quæ poterat, viriliter restituit: circō (ut ferūt Hebræi) miser ille se grauius læsit. [Dixitque ei Amnon: Surge & vade.] Ipsa autē (ut ait Petrus Comes.) rogauit ut maneret cum ipso, & fieret ei vxor, putās forsitan in hoc posse dispensari. [Quæ] nolente ipsos rudit: Maius est hoc malum quod nunc agis aduersum me, expellēs me, in quantum hoc agis ex maximo odio & cōtemptu personæ meæ, cui post tantā iniuriā tenēris ad recōpensationē & cōpensationē, non ad cōmulationē huius augmentū: quod antè fecisti, me opprimēs. Quod aliquam videtur excusationem admittere, in quantum venit non ex malitia, sed in firmitate & passione p̄domināte, imō quoniam deflorauit eam, tenebatur eam habere vxorem, secundū legis p̄ceptum, Leuit. 20. ac Deut. 27. scriptum, nisi aliud dē fuisset obstaculum: quo existente, debebat ei alijs modis pro posse pro illa: damno possibilem restitutionē, cuius condignā non potuit, iuxta quod Ecc. 26. fertur: Omnis ponderatio non est digna cōtinentis animi. [Et noluit audire eam, sed vocato puero, qui ministrabat ei, dixit: Eijce hanc à me foras, & claude ostium post eam. Quæ induta erat talari tunica:] queque super ad talos eius descēdit, quam Iosephus vocat collobium manicatum. Tamen ut gdam refert, in Hebræo habetur, serica tunica. Sed potius est tenendū, literam hanc veritati Hebræicæ cōsonare, & verbum illud Hebraicum esse forsitan æquocum ad utrunque. [Huiusmodi enim filia regis] Thamar [virgines vestibus utebantur.] in quo religiositas regis David apparet, quæ tam humilib⁹ vestibus non in terram defluentibus, sed vix eam tangētibus, iussit suas filias uti: nec dubium, quoniam in cæteris suis domesticis p̄portantabili vestium cōdecentiā obseruauit, ex quo reprehendunt superbe ac fatuæ mulieres ac virgines tēporis huius, quæ licet à regia nobilitate plurimum distent, tamen vestibus enormiter lōgis, ac se per terram trahentibus induunt: in ornamentis etiā preciositate, figura ac multitudine vestium grauissimè peccāt. Similiter ac adolescētes ac viri suo modo. [Eiecit itaque eam minister illius foras, clausitque fores post eam. Quæ] in signū doloris, [aspergēs cinerē capiti suo, scissa talari tunica, impositisque manibus super caput suū, ibat,] per palatium regis, ut alij dicunt, cum tali dispositione, ut potè victa dolore ac mœrore ob tantas sibi illatas iniurias, [ingrediens domum Absalonis,] & clamans [cum] lachrymis. Aliqui tamen dicunt, quod non fecit hæc mox, ut fuit eiecta ab Amnon, nec in regis palatio, sed postquam venit ad domum Absalonis, alioquin scandalizasset scipfam, sed prima expositio verior reputatur. Nam Amnon taliter eam eijciendo, fatis eam scandalizauit, & ipsa erat tanto cōfecta mœrore, & tam irreuerenter tradita, quod non pen-sauit se grauius posse confundi, nec ipsa in hac re culpabilis fuisse videtur. [Dixit autē ei Absalon frater suus: Nunquid Amnon frater tuus cōcubuit tecum?] Hoc Absalon ex gestibus illis suæ sororis aduertit, p̄sertim quoniam illa non negauit, nec aliam suam afflictionis exposuit causam. [Sed nunc soror tace: Frater tuus est,] Ideo eius improbitati compati debes. [Neque affligas cor tuum pro hac re.] Jam immoderate, sicut nunc agis: Illa locutus est Absalon pro sororis suæ charissimæ consolatione, quousque vitioque illa meritò tristabatur, quæ tamen tristitia fuit rationis gubernaculo moderanda.

Iosa. lib. 7. an. iu. ca. 8. ret. C. 6. hist. li. 2. re. ca. 13.

Pet. C. 6. hist. li. 2. re. ca. 13.

Iosep. lib. 7. an. iu. ca. 8.

da. [Mansit itaq; Thamar cōtabescens] i. mōrōre & dolore seipsam cōficiens, & quasi in viduitate perfricta, [in domo Absalon fratris sui. Cū aut audisset rex David verba hæc,] hoc est, hæc gesta significata per verba hæc, [cōtristat] est valde [tam de filij sui primogeniti inhonestissimo ac vitiosissimo factō, q̄ de filia suæ deturpatione, & maxime de Dei offensio] ac populi scādālizatione. [et noluit cōtristare sp̄m Amnon filij sui,] Jeum increpando ac castigādo vt meruit, [q̄ diligebat eum,] Inon qualitercūq; nec tm, q̄a & alios filios suos dilexit, sed dilexit eum p̄cipue, idcirco subiungitur: [q̄a primogenitus erat ei.] Sed ista videtur fuisse carnalis & praua dilectio, cū vera dilectio exigat corripi, ac corrigi dilectum peccantē, & tanto plūs quāto magis diligitur, iuxta illud Eccli 30. Qui diligit filium suum, assiduā illi flagella. Vnde iterum magis scriptura: Heb. 13. Quis filius quem non corripit pater? [Insuper, q̄ oppressit virginem, secundū legē meruit mōrōrem, ergo non solum corripere, sed & occidere debuit David iudex & rex filium oppressorē. Iterum: Heli reprobatus est, q̄a non satis acriter filios corripuit filios, quos tñ corripuit: magis ergo dauid meruit reprobari, q̄ tam sceleratissimū filium incorreptū & impunitū reliquit,] p̄sertim cū iudex debeat sine personarū acceptione iudicium atq; iustitiam exercere. Ad ista q̄dam rident, excusantes ipsum David, dicentes, q̄ in correptione & castigatione rei, seruanda sunt & cōsideranda modus, tēpus, persona: ideo interdū est differenda ad horam, propter quod David distulit corripere istum Amnon, qm̄ vidit eum p̄nitentē de suo excessu & tristēm, ne absorberetur abundantiori tristitia. Vnde aliq̄ dicunt, q̄ postea corripuit eum secretē. Et q̄dam ait, q̄ pro tunc non corripuit eum, qm̄ Amnon erat debilis & infirmus, & dolens de factō suo: quod falsum videtur, q̄a vt dictum est, fuit tam fortis, q̄ p̄ualens viribus oppressit sororem, & David iam nouerat eum infirmitatē illam, qua leōo decubuit, cōsinnisse. Text⁹ quoq; apertissimē dicit, q̄ noluit sp̄m ipsius Amnon cōtristari, videlicet corrigendo, q̄a diligebat eum. Hinc alijs magis apparet, q̄ David in hac re fuit culpabilis, sicut in alijs multis. Nam & infra 3. Reg. 2. habetur, q̄ non corripuit Adoniam dicentē: Ego regnabo. Veruntā aliq̄ dicunt, q̄ non tenebatur ipsum Amnon occidere, qm̄ violentia illa fuit occulta, similiter defloratio Thamar quæ probari non poterat, nisi per querimoniam Thamar, & sui corporis ostensionē. Thamar autē tacuit de cōsilio Absalonis. Veruntā si Absalon putasset se posse procurare occisionē Amnon à rege per acceptionē Thamar, maluisset hoc, q̄ q̄ per seruos suos ipsum occidit. [Deniq; si Amnon verē de suo p̄nituisse facinore, veniam postulasset, vel recōciliasset se, aut satis fecisset pro posse sorori, quorū nullū videtur fecisse: imō si ea egisset, non fuisset (vt creditur) occisus ab Absalone. [Porro non est locus Absalon ad Amnon, nec malum, nec bonum:] quod intelligi potest, ita q̄ de ista materia nihil locut⁹ sit ei, ne Amnon se obseruaret, quatenus suo tēpore illum occideret. Vel q̄ oīnd abstinuit ab eius colloq; quod non puto, ne Amnon cōsideraret auersionē & odium Absalonis aduersum se. [Oderat em̄ Absalon Amnon, eo q̄ violasset Thamar sororē suam. Factū est aut post tēpus biennij, vt tōderetur oues Absalon in Baal hazor, q̄ est iuxta Ephraim. Et vocauit] hoc est, ad prandij inuitauit, Absalon oēs filios regis] q̄ sine licētia p̄ris sui hoc facere non audebat. [Venitq; ad regē & ait ad eum: Ecce tōdent oues serui tui. Veniat oro rex cum seruis suis] hoc est, filijs alijsq; ministris sibi cōplacentib⁹, [ad seruū suū,] i. ad prandium quod parabo. Hoc Absalon non dixit ex animo, q̄a p̄ris sui p̄sentiam non optauit ibi dēsed p̄sem ideo inuitauit, ne suspicari tur aliq̄d mali esse in causa, & vt sine scrupulo ac timore permitteret ipsum Amnon pergere illuc. [Dixitq; rex ad Absalon: Noli fili mi, noli rogare vt veniamus oēs & grauem⁹ te. Cū aut cogeret eū,] i. instāter, quasi iportunē, [et noluisse ire] i. rex, [bñdixit] i. rex ei. [hoc est, filio quasi charitatio ac liberali.] Et ait Absalon ad David: Si nō vis venire, veniat (obsecro) nobiscum Amnon frater meus. Dixitq; ad eū rex: Nō est necesse vt vadat tecū. Coegit itaq; Absalon eū, & dimisit] i. [cū eo Amnon & vniuersos filios regis] i. res duos & fatis adultæ ætatis ad hoc. Nā Salomon videt adhuc fuisse infantulus. [Feceratq; Absalon cōuiuuiū quasi cōuiuuiū regis.] Iudæi nāq; in tōsione ouiu suaru, sicut & in sepultura parētū suorū cōsueuerūt facere magna cōuiuuiū, sicut & primo dicitur est lib. de Nabal. Nā oues & pecora erāt p̄cipue eorū diuitia, quod & in cōmemorationē fecerūt p̄riarcharū, q̄ pastores ouiu fuerāt. [Præcepit aut Absalon pueris] i. seruis suis, dicens: [Obseruate cū temulētus fuerit Amnon vino,] hoc est, inebriat⁹, [et dixerō vobis, p̄curite eū & interficite] eū, q̄a tūc nō poterit p̄cauere, resistere, aut fugere. [nolite timere: ego sum q̄ p̄cipio vobis,] q̄ sum filius regis, sicut & Amnō, & auū habeo regē, quod ipsi Amnō nō cōpetit, ideo sufficiētis sum potestatis rñdēdi p̄ vobis, vosq; tuēdi. Forfan serui isti fuerūt natiōe Gētiles, & ex p̄ria matris Absalonis, ideo min⁹ timuerūt hæc facere. [Roboramini & estote viri fortes. Fecerūt ergo pueri Absalon aduersum Amnō, sicut p̄ceperat eis Absalon. Surgētesq; oēs filij regis affcēderūt] singuli mulas suas. [Iste mulc] (vt credit) dat⁹ fuerūt regi, q̄a vt Leu. 19. legit⁹, phibitū fuit Iudæis facere cōmixtionem. Reg. 1. onēs aialiu diuersarū specierū, ex qb⁹ & mulc nascūt, nō tñ fuit eis phibitū vti eis. Nā & dauid infra legit sup mulā sedisse. Forfan & isti filij regis timuerūt occidi, q̄a subiūgit⁹: [et fugerūt] i. relinque

tes corpus fratris in sepulchro. [Cumq; adhuc pergeret in itinere, fama peruenit ad David, dicens: Percussit Absalon oēs filios regis, & non remansit ex eis saltem vnus. Surrexit itaq; rex David & scidit vestimenta sua, & cecidit super terram, & oēs serui illius q̄ assistebāt ei, sciderūt vestimēta sua.] Nam ille q̄ nunciavit hoc, cōcepit forsitan fugere dum Amnon adhuc percuteret, & putauit alios filios regis simili modo trucidandos. Verū talia mala solēt exaggerari. [Ridens aut Ionadab filius Sammaa fratris David, dixit: Ne existimet dñs meus rex, q̄ oēs pueri regis occisi sint, Amnon solus mortuus est.] Hoc dixit non spū prophético, vt q̄dam flultē dixerūt, adijcētes, q̄ Ionadab iste fuit Nathan propheta, cū certū sit, q̄ S. Nathan nequāq; dederit pessimū illud cōsiliū de virgine opprimenda, sed dixit istud ex humaua versutia atq; probabili coniectura, q̄a sciebat inueteratum rancorē Absalonis in Amnon, propter deflorationē sororis. Propterea subditur, [qm̄ in odio Absalon erat positus, ex die qua oppressit Thamar sororem eius:] & qm̄ Ionadab sciebat hoc, meritō auisisset ipsum Amnon ad p̄cauendū se ab Absalone. [Nunc ergo ne ponat dñs meus rex super cor suum verbum istud, dicens: Oēs filij regis occisi sunt, qm̄ Amnon solus mortuus est.] Fugit aut Absalon. Et eleuauit puer speculator oculos suos, & aspexit. Et ecce populus multus veniebat per iter deuium ex latere mōtis. [Qui fugiūt, dispergunt hinc inde frequenter per deuia. [Dixit aut Ionadab ad regem: Ecce filij regis adsunt, iuxta verbum serui tui, sic factum est. Cumq; cessasset loq; apparuerūt & filij regis: & intrantes, leuauerūt vocem suam, & fleuerunt. Sed & rex & oēs serui eius fleuerūt, ploratu magno nimis.] Sicut in morte primogeni fieri solet, & cōdoluerunt iuueni tam inopinatē occiso, q̄ sperabatur tātus futurus. Rex quoq; non ignorauit, sua peccata esse occasiōes tantorū malorū, propterea magis dolebat. forsitā etiā q̄a cognouit q̄ imparatus ad mortem, & ebrius fuit occisus. [Porro Absalon fugiēs, abiit ad Tholmai regem Gesur.] hoc est, regionis sicidiæ, auum suum. [Luxit ergo David filium Amnon multis dieb⁹. Absalon aut cū fugisset, & venisset in Gesur, fuit ibi 3. annis.] cum seruis suis, q̄ ipsum Amnon occiderāt. [Cessauitq; rex David persequi Absalon, eo q̄ cōsolatus esset super Amnon interitu.] Cōsiderauit em̄ hæc iusto vel cōtigit iudicio, & ipsum Amnon valde peccasse, mortēq; meruisse sic, p̄priam opprimēdo sororem. Est etiā valde naturale, q̄ dolor, mōrōre, ac cæteræ passiones appetitus sensitui paulatim decrescāt. Nam & earum organum ac subiectum lassatur, & cōsiderationes ex qb⁹ immediatē nascunt⁹, successiue deficiūt, aut remittunt⁹, corde circa alia occupato ac fuso, & qm̄ homo perpendit se dolendo, tristando, imaginando de p̄teritis illis, nihil p̄ficere, sed seipsum in frustū ofē affligere, & cōtra irremediabilia mala, p̄cipue valeat eorū obliuio. Dicit aut R. Paulus, q̄ David nunq̄ incepit persequi Absalonem: ideoq; improprie dicit, q̄ cessauit persequi eum. Vnde ait: Verbum illud Hebræum, pro quo Hieronymus trāstulit, cessauit, esse quoque ac cessare & desiderare. Hinc quoq; in Scholast. hist. dicitur: Rex cessauit persequi Absalon, hoc est, voluitatē persequēdi deposuit. Nihilominus dici potest, q̄ hoc ipsum fuit persecutio q̄dam, q̄ oportebat Absalonem esse p̄fugum à terra natali, nec interim posse propria bona leuare, nec puto, q̄ David voluerit vnq̄ Absalonē pro fratricidio illo occidere, cū & postea q̄ prauius peccauit, prohibuerit eum occidi, vt infra habetur. [Præterea, in scripturis leguntur scemin⁹ multis viris nocuisse, vel decipiendo, vel incitando, vel mala p̄cnalia infligēdo, videlicet ipsi Adæ, quem Eva traxit ad culpam, vt patet in Genesi: Lamech, q̄ bigamiam primō induxit, duas cōiuges accipiēdo: Pharaoni, q̄ vxorem Abrahæ introduxit ad se, propter quod fuit plagatus: Iudæ patriarchæ, q̄ peccauit eum Thamar: Ruben, q̄ cum vxore patris sui peccauit, vt pote cum nouerca: Loth, q̄ cum proprijs cōmixtus est filiabus: Filij Israel & Zambri, q̄ sicut Numer. 26. narratur, peccauerūt eum filiabus Madian, David, Salomoni, Adoniam, & Amnon, sicut in lib. isto refertur. Adoniam q̄pe petendo Abisac, mortem incurrit. Holofernes, quem Iudith occidit: Abimelech, q̄ ipse Saram vxorem Abrahæ abstulit, vt Gen. 20. scriptum est: Sisaræ, quem vt Iudic. 4. cōtinetur, Iael occidit: Naboth, quem Iezabel lapidauit, vt 3. Reg. 21. asseritur. Itē Abimelech filio Gedeonis, quem mulier saxo peremit: Et beatiss. Ioāni Bap. quem Herodias procurauit interficere: Principi quoq; Apostolorum, qui ad interrogationem ancillæ, Christum negauit. [Expositio cap. 14. Intelligens autem Ioab, quod cor regis versum esset ad Absalonem.]

R. Paulus.
Pet. C6. hist. li. 2. Co. ca. 14
2. Reg. 16. 18.
Gen. 3. 4. 12; 38. 19.
2. Reg. 12.
3. Reg. 11. 12.
Iudic. 12. 31.
Iudic. 17.
Marc. 6.
Matt. 24.

Articulus vice similtertius.

NVnc describitur, qualiter David pro suo adulterio sit punitus per propriarū vxorum ince-
stuosam violationem, & per suspensius à regno expulsionem. [Intelligens autem Ioab filius Saruæ, quod cor regis versum esset ad Absalon,] hoc est, inclinatum ad recipiēdum eum in gratiam suam. Hoc autem astutus Ioab ex aliquibus regis verbis aut factis perpendit, attamen David erubuit ex seipso hoc facere, ne vel de inconstantia argueretur, vel contra legem agere videretur, filii fratricidæ, nullo pro illo regante, accipiēdo ad veniam. [Misit Thecuam,] id est, ad villam sic dictam, de qua fuit Amos propheta. [et tulit] id est, ad se vocauit [indē mulierem sapientem,] quæ (secundum Magistrum in historijs, & Glossam) creditur fuisse proauia seu auia Amos

ducta, quae sciebat quod Iob dilexit Absalonem pro tunc. Libentius quoque; acquieuit reuocatiōi Absalonis, quoniam sciebat hoc ipsum Iob placere, quia Iob poterat populum quietare, & satisfacere ei de Absalonis reductione. [Respondit mulier, & ait: Per salutem animarum tuarum iuro dominum mihi rex, nec ad dexteram eius, nec ad sinistram, ex omnibus his quae locutus est dominus meus rex.] hoc est, nec plus, nec minus est quam dixisti. Hoc est, in nullo deualsi ad veritatem opinando & interrogando, an manus Iob absit mecum, imò directè est mecum in omnibus, ad quae etiā pferenda induxi te, ideo subdit: [Seruus enim tuus Iob ipse praecipit mihi, & ipse posuit in os ancillae tuae omnia verba haec.] i. ad ista exprimens mēda induxit, ac docuit me, vt verterer figurā sermonis huius.] hoc est, similitudinē p̄inductam applicare ad filium tuum. [Seruus enim tuus Iob praecipit istud. Tu autem domine mi rex sapiens es, sicut habet sapientia angelus Dei: i. sapiens valde, habesque; sapientia homo virtute & vita sancta, quae ad modum angeli Dei, quantum multo minus quae illi. Nempe si homo potest Deo assimilari in virtute & perfectione, à quo tamen deficit in infinitum, iuxta illud: Estote perfecti, sicut & pater vester caelestis perfectus est. Et rursus, Estote misericordes, sicut pater vester caelestis: iteque; imitatores Dei esto: te: quanto magis potest in sapientia & virtute angelo conformari & comparari, non aequalitate, sed similitudine in hac vita? si quidem in caelo potest esse aequalis, imò & maior. Nam sicut de singulis angelorum ordinibus aliquid ceciderunt, ita ad singulos aliquid homines perducunt. Gloriosissima autem Christiana virgo, super oēs angelorum choros est eleuata. ¶ Praeterea, sanctus David multiplicē sapientiam habuit, vt potest acquisita & infusam, tamen eam quae est prima inter dona spiritus sancti, quae eam quae est donum gratiae gratis date. Fuitque; sublimis propheta, & anagogicus contemplator. [vt intelligas omnia super terram:] hoc est, quodam de omnibus, vt sit distributio accommodata. Vel, omnia ad officium & iudicium tuum spectantia, & capax sis omnium, saltem per gratiam. ¶ Quare circa praehabita, qualiter licuit regi dauid pmittere mulieri, quod filius eius fratricida, p̄punitio maneret, quod secundum legem fuerat occidendus. Non enim videt, quod licuit regi dispensare contra praecipita Dei. Ad hoc quodam respondet, quod filius ille non fuit secundum legem occidendus, quia de homicidio non fuit conuictus per euidentiam facti, neque; per testes, quoniam soli duo filij erant in agro, nec per propriam recognitionem. Quod non videt idoneè dictum, quia tota cognatio persequebatur filium fratricidam: quod non fecisset, nisi fuisset manifestum & euident, homicidium illud perpetratum esse à fratre. Mulier quoque; coram rege hoc testabatur, vt patet in litera, nec licuit filiis Israel perseque; necare homicidam, nisi sententia de hoc data à iudice, coram quo oportebat homicidam conuinci. Nec habet ex textu, quod frater negauit se illud fecisse, nec mater eius hoc allegauit pro ipso coram rege, quod vtique; allegasset, si alio quo modo habuisset colorē. ¶ Insuper, si homicidium illud fuisset occultum, mulier per suam parabolam non conclusisset intentum de homicidio Absalonis, quod per seruos suos fratrem suum coram multis occidit. Verum ad hoc quodam respondet, allegando & sequendo Rabbi Salomonem dicentē, quod omnes inducunt ad testimonium quod Absalon occiderat ipsum Amnon, erant propinqui ipsius Amnon defuncti, idcirco non erant idonei ad ferendum testimonium in hoc casu. Sed hoc videt omnino incongruè dictum, cum scriptum sit capitulo praecedenti, quod populus multus venit per iter dauid, quod vt patuit, interfuit intersectioni ipsius Amnon, nec parentia habet, quod oēs illi fuerunt ita propinqui filiorum eius occiso, quod non poterant in causa illa testari pro ipso. Et dato quod non potuissent testari pro propinquo defuncto, poterant tamen testari contra propinquum viuentē: imò vt patet in Deuteronomio, Filius cotumax comestor & ebrius ad accusationem & protestationem suorum parum, quod proli maxime sunt propinqui, lapidabatur. Iterum dicit Rabbi Salomon, quod & alius approbat, quod propinqui illi qui testabantur, Amnon occisum à seruis Absalonis, non erant ita propinqui Absalonis, sicut fratri eius occiso, quoniam Absalon ex parte matris, erat de plebe gentiliū. Ad quod dicendum, quod multi illorum propinquorum fuerunt propinquiiores Absalonis, quod fratri eius occiso, quia non tantum erant ibi fratres amborum, sed & multi eorum consanguinei & nepotes amborum ipsi Amnon occiso, sicque; nepotes illi poterant in casu illo testari. Nec aliquo modo putandum, quod filij regis iuerunt absque; familia cōcedente ad prandium Absalonis. ¶ Amplius, dictum est praecedenti capitulo, quod conuiuium illud fuit in loco vbi oves Absalon tondebantur, sicque; pastores atque; tonsores ouium eius affuisse videtur. Nam & tonforibus fiebat conuiuium, vt patet ex dictis in primo lib. Itaque; ad questionem propositam respondendum, quod nec rex, nec pontifex poterat dispensare in praecipitis decalogi, sed in praecipitis caeremonialibus ac iudicialibus poterat dispensare ex rationabili causa & consilio seniorum, sicut & Christus in Evangelio praestatur, quod Abiathar seu Achimelech sacerdos dedit ipsi dauid panes propositionis ad comedendum, quod videbatur contra caeremoniale praecipitum, quo iubebatur quod soli sacerdotibus illis panibus vesceretur. Alii quoque; dicunt, quod de consensu propinquorum poterat rex cum homicida rigorē iuris temperare ne occideretur. [Et ait rex ad Iob: Ecce placatus] de re facta Absalonis, [fecit verbum tuum:] i. decreui implere quod per mulierem hanc postulasti. [Vade ergo, & reuoca puerum Absalonem.] Communiter dauid rex vocauit hunc Absalonem puerum, quia tenerrimè eum dilexit, cum esset speciosissimus iuuenis, & valde amabilis

Matth. 5.
Lucæ 6.
Ephes. 5.

Isaia 11.

Exod. 21.
Numer. 35.
Deuter. 27.

2. Reg. 13.
R. Salomon

2. Reg. 13.

Deuter. 21.

R. Salomon

2. Reg. 13.

2. Reg. 21.

Matth. 12.

Exod. 27.
Leuit. 24.

in naturalibus. [Cadesque; Iob super faciem suam in terram, adorauit & benedixit regi, & dixit Iob: Hodie intellexit seruus tuus, quia inueni gratiam in oculis tuis domine mi rex. Fecisti enim domine mi rex sermonem serui tui. Surrexit ergo Iob, & abiit in Gesur, & adduxit Absalon in Hierusalem. Dixit autem rex: Reuertatur in domum suam, & faciem meam non videat, i. coram me non appareat, ne videat eum nimis facilliter indulgere, ac per hoc iustitiae derogare. Ideo quoque; dixit hoc rex, ne ex intuitu Absalonis, renouaret in se dolor de interitu Amnon. [Reuersus itaque; est Absalon in domum suam, & faciem regis non vidit. Porro sicut Absalon non erat vir pulcher in omni Israel.] i. pulcherrimus fuit corpore praeter omnibus viris Israel quod tunc erat, & decorus nimis. A vestigio pedis vsque; ad verticem non erat in eo vlla macula. [Ad pulchritudinem autem secundum philosophum, tria concurrunt ac requiruntque; pertinent, vt potest elegans corporis statura, congrua & proportionata membrorum cohabitudo, ac viuudus quodam decensque; color. Est verò & alia pulchritudo moralis exterior, in compositione morum exteriorum consistens, & rursus est pulchritudo interior, tam naturalis quam acquisita per scientias & virtutes, quae supernaturalis per dona gratiae gratum facientis. [Et quoniam tondebat.] i. tonderi fecit [capillum] capitis sui, [semel autem in anno tondebat, quia grauabat eum caesaries.] Dicunt quodam (vt fert) Hebraei, quod quolibet mense semel tondebat, idcirco exponunt hoc modo, semel in anno, i. statuto tempore anni, puta tricesimo die, siue semel in mense. Nam & in Hebraeo ferri haberi, statuto tempore tondebat. Veruntamen Iosephus videt sentire, quod semel duntaxat in anno, dicitur: Tanta erat eius caesaries, vt octo diebus tonderi vix potuisset, quia semel in anno tonsam ponderabat ducētis siculis. Vnde subiungit: Ponderabat capillos capitis sui ducētis siculis pondera publico. Circa quod magister in historiis ait: Fortè huius ponderis erat tonsura eius, vt potest abrasura, vel hoc precio eam emebant mulieres, vt subornaret crines suos. Nec tamen hoc oportet asserere, quod ipsemet Absalon reddidit capillos suos abrasos, sed per alios, & si non ob indigentiam precij, tamen ad ostentationem & gloriam vanam. Additur autem in textu, pondere publico, quoniam triplex extitit pondus, videlicet templi seu sanctuarij, & in sitorum, ac volgare & vsuale, vt potest ciuium, quod dicitur publicum. [Nati sunt autem Absalon tres filij & filia vna, nomine Thamar, elegantis formae. Mansitque; Absalon in Hierusaleme duobus annis, & faciem regis non vidit. Misit itaque; Absalon nunciū ad Iob, vt mitteret eum ad regem.] i. vt ipse Iob veniret ad Absalonem, sicque; ipse Absalon mitteret ipsum Iob ad regem, quatenus impetraret sibi à rege, quod posset ad eum intrare praesentia. [Qui] Iob [noluit venire ad eum.] i. ad Absalonem. [Cuique; secundum misisset] ad Iob, [et ille noluit venire ad eum,] forsitan aliunde impeditus, vel ex alia causa quae ignoratur, [dixit seruis suis: Scitis agrum Iob iuxta agrum meum habentem messem hordeae? iteque; succendite eam igni.] Quod autem in aliquibus libris subiungit, Et venientes serui Iob, scissis vestimentis suis, dixerunt: Succenderunt serui Absalon partem agrum, i. fructum agrum igni, & venit ad Absalon in domum eius, & dixit: Quare succenderunt serui tui segetem meam igni? Et respondit Absalon ad Iob: Misit autem te, obsecras, vt venires ad me, & mittere te ad regem, & diceret: ex parte meae: [Quare veni de Gesur?] i. inutiliter redij inde. [Melius mihi erat ibi esse,] quia eram ibi cum rege illius quotidie in honore, hic verò tanquam exul & reus compellor à regis consortio praesentia atque; intuitu abstinere. Obsecro ergo, vt videam faciem regis. Quod si memor est iniquitatis meae, i. recordat excessus mei cum ira & sine ignoscetia, [interficiat me,] quasi dicat, malo pro culpa mea interfici, quam regis aspectu magis diu priuari. Hoc tamen Absalon simulatorie dixit, vt animum regis fleceret ad se. [Ingressus itaque; Iob ad regem, nunciavit ei omnia haec. Vocatusque; est Absalon & intravit ad regem, & adorauit] ad orationem dulcem [super faciem terrae.] i. prostratus in terram [coram eo.] i. rege, [Osculatusque; est rex Absalon] in signum pacis, dilectionis & reconciliationis plenariae. ¶ Iuxta mythicū sensum, pro Iob, intelligit paltor aut eius vicarius: per Dauid, Christus: per Absalon peccator & reus. Quae admodum itaque; Iob intelliges cor regis esse inclinatum ab Absalone, impetrauit ei veniam ac reditum per mulierem prudentem: sic bonus platus sciens Christum paratum ad indulgendum veraciter penitentem, reconciliat subditum suum culpabile saluatori per orationem & exhortationem, quae instar mulieris foecundae parit fructum, spiritalemque; prolem. Itaque; sicut Dauid placatus ignouit Absalonem, sic quilibet nostrum debet facilis esse ad indulgendum suo reo reo. Et vnde duris corde, quod vel nunquam aut raro ignoscunt ex corde. Quae admodum etiam Absalon regis reconciliatus, adhuc tenet in se reliquias praeteritarum culparum, videlicet difficultatem ad bona, & pronitatem ad mala, per quae à contemplatione & pristina Dei familiaritate impeditur ad tempus. Sed si in actibus penitentiae viriliter persevererit, & cum omni conspersione ac humilitatione ad priorem gratiam redire conetur, ad osculum Christi pertingit, & ad dulcem charitatis amplexum, ad diuinam dulcedinis gustum, ad pacis internae tranquillitatem. At verò per capillos, cogitationes intelliguntur: ideo sicut Absalon statuto tempore capillos tondebat, ita peccator penitens, debet cogitationum malarum superfluitate delere.

Isae. lib. 7.
an. iu. ca. 8.

Pet. Co. hi.
sto. lib. 2.
Reg. ca. 14.

exire. David cōsciū sibi malorum quæ fecerat, ac reminiscens cōminationum sibi per Nathan factarum, formidauit succumbere propter sua peccata, propter quorū demerita, timuit Absalonem posse diuina virtute pualere, tanq̄ flagellum diuinæ iustitiæ cōtra se suscitatum. [Festina egredi, ne forte veniens occupet nos, & impellat super nos ruinam, & percutiat ciuitatē in ore gladij. Dixerūtq; serui regis ad eum: Omnia quæcūq; p̄ceperit dñs noster rex, libēter exequemur serui tui. Egressus est ergo rex, & vniuersa domus eius.] i. domestici [pedibus suis.] q̄a humiliavit se rex coram Deo, vt misericordiam consequeretur: idcirco noluit cum apparatu & pompa equestrī exire, & stetit procul à domo, vt videret qualiter alij irent aut secum manerent. [Et reliquit rex decem mulieres cōcubinas.] i. secundarias cōiuges, [ad custodiendā domum.] palatij, vnde videtur, q̄ alias sex vxores principales secum eduxit, aut alicubi ad locum securum transmisit. [Egressusq; rex & ois Israel pedibus suis, stetit procul à domo, & vniuersi serui eius ambulauerunt iuxta eū, & legiones Cherethi & Phelethi.] quæ nomina diffuse exposita sunt suprā, [et oēs Gethæi pugnatores validi.] Sicut cōmuniter dicitur, hi fuerant Philistiæ. [sexcenti viri q̄ secuti eum fuerant de Geth, pedites p̄cedebant regē:] & erāt cōuersi ad Iudaismum, qui beneficentur ipsi Dauid, q̄ latuit in Geth vrbe Philistinorum tempore Saul. Exierunt quoq; cum Dauid sexcenti viri, qui adhæserunt ei sub persequutiōe Saulis, vt Iosephus scribit. [Dixit aut rex ad Ethai Gethæum:] i. oriundum de Geth, qui secundum scholast. historiam, fuit filius Achis regis Philistij, ac principalis inter sexcētos Gethæos præfatos, q̄ ex cōsideratione virtutū Dauid, secutus est eum, & factus p̄selytus. [Cur venis nobiscū? Reuertere & habita cum rege.] i. cū Absalon, quæ assumperūt, p̄ rege, & tū non erat rex de iure, scilicet intrusit seipsum, q̄a peregrinus es, & egressus es de loco tuo. Ii. de aliena terra huc aduenisti. [Heri venisti.] i. nuper seu p̄terito tempore nō diu elapsos. [et hodiē cōpelleris nobiscū egredi.] timore Absalonis odium magis cōdoleo tua aduersitati. [Ego aut vadā quod itur sum.] i. quod deus voluerit ac disposuerit, quod ego ipse adhuc ignoro. [Reuertere, & reduc tecū fratres.] i. bonū fauorē ac fidelitatē ad me, quia te offers ad subeundum periculum meū & p̄pter me. [Et rñdit Ethai regi, dicens:] Viuit dñs, & viuit dñs meus rex, qm̄ in quocūq; loco fueris dñe mi rex, siue in morte, siue in vita, ibi erit serus tuus. Et ait Dauid Ethai: Veni & transi, Et trāsiiuit Ethai Gethæus, & rex, & oēs viri q̄ erāt cum eo, & reliq̄ multitudo. [Oēsq; stebāt voce magna:] p̄pter tā inopinatā & magnā aduersitatē, regi à pprio filio suscitātā. [et omis populus trāsibat.] Rex verō trāsgredebatur torrentē Cedron, & cunctos populus incedebat contra viam oliuæ que respicit ad desertū. Venit aut & Zadoc sacerdos, & vniuersi Leuitæ cum eo, portantes arcam fœderis Dei, & deposuerūt arcam Dei. Ii. in loco apto reuerenter posuerunt. [Et ascendit Abiathar:] qui erat tunc p̄sbitex, & cōtra oib̄ ascendit ad orandum iuxta arcam, vt cōsuleret dñm, qd̄ esset ipsi Dauid agendū, sed dñs non dedit rñsum: Ascendit aut̄ donec expletus esset ois populus q̄ egressus fuerat de ciuitate: Ii. donec oēs transierūt, vt sic seorsum oraret deuotiū. [Et dixit rex ad Zadoc: Reporta arcam Dei in vr̄bem.] Nēpe ex quo dñs non dedit rñsum, aduertit Dauid dñm nondū sibi esse reconciliatū, q̄tum ad p̄cā dimissi onem: idcirco arbitrabit̄ se indignū p̄sentia arcæ. [Si inuenero gratiā in oculis dñi, reducet me] in Hierusalē, & ostēdet mihi eam, Ii. arcam inuolutā, quā nudā videre nec regi licebat, [et tabernaculū suum.] Si aut̄ dixerit mihi, nō places, Ii. nolo vt amplius regnes, [p̄sto sum] Iobedire voluntati ipsius, & sustinere quod mihi inflixerit. [faciat quod bonū est corā se.] Et dixit rex ad Zadoc sacerdotē: O vides, Ii. propheta: vnde videt Zadoc prophetiæ sp̄m̄ habuisse, nisi forsan dicat propheta & videns, q̄a in diuino obsequio p̄sallētib̄ & p̄phetarum oracula recitātibus p̄erat. Vnde & 1. Reg. 10. & 19. Saul & alij p̄phetas dicunt. In epistola quoq; ad Corinth. prophetæ vocantur interpretatores scripturæ, vt cum ait Apost. 1. Cor. 14. Prophetæ duo aut tres dicant, & ceteri taceant. [reuertere in ciuitatem in pace, & Achimaa filius tuus & Ionathan filius Abiathar duo filij vestri sint vobiscū.] Ecce ego abscondar in cāpēstris: deferti, donec veniat sermo à vobis indicans mihi. Reportauerūt ergo Zadoc & Abiathar arcam Dei in Hierusalē, & manserūt ibi. Porro Dauid ascendit cliuū oliuarū, Ii. mōtōsum ascensum mōtis oliueti, scandēs & flens, & nudis pedibus incedēs, & operto capite: Ine videre p̄lorare, & ne alij ex suo fletu magis desolarent, & nudis pedib̄ incedēs. sicq; maxime humiliavit se, p̄p̄dēs hanc oia mala p̄pter sua euenire peccata. [Sed & ois populus q̄ erat cū eo, operto capite ascendebat p̄lorās.] Nūciatū est aut̄ Dauid, q̄ Achitophel esset in cōiuratiōe cū Absalon. Dixitq; dauid: Infatua, q̄s dñe, cōsiliū Achitophel, ab effectu impedi illud, & da ne ei cōsentiatur, & hoc factū est postea. Timuit aut̄ Dauid cōsilia Achitophel, q̄a astutissim⁹ erat in cōsulēdo. [Cūq; ascenderet Dauid summitatē mōtis Ioliuarū, in quo adoraturus erat dñm,] q̄a ab illius mōtis cacumine videre poterat sanctā ciuitatē & locū diuini culte, & illuc vertebat faciē suā, vt ardēt⁹ exoraret. [ecce occurrit ei Chusai Arachites,] i. de oppido Arach natus, amicus & consiliarius eius, scissa veste, & terra pleno capite: Ii. in si-

gnum

gnum meroris sciderat vestem suam, & puluerem sparserat super caput. [Et dixit ei dauid: Si ueneris mecum, eris mihi oneri.] i. grauibis me, quia malo te alibi esse, vbi plūs mihi proficu⁹ esses. Communiter aut̄ exponitur, eris mihi oneri, quia non es aptus ad p̄liandum. [Si aut̄ in ciuitatem reuertaris, & dixeris Ipsi Absaloni: Seruus tuus sum rex, patere me viuere, sicut fui seruus patris tui, sic ero seruus tuus, dissipabis consiliū Achitophel.] Videtur q̄ Dauid in his verbis commiserit viro huic mētiri & fallere. Rñdetur, q̄ fuit fraus vtilis, & verba hæc aliquo modo verificant, q̄a Chusai impediuit Absalonē à diuersis sceleribus, dissipando consiliū Achitophel, & oppositum p̄suedō. Et q̄tū ad hoc, seruiuit Absaloni, cooperādo ei in bonū. Exhibuit quoq; ei q̄dā obsequia inclinādo, & in quibusdam obtēperando. Alij dicunt, q̄ non sit necesse ipsum excusare in verbis istis ab officioso mēdacio, quem cōstat in multa mortalia corruisse peccata, & sequēti cap. legitur grauius deliquisse. [Habes aut̄ Ii. ibi habebis tecum.] in Hierusalē Zadoc & Abiathar sacerdotes: Iquos & nunc habes sp̄ritaliter tecum per mētis cōsensum, qm̄ sunt de parte mea, sicut & tu. [et om̄ verbū quodcūq; audieris in domo regis, indicabis Zadoc & Abiathar sacerdotibus.] i. quicq; audieris ab ore Absalonis & fautori ipsius, quod expediat mihi scire, nūciabis mihi per sacerdotes p̄fatos, eorumq; filios. [Sunt em̄ cum eis duo filij eorum Achimaa filius Zadoc, & Ionathan filius Abiathar, & mittetis per eos ad me om̄ne verbum quod audieritis.] Ecce qualiter S. Dauid, q̄uis in Deo sperauerit, & eius voluntati resignauerit semetipsum, nihilominus, q̄tum in se erat, optauit euadere, pualere & reduci in sua, secitq; quicq; secundū humanā prudentiā facere potuit. [Veniente ergo Chusai amico Dauid in ciuitatē, Absalon quoq; ingressus est ciuitatē, & Achitophel cū eo.] Moraliter ex p̄senti docemur cap. q̄ enorme crimē existat ambitio, qualiter mentē obtenebret, vt nec patri, nec fratri, nec amico, neq; alicui parcat: q̄ multa & magna vitia orient̄ ea, videlicet simulatio, hypocrisis, mendaciū, adulatio, odium, dissensio, schisma, traditio, incestus, cōiuratio, cōspiratio, homicidiū, imō & patricidiū, rebellio, & quasi in oib̄ reflexio ad seipsum. O si benē p̄femus q̄ periculosum & stultū est ad p̄sidentia anhelare, ad curata officia aspirare, velle p̄sere, p̄cipere, & non magis subesse ac obedire, nōne iudiciū grauissimū in his q̄ p̄sident, fiet? Sed quale iudiciū immineat eis, q̄ ambitiosē se ingerūt, aut suspiciosē & inordinatē in officijs & p̄sidentijs se cōseruāt? Hi em̄ eo ipso quo tales sunt, indigni sunt adiutorio sp̄s sancti ad salubriter p̄sidentū, sine quo fructuosē nemo valet p̄sere. Excitati & miseri isti, ad se ipsos in sp̄ieter reflexi, nō aduertūt diuini rigorē iudicij: & q̄ horrendū sit incidere in manus dei viuētis: & q̄ toties ad apostasiam crimen labant, quoties hoibus p̄sere cupiūt aut conant, vel delibant. Idcirco sunt filij primi illius apostate, q̄ est rex sup̄ oēs filios ambitionis atq; superbiz. Heu q̄ multa etiā sp̄iritales & ecclesiastici, modo se dant ambitionē, adulationes, virulētq; ofusula, ac cetera vitia Absalonis, q̄ bonos persequunt p̄fatos, ac detrahendo & infestando molunt eos occidere, quo ad esse bonæ famæ, quod in proximorū cordib̄ habēt, & sp̄itales patres suos nituntur de p̄tione eijcere, vt ipsi subintrent. Insuper docemur hic patientiā, humilitatē, cōpūctiōnem, p̄nitentiā, fletū ac p̄nitentiā afflictiōe S. Dauid pendere & scitari, q̄ expulsiōnem suam tam tranquille ac patientissimē tulit, & sua vberimē deplorauit peccata, nec malum quid de suo loquebatur persequutore, imō & obtulit se ad oēm correctiōnē nei paratū, sicut fatetur Psal. 37. Qm̄ ego in flagella paratus sum. Simili modo & nos, quicquid aduersitatis, correptionis, persequitiōnis, damni, diffamiz, in firmitatis cōtingerit nobis, studeamus æquanimit̄ tolerare, & impleamus quod scriptum est: Non vliscamur nos pro his que patimur, sed reputantes peccatis nostris hæc ipsa supplicia minora esse, flagella dñi (quasi serui qui corripimur) ad emēdatiōnem, & non ad perditionem, nostram euenisse credamus. Postremō, sicut Dauid cōdoluē Ethai Gethæo & viris ipsius, sic compatiamur & nos eis, qui occasione nostrī patiuntur aduersa, q̄bus grati & consolatorij esse debemus: & quīs dauid cōsuluit viris illis reuerti & habitare cum Absalone, non tamen commiccare ei in vitijs.

¶ Elucidatio cap. 16. Cumq; Dauid transisset paululūm verticem montis. Art. 25.
Capitulum iam elucidandū enarrat, qualiter Dauid inter tot aduersa quandā habuerit prosperitatem, & occasione illius incidit magnam culpam: & qualiter mox pro suis peccatis grauem sustinuerit cōsiliōnē, sicq; ad hoc tandē deuentū sit, q̄ pro adueterio quod cōmisi, vxores quoq; ipsius sunt violatæ violatiōe ignominiosissima à proprio filio. [Cumq; Dauid transisset paululūm verticem mōtis Ioliueti, in quo deuotē orauit, sicut p̄cedenti habetur cap. p̄parauit.] i. regi occurrit Ziba pueri. minister ipsius [Mephiboseth in occursum eius cum duobus asinis, q̄ onerati erāt 200. panib̄ & 100. alligaturis vuz passz,] i. ita cōfēdā, & ponit singulare pro plurali: quoniam multas vvas sic cōfēctas & colligatas adduxit, [et 100. massis palatharum,] i. fascium inter tabulas compressarum, [et duobus vtribus vini] i. vasis de corio factis, vino repletis. [Et dixit rex Zibæ: Quid sibi volunt hæc?] i. cur ea attulisti? [Responditq; Ziba: Domine mi rex,] i. in domesticis regis, Iid est, pro vsu seruorum tuorum, [vt] i. si qui p̄r lassitudine aut infir-

DD 4 mi

Sap. 6.

Heb. 10.

Iob. 47.

Iudic. 8.

1. Reg. 15.

mitate non poterunt ire, super asinum [sedeant, & panes & palathæ ad vescendum pueris tuis, vi- num aut vt bibat, si quis defecerit in deserto. Et ait rex: Vbi est filius dñi tui? i. Mephiboseth, de cuius absentia David mirabatur, cum fecisset illi tot bona. [Rñditq; Ziba regi: Remasit in Hierusa- lem, dicens: Hodie dñi. tēpore isto restituet mihi domus dñi, populus Israel regnū patris mei, i. Israe- licum regnum, quod fuit Saulis aui mei, & deuolutum fuisse ad Ionathan patrē meū si superui- xisset. Istud imp? Ziba iste malitiosē cōfinxit ex avaritia, vt rex cōtra Mephiboseth amaraq; reputaret eum quasi reum læsæ maiestatis, atq; ob hoc priuaret eum sua hereditate, cōferretque eam sibi, tanq; zelatū p rege, & astanti ei in tanta aduersitate. Etenim Ziba iste oīdō putauit Absalo- nem vincendū, & regem David cum suis pualiturum, sciens David diuinitus electum & vñctum in regem, & semper pfectum & adiutum à dño, quem etiā sciuit prudentissimū in bellicis rebus, fortē, magnanimū, & strenuissimos viros secum habentē: ideo studuit ei occurrere & placere, ac

1. Reg. 9. necessaria ministrare, vt ex his cōmoda reportaret. [Et ait rex Zibæ: Tua sint oīa quæ fuerūt Me- phiboseth, i. oīa bona sua do tibi. Quidā tñ exponūt hoc de terris & agris, quos dauid dedit Me- phiboseth, prout dictū est supra. In hac re Dauid multipliciter grauitēq; peccauit. Primō, ita fa- ciliter credendo accusatori sine testium adhibitione. Secundō, tam inordinatē pferendo iudici- um, vt potē sine accusati auditione, sine accusationis examine, sine debita mora seu deliberatione. Tertio, innocentē suis bonis priuādo, & ea pessimo accusatori donādo, & ex hoc inexcusabi- lior fuit rex, qm aliundē frequenter fuit expertus virtutes mephiboseth: idcirco nō debuit tam facilliter credere accusationi contra ipsum delatæ. [Dixitq; Ziba: Oro inueniā grām corā te dñe mi rex.] Quid adulator iniquus, artifexq; mētor: Potius opto grām & fauorē regis, q̄ temporalia cōmoda ac munera eius. [Venit ergo rex Dauid vsq; Bahurim, i. locū sic dictū. Et ecce egredie- batur vir indē de cognatione dom⁹ Saul, noīe Semei, filius Gera, cognatus Saulis, nat⁹ de Benia- min. Infrā Semei iste ait ad Dauid: Prim⁹ veni de omni domo Ioseph in occursum regis, ergo fuit de tribu Ioseph. Ad hoc qdam rñdet, quōd Semei ex parte matris fuit de cognatiōe Saul, tribuq; Benjamin, sed ex parte patris de tribu fuit Ephraim. Hoc quoq; in vt in quadā legi expositione, di- cunt Hebræi, Alij scribūt, q̄ reuerā ex parte patris fuit de Benjamin, sed de domo Ioseph ferē fuisse, qm habitauit in terra tribuq; Ephraim, filij Ioseph. Vel secundū quosdā, ex parte matris fuit de Benjamin tribu. Verius aut videtur, q̄ ex parte patris fuit de Benjamin, qm in vet. test. viri cōmu- niter nomen acceperant ex parte patris. Cū ergo dicitur fuisse de cognatione Saul, videtur q̄ ex parte patris fuerit Beniamita. Sed tūc rursus oritur q̄stio, qualiter fuerit de alia tribu ex parte patris q̄ matris, cū secundū legem vir & vxor debuerint de eadem esse cognatiōe & tribu. Ad quod rñdetur, q̄ ratio illius pcepti fuit, ne in anno Iubileo fieret cōsūso fortitū, hæreditate vni- us tribus deueniente ad aliam: ideo mulieres quæ non succedebant in hereditate paterna, pote- rant ducere viros alterius tribus, sicut & Dauid de tribu Iuda, habuit cōiugem Michol de Benia- min tribu. Itaq; Semei, quem Hebræi fabulanti fuisse Nabad p̄sem Hieroboam, vt in Scholastica ferunt hist. [Procedebatq; egrediens & maledicebat, mitebatq; lapides contra Dauid, & contra vniuersos seruos regis Dauid. Omnis aut populus & vniuersi bellatores à dextro & à sinistro late- re regis incedebant. Ita aut loquebat Semei cū malediceret regi: Egredere egredere] hoc dixit subsannatoriē, quasi diceret, dignus es expulsione, & repetitio fuit cōfirmationis iudicium. [Vir sanguinum, hoc est, copiosus in homicidijs. Et vir Belial, i. sine iugo rationis atq; iustitię, hoc est, tyrannicē. [Reddidit tibi dominus vniuersum sanguinem domus Saul, i. p̄nam pro occisi- one eorum qui de domo Saul occisi sunt, vt tu regnares, inflixit iam tibi, quoniam inuasisti re- gnum pro eo, & dedit dominus regnum in manu Absalon filij tui. Et ecce premit te mala tua, i. id est, aduersitates quas sustines pro tuis peccatis, quod aliquāter verum est: quāuis non secundum intētionem Semei huius. [quoniam vir sanguinum es. Dixit autem Abisai filius Saruiz, regi: Quare maledicit canis hic mortuus domino meo regi? Vadam, & amputabo caput eius. Et ait rex Abisai, volētī vlcisci tantam regis iniuriam: Quid mihi & vobis filij Saruiz? hoc est, cur in- tromittitis vos de vindiā iniurię meę nolēte me? ex quo quidam eliciūt, q̄ & Ioab volebat oc- cidere virum illum iniquum. Vel loquitur ita Dauid, quia Abisai & Ioab fratres vterini, quasi in omnibus consenserunt: vel eo modo quōd quid asscribitur communitati, quia vni ex ea id com- peit. [Dimittite eti, vt maledicat. Hoc est, nō resistatis inordinatē, nec impediatis illud, inquan- tum est malum p̄onale per respectum ad me, quia aspersionem istam promerui. [Dominus enim præcepit ei vt malediceret Dauid. Et quis est qui audeat dicere, quare sic fecerit? Dimitti- te eum, vt maledicat mihi, iuxta præceptum dñi, si fortē respiciat dñs afflictionem meam. i. qua- tenus Deus dignetur acceptam habere patientiam, qua aduersa hæc oīa æquanimit̄ tolero, & reddat mihi bonū, i. veniā & grām, reductionē quoq; in regnū & gloriam æternalē, p̄pro male- dictione hac hodierna. i. merito patiētię qua eam sustineo. Et bñ ait, si fortē, qm ab sq; reuelatiōe Dauid scire nō quit, q̄ ex charitate seu meritorie pertulit illa. [Et ait rex Abisai & vniuersis seruis suis:

Per. Cō. hist. li. 2. Re. ca. 15

suis: Ecce filius meus, q̄ egressus est de vtero meo: In d̄ q̄ anima sit ex traduce, sed q̄ semē ex quo nascitur proles, sit ex vtre & lumbis patris, in cuius semine vis formatiua cōsistit, [q̄rit animam meam. i. vitam meam aialem, naturalem & corporalem conatur extingere: [quanto magis hic] Semei filius Iemini maledicet mihi? i. viri talis de semine Benjamin nati, prout i. Paral. 1. habetur. Quidam tñ per Iemini, intelligunt virum vilem ac rusticum. ¶ Circa hæc q̄ritur, q̄ si dñs p̄ce- pit huic Semei maledicere Dauid regi, ergo non peccauit in hoc, sed Deo obediuit ac meruit. Quod si ita est, ergo Dauid iniuste p̄cepit Salomoni interficere virum illum propter hæc maledi- cionem, vt infra 3. Reg. 2. habet. Et rñdendum, q̄ quicqd̄ entitatis & actualitatis est in actu pec- cati, est vtiq; à Deo, à quo est omne esse & agere, oīs essentia, virtus & actio: sed deformitas actus illius, videlicet ipsa auersio à rectitudine rationis & veritate iustitię, quod est formale peccati, non est directē, sed solum permissiue à Deo, nec habet causam efficientē, sed deficientē, estq; di- rectē à libertate arbitrij, in q̄rūm ex nihilo, & defectiua ac errans, sicut in fornicatiōe & adulte- rio quicqd̄ est essentia, virtutis & actionis partis vegetatiuæ vsq; gñatiuæ, à Deo est: sed q̄ actus il- li p̄cedunt à voluntate inordinata, corrupta & defectiua, est directē à libertate, inquantū ex nihilo est & defectiua egransq; q̄ q̄tūm ad hoc, est potius casus ab ente, & non ens q̄ ens. Sic in p̄po- sito q̄ Semei vir vnus audebat regi & militibus eius tantā irrogare iniuriā, fuit à Deo, q̄tūm ad id quod potissimū fuit in illa audacia, in q̄tūm Deus per Semei voluit punire regis excessum: ab- usus verō illius audacia, vt potē q̄ Semei peruersa intētiōe hoc egit, in quo fuit culpa, non fuit à Deo. Et iuxta hunc modum in Hieremia, Ezechiele, alijsq; p̄phetis multoties legit deus excitatē se, vocasse, mouisse Chaldæos, aliosq; Gētilēs ad vastandū filios Israel, inquantū iusto iudicio p̄ illos puniuit populū suum. Illi tñ peruersa intētiōe fecerūt hoc, p̄pter quod meruerūt perire. Propter quod per Esaiam ait dñs de rege Assyriorū: Væ Assur, virga furoris mei & baculus ipse est. Ad gentē fallacē mittā eum, ipse aut nō sic arbitrabit, sed ad cōterendū erit cor ei. Sic quoq; dicit Deus per Iudæos implese ea q̄ de Chrii passiōe per p̄phetas p̄dixit, quæ admodū sacratissi- mus princeps apostolorū protestat: Deus q̄ p̄nunciavit per os oīm p̄phetarū patri Chrii sui, im- pleuit sic. [Ambulauit itaq; Dauid & socij eius per viam cum eo, Semei aut periurgū mōtis. i. per mōtis cacumen, i. ex latere cōtra illum gradiebat,] quē etiā p̄pria inuidia atq; diabolus cōtra re- gem tam patientē excitauerūt, i. maledicēs, & mittēs lapides aduersum eum, terrāq; spargēs. Venit itaq; rex Dauid & oīs populus eius ingressi sunt Hierusalē, sed & Achitophel cum eo. Cū aut venisset Chusai Arachites amicus Dauid ad Absalon in Hierusalē, in palatio regis, i. dixit: Salue rex, salue rex. Nam vere eius salutē, videlicet cessationē à malo incepto, p̄nitenti- amq; cupiuit. [Ad quē Absalon: Hæc est, inqt, grā tua ad amicū tuū? q. d. benē ostēdis per verba hæc nūc fidelitatē & pietatē tuā ad Dauid, cui v̄ vocaris amicus, à quo in tāta necessitate recedis. Quod Absalon vel increpatoriē vel irrisoriē dixit, vel ad perscrutandū, an Chusai ex animo ve- niret ad se, & vt ait Hieronymus, Absalon non dixit hoc affectando, sed negando. Vel, ad insinu- andum q̄ non posset homini tali facilliter credere, ne simili modo deciperet ab eo. [Quare non iusti cum amico tuo? Rñditq; Chusai ad Absalon: Nequa q̄] supple infidelis sum amico meo Da- uid, q̄ secundū te iusto iudicio est expulsus, [q̄ illius ero] i. tibi adhærebo, [quem elegerit dñs] saltē permissiue, & oīs hic populus & vniuersus Israel, & cum eo manebō i corpore, nō cōdis in- tentione. Quāuis hæc verba possent in aliquo sensu à mendacio excusari, qui ad tempus corpo- raliter fuit cum Absalon, tñ prout Absalon ea accepit, vera non erant, nec à talibus venialib⁹ cui- pis necessesse est ipsum Chusai ac similes excusari. Nam subdit, [sed vt & hoc in serā, i. decet vt ad- ijciam verba sequentia, ex quo pateat q̄ infidelitatē non exhibeo patri tuo. [Cui ego seruirurus sum] quod interrogatoriē dixit, idcirco rñdet: [Nōne filio regis? Ac si dicat: Si alieno regi, reli- cto Dauid, adhærerem, posset interpretari in malum: non aut, q̄ filio regis prioris ad herēo. [Sicut p̄ari] i. obediuit patri tuo, ita parebo & tibi in licitis. [Dixit aut Absalon ad Achitophel: Ini- te cōsiliū] i. cōuenite ad cōsulendum, [q̄d agere debeamus. Et ait Achitophel ad Absalon] cō- silio nōdum celebrato, vt videtur. [Ingredere ad cōcubinas patris tui quas dimisit ad custodien- dam domum, vt cūm audierit oīs Israel q̄ scēdaueris patrē tuum, i. turpiter inhonoraueris eum incestuoso cōcubitu, cognoscedo eius vxores, Cumq; maritus & vxor sint vna caro, Absalon fec- dādo carnem vxorum patris sui, patrē quoq; scēdauit. Iniuria quoq; vxorum, redundat in viros. Gen. 2. ¶ Roborent tecum manus eorū, i. securē & firmiter tibi assistant, certi q̄ post tantā contumeliam patri tuo illatam nunq̄ recōciliandus sis ei: idcirco non timeat quod nunc qdam eorum pauidē suspicant, quod s. tu & pater tu⁹ tandē recōciliabimini, sicq; ipsi ingratiudinē sustinebūt, & dis- plicebūt tam tibi q̄ patri tuo, eo q̄ in ista rebellione te foueant. Aliq̄ opinantur, q̄ & ideo Achitophel consulerit istud, qm Dauid scēdauerit Bethsabæe neptem ipsius Achitophel. Verun- tamen quis istud consiliū & tantus incestus poterant populū certificare de eo quod dictum est,

Esa. 47. 48. r Hier. 21. 32. 39 Eze. 12. 17. 22 Esa. 10. Act. 3. 1

Hieronym⁹

Gen. 2.

2. Reg. 11.

est, & q̄ Abfalon ex animo ipsum Dauid persequeretur tñ ex tātis flagitijs patuit, q̄ factum Abfalonis non erat secundū Deum, & q̄ eius p̄motio Deo non complaceret: ideo si in populo illo erant aliḡ verē sapiētes & virtuosī, displicuit eis talis p̄cessus. [Tetendit ergo Abfalon tabernaculum in solario. Ingressusq; est ad cōcubinas patris sui coram vniuerso Israel.] Ibi p̄sente, tuncq; implēbat quod sup̄rà dñs dixit ad Dauid per Nathan: Tollam vxores tuas, & dabo p̄ximo tuo, & dormiet cum eis in oculis solis, & faciam verbum istud in cōspectu oīs Israel. [Cōsiliū autem Achitophel, quod dabat in diebus illis, Irreputatur.] Quasi si quis cōsuleret Deum. Ii. tam diligenter audiebatur & acceptabatur, ac si Deus cōsiliū daret, sicq; quantū ad aliḡ, simile fuit.

2. Reg. 2. Vndē sicut 1. Mach. de Simone dixit pater ipsius, Scio q̄a vir cōsilijs est: ita Achitophel acutissim⁹ fuit cōsultor, & tñ sicut vera carebat prudentia quæ vitiōsis non inest, ita nec verē salubria dedit cōsilia, quæ sunt actus prudentiæ, q̄ diu impius fuit. [Sic erat omne cōsiliū Achitophel, & cum esset cum Dauid, & cum esset cum Abfalon.] Istud tñ eius cōsiliū fuit tam sceleratissimū, q̄ propter eius impletionē Deus meritō secessit Abfalonē cum suis succūbere, & mirum, q̄ Achitophel hoc ipsum non cōsiderauit nec timuit. [Præterea, ex historia huius cap. accipere possumus multa moralia documētā: Primū, ne sim⁹ nimis proni ad credendū mala de alijs, p̄sertim de bonæ famæ hoībus, nec detrahentibus acq̄escamus, sed increpemus, auertamusq; eos, vel saltem mœstum vultum eis mōdō tremus: q̄a vt Salomon ait, Per tristitiā vultus corrigi anim⁹ delinquentis. Qui rursus fatē: Vetus aq̄o dissipat pluuias, & facies tristis linguā detrahentē. Secundū est, ne simus p̄cipites ad iudicandū de alijs, sed causam, quam iudex ignorat, diligētissimē inuestiget, & pars altera audiat. Impleamus ergo qd̄ Eccī 32. docet: Fili, sine cōsilio nihil facias, & post factum non pœnitebis. Hinc 1. ad Timo. 5. monet Apōst. Sine p̄iudicio, i. p̄iudicio rōnis, nihil facias, in aliam partem declinando. Tertium est, q̄ valde difficile sit in magnis officijs vitare p̄cā, qm̄ Dauid vir tantæ prudentiæ, tam p̄cipitanter dedit sententiā cōtra absentem innoxiumq; Mephiboseth: ideo status officiatorum ac iudicum, est periculosus, nec appetendus. Quartum est p̄clarum exemplum patientiæ magnæ, qm̄ Dauid tam mendosa & opprobriōsissima verba cōtra se à vili homine coram tanta plebe plara, imō & p̄iēciones saxorum tam patētissimē tolerauit, nec vlcisq; permittit, imō oīa illa reputauit (Deo iubente) sibi inferri propter sua piacula, considerauitq; ea quasi vulnerum animæ suæ remedia. Ita & nos certi de p̄uidencia Dei, quicq; aduersum asperimus; occurrerit, patienter feramus, & quasi de manu omnipotentis pro dono suæ paternæ p̄ouisionis accipiamus, etiā si de speciali excessu non fuerimus nobis mox cōficij, cum sciamus q̄ in multis offendimus omēs, imō & maximē virtuosum sit, non solum sine propria culpa, sed etiā pro iustitia pati. Et ecce tot & tanta Dauid rex tolerauit, nos autē vt increpari & corrigi volumus pro nostris peccatis, etiā à superioribus nostris. Nōne ei q̄ talis est, improperatoriē dici potest illud Iob 4. Venit super te plaga, & defecisti: tetigit te, & cōturbatus es? Vbi est timor tuus, fortitudo tua, patientia tua, & perfectio viarum tuarum?

Eccī. 7. pro. 25. Iob. 26.

Iac. 3. Matt. 5.

q̄ Explanatio cap. 17. Dixit ergo Achitophel ad Abfalon. Art. 26.

Recitatur in isto cap. qualiter existentes cum Abfalon, duplex dederunt cōsiliū de modo impugnandi Dauid regem, & qualiter hoc ipsum regi sit annunciatum. [Dixit ergo Achitophel ad Abfalon: Eligam mihi Jhoc est, ad subsidium meum] 12. millia virorum.] forsitan de quilibet tribu mille, ne aliqua tribus videretur contemni. voluit autem eligere 12. millia prae ceteris fortiora ac p̄lio aptiora, iuxta numerum 12. patriarcharum, & quia tot millia aestimauit ad aduersariorum expugnationem sufficere. [& consergens, persequear Jipsum] [Dauid hac nocte, Jan-te quā ad resistendum se p̄pararet, vel loca munita ingrediatur, aut adiutores sibi adipiscatur, [& irruens J. cum robore & impetu veniens Jsuper eum.] [Improvisē, Jquippe qui lassus est & solutus manibus J. viribus suis priuatus p̄a lassitudine, mœstitia & timore, Jpercutiam eum. Cumq; fugerit omnis populus qui cum eo est, percutiam regem desolatam, & reducam J ad te Jvniuersum populum.] qui est cum illo, [quomodō vnus homo reuertit solet.] Jhoc est, concorditer & de facili. Nēpe, vt dicunt Hebræi, Achitophel cum suis perussit populo, quōd Dauid propter scelera sua reprobus & abiectus esset à Deo, sicut & Saul, ideoque iuste impugnaretur, & ad filium eius Abfalon regnum esset iam deuolutum. [Vnum enim virum tu quæriss principaliter ad occidendum, videlicet proprium patrem, qui tibi nil forefecit, quod agendo, peccas contra legem naturalem, diuinam, ac positiuam, & ingratisim⁹ es, cum parentibus nequeat reddi æquivalēs. [& omnis populus J tuus ferit in pacē.] temporalī, vno illo occiso. [Placuitq; sermo eius Abfalon & cunctis maioribus natu Israel.] Ibi p̄sētib⁹. Nam & multi erant cum Dauid, quib⁹ non placuit, quia erat vtique bonum cōsiliū ad obtinendum intentum, quīs iniquum. Et mirum q̄ vniuersi illi ita erāt subuersi atq; ingrati Dauid regi, per quē tot beneficia & triūphos erāt sortiti, q̄ tam sceleratissimo crudelissimoq; cōsenserūt cōsilio, cū nec afflicto sit addēda afflictiō. [Ait autē Abfalon: Vocate Chufai Arachiten, & audiamus qd̄ etiā ipse dicat.] Jam em̄ Abfalon credidit

virtutes immediati patris sui Ionathae, & pacis quod pariter inierunt, quod laedere eum propter maiestatis Saul. Sed Mephiboseth humiliter loquitur, proferens ea quae ad regis excusationem videbantur aliquid qualiter pertinere. [Tu autem posuisti me seruum tuum inter cõuiuas mensae tuae. Quid ergo hodie habeo iuste querere? aut quid possum vltra vociferari ad regem?] i. quod. Tanta beneficia mihi exhibuisti ex vna parte, quod ex altera parte cõqueri nequeo, etiam si auferas data. [Ait ergo ei rex: Quid vltra loqueris?] i. non oportet te de hac re amplius loqui. [Fixum est quod loquutus sum.] i. sententia contra te prolata, qua bona tua contuli seruo tuo, non potest à me reuocari in toto, quod tamen vti-que potuit, imò & debuit totaliter reuocari. imò in contrarium potuisset mutari, cognitio errore proprio, & fraude atque malitia Zibae. [Tu & Ziba diuidite possessiones.] i. d. Ambobus totum dedi diuersis temporibus, sed quia vterque totum habere non potest, inter vos diuidatur. Sed ei cui iniuste datum fuit, debuit auferri, & iusto possessori totum restitui. Insuper Ziba fuit iustus & acriter puniendus propter iniquitates suas in Deum ac dominum suum Mephiboseth, atque ad penam talionis fuisse astrictus. [Responditque] Mephiboseth regi: etiam cuncta accipiat postquam reuerfus est dominus meus rex pacificè in domum suam. Barzillai quoque, Galaadites senex valde, descendens de Roglim, traduxit regem Iordanem, paratus etiam vltra fluium profectus eum. Erat autem Barzillai Galaadites senex valde. i. o. o. genarius, ex quo patet, quod & illis temporibus aetas illa valde magna reputabatur. Nam & David tunc dixerat: Dies annorum nostrorum in ipsis 70. anni. Unde quidam concludunt, supernaturale fuisse, quod homines ante diluuium vixerent annis 900. aut circiter. [& ipse praebuit alimentum regi cum moraretur in castris.] Fuit quippe vir diues nimis, & tamen liberalis ac iustus, ut ex scripturis apparet, quia suis diuitijs vtebatur prudenter. [Dixit itaque rex ad Barzillai: Veni mecum ut requiescas securus in Hierusalem.] Et ait Barzillai ad regem: Quot sunt dies annorum vitae meae, ut ascendam cum rege in Hierusalem? O. o. genarius sum hodie. Nunquid vigent sensus mei ad discernendum suauem vel amarum? i. tantae sum senectutis, quod gustus meus vigorosus non est ad discernendum inter dulcia & amara, [aut] delectare potest seruum tuum cibus & potus, in amplius non delector in delicatis ac regijs escis ac poculis, [vel] audire possum vltra vocem cantorum atque cantatricum?] i. in melodijs vltra non glorior, consumpto vigore sensuum exteriorum. [Quare seruus tuus sit oneri domino meo regi?] i. non decet ut ego qui aliunde satis abundo, grauem regis praesentiam, cui deseruire non valeo, cõfessus iam senio. [Paululum praecedam famulus tuus ab Iordane tecum. Non indigeo hac vicissitudine, sed obsecro ut reuertar seruus tuus, & moriar in ciuitate mea, & sepeliar iuxta sepulchrum patris mei & matris meae.] Est autem seruus tuus Chamaham, ipse vadat tecum domine mi rex, & fac illi quicquid bonum tibi videbitur. Dixit itaque rex: Mecum transeat Chamaham, & ego faciam ei quicquid tibi placuerit, & omne quod petieris à me, impletrabis. Cuique transisset vniuersus populus & rex Iordanem, restitit & osculatus est rex.] i. p. s. m. Barzillai,] vale dicendo ei ex amore proprio, & pro pacis indicio, [& benedixit ei,] & ille reuerfus est in locum suum. Transiit ergo rex in Galgalam. i. locum famosum sic appellatum, [& Chamaham] filius [Barzillai cum eo,] quoniam David filium illum loco patris sui secum accepit. [Omnis autem populus Iuda traduxerunt regem,] & media tantum pars affuerat de populo Israel. Itaque omnes viri Israel, qui nondum aduenerant neque adfuerant translationi regis per Iordanem. [cõcurrentes] in Galgala [ad regem,] dixerunt ei: Quare te furati sunt fratres nostri viri Iuda, & traduxerunt regem & domum eius Iordanem, omnesque viros David cum eo?] i. cur te occultè seu non praesentibus ac scientibus nobis deduxerunt? [Et respondit omnis vir Iuda.] i. quidam pro omnibus de tribu Iudae natis, [ad viros Israel: Quia propior est mihi rex,] cui sit natus de tribu Iuda. [Cur irasceris super haec? Nunquid comedimus aliquid ex rege, aut munera data sunt nobis?] i. ea quae fecimus, fecimus ex charitate ad regem, non propter bonum delectabile aut vtile quod contulerit nobis, quae nec pauid nos, nec munuscula nobis largitus est. Et respondit vir Israel. i. populus undecim tribuum, [ad viros Iuda, & ait: Decem partibus ego maior sum apud regem, & primogenitus ego sum] i. undecim tribus continentur in nobis, & sic decem tribubus te excedo, vna quoque tribus in me contenta, de primogenito Iacob est nata, videlicet tribus Ruben, [magisque] pertinet ad me David Gen. 29. quod ad te.] Propter has duas causas, videlicet ob dignitatem primogeniturae & abundantiam multitudinis meae, per quam valeo ei amplius deseruire, in qua etiam dignitas regis consistit, iuxta illud prouerbij: In multitudine populi, dignitas regis: in paucitate plebis, ignominia principis. [Cur fecisti mihi iniuriam, & non mihi nunciatum est priori ut reducerem regem meum?] Durius autem responderunt viri Iuda filij Israel.] quorum verba non sunt descripta. Sed forsitan dixerunt se digniores, quae reges ex Iuda nascituros Iacob praedixit, & alia multa privilegia tribui illi fuerunt collata, & primo super se in regem ipsum David vixerunt. Credendum autem videtur, quod in hac contentione superba, puerili atque inutili, David rex libenter interposuisset se mediū ad concordandum, sed praetere tumultu nequit. Et ecce quanta est in constantia hominum, quanta mutabilitas euentuum humanorum: quoniam tribus istae quae paulò ante regi concorditer restiterunt, iam inter se contenderunt, eo quod vna praetere alij fuerit

1. Reg. 18. 10

Psal. 89.

Gen. 29.

Prouer. 24.

Gene. 49. 2. Reg. 2.

honorata in regis reductione. Hoc quoque pensandum, quod per Israel hoc loco intelligantur vnde decim tribus. Tertio autem & quarto libris, per Israel intelliguntur decem tribus post regni diuisionem, quae exiit tribus Benjamin adhaerere tribui Iuda, propter quod per tribum Iude intelliguntur ibi duae tribus aut tres, quae & tribus Leui eis adhaeruit, ut infra habet. ¶ Spiritu aliter ex isto edocemur cap. exemplo sancti Dauid, deplangere eos quod in peccato moriuntur mortali, & improuise seu alio modo in suis occidunt peccatis, in quibus incomparabiliter plus dolenda est mors aeternae quam corporalis breuissima. Per Ioab verò intelliguntur homines carnales, mundani, quae praesentia attendunt potius quam futura, & mala poenalia ponderat magis quam mala culpae, summumque malum existimant precipuas aduersitates vitae praesentis, quas vir verè spiritualis, internus & cõtemplatiuus, respectu malorum culpae ac infernalis miseriae, pro nihilo arbitrat. Insuper docet nos historia ista, quod vexatio saepe dat intellectum, quod populus Israel cum succubisset in plio, cõsiderauit beneficia Dauid, & petiit eum redire: sic multum in aduersitatibus pensant beneficia Christi, quod eos de iugo diaboli, de seruitute peccati, de tormentis liberauit inferni, propter quod deprecantur, ut gratiosè reuertatur ad eos. Quae admodum etiam Dauid specialiter reuocauit ad se tribum Iuda & Amasam, sic Christus ecclesiasticos viros ac platos specialiter exhortat ad vitam emendam, ad gratiam pristinam, ad praesidentiam salutaris. At verò per Semei designatur, quod in aduersis iniuriatur iustis & superioribus suis, sed eis de in prosperis blandiunt, veniam precantur. Per Mephiboseth verò accipiuntur boni fideles, quod Christo capiti suo compati illudetur, & eius amore affligunt se ipsos, ac viles cõsolationes despiciunt, dum spiritualis cõsolatio Christi eis subtrahitur, nec exteriori ornatum populo se decorat, quibus tamen maligni multipliciter obloquuntur. Ex hoc demum quod Dauid occasione Zibae peccauit tam grauius, constat quod vitia ac periculosi sint detractores & adulatores principibus ac platis. Porro ex responsione & factis Barzillai reprehenduntur antiqui, qui non obstant senio suo, adhuc moluntur placere magnatibus, & magnorum se ingerunt curijs, atque in delicatis cibis & potibus, in canticis & musicis delectari exgrunt, cum iam praesentitiae fletibus & meditationi mortis assidue deberet insistere. Veruntamen regibus licet talibus melodijs atque solatijs pro recreatione cum moderamine uti, quae diuersis curijs atque oneribus affliguntur, premunt & distendunt. Postremo, per cõtentionem illam stultam ac friuolam inter tribum Iuda & ceteras tribus, figurata est cõtentionis ambitioforum in ecclesia Dei, quae ex ambitione pro dignitatibus inter se litigant, pro proprijs sollicitant honoribus, atque inuicem non honore & humilitate, sed inani suspitione & elatione praesument, dum vnusquisque seipsum nititur exaltare, & proximum suum vilificare. Possunt quoque per vnde decim tribus, intelligi seculares, per tribum Iuda, regi propinquiores ecclesiasticos, inter quos est frequens dissensio.

1. Reg. 12.

Esai. 24.

2. Reg. 18.

3. Reg. 16.

Roman. 12.

Augustinus

4. Reg. 19.

¶ Expõsitio cap. 20. Accidit quoque, ut ibi esset vir Belial. Arti. XXX. Requenter cõtingit, ut post bella contra extraneos & expugnationem illorum, sequantur periculosa plia intestina, sicut in libro de ciuitate Dei ostendit Augustinus de Romanis. Sic in ista historia partim iam patuit, atque in isto cap. adhuc aliquo modo tangitur de Iudaeis. [Accidit quoque, ut ibi] videlicet in cõtentione descripta in fine praecedentis cap. [esset vir Belial] i. sine timore, iugumque disciplinae, [in nomine Siba, vel ut alii dicunt, Saba, ita quod per punctum segol, i. & dipthongon scribitur in Hebraeo. [filius Bochri, vir Lemineus,] i. de semine Lemini, de quo dictum est saepe, eratque de semine Benjamin, & ita hic Saba videtur fuisse de cõsanguinitate Saulis, vnde & pronus fuit ad rebellionem contra Dauid, dolens ac inuidens de translatione regiae dignitatis a tribu Benjamin posteritati eius; Saul, ad tribum Iuda, & ad ipsum Dauid, [et cecinit buccina,] ut ei audientia praeretur, cunctis mirantibus de improuiso clamore, [et ait: Non est nobis pars in Dauid,] i. non indigemus cõmunionem & participationem habere cum ipso sicut cum rege, & prout ipse inhonorauit nos, ita & ipsum despiciamus. [neque haereditas in filio Isai,] i. opus nobis non est, ut iugiter huic Dauid & eius posteritati adhaereamus, quasi eo relicto non valeamus prouideri de rege, nec ipse haereditario iure rex est, cum sit filius Isai, quod simplex fuit ciuis, non rex aut filius regis, [Reuertere in tabernaculum tuum Israel,] vnusquisque nostrum de quocumque vnde decim tribuum natus, ad propria reuertatur, ut inter nos prouideamus nobis de rege. [Et separatus est ois Israel a Dauid, sequutusque est Saba filium Bochri,] i. vnde decim tribus cum Saba recesserunt a rege, [viri autem Iehuda adhaeserunt regi a Iordane vsque Ierusalem. Cumque venisset rex in domum suam in Hierusalem, tulit decem mulieres concubinas,] i. secundarias coniuges suas, cognito quod filius suus Absalon cognouisset eas, [quas dereliquerat ac custodiendam domum, & tradidit eas in custodiam,] i. reclusit & a virorum retraxit cõfortijs, non tamen quasi reas in captiuitatem aut carcerem truxit, quantum forsitan culpam inciderunt in concubitu illo incestuoso, non satis dissentiendo, aut renitendo quantum in ipsis fuit. [alimenta eis praebens. Et non est ingressus ad eas, sed erat clausus vsque in diem mortis suae.] Reclusit autem eas dauid, quae non ipse voluit amplius eas cognoscere, cum essent a filio suo sedatae, nec ab alio voluit eas cognosci, quoniam erant suae uxores, & erant [in viduitate viuentes,] i. inстар viduarum, atque in continentia viduali, sicque in viduitate viuebant, non quod maritus earum obierit, sed quantum ad tori separationem. [Dixit autem rex Amasa: Conuoca mihi omnes viros Iuda in diem

diem tertium, & tu adesto praesens.] i. cum eis redi ad me, ut in eorum praesentia cõstituam te principem militum, ut alii dicunt. [Abijt ergo Amasa, ut cõuocaret Iudam. Et moratus est extra placitum quod ei stauerat rex:] i. infra tres dies non redijt, quae fortassis infra spatium illud non potuit negotium adimplere, vel aliud impedimentum ei occurrit. [Ait autem dauid ad Abisai: Num magis afflictorus est nos Saba filius Bochri, quam Absalon?] i. non decet ut permittamus nos infestari ab eo durius, quam nos Absalon infestauit, quod tamen ferret, si permitteremus eum diu impunitum, ita quod vel ipse vel alius cõstitueret rex vnde decim tribuum. [Tolle ergo seruos domini tui,] i. pugnatore ac milites quae erant vel adhaeserunt sub Ioab principe militum, quod tamen secundum Magistrum in historijs, iam fuit, quod ei in principio amotus, vel secundum alios, amouedus. Propter quod Dauid non cõmisit ei istud negotium. At tamen quidam dicunt, quod Ioab iam fuit absens ad cõgregandos viros quae adhaeserant Dauid regi in persequutione Saulis. Quod non videtur, quod secundum Iosephum, Ioab fuit praesens, nec propter illos tam paucos cõgregandos oportuerat ipsum Ioab exire. Imò secundum Iosephum, illi viri, quae erant sexcenti, exierunt cum Dauid fugiente, & redierunt cum eo. Denique, ex statim sequentibus innotescit, quod Ioab fuit in via cum Abisai: nec vlla sit mentio, quod in via venit ad eum cum congregatis ab ipso. [et persequere eum, ne forte inueniat ciuitates munitas, & effugiat nos. Egressi sunt ergo cum eo viri Ioab, Cerethi quoque & Phelethi, & omnes robusti exierunt de Hierusalem, ad persequendum Saba filium Bochri. Cumque illi essent iuxta lapidem grandem qui est in Gabaon, Amasa veniens, occurrit eis. Porro Ioab vestitus erat tunica stricta ad mensuram habitus sui, & desuper gladio accinctus dependente vsque, ad illam in vagina, quae fabricatus leui motu egredi poterat & percutere.] Illium fuit ille, dicitur intestinum paruum, rotundum, renibus animalis adherens. Ex his satis apparet, quod Ioab exijt cum Abisai volens placere regi, quae offendit, Absalonem contra regis imperium occidendo. [Dixit itaque Ioab ad Amasam: Salua mihi frater.] Consuetudo enim nobilium est, ut cõsanguinei se inuicem vocent fratres ac sorores. Et tam amoroso eum nomine appellauit, ut ille minus sibi praerueret de dolo, & tenuit manu dextera mentum Amasa, quasi osculans eum. Porro Amasa non obseruauit gladium quae habebat Ioab,] i. a vulneratione gladii non praecauit, & forsitan nec gladium attendebat, nec mali quod suspicabat de cõsobrario, pace iam facta per regem, & culpa sua sibi dimissa. [Qui percussit eum in latere, & effudit intestina eius in terram, & mortuus est.] Vnde patet crudelitas, salitas, calliditas, simulatio impij Ioab, quae strenuissimum iuuenem, proprium cõsobrarium, quae aperit inuadere non audebat, tam proditorie atque seuisime vno ictu occidit, quae nec secundum vulnus appropinquat. [Percussit autem eum manu sinistra & sub specie amicitiae, ac osculi blademto, apparatusque faciei sereno tantam tetigit metum fugae seuitiam atque inuidiam, ac tamen cõmisit flagitium.] Porro ut in Scholastica fertur historia, Ioab arte quadam simulans, quasi gladius cecidisset & reciperet eum, inuisit & subito latus Amasae perforauit, & gladium extrahendo, vulnus sic auxit, quod intestina elapsa sunt. Hinc refert Lyra quod in Hebraeo habet, exijt, ensis & cecidit, quae videlicet Ioab ex proposito ita disposuit, ut caderet gladius de vagina in terram, quatenus Amasa estimaret quod Ioab leuaret gladium ad reponendum in vaginam, non ad vulnerandum. Verum ut dictum est praecedenti articulo, Ioab occidit Amasam eadem causa, quae occiderat Abner, ne scilicet principatum obtineret militiae. Specialiter quoque indignabatur, ac inuidebat nepoti, quod ille quae paulo ante fuerat contra Dauid, quoniam ipse Ioab non sine periculo asstitit ei, iam praeroueret a rege, & loco suo esset secundus post regem, seu militum princeps, & quantum ad hoc, videbat factum Ioab aliquantulum habere colorem, nisi tam proditorie hoc fecisset. [Ioab autem & Abisai frater eius, persecuti sunt Saba filium Bochri. Interea quidam viri cum stetit iuxta cadaver Amasae de socijs] hoc est, militibus & amicis ipsius Ioab, dixerunt: Ecce qui esse volebat comes Dauid] i. princeps militiae regis [per Ioab.] Quasi dicat: iam apparet, quod insipienter egit, opponendo se Ioab, atque ad principatum militiae aspirando, & vbi iam excellencia eius? Veruntamen isti loquebantur ex affectu suo pro Ioab. Non enim legitur Amasa aspirasse ad illud officium, & infra habet, quod Salomon asserit Amasam iustum fuisse. Non autem est mirum aut nouum, quod vir bonus ad praesidentiam bene dispositus, ab homine ambitioso seu impio occidatur. Et forsitan Deus permisit Amasam sic occidi, quae excessit adhaerendo Absaloni contra dauid. [Amasa autem cõspersus sanguine] hoc est, corpus eius proprio perfuso cruore, [iacebat in via. Vidit hoc quidam vir,] quod subsisteret ois populus ad videndum eum,] sicut adhuc moris est, quod ad inspicendum noua, rara, insolita, mira & improuisa, cõstunt homines, [et amouit Amasam de via in agrum,] clamans, quod iustus occisus esset, quod dolose fecisset moram redeundi ad regem ultra tempus praefixum. Quod dixit, ne astantes mouerent aduersus Ioab, & eum sequi renuerent. [Coperuitque eum vestimento, ne subsisterent transeuntes propter eum. Amoto ergo illo de via, transferebat omnes viros sequens Ioab ad persequendum Saba filium Bochri. Porro ille] videlicet Saba [transferebat per oes tribus Israel vsque in Abela, & in Beth Maacha] hoc est, per vnde decim tribus. Non enim per tribum Iude transferebat, sed per vnde decim tribus, quas hortabat, ne redirent ad obedientiam Dauid, sed se potius constituerent regem, [omnesque viri clebs] i. praecipui elegantesque viri de vnde decim tribubus, [congregati fuerant ad eum,] hoc est, ad

Pet. Co. h. lib. 2. Reg. cap. 19. Iose. lib. 7. anti. iu. ca. 11.

Pet. Co. h. lib. 2. Reg. ca. 97.

2. Reg. 3.

2. Reg. 10.

3. Reg. 2.

3. Reg. 17.

ad Sæbã, volentes eum pmouere. Aliqui tñ exponunt, ad eũ, i. ad Ioab. Sed hoc nõ videt textui cõsonare, quia etiã multi electi fuerint secũ. Et quod ait, oēs, exponendum est, qdã de omnibus. Venerunt itaq; & oppugnabãt eum in Abela & in Beth Maacha, & circumdederũt munitiõibus ciuitatẽ, & obfessa est vrbs. Omnis autẽ turba q̄ erat cum Ioab, moliebant destruerẽ muros. Et exclamauit mulier sapiẽs de ciuitate. Abela, in qua Ioab cũ exercitu obfedit Sæbã: [Audite, audite, dicitur] cite Ioab: Appropinqua huc, & loquar tecũ. Qui cũ accessisset ad eã, ait: Tu es Ioab? Et ille respondit: Ego. Ad quẽ sic locuta est: Audi sermones ancillæ tuæ. Qui respondit: Audio. Rursusq; illa: Sermo, inq; dicebat in veteri puerbio: i. ex antiquis tẽporibus vulgariter & q̄si per modũ puerbij dici cõsuevit. [Qui interrogat, hoc est, aliquid scire, ad discere, seu querere voluit, sicut interroget in Abela,] i. in vrbe illa inueniet abundantia sapientium hoĩm, ad respondendum idoneorũ. Vt ait Petrus Comestor affirmat, in Hebræo nõ habetur, puerbio, sed sic: Sermo dicebatur, in veteri videlicet lege, hoc est, olim in lege Moysi iustum est vt filij Israel prius offerant pacẽ vrbibus impugnãdis, prout in Deuter. legitur. Sed & alij qdam fatentur, qd vetus puerbium accipitur hĩc pro lege. Nihilominus aduertendũ, qd illud pceptum de pace offerenda, nõ erat intellegendũ de vrbibus Chanæorũ, quas filij Israel Deus pmisit ac dedit in primo eorũ ingressu in terram pmissionis. Vndẽ cum in Deuter. dñs pcepisset, Si qñ accesseris ad expugnandã ciuitatẽ, offeres ei primũ pacẽ paulopõst subdidit, De his autẽ ciuitatibus q̄ dabuntur tibi, nullum omninõ permittes viuere, & sic * perficiẽbãt. hoc est, iuxta ea q̄ in Abela didicerũt esse agenda, agebant. [Nõne ego sum q̄ respondeo veritatẽ in Israel?] i. credere debes mihi, qm̄ ex specialis gratia & sapiẽtia mihi collata, possum & soleo respondere, quod verum & iustum est filij Israel. Circa hoc refert Lyra: Dicunt Hebræi, qd mulier ista fuit Sara filia Afer, q̄ cum Iacob intrauit Aegyptum, & qd habuit spiritũ propheti, annuncians Iacob patriarche ipsum Ioseph nõ esse defunctũ, qm̄ Iacob putauit qd mortuus esset. Sed Lyra fati hoc reprobat, qd secunduũ fabulum istam fuisset hæc mulier, qm̄ hæc dixit, circiter septingetorum annorũ. [Et tu quæris subuertere ciuitatẽ, & euertere matrẽ in Israel?] Quasi dicat: Contra legẽ agis in hoc, qd oppidũ istud quæris destruerẽ anteq̄ ei pacẽ offers, p̄sertim cũ ciuitas ista ob sapiẽtia habitantiũ in ea, sit mater Israelitarũ, quos instruit. Aliq̄ textus habet matrem ciuitatũ, & sensus redit in idẽ, fumẽdo continens pro cõtento. Tñ in Hebræo nõ habetur, ciuitatum. [Quare p̄cipitas hæreditatẽ dñi?] hoc est, cur conaris deicere vrbe hanc, quæ est pars terræ promissionis, quã Deus pro hæreditate pmisit ac cõtulit filijs Israel? [Respondetq; Ioab, ait: Absit, absit hoc à me, nõ p̄cipio neq; demolior.] i. nõ intendo directẽ hoc facere, dummodõ ipsum Sæbã seditiosum dederitis manibus nostris. [Nõ sic se habet res, sed homo de monte Ephraim Sæba filius Bochri cognomine, leuauit manũ suã contra regẽ Dauid, Tradite illum solum, & recedemus à ciuitate.] ¶ Quo circa est quæstio, qualiter dicatur esse de monte Ephraim, cum sit dictũ, qd fuit de Benjamin tribu. Respondet, qd habitauit in monte Ephraim. [Et ait mulier ad Ioab: Ecce caput eius mitte ad te per murum.] Vndẽ elicitur, qd mulier ista cognouit, vel ex reuelatione diuina, vel ex cõiectura humana, qd ciues acquiesceret suo cõsilio. [Ingressa est ergo ad oẽm populum,] qd erat in Abela, potissimẽ ad maiores, & locuta est eis sapiẽter, i. rationabiliter ip̄sis persuasit qd nõ possent resistere regi dauid, qd electus esset à deo, & p̄ualisset in filijs vndiq; & qd oēs qui opposuerunt se ei, perissent seu victi essent. [Qui abscissum caput Sæbæ filij Bochri proiecerunt ad Ioab] per murũ. Maluerunt enĩ illum solũ de capitari, qd periculis secum inuolũ. [Et ille] videlicet Ioab fecerit buccina, i. in signũ victoriæ, & recesserunt ab vrbe, vnusquisq; in tabernacula sua. Ioab autẽ reuersus est in Hierusalẽ ad regẽ. Fuit ergo Ioab super oẽm exercitum Israel. Qui autẽ dicunt eum fuisse ab officio illo pauloantẽ depositũ, asserunt eũ iam restitutum. Et quis nõ legitur hĩc increpatus à rege de occisione p̄ditoria Amasæ, probabile tñ est, qd rex durẽ increpauerit eum, quĩ in officio suo reliquerit eũ ad vitandum disturbiũ. [Banaias autẽ filius Ioiað] erat [super Cerethæos & Phelethæos] Hoc suprã fuit expositũ. [Aduram verõ] erat [super tributa] leuãda ab his qui regi sub tributo seruebãt. [Porro Iosaphat filius Ahilud] erat [ad cõmentarijs] hoc quoq; superius expositũ est. [* Siba autẽ scriba,] i. suprã scriptũ est, & Saraias scriba. Vndẽ vir iste videt fuisse binomius, nec erat Siba seruus Mephiboseth. [Zadoc autẽ & Abiathar, sacerdotes.] Irã autẽ lairides hoc est, de vrbe sua ita cognominatus, [fuit sacerdos Dauid,] i. specialis & proprius eius sacerdos in sacrificijs offerẽdis, & quasi capellanus ip̄suis. Velut qdam exponunt, fuit sacerdos nauid, i. magnus apud eũ, quẽadmodũ Iethro dicitur sacerdos Madian fuisse, atq; (vt fert, secundũ Hieron.) fuit magister ip̄suis regis, ad cuius cõsiliũ corripiebat. [Iuxta mysticũ intellectu,] per Sæbã virũ Belial, intelligunt turbatores cõtatis, rebelles & seditiosos, qd facili occasiõẽ suis se opponũt superioribus, atq; ad schisma, resistentiã ac inobediẽtiã cõcitãt alios, canũtq; buccinã, supbã aut facudẽ seu elamorosẽ loquẽdo. Ad extrusionẽ q; superioris sui aspirãt, & seipos ad p̄diciũ nitũt ingerere. [Viri autẽ Iuda adhæserũt regi suo ab Iordane vsq; Hierusalẽ.] Sic veri fideles corde,

Pet. Co. h. lib. 2. Re. cap. 19. Deuter. 20.

Ibidẽm

* perficiẽbãt

Geno. 46.

1. Reg. 8. Ibidẽm * Seua * Elira

Exodi 4. 18. Hieronym.

ore & opere dño contententes confessione propriæ culpæ ac laudis diuinæ, adhærẽt Christo non in prosperis tantũ, sed etiam in aduersis à tẽpore sui baptismi, quousq; ad supernam Hierusalẽ perducantur. Et si aliqñ cadant peccando, surgunt veraciter pœnitẽdo. [Cumq; venisset rex in domum suã in Hierusalẽ, tulit mulieres decem concubinas suas.] Per concubinas Dauid ab Abfalone pollutas, intelliguntur animæ imperfectæ, à quocunq; hæresiarcha deceptæ, qd hæresiarcha vocat se filium Christi, i. verẽ fidelẽ, & in baptismo in Christo renatus est. Christus vero tales animas qñq; illuminat, gratiosẽ redeundo ad eas, atq; ad ecclesiasticam vnitatẽ has reducendo, à qbus quasi discessit, cõsolationẽ seu gratiã suspendẽdo aut subtrahẽdo, dũ eas tentari & filli permittit. Quas cũ ad veram reduxerit fidẽ, tradit custodiæ, p̄seruando ac separando eas ab omni hæreticorum cõmunionẽ ac pristina deceptiõẽ: nec ad eas ingredit, dum solita cõsolatione priuat eas, dẽ, vt magis humiliet se. [Dixit autẽ rex Amasæ: Conuoca mihi oēs viros Iuda in dicitertium, & tu ad esto p̄sens.] Sic saluator iubet platis, vt subditos suos reducat ad ipsum in fide p̄benedicissimã trinitatis, & personaliter asint mēbris ac ouibus Christus sibi commissis, ne insufficiẽtib; eas cõmittant vicarijs. [Dixit Ioab ad Amasam: Salue mi frater.] Per Ioab hoc loco intelliguntur homines fraudulentũ, venenati, ambitiosi, simulatores, crudelẽs, inuidiosi, ac p̄sumi, qui proximorum tenẽ mentem dextera manu, dulciterq; salutã, sinistra verõ occidunt, & intellina eorum effundunt, dum ip̄s adulantur, laudesq; exhibet, ac foris applaudũt, sed occultẽ obloquunt, nocẽt, affligunt, seu supplantare conantur, de qbus loquit Hieremias: Sagitta vulnerans est lingua eorum, pacẽ cum amico suo loquit, & occultẽ ponit ei in insidias. Vndẽ & in Proverbij; asseritur: Homo qui blandis fictisq; sermonibus loquit amico suo, rere expandit pedibus suis. Impijssimã autẽ ambitio ita excæcat, peruertit, obdurat cor hoĩs, vt in omnia scelera paulatim labatur, nec p̄pinquis parcat, neq; amicis: & quod manifestẽ facere erubescit aut negat, occultẽ perpetrare conetur, iustus quoq; & meliores se, nitatur à platione deicere, & omni timore dei neglecto, seipsum studeat inthronizare, sed & fautores sibi studet acquirere, per quos palliet sua mala, & bonos accuset. [Ioab autẽ & Abisai persecuti sunt Sæbã.] Sic nõ solum iusti, sed & impij qdam plati & officiat, per excoicationẽ, interdicia, suspõsiones, pecuniarũq; extorsiones, ac alios modos puniũt quosdã reos. [Exclamauit mulier sapiẽs de ciuitate.] Per mulierẽ hanc peritiam & eloquentẽ, designat sacra p̄dicatorum religio & sapiẽtia sacerdotum, qd in ecclesia clamat, atq; ad inquisita respondet, & increpat eos, qd sacra loca demoliunt. Caput etiam Sæbæ amputari procurat, & projicit ip̄s Ioab, qm̄ seditiosum rebellisq; superbiã, ostendit esse mox perituram & condemnandã. Fuit ergo Ioab super exercitum. Nam & Christus interdum ambitiosos ac impios permittit ad tempus regnare, qui propter peccata populi, facit regnare hypocritam. ¶ Elucidatio cap. 27. Facta est quoq; fames in diebus Dauid. Arti. XXXI.

Rafens describit capitulum, qualiter incõprehensibilis Deus, cuius iudicia sunt velut abyssi multi, declarauit suã iustitiã in vltione iusta p̄pter iniuriã Gabaonitis illatam. [Facta est quoq; fames in diebus] regni [Dauid] hoc est, in regno suo, fames (inquã) sterilitatẽ terræ sequens [tribus annis iugiter. Et cõsultuit Dauid oraculum dñi:] i. responsũ à Deo petiuit per sacerdotẽ pontificẽ, vt sapius dictum est, aut per Prophetas. Dicuntq; aliq; qd primo anno illius famis nõ cõsultuit dñm, qd putauit sterilitatẽ illã ex naturali cõtingere causã: nec anno secũdo, qd putauit eã venire, p̄pter idolum Michæ, quod erat adhuc in tribu Dan, propter quod, idolũ illud destruxit: sed sterilitatẽ nõ cessante, cõsultuit dñm. Sed istud de idoli Michæ destructione facta per Dauid, nõ videtur consonare ei, quod scriptum est in Iudicũ lib. Posueruntq; sibi sculp̄tuitatis suæ. Mansitq; apud eos idolum Michæ omni tempore quo fuit domus Dei in Silo. Et quãuis vrba hæc dupliciter exponant, prout super Iudicũ scripsi, tñ secundum nullã expositionem illarum, cõueniunt p̄fatæ assertioni. [Dixitq; dñs,] respondẽdo regi deuoto per sacerdotẽ, seu alio modo p̄facto: [Propter Saul & domum eius sanguinum,] qd occidit Gabaonitis] i. propter scelera ip̄suis Saul & sobolis suæ, atq; fautorum & cooperatorũ ipsius, qd Gabaonitas interfecerunt iniuste, idcirco domus sanguinũ appellant. Vel qd multorũ sanguinẽ fuderunt iniuste, vel qd sanguinis proprii effusionẽ promeruerunt. Vel sanguinum, i. vitiorum. ¶ Præterea quæratur, cur pro peccato Saul & suorũ tam diu p̄terito, puniti sint Dauid ac populus eius fame tam longa, seu terræ sterilitate. Respondetur, qd Dauid negligens fuit, nõ faciendo iustitiam Gabaonitis pro eorũ iniuria, & multi eorum qd participes erant peccati Saul, ac ei fuerũt cooperati, vixerũt adhuc. Cõmunitas quoq; frequẽter punitur, p̄pter peccatum cõmissum ab aliq; parte seu persona ipsius, in quãtũm oēs de vna cõitate, sunt quodãmodo vnũ, quẽadmodũ in lib. Iosue fert Iosue & Achã & filij Israel. Nec tñ deus in tali casu derogat his qd in ipsa cõitate sunt innocẽtes de huicemodi vitio qd punit, qm̄ pius ac sapiẽs deus pœnã quã sustinet, ordinat eis ad maius bonũ, videlicet ad purgationẽ aliarũ quas habet culpãtũ, seu grẽ incrementũ. ¶ Vocatis ergo Gabaonitis,

Hierem. 9. Prouer. 29.

Iob 34.

Psal. 35.

Iudicũ 8.

Iosue 7.

rex dixit ad eos: Cur autē nō licuit Saul & suis occidere Gabaonitas, subiungit: Porro Gabaonitas habitantes in vrbe noie Gabaon & alijs oppidis ei annexis, s. Caphira & Beerot & Carithiarim, put Iosue describit, nō erāt de filijs Israel, s. de stirpe Jacob, aut tribubus eius, sed reliquias i. posterū qdam Amorrhæorum q cōfugerunt ad Iosue. Filij quippe Israel iurauerant eis, videlicet Iosue & principes tribuum, q nō occiderent, nec ipsi, neq eorum posterū de filijs Israel. Nā scdus pacis inierunt cum eis, vt Iosue narrat, idcirco & Saul, ac suo tēpore existentes Iudæi, tenebant scdus istud implere. Et voluit Saul percutere eos zelo, qsi p filijs Israel & Iudæi hoc est, interficere voluit Gabaonitas, & quosdā eorum percussit, fingens & simulans se hoc facere zelo legis, in qua Moses iussit Amorrhæos noie exterminari, ad vtilitatem vnde decim tribuū ac cōmodum tribus Iudæ, dicens, q Gabaonitas terrā filijs Israel promissam occuparēt iniuste, & expellere, q vrbes ac terrā Gabaonitarum filijs Israel redderent. Veruntū zelus Saulis fuit indifcretus, & magis credit motus auaritia, q iustitia: qm vrbes & possessiones Gabaonitarum erant in Beniamin tribu, ideo eas optauit atq; vt fert, percussit Gabaonitas ex odio sacerdotū quos antē occiderat, qm Gabaonitas sacerdotibus seruebāt, ligna & aquas cōportādo ad domū Dei, prout Iosue 9. scribit eis iniunctū. Porro, quod in multis libris subiungit, ne perimerēt eos, in Hebræo nō habet: ideo nō est de textu, sed ab aliquo expositore fuit adiunctū, eo q subiungat: Dixit ergo Dauid ad Gabaonitas: Quid faciā vobis, & quod erit vestri piaculū, i. placatio ac satisfactio pro iniuria vobis illata? Piaculū qm; sumit pro peccato, aliqñ profusū factū ē peccati, & ita hic capis. [vt benedicatis hæreditati dñi] hoc est, bona imprecemini filijs Israel, orādo pro ipsi ex corde, & pro terræ fecunditate, sicq; vobis recōciliatis, Deus populo suo peculiari ac terræ benedicat. [Dixeruntq; ei Gabaonitas: Nō est nobis superauro & argento quæsitio: i. pecuniam nō quærimus, sed cōtra Saul & cōtra domum eius, neq; volumus vt interficiat homo de Israel. Ad quos rex ait: Quid vultis vt faciā vobis? Qui dixerunt regi: Virum qui attriuit nos & oppressit * iniuste, videlicet ipsum Saul seu posteros eius, & ipsum in sua posteritate ac sobole, [ita delere debemus, vt nec vnus qdem residuus sit de stirpe eius, in cunctis finibus Israel.] His auditis, Dauid eis persuasit, q id facere nō posset, propter scdus quod inijt cum Ionathā, vt dictum est sēpe, imō & cum Saul, vt patuit primo lib. vbi legit Saul dixisse ad Dauid; Iura mihi in dño, ne deleas semen meū post me, neq; auferas nomē meum de domo patris mei. Et iuravit Dauid Sauli. Dixit etiā Dauid Gabaonitis, q vindictā quæreret nimis magnā, ideo temperauerunt postulationē suam, dicentes: [Dentur nobis septē viri de filijs eius, i. de semine eius, & propinquiores eidē, [vt crucifigamus eos dño] i. ad dñi honorē, & ad diuinā æquitatis ostensionē, quia nō solum peccauit in nos, sed itē in Deum. [in Gabaa] vrbe [Saul] in qua habitauit, tquodam electi dñi. i. q electus fuit ex toto populo, vt vngere[re] d Samuele in regē, & ad regnandū temporaliter super populum Dei. [Et ait rex: Ego dabo] qdā Deo sic placet, & qa bonū rei publice id requirit. Qualiter autē filij propter peccata parentū, qnq; tēporaliter ac corporaliter iuste puniant, qa quantum ad corpus, sunt aliqd suorū parentum, & propter alias causas, dictum est sēpe. Filij autē nō portant iniquitatē parentū, quantum ad aiām, ita q bonis gratiā nō priuant propter parentum excessus, qm aiām immediatē habent a Deo. Præterea mirum videt, q Deus filios Israel & posteros Saul ita puniuit, propter iniuriā d Saule Gabaonitis illatam, & nō etiā propter interfecionē sacerdotum, quos sceleratissime interfecit. Ad quod aliq dicunt, q filij & cognati sacerdotū illorum, indulserunt tantā iniuriā. Multa quoq; sunt facta, quæ nō sunt descripta. Sed & interfecio sacerdotum & percussio ciuitatis eorum, fuit vna causa nō minima, ob quā interfecus & regno priuatus est Saul. Est quoq; probabile, q populus Israel magis cōsensit Sauli in percutione Gabaonitarum, quā sacerdotū. Pepercitq; rex Mephiboseth filio Ionathæ filij Saul propter ius iurandū dñi, quod fuit inter dauid & Ionathan filij Saul. Tulit itaq; rex dauid [duos filios Rezpha filia Aia, quos peperit] ipsi [Saul,] ista est Rezpha cōcubina Saul, ad quā ingressus est Abner, vt supra legit. [Armoni & Mephiboseth] ita vocati sunt. Et est iste Mephiboseth alter filio Ionathæ. Porro, secundū magistrum in hist orijs, hi duo adhuc pueri cum Doeg occiderunt sacerdotēs Nobq; & postea Gabaonitas: idcirco specialiter nominant, q specialiter erāt culpabiles. Oēs autē legitimi filij Saulis, iam mortui erāt. [& quinq; filios Michol filia Saul, quos genuerat Hadrieli filio Beizilai q fuit de Meholithi, & dedit eos in manu Gabaonitarū.] Qui tanq alieni a sanguine Israelitarum, iuerunt satis feruentes ad suarum vltionē iniuriarum. Deniq; in primo lib. continet, q Merob filia Saul maior, data est Hadrieli vxor: & in eodē lib. fert, q Michol vxorē Dauid dedit Saul Phalti filio Laiz. Quomodo ergo Michol dicit hos quinq; filios peperisse Hadrieli? Et respondēt, q erant naturales atq; legitimi filij Merob præfatæ ex Hadriele, sed filij adoptiui istius Michol. Qui crucifixerunt eos in monte coram dño. i. ad benedictionē Dei. Paulo antē dixerunt Gabaonitas, crucifigamus eos in Gabaa. quod fuit in maiore Saulis cōfusione, quod in vrbe sua seu prope eam in loco tam eminenti, posterū sui sunt lignis appēsi. [Et

* iniquē

1. Reg. 18. 20

1. Reg. 24.

1. Reg. 9. 10.

Ezech. 18.

1. Reg. 22.

1. Reg. 3.

Pet. Co. h. 2.

Re. cap. 20.

1. Reg. 18.

1. Reg. 15.

Et ceciderunt hi septem simul occisi in diebus messis primæ, incipiente messione hordei. Tollēs autē Respha filia Aia cilicium, substravit. i. substratorium & quasi lectum sibi fecit sibi supra pedem. i. locum petrosū, ab initio messis, quæ in terra illa incipit citō propter calorē, & donec stillaret super eos aqua de cælo. i. circiter vsq; Calend. Septembris, qa tunc iuxta terrā illius naturam primō descendere solet pluuia post messem. Alij sic exponunt, & forsitan melius, dicitēs, q iuxta cōmune legis pceptum, suspensū in patibulis debebāt primo die deponi ac sepeliri, prout Deut. 21. habetur, sed hoc in istis seruatum nō est, qm dauid ex diuina reuelatione cognouit vt manerēt in ligno, quousq; imber descenderet, in signum, quod dñs, ppiatius esset terræ ac populo. Nam fames orta fuit ex sterilitate, sterilitas ex siccitate: cuius ablatio, fuit irrigatio terræ ex pluuia. Alij dicunt, q māsērunt tam diu in ligno, quatenus gētilēs audiētēs esse occisos propter iniuriam irrogatam Gabaonitis ex gentilitate ad iudaismū cōuersis, allicerent ad ritum fidemq; Iudæorū. & nō dimisit aues lacerare eos per diem, neq; bestias per noctē: qa erant de semine regio, & filij sui aut affines. Habuit quoq; aliquos secum custodientes corpora illa, alioqn timuisset sola de nocte, nec tēpus dormiendi habuisset aliqñ. [Et nunciata sunt Dauid q fecerat Respha filia Aia cōcubina Saul] videlicet tanta eius fidelitas, reuerētia, & dilectio etiam circa defunctos, quod placuit regi. Vndē & ipse animatus exemplo Resphæ, fecit quod subdidit: [Et abiit Dauid] cum comitiua honesta, [& tulit] per suos ministros ossa Saul & ossa Ionathæ filij eius a viris labes Galaad. i. morabant in terra Galaad, in oppido noie Iabes. [Qui furati fuerāt ea de platea Bethsam, in qua suspēderāt eos Philistij, cum interfecissent Saul in mōte Gelboe.] hoc est, q in nemore iuxta oppidum suum sito sepelietāt corpora Saul ac Ionathæ, vt habet in fine primi lib. [Et absportauit indē ossa Saul & Ionathæ filij eius, & colligentes] cum reuerētia ossa eorum, q affixi fuerant, sepelierunt ea cum ossibus Saul & Ionathæ filij eius in terra Beniamin, in latere 1. Reg. 31. in sepulchro Cis patris eius. hoc est, ad latus illius sepulchri, quod & fecerūt solēntis. [Fecerūtq; oia quæ præceperat rex.] Et reprobicatus est Deus terræ, [fecunditatē cōdonans. Cōsequenter tangunt in litera quatuor bella Dauid aduersus Philistæos.] Factum est autē rursus plium Philistinorum aduersus Israel. Et descēdit Dauid & serui eius cum eo, & pugnavit cōtra Philistij. Deficiente autē Dauid] forsitan ex labore & eo lassato, pferim qa iam erat antiquus, qa vt infra tangetur, istud fuit vltimum plium eius. [Lesbi de Nob] Philistæus vir gigantæus, [qui fuit de gñe Arapha], giganteo secundū Hebræos. Veruntū Magister in hist. circa hoc scribit: Tradunt Hebræi Arapham fuisse Oipham nrum Noemi, quæ genuit viro Gethæo quatuor gigantes, q hic noiantur, quorū vnus dicitur est Iesbi de Nob, secundus Sephi vel Ziph, tertius Goliath, quartus q habuit senos digitos in manibus ac pedibus, [cuius ferrum hastæ trecetas vncias appendebat, & accinctus erat ense nouo.] Secundū Lyrām, in Hebræo habetur: Qui accinctus erat de nouo, ita q ense, nō est de textu. Et dicit Hebræi, q factus erat miles die illo, propter quod voluit pro titudinem suam mōstrare in persona regis, vt subditur: [Nisus est percutere Dauid. Præsidioq; ei fuit, i. subsidium impendit] Abisai filius Saruiæ, [interponēs se fortiter, & caput regis defendēs viriliter.] & percussit Philistæum illum [interfecit,] quod fuit pmissum factum. [Tunc] videlicet bello peracto, iurauerūt viri Dauid, [i. p̄cipui & familiares pugnatōres ac milites eius,] dicens: Iam nō i. plus deceter dēgre dieis nobiscum in bellum] Vndē elicitur, q istud fuit vltimum plium Dauid, [ne extinguas lucernam Israel] hoc est, ne clara tua p̄sentia & persona tollatur a nobis. Vel, ne claritas tuæ memoriæ minuat per hoc, q in bello victus dicaris. [Secundum quoq; bellū fuit in] Gob, i. loco sic nuncupato cōtra Philistæos. Iq ait, secundū: nō de signat hic ordinem rei gestæ, sed narrationis. nam plium istud cōtigit ante illud, quod immediatē iam describitur fuit, quod vltimum erat tēpore. [tunc] i. in filio illo [percussit Sobochai] i. vir & miles Dauid sic dicitur, [quod de Hufathi] i. loco illo, [Saph de stirpe Arapha,] sicut expositū est, [de gñe gigatū.] Hic interponit Iosephus historiā belli vnus, quod in litera nō narrat, & ait q aliud bellum fuit in Gob, in quo fuit robustus vir Ephron nomine, cognatus Dauid, q suis in fugā versis, plurimos hostium solus occidit, cæterosq; fugauit. [Tertium quoq;] secundū ordinē descriptionis & narrationis istius, [fuit bellum in Gob cōtra Philistæos.] quod tñ secundū ordinem temporis fuit primū inter hæc bella. [in quo percussit Adeodatus filius saltus polymitarius Bethlehemites Goliath Gethæum] istud oēs exponit de bello, in quo Dauid p̄trauit Goliath seu Goliath gigantē de Geth, & ponunt hic quatuor noia Dauid, q primō vocat Adeodatus, qa de sup̄er fuit gratiose cōcessus populo Israel pro eius regimine ac salute. Secundō vocatur filius saltus, qa de saltu seu locis arboris & pascuis fuit assumptus in regē, cum greges pauisset ibidē. Vel qm tēpore Saul frequenter morabat ac latebat in syluis. Tertio dicitur polymitarius, qm fuit de stirpe Bezeel polymitarij egregij tēpore Moysi, vt patet in Exodo. Vel, quoniam cultum Dei manificē decorauit & auxit. Est autem polymitarius, architector seu artifex. Et dicitur a poliendo. Quardō vocatur Bethlehemites, qa de Bethlehem natus. Veruntamen primo lib. habetur, quod

1. Reg. 31.

Pet. Co. h. 2.

1. Reg. ca. 21.

* Nob

Iosep. lib. 7.

ant. i. ca. 12.

1. Reg. 17.

1. Reg. 16. 20

21. 24. 26.

Exed. 31. 36.

1. Reg. 17. David in valle Terebynthi percussit Goliath. Ad quod rñderit, q̄ in valle illa fuit q̄dam pars quæ vocata est Gob, eratq; particularis locus situs in valle illa. [Cuius fastile hoc est, stipite haste, erat quasi licitorium textentis: si dispositum instar ligni, circa quod textentes licia inuoluunt, quo insinuatur fortitudo, siue soliditas haste illius. Circa hæc scribit q̄dam q̄ David nō fuit in aliquo bello ante singulare illud certamen cum Goliath. ¶ Contra quod obiici posset, q̄ ut dictum est 1. Reg. 16. ante illud singulare certamen vnus dixit ad Saul de Dauid: Vidi filium Isai Bethlehemitem fortissimū robore, & virum bellicosum. [Quartum bellum fuit in Geth, hoc est, prope oppidum illud Philistinorum, in quo vir fuit excelsus, gigante stature, & senos in manib' pedibusq; habebat digitos hoc est, sex in qualibet manu, & totidem in pede vtroq;. Ideo subditur, tid est, 24. Iticq; fuit homo monstruosus, terribilis, [qui fuit de origine Arapha, & blasphemauit Israel hoc est, Israeliticum populum tanq̄ superstitiosum atq; sacrilegum. [Percussit aut̄ eum lo nathan filius Semmaa fratris Dauid. ¶ Dicunt aliqui, q̄ Ionathan iste fuit frater ipsius Ionadab, q̄ (vt supra legitur 2. Reg. 14.) dedit consilium Amnon non bonum. Verumtā Iosephus illum Ionadab nominat Ionathan, sicq; videri potest alicui, q̄ idem ipse fuerit Ionadab, ac binomi' fuerit. Et tñ vnū & idem nomen frequenter habet aliquam variationem in syllaba vna vel pluribus, præsertim in sine. [Hi quatuor præfati gigantes, [nati sunt de Arapha, hoc est, Orpha aut alia foemina gigantea in Geth. Ivt dictum est plenius. [& ceciderunt in manu nauit & seruorū eius singuli in manib' singulorū, ita q̄ vnus corruit in manus ipsius Dauid, alter in manu Abisai &c. ¶ Iuxta intelligentiam spiritalem patet ex isto cap. q̄ enorme peccatum sit, frangere votum aut iuramentum, aut impotentes ac subditos iniuste opprimere, quia pro tali excessu punitus est populus Israel 3. annis continuè grandi caristia. Rursus patet ex dictis, q̄ culpabiles coram deo existant prelati ac præsidentes, qui subditos delinquentes corriperi negligunt, ex qua negligentia oritur fames, hoc est, spiritalis inopia refectionis internæ. ¶ Insuper patet ex isto cap. q̄ quis valde commendabile sit propriam iniuriam propter Deum omninō dimittere, quo ad culpam & pœnam, interdum tñ sit licitum zelo iustitiæ vltionem secundū ordinem iuris expetere, ne periclitetur bonum cōmune, nec iustitia cōculcetur, & ne mali fiant ad peccandū audaciores. ¶ Postremò, per bella Dauid regis, & fortissimorū militū eius, cōtra quatuor Philistæos gigantes, præfigurati sunt spirituales cōficius Christi & fidelium perfectorum contra principes tenebrarum.

Iosef. lib. 7. ant. iu. ca. 17.

2. Reg. 11. 12.

Iosef. lib. 7. ant. iu. ca. 12.

2. Reg. 23.

¶ Explanatio cap. 22. Locutus est autem Dauid domino. **Art. 32.**
Sanctus Dauid post labores certaminum, post impugnationes ac vulnera vitiorum, post inq̄uetudines multas, magnam tandem quietem sortitus, studuit Deo gratus existere, & grates ei deuotissime obtulit, super his Psalmum metricè faciens, sicut nunc legitur: Locutus est aut̄ Dauid dño hoc est, Deo cecinit ad ipsius honorem, [verba carminis huius in die, si. tempore & interiori mentis fulgore ex diuina illuminatione quæ diem gratiæ produxit in eius corde, [quali beravit eum dñs de manu oim inimicorum suorum, [non solum visibilibus, vt potè gentium quæ in circuitu eius erant, sed etiam inuisibilibus, à quibus in aliquibus tentationibus fuerat victus, sed per pœnitentiam (Deo auxiliante) surrexit, præualuit, ac deinceps custoditior fuit. [& de manu Saul, [qui præ cæteris hoibus ipsum Dauid fuit acridus persecutus, ideirco post gñalem inimicorum expressionem specialiter noīatur. Quemadmodū aut̄ Iosephus protestatur, cum Dauid pace altissima frueretur, cantica & hymnos cōposuit, alios trimetros, alios pentametros, & organa fecit diuersa, in quibus Leuitæ & cantores in sabbatis alijsq; solennitatibus canerent Deo hymnos seu psalmos. [& ait: Dñs petra mea, & robur meum, & saluator meus. ¶ Psalmus iste in libro Psal. 17. est in ordine, & titulus ibi ei præscriptus, ex præinductis verbis ab Esdra est sumptus. ¶ Porro, ad exponendum hoc loco psalmum istum, laborare aut immorari non volo, quia in expositione super psalterium eum literaliter spūaliterq; exposui. Aliqua tamen exponam, in quib' verba cantici huius à verbis differunt psalmi illius. In psalterio quippe psalmus iste sic incipit: Diligam te dñe fortitudo mea. sicq; pro eo quod dicit ibi, fortitudo mea: dicitur hic, petra mea: hoc est, causa totius soliditatis ac fortitudinis meæ, qui figit me ac fundat in stabili fidei fundamento. Sic & Apostolus loquitur 1. Cor. 10. Petra erat Christus. [Deus meus [fortis, fortificator meus, & sperabo in eum: Scutum meum, & cornu salutis meæ, & eleuator meus, [quia in sublimitate & excellentia donorum nature ac gratiæ, in regiæ dignitatis fastigio me locauit, [& resiliū meum, saluator meus, de iniquitate liberabis me. Laudabilem in uocabo dñm, & ab inimicis meis saluus ero. Quia circumdederunt me cōtritiones, si. dolores [mortis, [vt habetur Psal. 17. Et torrentes Belial terruerunt me. In lib. Psal. habetur, Torretes iniquitatis cōturbauerunt me. Et per torrentes Belial, possunt ad literam intelligi abundantia & impetus persecutionum, quibus Saul frequenter ipsum Dauid terruit ac turbauit, ita vt aliqñ desperauerit se posse euadere. [Furnes in ferni circumdederunt me: hoc est, dolores gehennæ, sicut in psalterio legitur: Præueniunt me laquei mortis &c. Ascendit fumus de naribus eius. ¶ Psal. 17. scriptum est, Ascendit fu-

mus in ira eius, & idem est sensus, quia metaphoricè satur de Deo, quasi de homine irato, de cuius naribus fumus procedit, ex igne iracundiæ nascens. [& ignis de ore eius vorabit. ¶ Psal. 17. fertur, Ignis à facie eius exarsit: sensusq; idem est, q̄ super psalterium requiratur. [carbones succensi sunt ab eo &c. Posuit tenebras in circuitu suo latibulum, cribrans aquas de nubibus cælorum. ¶ In psalterio dicitur, tenebrosa aqua in nubibus aeris. Dicuntur em̄ nubes cælorum, i. cæli aerei, quia gñantur ac mouentur in aere virtute ac influxu cælestium corporum, & sicut per cribrum decidunt grana, ita de nubibus guttatim aquæ descendūt, quod Deus principaliter agit, quibus fit per causas naturales, imò qñq; Deus supernaturaliter facit huiusmodi, sicut ad Samuelis petitionem dñs dedit voces, hoc est, tonitrua & pluuias, vt dictum est 1. Reg. 12. [Et apparuerunt effusiones maris &c. ¶ Psal. 17. scriptum est: Et apparuerunt fontes aquarum. Fontes nanq; sicut & flumina, ex mari magno fontaliter habent originē, ita q̄ fontes sunt effusiones maris, hoc est, aquæ effusæ ex mari originaliter profluentēs. [Liberavit me ab inimico meo potentissimo, si. Saule rege. ¶ Psal. 17. pluraliter dicit, Eripuit me de inimicis meis fortissimis, i. Saule & principibus eius. In scripturis quoq; frequenter ponitur singulare pro plurali, & econtrā, [& ab his qui oderūt me, quia robustiores me erāt &c. Et eduxit me in latitudinem. Liberavit me, quia placui ei. ¶ Psal. 17. dicitur, quia voluit me, & idem est sensus, qm̄ ideo fecit hoc Deus, quia sic placuit ei, & q̄ sic voluit, sicut in Euāg. Matt. 11. ait Saluator: Etiam pater, quia sic placuit ante te. [Cum sancto sanctus eris, & cum robusto perfectus. Et cum electo electus eris, & cum peruerso peruertēris. Et populum pauperem saluum facies, oculisq; tuis excelsos humiliabis. ¶ Psal. 17. scriptum est, Oculos superborum humiliabis: & redit in idem, qm̄ sensus est, q̄ Deus per sapiētiam atq; iustitiam suam, quibus oīa intuetur ad iudicandum, humiliat, deprimat & condēnat superbos, & specialiter oculos eorundem interiores, quibus se apprehendunt tanq̄ magnum aliqd & p̄clarum, quibus per eter Sap. nam damnationem dat intelligere q̄ tum errauerint, ita q̄ dicunt, Quid profuit nobis superbia? aut diuitiarum iactantia quid cōtulit nobis? Interdum quoq; in vita hac misericorditer mentes eorū illustrat, ita q̄ se verè & virtuosè humiliant, dicētes: Qui se putat aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit. [Quis est Deus præter dñm? & quis Deus fortis præter Deum nostrum? ¶ Psal. 17. legitur: Quis Deus præter Deum nostrum? Dicitur aut̄, nullus fortis præter dñm, qm̄ oīnis creatura Gal. 6. ex se ipsa infirma est atq; deficiens, & à diuina om̄ipotentia ac virtute in finitè occumbēs. [Deus qui præcinxit me fortitudine, & complanauit perfectam viam meam. ¶ Psal. 17. fertur: Posuit immaculatam viam meam, & sensus est idem, vt potè q̄ Deus conuersationem meam ab obliquitate vitiorum, & distortitudine iniquitatis fecit immunem, dando mihi emendationē cōdignam in oīibus. [Cœquans pedes meos ceruis, ¶ Psal. 17. Qui perfecit pedes meos tanq̄ ceruorum. [& super excelsa statuens me. si. virtutem & agilitatem præstitit mihi ad insequēdum ac superandum celeriter aduersarios meos inuisibiles atq; visibiles, quemadmodū ceruus sine offendiculo currit velociter. [Dilatasti gressus meos subtus me, & non deficiēt tali mei. ¶ Psal. 17. Et non sunt infirmata vestigia mea, & redit in idem, qm̄ sensus est, q̄ gressus seu p̄cessus mei in bonis ac virtutum profectibus perseuerabunt in finē. Cætera patent ex declaratione psalmi præfati super Psalterium introducta. ¶ Postremò, circa hæc quærit Isidorus, cur psalmus iste præ cæteris psalmis in Isidorus lib. isto Regum sic inferatur. Et respondet, Non immeritò, qm̄ psalmus iste regnum illud significat, in quo aduersarium non habemus. Quis aut̄ figuratur in Dauid, nisi ille, qui secundum carnem venit ex femine Dauid, & in corpore suo mystico, quod est ecclesia, adhuc parit inimicos? Quis aut̄ meretur hoc corpus eripi de manu oim inimicorum suorum, nisi dum nouissima destruetur mors, vt perueniatur ad regnum Dei? Porro literaliter poterit respōderi, q̄ ideo psalmus iste hic ponitur, qm̄ directè correspondet p̄inductis victorijs, beneficijsq; Dei regi Dauid concessis, de quibus in carmine isto regratiat altissimo, atq; vt Dauid in hoc ipso pponatur alijs in exēplum, & item vt clarius innotescat, q̄ ipse in tot tantisq; periculis, p̄lijs, diffortunijs, dolis & iniquitatibus, sola præualuit diuina virtute. Quod totum in psalmo isto diffusius declaratur.

¶ Explanatio cap. 23. Hæc autem verba sunt nouissima. **Art. 33.**
Excellentia prophetice reuelationis regi Dauid concessa, hic tangitur. [Hæc aut̄ verba sunt nouissima [supple à Dauid prolata, & quæ sint illa, subiungit: [quæ dixit Dauid filius Isai. Aliqui dicūt eum protulisse hæc verba in mortis articulo seu agone, & q̄ verba ista sint psalmus specialis, alijs psalmis non adnumeratus. Et vtiq; dici potest quoddam speciale canticum, lausq; diuina. [Dixit vir cui constitutum est de Christo Dei Iacob, si. cui de super facta est reuelatio atq; promissio de incarnatione, aduentu & mysterijs Messie, saluatoris mundi, qui est Christus Deus, vnctus à deo patre om̄i charismate spūs sancti plenissimè, iuxta illud Psal. 44. Vnxit te Deus De- Heb. 1. us tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis. Et Esa. 61. Spūs dñi sup me, eo q̄ vnxit me. De quo & in Actis sacratissimus princeps ait Apostolorum: Vnxit eum Deus spūs sancto & virtute. Quauis Act. 16. aut̄ Deus om̄ipotens sit Deus vnuerforum iure creationis, gubernationis, conseruationis & sal-

uationis, specialiter tñ & frequenter in vet. test. vocatur Deus ipſius Iacob patriarchæ, seu populi nati ex eo. Regregius Psaltes Israel: Ji. pclarus Psalmista Israelitica plebis, quæ psalmos Dauid præcipuè decantauit & frequentauit in templo, sicut nunc in ecclesia faciunt Chſiani. Psalmi etiam multis excellentijs decorant, videlicet sensu, profunditate, deuotionis seruitute, verborum suauitate, ac Chſi mysterijs. Vndè vt diuinus Dionysius præfatur, quæquid in sacra cõtinetur scriptura, in lib. psalmorum per modum diuinæ laudis includitur, ideo psalmi in diuino officio maxime frequentant. Spūs dñi videlicet spūs sanctus, loquutus est per me, tanq̃ per organū animati & intellectuale, qm̃ ex diuina reuelatione, p̃nunciati Chſi mysteria, & alia multa futura ac diuina p̃conia, prout quod gloriosiss. Ap̃stolici chori vertex in secunda sua ait canonica: Non voluntate humana allata est aliqui propheta, sed spūs dñi inspirati, locuti sunt sancti Dei hoies. & sermo eius per linguā meam prolatus est, ita q̃ verba mea sunt sermo ipſius, cuius directio loquutus sum, & q̃ specialē gratiā cõponendi psalmos, dulciterq; psallendi p̃stitit mihi, vt dicere queat: Dñs dedit mihi linguā eruditā. Deniq; sermo Dei increatus, videlicet verbū patris æternū, per os & linguā Dauid loquutus est. Nam opera superbeatiſſ. Trinitatis sunt indiuisa, de quo sermone Hebr. 4. asseritur: Viuus est sermo Dei & efficax. Dixit Dauid, Deus Israel mihi loquutus est, alloquentiōne interna, iuxta illud: Audiam qd loquatur in me dñs Deus. Reuelationes aut̃ p̃phetice ministerio angelorū sunt factæ, prout D. Dionysius & doctores cõcorditer tenent. Alijs quoq; modis loquutus est Deus ad Dauid, videlicet per pontificē qñ petiuit Dei oraculū per arcæ applicationē, & per Nathan ac Gad p̃phetas. Fortis Israel Ji. cõfessor ac om̃ipotens, p̃fector Israelitice plebis, seu ipſius Iacob, q̃ alio noie dictus est Israel. Dñator hoim iustus, Iqm̃ legē iustissimam dedit hoibus, & nulli iniuriam fecit, aut violentiā infert tyrannicē, imò vniciuiq; reddi iuxta quod p̃meretur, nec acceptor est personarū. Dñatur quoq; hoibus non ob cõmodum suum, q̃a bonorum nostrorū non indiget, nec aliqd boni ex nostro obsequio ei accrescit quo ipse perficiatur aut beator fiat: sed vt hoies perficiant ac beatificent in eo, obediēdo eius dño. Hinc scriptum est Job 34. Absit a Deo impietas, & ab om̃ipotente iniquitas. Opus em̃ hois reddet ei, & iuxta vias singulorū restituet eis. Dñator in timore Dei. Inon q̃ ipse cū timore dñetur hoibus, q̃ non veretur personā cuiusquā, sed dñando dat hoibus gratiā, per quam seruiunt ei cum timore filiali aut initiali, ac tali timore p̃cepti se timeri. Propter quod ait Ap̃stolus: Seruiamus cum metu & reuerentia. Atq; Psal. 2. Seruite dño in timore, & exultate ei cum tremore. Vndè in Euāg. Matt. 10. ait Saluator: Eum timete q̃ habet potestatem corpus & animā perdere in gehennā. Cõsequenter Dauid declarat, qualiter factæ sint sibi reuelationes p̃phetice ac diuinæ. Sicut lux auroræ oriente sole manē abſq; nubibus rutilat, Ji. clarè per intellectuā, spiritalē ac anagogicā illuminationem, nō per imaginarias visiones manifestatē sunt mihi veritates diuinæ, mysteria Chſti, & ea quæ in psalmis cõscripsi. Sicq; lux gratiæ prophetali menti meæ in sua puritate respendit abſq; phantasmate, sicut lux solis lucet in aere abſq; nube eam fulcāte & operiēte. & sicut pluuijs germinat herba de terra, sicut terra de se sicca & infœcunda, ex pluuiā irrigatione fecundatur ac germinandū virgulta: sic anima mea de se sicca & infœcunda, ex diuini luminis infusione, æterniq; fontis influxione, illuminata & fecunda effecta est ad vaticinandū secreta celestia. Specialiter verò inducit similitudinē istam, ad innuendū q̃ sicut terra ex pluuiarum humore habet fecunditatem, sic Deus p̃nunciavit regi Dauid ex suo semine Chſm nasciturum, non virtute terrena, sed virtute cælesti ex superuentiōe & actione spūs sancti in virgine, quemadmodū ab Esaia est p̃dictum de Christo: Ascendet coram eo sicut virgultum, & sicut radix de terra siccanti. Nec tanta est domus mea apud Deum, Ji. ego & soboles mea non sumus tantæ reputationis, dignitatis aut meriti coram Deo, vt pactum æternum iniret mecum firmum in om̃ibus atq; munitum. Ji. vt mihi certè promitteret Christum nasciturum de semine meo naturali & humana virtute, sed supernaturali, diuina, cælestiq; potestate operante spūs dñi, cuius virtute formatum fuit corpus Chſti in vtero virginis in instante. Idcirco subiungit: Cuncta em̃ salus mea Ji. om̃is gratia, virtus & felicitas animæ meæ, supple, ex Deo est: & ex sua pietate procedit, dependet, perficitur, non ex viribus meis. & om̃is voluntas Ji. tota affectio mea, supple, in ipsum cõuersa est, & adunata ac stabilita, ita q̃ sicut om̃e bonum ab eius misericordia p̃tolor, sic totum in ipsum refundo ac ordino. Veruntū deus p̃misit ipsi dauid certissimè Chſm ex eius semine nasciturum, iuxta illud Psal. 131. Iurauit dñs Dauid veritatem, & non frustrabit eum, de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Similiter ei p̃dixit certissimè, q̃ regnum suum perpetuaret in Chſo. Veruntū Deus non p̃misit regi Dauid p̃missione absoluta & certa, q̃ posteri eius regnaret super populum Israel indefinēter per om̃e tēpus vet. test. sed hoc promisit ei sub cõditione, videlicet si in dei obsequio permaneret, prout supra dictum est plenius: & de hoc etiam potest exponi quod dictum est, Nec tanta est domus mea. Præterea aduertendū, q̃ in locutionibus proueniētibus ex p̃dominante & excessiuo affectu amoris, doloris, deuotionis aut cõpunctiōis seu gaudij: solet esse trun-

Dionysius

2. ret. 1.

Esa. 50.

psal. 84.

Dionysius

1. Reg. 30.

2. Re. 6. 7. 12.

Gene. 32. 35.

Apoc. 22.

Esa. 42.

psal. 15.

Hiere. 2.

Heb. 12.

Esa. 53.

2. Reg. 7.

catio qdam verborū, ita vt necesse sit, subintelligi aliqd, q̃a excessus affectionis, vehementia doloris, ardor deuotionis, abundantia iucunditatis abrumpit verba, sermonemq; intercidit, sicut dum Christus deplorans Hierusalem, dixit: Quiaſi cognouisses, & tu, & quædam in hac die tua quæ ad pacem tuam, nunc aut̃ abscondita sunt ab oculis tuis. Sic & sponsa Cant. 2. Ego, inquit, dilectio meo, & dilectus meus mihi. Sic quoq; est cum p̃ductis iam verbis Dauid. Nec est quicq̃ ex ea quod non germinet. Ji. tota voluntas mea iam ita accensa est, & deuotionis spūs imprægnata, vt quicquid ex ea procedit aut fit, sit fructuosum, atq; ad Dei gloriam ordinatum. Præuaricatores aut̃ quasi spinæ euellent vniuersi, Ji. de medio iustorum ac electorum tollent ac separabunt, sicut spinæ extrahunt ab agro, ne nocent herbas, & fructibus bonis. Quæ non tollunt manibus. Spī nō nanq; ob suam acutiem nuda manu non euellunt, ne pungat & lædāt manum tollentis seu auferentis. ideo subditur, & si quis tangere eas voluerit, armabitur ferro & ligno lanceato. Ji. ferrato. Hoc est, cum ferro instrumendo aut pala ferrata eas eradicabit. Figneq; succensæ, cõburēt vtq; ad nihilum. Ji. ad nihil vtilis erūt, nisi vt totaliter cõburant, sicut digniss. ait Ioan. 8. 12. Om̃is arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur. Hinc impio ait Psal. 51. Deus destruet te in finem, euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra vuentis. Istud, q̃tum ad corpus & animā, reprobis fiet plenariē in die gñalis iudicij, qñ iudex, rex & legis noster segregabit electos a reprobis, sicut segregat pastor agnos ab hædis, & ibunt electi in vitam æternam, reprobi aut̃ in ignem perpetuū, iuxta illud Esa. 26. Tollatur impius ne videat gloriam Dei. Vndè & Malach. 3. scriptum est: Videbitis qd sit inter iustum & impium. Ecce em̃ dies veniet succensa quasi caminus, & erunt oēs superbi & faciētes impietate stipula, & inflamabit eos, dies veniet, quæ nō relinquet eis radicē. De qbus & Nahū. 1. ait: Sicut spinæ cõplectuntur se ad inuicē, ita cõiunū eorum. Istud quoq; q̃tum ad animā, particulariter fit in mortuis sin gulorum prauorū. Porro huiusmodi spinis rectè cõparant iniqui, q̃a vitiorum aculeis pleni sunt, impatientes, pungitiui, asperi & amari, correptionem charitativam ac iustam & debitam correptionem non sustinentes, sed remordentes, de qbus loquit Amos propheta: Odio habuerūt corripientē, & perfrictē loquentē ab ominati sunt: ideo manib⁹ non tollunt, i. miti ac simplici visitatione sua non cessant malitia, sed si quis voluerit eas tangere, i. taliter induratos debet castigare, armabitur ferro & ligno lanceato, i. rigore iustitiæ & aspera inuēdiōe, ac suæ autoritatis potentia, sicq; per penas refrenabit huiusmodi, & ad meliora cõpellet, aut de corpore ecclesiæ separabit. Quidā putāt ipsum Dauid hæc ad literam prophetaſſe de Iudæis incredulis, q̃ pro eo q̃ Chſm & eius discipulos abiecerūt, per Romanos vastati sunt, & de terra sua euulsi, quorū ciuitatem, templū, partemq; populi cõbuserunt Romani. Cõsequenter describunt elegatiorē pugnatorem ac militem Dauid. Hæc vno fortium Dauid regis, q̃ fuerūt sp̃cipuè fortes, cū tñ habe ret multa millia robustorum virorum, q̃ Dauid sedens in cathedra, videlicet ipsemet Dauid in regali residens throno, sapientissimus fuit præ cæteris, q̃a propheta eximius & valdè illuminatus à Deo, peritissimus quoq; in bellicis rebus. Nam & regem decet esse oīno diuinum & sapientissimū p̃ subditis suis, quos oportet illuminari, iudicari & gubernari ab ipso. Ideo sicut sol excidit astra in claritate, sic rex debet subiectos excedere in sapientiā & virtute. Quod aut̃ subiungit, Princeps inter tres, q̃dam referūt ad verba statim phabita, exponendo de ipso Dauid, vt dicatur princeps inter tres, i. fortior vno quoq; trium fortissimorū. Habuit em̃ tres fortissimos, vt infra patebit. Alij referūt verba hæc ad sequētia, ita q̃ numerus fortium Dauid regis incipit ab his verbis, vt sit sensus, Princeps inter tres, i. primus trium fortissimorū. Ipse est quasi tenerimus ligni vermiculus, q̃ 800. interfecit impetu vno, Jq̃ 1. Paralip. Iesbaam nuncupat, quem Ioseph⁹ vocat Eusebium, & addit q̃ interfecit 900. impetu vno. veruntū 1. Paral. 11. fertur, q̃ Ieuauit hastam suam supra 300. vulneratos, quod aliq̃ exponūt de alia & minori eius victoria, istud verò de victoria eius maiori. Siue aut̃ istud exponatur de Dauid, siue de Iesbaam, dicendū q̃ idcirco comparatur tenerimo ligni vermiculo, q̃ teredo seu terebella vocat: qm̃ sicut vermiculus ille in sua natura est mollis valdè ac tener, & tñ tam acriter rodit, acutēq; morder, vt durū perforat lignū: sic Dauid fuit valdè māsuetus in domo & circa subiectos, & patiens in aduersis, tñ in folio iudicia: li & cõtra hostes, nullus eo acutior. Similiter Iesbaam ad suos fuit māsuetus, sed acutissimus contra hostes. Vel propter nobilitate ac teneritudinē cõplexiōis, cõparatur vterq; seu alter istorum p̃fato vermiculo. Præterea causa diuersitatis expositionis istius est, q̃ qdam ipsum Dauid connumerāt fortibus istis, & sic totum quod dictum est, exponunt de ipso. Alij non connumerāt eum, quod magis videtur textui cõsonare, in quo ita p̃mittitur, Hæc noia fortium Dauid: moxq; subiungit, Sedes in cathedra sapientissimus. Qd. ipse rex p̃fertur fortibus suis q̃ deinceps enumerantur. Deniq; sicut dicunt expositores, non legitur vbi vel qñ Dauid vel Iesbaam occiderit 800. viros impetu vno, sed puto id cõtigisse in plio cõtra Amalechitas, quod (vt 1. Reg. 30. scriptū est) durauit à vespera ad vesperā alterius diei, in quo & tot fuerunt occisi, vt ibi dicatur: Et non eva-

Matt. 3.

Matt. 25.

Amos. 5.

1. Par. 11.

Ioseph. lib. 7.

ant. iu. ca. 12.

fit ex eis quiquam, nisi 400. viri adolefcetes. Dicit autem quidam, non esse intelligendum, quod David interfecit 800. viros propria manu, sed quod per eius probitatem fuerunt principaliter interfecti. Verum per probitatem ipsius fuerunt in multis bellis occisi, non 800. duntaxat, sed & millia multa. [Post hunc Eleazar.] Ex hoc constat, quod si praedicta exponantur de David, nulla hic mentio esset de Iesbaam, qui tamen in Paralipomenon ponitur primus inter fortes. Itaque post hunc Iesbaam fuit Eleazar, [filius patris eius Ahoi.] Vt refert Hieronymus, dicunt Hebraei, quod Ahoi fuit frater Isai patris David. Propter quod in Scholastica fertur historia, quod Eleazar fuit filius patris David. In Paralipomenon autem & etiam hic, si immediate praehabita exponantur de Iesbaam, dicitur quod fuit filius patris Iesbaamidcirco apparet dicitur, quod etiam Iesbaam fuit cognatus, consobrinusque David regis. [inter tres fortes,] quia Eleazar iste fuit vnus de tribus fortissimis, qui erant cum David quando exprobauerunt Philistinum, Ii. Philistaei maledixerunt filiis Israel, [et congregati sunt illuc in praesidium.] in loco dicto * Aphas Dommm, prout i. Paral. 11. recitatur. [Cumque] ascendissent viri Israel ad pugnam contra Philistinum, & statim ex timore fugissent, prout ex Paralipomenon comprobatur, [ipse stetit & percussit Philistaeos donec deficeret manus eius,] fortitudo corporalis seu vtraque; manus praesertim, non tamen in bello succubuit, [et obrigesceret] Ii. stupida seu rigida fieret [cum gladio,] Ictum ictui continuando, & ex concursu sanguinis occisorum decurreret ac inspissati ad manus ipsius. Veruntamen non videtur solus istud fecisse, cum i. Paralip. 11. scriptum sit: Iste fuit cum David in * Aphas Dommm, fugeratisque populus a facie Philistinorum. Hi steterunt in medio agri, & defenderunt eum. Cumque percussissent Philistaeos, &c. [Fecitque] dominus salutem magnam in die illa. Ii. grandem prosperitatem atque victoriam contulit filiis Israel per ipsum Eleazar. [et populus qui] fugerat, Ii. eius exercitus, creuerunt ad caesorum spolia detrahenda. Ii. ad spoliandum Philistaeos occisos. [Et post hunc Semma filius Agae de * Harari,] Ii. loco sic dicto, & ita non fuit Semma frater David. [Et congregati sunt Philistinum in statione,] hoc est, in loco & expeditione. [Erat quippe ibi ager lente plenus.] Cumque fugisset populus Israel a facie Philistinum, stetit ille in medio agri, & tutatus est eum, Ii. id est, pugnavit pro populo suo, & eum defendit. [Percussitque] Philistaeos, & fecit dominus salutem magnam. Illi tres, videlicet Iesbaam, Eleazar & Semma, fuerunt tres fortissimi. Vnde aliqui dicunt, quod quilibet horum fortissimorum expugnauit vnum exercitum, ideoque fortissimi nuncupantur. Alii autem tres, qui post illos fortissimos fuerant fortiores, ideo fortiores dicuntur, quoniam vnusquisque eorum occidit vnum gigantem, prout supra dictum est de Abisai, & Sobochai a Ionathan. [Nec non ante descenderat tres, qui erant principes inter 30.] De istis tribus est difficultas praecipua, an fuerunt tres primi robustissimi, vel tres alij qui post illos fuerunt robustiores: quia de his tribus, qui dicuntur hic principes inter 30. statim subiungitur, quod attulerunt aquam David regi de cisterna quae erat in Bethlehem. Hanc autem aquam dicit Iosephus fuisse allatam a tribus fortissimis primi ordinis. Cui assertioni videtur consonare hic textus, quia post descriptionem apportationis aquae illius, adijcitur: Haec fecerunt tres robustissimi. Idem habetur i. Paral. 11. imo si textus ille libri Paralipomenon acute inspiciatur, videtur aperte in sinuari ibidem, quod erant tres robustissimi. Verum his contrariari videtur, quod in libro de Hebraicis questionibus allatio illa aquae, ascribitur tribus fortioribus secundi ordinis, videlicet Abisai, & duobus praesatis sibi adiunctis. Magister quoque in hist. tenet hoc, & addit, quod historia libri Regum, vtpote textus iste, ascribit hoc Abisai & Banaia atque Sobochai. Quod & alij quidam affirmant, quia quod dictum est, Necnon & ante descenderant tres, qui erant principes inter 30. exponunt sic: Tres qui erant principes inter 30. i. principales & fortiores 30. fortibus, qui immediate sequebantur in ordine istos tres fortiores. Vnde & infra in isto cap. legitur: Haec fecit Banaias, & ipse nominatus inter tres robustos, qui erant inter 30. nobiliores. Veruntamen non oportet istud ita exponere, quia non solum isti tres, sed etiam tres primi fortissimi erant principales ac fortiores 30. fortibus: vnde pro eo quod dicitur hic, qui erant principes inter 30. i. Paral. 11. legitur: Descenderunt autem tres de triginta principibus, i. tres de numero principum 30. virorum fortium, hoc est, tres principes ipsorum 30. robustorum virorum. Lyra quoque studiose fuit circa sensum literalem atque historias, tenet quod tres illi qui aquam attulerunt ad David, fuerunt tres primi robustissimi, quod & probabilis reor. Nam & opus illud, fuit opus summum audeat, vt infra patebit. Commendatio quoque Abisai ac Banaia, tam hic quam in Paralip. describitur post recitationem apportationis aquae illius. Itaque de tribus illis fortibus primi ordinis, i. tribus fortissimis, subditur: [et venerant tempore messis ad David in spelunca Odollam:] Iquado adhuc fugiebat a facie Saul, vt patuit primo lib. Est autem Odolla nomen vrbis, de qua Mich. habetur: Vtque ad Odollam veniet gloria Israel, a qua non multum distabat desertum in quo erat spelunca. [Castra autem Philistinorum erant posita in valle gigantum.] Ii. Paralip. 11. dicitur, in valle Raphaim. est enim eadem vallis, de qua dictum est supra. [et David erat in praesidio.] id est, loco munito & firmo, prout infra clarius exponetur. [Porro statio Philistinorum tunc erat

Hieronymus
Pet. Co. lib. 2.
Reg. ca. 22.
1. Paralip. 11.
Hieronymus

1. Paralip. 11.
Hieronymus

1. Paralip. 11.
Hieronymus

Ioseph. lib. 7.
an. iu. ca. 12.

Hieronymus

Pet. Co. lib. 2.
Reg. ca. 22.

1. Paralip. 11.
Hieronymus

1. Paralip. 11.
Hieronymus

in Bethlehem. Ii. ppe oppidum illud. Circa quod quiritur, quod iter statio Philistinorum tunc potuit esse in Bethlehem, si castra eorum erat in valle Raphaim. Ad hoc in Scholastica respondet hist. quod castra posuerunt in valle Raphaim vsque ad ciuitatem Bethlehem. [Desiderauit ergo David aquam de lacu.] Ii. puteo Bethlehem, & ait: Si quis in Paralip. addit: O si quis, daret mihi porum aquae de cisterna, quae est in Bethlehem iuxta portam. Circa hoc ait Hieronymus: Dicunt Hebraei quod magis desiderauit experiri militum suorum robur atque audacia, quam poculum aquae. [Irruperunt ergo.] Ii. audacter pertransierunt, [tres fortes castra Philistinorum, & hauserunt aquam de cisterna Bethlehem] quae erat iuxta portam, & attulerunt ad David: [redeundo per castra Philistinorum,] quod obstupesceret illorum audacia, ab ipsorum impugnatione abstinerunt. [At ille noluit bibere, sed libauit.] Ii. sacrificauit [et domino] non quod sacerdotis officium usurparet, sed vel per manum sacerdotis libauit, vel extenso vocabulo libauit, id est, dei honore effudit hanc aquam, gratias agens Deo, quod tam fortes & audaces milites sibi dedit, & de salubri reditu eorundem, vt tangit Glossa. [dicens:] Propicius sit mihi dominus, ne faciam hoc. Ii. gratiose & pie custodiat me, & praeseruet a potatione istius aquae, quam potando peccare, non quia culpa sit aqua potare, sed quia inde cetera erat aqua tam periculose allata, tam modicum reputare, atque in proprium usum convertere, & non potius Deo offerre, quod tantam magnanimitatem ac vim dedit nobilissimis illis militibus, quorum periculum non erat paruipendendum. Hinc subdit: [Nun] sanguinem hominum istorum, quod profecti sunt, & animarum] Ii. vitae eorum [periculum bibae] Ii. fas non est vt bibam hanc aquam cum labore & periculo sanguinis ac vitae ipsorum allata. [Noluit ergo bibere.] Haec fecerunt tres robustissimi. Ex quo patet, quod isti erant tres fortes primi ordinis. De fortibus vero secundi ordinis sequitur: [Abisai quoque, frater Ioaab filius Zerui, princeps erat de tribus,] non vtiq; de tribus fortissimis praesatis, sed erat princeps de tribus, i. vnus de tribus fortioribus, seu tribus fortibus secundi ordinis, inter quos fuit praecipuus. [Ipse est qui leuauit hastam contra trecentos quos interfecit.] Ii. in vno bello, eodemque tempore, & forsitan in bello contra Amalechitas praesatis, in quo autem quingentis viris interfecit maximam turbam. [nominatus in tribus,] Ii. inter tres fortiores computatos, [et inter tres] illos [nobiliores] Ii. ceteris duobus in factis praclarior, [eratque] eorum princeps] Ii. principalis inter ipsos. [sed vsque ad tres primos non peruenerat.] Ii. nulli illorum trium fortissimorum fuit praesatis, peruenit tamen ad eos, & attigit ipsos, ita quod immediate sequebatur eos in ordine fortium. [Et Banaias filius Ioiadae] non Ioiadae pontificis, de quo infra, sed alterius viri fortissimi: [sed quod subdit,] magnorum operum, propter exponi tam de Banaia, quam de patre eius: quia vterque magnorum fuit operum perpetrator. [Iosephus Cabzeel] vrbis nat. [Ipse percussit duos leones Moab,] Ii. duos viros magnates, & instar leonum audaces ac fortes Moabitas. In Paralip. dicitur, duos Ariel, sed idem est sensus, quia ibidem per Ariel intelligit Glossa leones, ideo non videtur posse saluari, quod alij dicunt in Paral. dici arietes. [Et ipse descendit in lacum, & percussit leonem in media cisterna in diebus niuis.] Na tempore niuis lapsus fuit leonem ille in foueam, eodemque tempore, & egredi non valeret, irrigit, cuius rugitu pertransiens ibi Banaias audito, intrauit & interfecit leonem illum, quod verum & proprie dicitur leonem, sicque cisterna illa aut parua aut nulla habuit aquam. Porro vt refert Hieronymus, Hebraei per leonem istum intelligunt ipsum Ioaab, quem post mortem David Banaias occidit in tabernaculo domini iuxta altare, quod vocat cisterna, quoniam sicut cisterna purgat immunda, sic altare per sacrificia sua expiat hominum vitia. Sed haec expositione doctores coiter non sequuntur. [Ipse quoque interfecit virum Aegyptium virum dignum spectaculo.] Ii. similem quasi giganti, quia statura eius erat quinque cubitorum, sicut in Paral. continetur. [habentem in manu hastam.] Itaque cum descenderet ad eum in virga, Ii. cum baculo, & bene ait, descenderet, quia Iudaea situ altior est Aegypto. [vi extorsit hastam de manu Aegyptii, & interfecit eum] hanc suam: [quae admodum] David Goliath prope ense. Glossa Hiero. per istum Aegyptium intelligit ipsum Semei, quod idcirco vocat Aegyptium, quoniam sicut Aegyptius quem in Leuit. legitur Moses propter suam blasphemiam lapidasse, neum Israel blasphemauit, sic Semei David regem, vt patuit supra. Qui fuit dignus spectaculo, quoniam spectabat an egredere Hierusalem, habuitque hastam in manu, i. legem, quam si bene meditatus fuisset, permanendo in Hierusalem, non perisset. Ad quem descendit Banaias cum virga, i. in recititudine iustitiae. Verum haec expositio videtur nimium spiritualis, nec enim Semei habuit quinque cubitos in statura, ideo scribitur hic Lyra: In lib. de Hebraicis questionibus exponit istud de Semei, sed expositio illa in nullo concordat textui, propter quod & consimilia, liber Hebraicarum questionum super Regum, a multis peritis dicitur non esse Hieronymi, sed cuiusdam Iudaei, quia & Hieronymus in libro suo de viris illustribus, inter libros suos nominat tantum super Genesim librum suum Hebraicarum questionum. Haec Lyra. Veruntamen si bene praesemus ista & consimilia verba Hieronymi, ipse potius scribit haec recitatio uel asserit. Porro magister in hist. istud exponit de duobus Aegyptijs, per quorum vnum intelligit Semei, Attamen textus Regum ac Paralip. non loquitur hic nisi de vno Aegypto, ideo sic tenendum est, quod scilicet fuit vnus duntaxat natus Aegyptius. [Haec fecit Banaias filius Ioiadae, & ipse nominatus inter tres robustos.] Ii. vnus trium fortiorum, vt Petrus Comesor & alij multi exponunt, dicentes: quod Banaias fuit secundus inter tres fortes secundi ordinis, quod videtur

Pet. Co. lib. 2.
Reg. ca. 22.
1. Paralip. 11.
Hieronymus

* Saruiz

1. Paralip. 11.

Hieronymus
3. Reg. 4.

1. Paralip. 11.
1. Reg. 17.

Hieronymus
Leuit. 24.
2. Reg. 16.

Hieronymus

Pet. Co. lib. 2.
Reg. ca. 22.
2. Reg. 11.

detur repugnare phabitis, cum dictum sit, q tres illi fuerunt qui supra leguntur occidisse tres gigantes ibi notatos, videlicet Abisai, Sobochai & Ionathan. Et respondendum, q tres fortiores à diuersis diuersimodè assignantur, omnes tñ dicunt ipsum Abisai atq; Sobochai fuisse de tribus illis, sed pro Ionatha quidam ipsum Banaiam assignant. Quidam verò hñc scribit, q Banaias nominatur inter tres robustos, non quia esset de numero eorum, sed qm propter probitates suas poterat quasi æquiparari vni eorum, propter quod numeratur ante triginta sequentes. Dicit quoq; q alij duo fortiores, videlicet Sobochai & Ionathan, hñc tacentur, qm supra satis expressi sunt. Attamen si iuxta expositionem istius, Ionathan ille ideo dicitur vnus trium fortiorum, quia occidit gigantem, videtur & Banaias posse dici vnus illorum, cum & ipse (sicut iam patuit) Aegyptium giganteum occiderit virum. Plura quoq; magnifica de ipso leguntur, q de Ionatha illo. Itaq; ipse nominatus inter tres robustos secundi gradus seu ordinis, [qui erant inter triginta * meliores, J. i. fortiores & eminentiores triginta fortibus tertij gradus. Veruntñ vq; ad tres non peruenerat, J. i. nulli trium fortium primi ordinis fuit æqualis. Tamen i. Paralip. fertur de eo, q erat inter tres robustos nominatissimus, i. valde famosus, non tñ nominatio ipso Abisai, & additur ibi, & inter triginta primus, non q erat de numero triginta fortium, sed quia prior & elegantior fuit illis. [Fecitq; eum sibi Dauid auricularium à secreto] i. consiliarium suum cõstituit Banaiam & focium secretorum suorum, qm vidit eum esse virum integrum ac prudentē, & benè celare scientē. Præterea aduertendum, q etiam in assignatione trium fortissimorum aliqui diuer sificant. Vnde in scholast. narratur hist. Ab enumeratione fortium prædicta Hebræus dissentit, numerans tantum triginta sex fortes, & in tribus primis numerat ipsum Dauid, quē dicit multos occidisse impetu vno, qm pro peccato quod impetuosè fecit cum Bethsabee, multi occisi sunt. Deinde numerantur & exprimiunt in textu triginta fortes. [Asael frater Ioab inter triginta] fortes, [Elchana filius patris eius de Bethlehem, Semma de Harodi, Elika de Harodi, Heles de Phalti, Hira filius * Ickes de Thekua, Abiezer de Apathoth, Mobonnai de Hufathi, * Zalmon Ahohtes, Maharai Nerophathites, Heled filius Baana, & ipse Netophathites, Ithai filius Ribai de Ga baath filiorum Beniamin, Banaia Pharathonites, * Hiddai de torrente Gaas, Abialbon Arhathi tes, Azmaueth de * Berhami, Eliaba de * Saalboni. Filij * Iaben, Ionathan, & Semma de Harodi, Ahiam filius Sarar Ararith, Elipheleth filius Ahasbi filij * Maachiti, Eliam filius Achitophel Gelonites, Hezrai de Carmelo, Pharaai de Arbi, Igaal filius Nathan de Soba, * Boni de Gaddi, * Zelek de Ammoni, Naharai Berothites, armiger Ioab, filij * Zeruiæ, Hira Ierites, Gareb & ipse Ierithites, Vrias Hethæus, J] plana est ltera, & constat ex verbo hoc q Dauid habuit fortes istos anteq̄ cepit regnare super totum Israeliticum populum. Nam Asael fuit occisus, qm ipse Dauid super solam tribum Iuda regnavit, vel non habuit omnes simul, sed successiue. Concluditur autem sine huius capituli: [Omnes triginta septem. J] Si em̄ istis triginta fortibus addantur tres robustissimi & tres robustiores, sunt triginta sex. Quibus si addatur vel Ionathan, ab his qui dicunt eum nõ esse de numero trium fortiorum, vel Banaias ab his q dicunt ipsum de numero illorũ trium nõ esse, habent triginta septem, Quibus si addantur Dauid & Ioab, inueniunt triginta nouè fortes, & triginta octo fortes ipse Dauid. Porro Ioab non exprimitur hic inter fortes, vel qa eius fortitudo satis insinuat per hoc, q scribitur fuisse princeps militiæ, vel quia psuit omnibus fortibus regis, vel quia inter fortes demeruit nominari propter turpia facta sua, qbus proditoricè & iniquè occidit strenuissimos viros, ipsoq; meliores Abner & Amasam. Quo circa mirum apparet, q strenuissimus ille Amasa inter fortes non ponit, quod forsitan cõtingit, quia adhæsit Absaloni aduersus regē Dauid, vel qm eius fortitudo sufficienter expressa est supra, per hoc quod Absalon fecit eum principem militiæ, Israel & qm Dauid rex principatũ militiæ ei promisit, aut etiam dedit, secundũ quosdã. Postremò, præter præfatos habuit Dauid & alios plures fortes, qui i. Paralip. exprimiuntur, sed prænominati erant insigniores. Itaq; in Paralip. habetur: Porro viri fortissimi, i. valdè fortes in exercitu regis seu principis militiæ, erant Asael frater Ioab & Eleuan, &c.

Ibidem

nobiliores

Pet. Co. hi. sto. lib. 2. Reg. ca. 22. 3. Reg. 11.

* Acces * Selmon * Heddai * Beromi * Salaboni * Iassen * Machati * Bani * Selec * Seruiaz 2. Reg. 2.

2. Reg. 9. 20. 3. Reg. 2.

2. Reg. 15. 2. Reg. 19. 1. Paralip. 11. Ibidem

Actor. 10.

De spiritali huius 23. capituli intellectu. Arti. XXXIII.

Dauid regem & prophetam, esse Christi summi regis, altissimiq; prophetæ figuram, cõstat. Porro Iesu Nazareno cõstitutum est de Christo dñi, i. in ipso verò impletum est, quæ de Christo fuerunt prænunciata, ita q ipse verus Christus, cui omnes prophetæ testimonium perhibent: qui est egregius psaltes Israel, qa in Euangelio pclarissimè eccinit carmina laudis patri, quæ docuit Israël, i. populum Christianum diuinorum cõtemplatorē. Per hunc Iesum Christũ loquentur spiritus sanctus, quia nunq̄ protulit verbum, nisi ex instigatione & motione diuina. Per hoc autem q Dauid præcæteris tam puras, mentales & anagogicas habuit illuminationes ac motiones, præfiguratũ videt, q Chrs filius dei quãrũ ad naturã assumptã, clarissimè atq; purissimè cognouit & vidit vniuersa in lumine gloriæ, & in diuina essentia, æternitatisq; speculo, qm à primo incarnatiõis instante fuit cõpræhëfor, quo ad superiores aite suæ vires, q etiã aliquo modo

do fuit viator, & per species rerũ innatas, in ditas, seu acceptas vel acquisitas, cognouit abdita & futura, sicq; ppheta fuisse asserit. [Hęc noia fortium Dauid.] Sicut per Dauid Chrs, ita per fortes ipse Dauid, intelliguntur discipuli Christi, præsertim gloriosi apostoli, q verè erant fortissimi, inter quos, tres robustissimi vno modo poterunt dici Petrus, Ioannes & Iacobus, q teste Apostolo Galat. 2. Paulo, videbantur summæ esse. Et sicut fortissimi illi occiderunt gigantes Philistinorũ, ita nõ solũ hi tres benedicti apostoli, sed cæteri quoq; apostoli pfecti, spiritaliter deuicerunt inuisibiles hostes, & reges ac principes paganorũ, atq; p̄tiffices Iudeorũ, q oēs præ cordis superbia, excreuerunt in gigantem magnitudinis enormitatē, reputates se cæteris vehemeter maiores ac meliores, cum malignissimi essent. Tropologicè demũ, sicut rex Dauid sibi adiunxit illos fortes, fortiores & fortissimos, ad resistendũ visibilibus inimicis, sic platus debet sibi adiungere viros literatos ac virtuosos, quorũ cõsilio & auxilio valeat suũ dignè officium exeq, atq; inuisibilibus æmulis pualere. Et vtinã reges ac principes seculares ad extirpandos aduersarios fidei Christianæ, associaret sibi stre nuissimos viros Deum timetes. [Sed es in cathedra sapiētissimus inter tres.] Sapiētissimus iste est Christus, virtus & sapiētia dei patris, cui pater dedit omne iudiciũ, seditq; in cathedra iudiciali, re quo per Malachiã est p̄dictũ: Sedebit cõflans & emũdãs, & purgabit filios Leui. Et Zacharias ait: Ipse portabit gloriã, & sedebit & dñabit in solio suo, & erit sacerdos super solio suo. In Esaia 54. dicit: Super soliu Dauid & super regnũ eius sedebit. Hic est sapiētissimus inter tres diuinas & increatas æternas personas, i. vnus eorũ q sunt tres sapiētissimi, adiectiue sumẽdo nomẽ hoc sapiētissimi: quod si sub stãtũ sumãt, sunt vnus sapiētissimus, sicut & vnus æternus, vnus increatus, & vnus immẽsus. Iste sapiētissimus interfecit octingetos impetu vno, qm sua saluberima passione deiecit aduersarios potestates, & p crucifixoribus deprecãdo, plurimorũ salutẽ obtinuit, put per Esaia pater p̄dixit: Ideo dispersit ei plurimos, & fortiu diuidet spolia. [Ipse est q si tenerimus ligni vermiculus.] Chrs corporaliter tenerimus, æqualissimæ ac nobilissimæ fuit cõplexionis, vt potè ex purissimis sacratissimæ virginis sanguinibus habes corpus supernaturali virtute sp̄s sancti formatum, q etiã per m̄suetudinẽ summã & cõpassionẽ maximã, fuit q si tenerimus ligni vermiculus, prorsus mollissimus, dulcis, placabilis: q nihilominus per rigorẽ iustitiæ & districtiõnẽ vindictæ, rodit, pungit & penetrat vitiosos, quẽadmodũ per Ofce testat: Occurrã eis q si vsã raptis catulis, dirumpã interiora eorũ, & cõsumã eos vt leo. Et rursus: Ego q si tineã Ephraim. Iterũ Chrs vocat vermis sine vermiculo, vel ppter aspernationẽ qua ab impijs est cõtemp̄t, iuxta illud Psalms: Ego aut sum vermis, & nõ homo, opprobrium hoim & despectio plebis: vel qm sicut qdã vermes nascunt de terra absq; femine, sic Chrs de virgine. Insuper iuxta tropologiã, vnusq; q præest, debet per charitatis synceritatẽ, per sup̄sp̄us humiliationẽ, per mititatẽ & pietatẽ esse q si tenerimus ligni vermiculus: per zelũ quoq; iustitiæ, iustãq; correptionẽ & correctionẽ reorũ, pũgere & punire, cordãq; dura penetrare ac vincere. Deniq; sicut tres robustissimi fortissimè pugnaverũt p filijs Israel, in tm̄, q aduersariorũ pstrauerũt exercitũ magnos, sic debet plati se murũ opponere pro credito sibi grege, & inuisibilibus hostibus orãdo ac alijs modis insatiabiliter reluctari. [Desiderauit igit Dauid aquã.] Dauid præsciũs futurorũ, aquã baptismi, & eã q de Chri perforato latere fluxit, optauit fidelibus: Aquã aut sapiētis salutaris, lachrymas pœnitentiæ, rosẽ græ, lauacrũ internæ purgationis oēs debemus appetere: quã q per seipsum obtinere nõ valet, aliorũ subsidiõ studeat curare, eãq; acq̄sitã nõ sibi ascribat, sed offerat deo, à quo oẽ bonũ originaliter deriuat, p̄sertim dona supernaturalia græ, ac munera glorię. Desiderauit aut & Chrs aquã, i. hoim cõuersionẽ, quã ardentissimè cõcupiuit, & eius pcuratiõẽ flammã desiderij sui refrigerauit: quã & plati virtuosũ ac feruidi sibi adducunt nõ sine periculo: qa per viã laqueis hostiũ plenã tẽdunt, & per cãpum seculi huius, inuisibiliũ hostiũ cuneis circunualatũ, qm si plenè cõfidat in dño, citò euadit. Quã aquã Chrs patri sacrificat, qa & ipse secundum naturã assumptã omne bonum attribuit deo, quẽadmodũ in Euãgelio protestat: A me ipso facio nihil. Tali sibi debet ois platus ardere, & per seipsum ac suos suę fidei refrigerationẽ, i. subditorũ cõuersionẽ ac salutẽ, pro viribus adipisci. Amplius Chrs nõ solũ per Dauid, sed & per fortissimos eius milites, designat, qm leoninã, asofitatẽ superborũ ac paganorũ prostrauit. Per hoc aut, quod nullus fortiorũ aut fortius ipse Dauid, ad tres primos fortissimos peruenit, est p̄figuratũ, q ad super beatissimã Trinitatis æqualitatẽ nullus sanctorũ ptingere valet. Postremò qrit circa p̄dictã, q tẽpore acciderit allatio illa aque. Et videt q circa finẽ vitæ Dauid regis, cũ dicat Gregorius, & habet in Glosa: Lex vetus adulteriũ vetuit, nõ aut p̄hibuit aquã optari, vel militibus fortia à rege iube ri. Et scimus q Dauid cõcupiscencia victus, vxorẽ tulit Vriæ, q cũ longè p̄d̄t cõtra hostiũ cuneos sederet, aquã ex eorũ cisterna desiderauit. Sed huius oppositũ videt ex textu, videlicet q allatio aque illius contigerit anteq̄ Dauid peruenit ad regnum, cũ dicatur in isto cap. Descenderũt tres ad Dauid in speluncã Odollã. Castra aut Philistinorum erãt in valle gigantũ, & Dauid erat in præ-

Galat. 2.

1. Corint. 13.

Ioan. 5.

Malach. 3. Zachar. 6a. Esaia 9.

Esaia 53.

Ofce 13i Ofce 5.

Psal. 22.

Ioan. 15. Eccl. 15.

Ioan. 8.

Gregorius Exod. 20. 2. Reg. 11.

præ-

praesidio. Porro statio Philistinorum tunc erat in Bethlehé. Desideravit ergo David & ait: Si quis daret mihi portum aquarum, &c. Quod autem desiderium illorum triu ad David in spelunca Odollá, & positio castrorum Philistinorum in valle Raphaim, ad idem referenda sunt tempus, costat ex eo, qd i. Paralip. scriptum est: Descenderunt autem tres ad petram, in qua erat David ad spelunca Odollá, qm Philistae fuerat castra metati in valle Raphaim. Itaq; ob hanc causam videtur allatio illius aquae cogitasse, qm David adhuc erat in persecutioe Saulis, quis hic describat post recitatione adulterij David. Veruntm in Scholastica historia aliter dicit. Na legit ibi, Philistaei quondam castra posuerunt in valle Raphaim, vsq; ad ciuitate Bethlehé, & erat penuria aquae in Hierusalé. David autem ascendit in arce ad consilendum dnm, & comendauit cora altantibus aqua de Bethlehé, & pcepit eam quae erat in puteo iuxta portu. Tunc tres isti per medium hostium iter facientes, hauserunt aqua, &c. Hac ibi sed no videtur istud textu cõsonare, nec apparet qd David in potestate sui regni constitutus, permisisset Philistaeos terrá regni sui sic occupare, quin statim cum exercitu pcessisset aduersus eos, imò si tres illi ausi fuerunt per castra Philistinorum pcedere, multo plius David cum eis ac reliquo toto exercitu, in quo erant tam validi pugnatores, ausus fuisset inuadere hostes illos, nec distulisset ta diu.

Expositio cap. 24. Et addidit furor domini irasci contra Israel. Arti. XXXV.

Excitatur hic factu David, in quo mirabilia dei iudicia declarantur, rigor iustitiae, dulcor clementiae, immensitas diuinae sapientiae ostenduntur. [Et addidit furor dñi] i. iustitia Dei q ob vehementia suae distictionis in vlciscendo, furori similis saepe esse videtur, [irasci contra Israel] i. Israeliticum populú, infligendo eis malu poenae, quod infra in isto narrat capitulo, & permittendo eorum regé incidere culpa, ob qua ipsi quoq; puniti sunt, qd & culpa illam rex permittebat incidere, ppter suorum demerita subditoru. Quauis em no subtrahat deus gratia vni ppter alterius iniquitate, nisi & ipse cui subtrahit gratia, aliquo modo illa gratia subtractione pmereatur: potest tñ cõtingere, qd is qui gram habet, eam amittat: qua no amitteret, si alij pro ipsius cõseratione debito aut decet modo oraret, aut bene agendo mererentur gram cõseruari vel augeri in illo. Sicq; ad virtute & gra humilitatis permittit dñs David cadere ad vitium elationis, ad quod non corruisset, si populus eius orado ac bene cõseruando meruisset gram illa in suo cõseruari rectore. [Comouitq;] furor dñi [David in eis] i. ad malu populú, [dicente ad Ioab,] hoc est, ad hoc vt diceret principi suae militiae: [Vade, numera Israel] i. vn decim tribus [& Iuda,] i. tribum Iudae, q specialiter noiatur, qd regalis, populosior, audacior, bellicosior fuit tribus ceteris. Iussit aut numerari viros, videlicet ad viginti annis & supra, eos q secundu legem poterat ad bella procedere.

Numer. 1.

Circa haec duplex oritur quaestio: Prima est, qd David peccauit in hac iussioe, si furor Dei, seu diuina iustitia comouit eum ad hoc? Secunda, qualiter Deus dicat eum comouisse ad istud, cum

1. Paralip. 2.

1. Paralip. scribatur: Cõseruauit autem satan contra Israel, & incitauit David, vt numeraret Israel. Respondetur ad primu, qd Deus no mouit ipsum David ad malu culpa directe & effectiue, sed occasionaliter & permissiue. Diabolus vero cõcitauit eum ad hoc suggerendo, no cõpellendo: ideo ipse peccauit liberè cõsentiendo, no implens quod ait apostolus Iacobus: Resistite diabolo, & fugiet a vobis. Et Paulus: Nolite (inqt) locum dare diabolo. Ex hac aut solutione, patet ad secundam quaestione rñsio. Deniq; intantum dependet omne bonum, omne meritum, & omnis culpa: deui ratio ad pietate & gra Dei, vt iuxta modum ia tactum, etiã mala culpa Deo in scripturis videantur ascribi. Sic etem dicitur indurasse cor Pharaonis, & obfirmasse cor regis Basan. Vnde & Esaias loquitur Deo: Quare nos errare fecisti de vijs tuis, indurasti cor nostru, ne timeremus te? Atq; Psal. Declinasti semitas nostras ad via tua. [Dixitq;] rex ad Ioab principem exercitus sui: Perambula oes tribus Israel, a Dan vsq; Bethsabee, & numera populú, vt scia numeru eius. Dixitq; Ioab regi: Adaugeat dñs Deus tuus ad populum tuu, quantus nunc est, iteruq; cõpuplicet in cõspectu dñi mei regis. Sed qd sibi dñs meus rex vult in huiusmodi res? Quasi dicat: No est bona iussio ista, sed

Jacob. 4. Eph. 4.

Exod. 4. 7. 10. 11. 14. Deuter. 2. Esaias 63. Psal. 43.

2. Paral. 21.

ex elatione videtur pcedere. Vnde in Paralip. legitur Ioab dixisse: Quare hoc querit dñs meus, quod in peccatu reputetur Israelis? hoc est: Cur iubet istud, p quo no solum rex, sed & populus eius est puniendus? Cõsiderauit egdem Ioab, vegé ex superbia esse motum, timuitq; pro peccato eius, populum quoq; castigandum, si cut in talibus casibus solet accidere, qm bona & mala superiorum, frequenter redundant in subditos, & e contra, cum sint quodammodo vnium. Itaq; Ioab dixit, quod in peccatum, hoc est, in poenam peccati reputetur Israeli: vel in peccatum reputetur Israeli, qm exigentibus demeritis populi, iudicabitur rex ad istam corruisse elationem, quod & Ioab forsitan intellexit. [Obtinuit autem sermo regis verba Ioab & principum exercitus,] hoc est, principum ipfarum tribu q sub Ioab praerat singuli in tribubus suis, seu principes militu. Vnde elicitur qd & principes diuiserunt regi numeratione hanc populú. Itaq; rex in hac re pertinax & indirigibilis fuit, sicq; praecipuum suum dicitur obtinuisse verba Ioab ac principum, i. praualuisse. [Egressusq;] est Ioab & principes militum a facie regis, vt numeraret populum Israel. Cumq; pertransissent Iordanem, venerunt in Aroer ad dexteram vrbis quae est in valle Gad,

Vnde Magister in historijs refert: Volens Dauid ostendere populo, regem se fecisse Salomonem, conuocauit in Hierusalem principes vniuersos & sacerdotes ac Levitas, & inuncto iterum Salomone, ac confirmato ab omnibus regno ipsius, praecipit coram omnibus Salomoni de legis custodia, iustitia, pietate ac templi adificatione. Tunc quoque distinxit Levitas & sacerdotes, & caetera fecit, quae in praefatis Paralip. cap. sunt conscripta. Tu quoque, nosti quae fecerit mihi, ad mea conuersionem Ioab filius Zeruae. Dicunt aliqui, quod Ioab monstrauit alijs epistolam sibi à Dauid secretè missam de morte Viriae, per quod regem scandalizauit, & hoc ipsum Dauid notasse in verbis istis, sed an Ioab hoc fecit, incertum est: restat quoque videtur loqui de gestis sequentibus. Equae fecerit duobus principibus exercitus Israel, Abner filio Ner, i. quem Saul constituit principem militum totius exercitus Israelitici, & Amasa filio Iether, quem Absalon posuit principem militum super totum exercitum suum pro Ioab. tamen sicut Absalon non fuit verus rex Israel, nec legitime institutus, sed ambitiosè intrusus & usurpatus, ita nec Amasa fuit legitimus princeps militiae Absalonis. Vnde quod nunc vocatur princeps militiae Israel, potest intelligi pro eo, quod Dauid promisit, vel (ut aliqui dicunt) dedit ei principatum illum pro Ioab, ut fuit expositum in lib. 2. [Quos occidit] proditorie, ferociter & inique, quos non audebat manifestè inuadere. & effudit sanguinem bellicum pace, i. sanguinem principum illorum, quos non debuit occidere nisi in praelio iusto, vel iusto congressu, sicut tempore pacis, quod videlicet ipse dauid cum Abner inierat foedus pacis, & quod induit Amasa suum delictum. vel in pace, i. sub apparatu & signo pacis. Nam Amasam interfecit, osculando eundem & salutatio verbis pacificis, dicendo: Salue mi frater, similiter ipsum Abner duxit seorsum, quasi alio quatuor eum ex parte regis pacificè. & posuit cruorem filij in balteo suo quae erat circa lumbos eius, & in calcamento suo quod erat in pedibus, i. sine bellico labore illos occidit, ita quod propter tale quod perpetrandum non indignuit se armare, sed suffecit ei, balteo esse praecipuum & corio calcatum. Quidam exponunt sic, Posuit cruorem belli in balteo, i. balteum suum ac vestes & calceos fecit sanguine illorum perfundi, non arma sua, quae cum eis non dimicauit: vel ideo dictum est istud, quae percussit illos in inguine, brachium suum contra ipsos non leuado, sed ab infra pungendo, sicut quae sanguis illorum super balteum eius ac calcamentum poterat profiliere, non super vestium suarum partes superiores. Aliqui exponunt, dicentes, pugnatore solebat in armis suis insignia opera sua ad ostentationem describere: sed cum Ioab facinorosa homicidia illa non auderet in suis describere armis & publicè ostentare, saltè in balteo & calcamento suo ea notauit. [Facies ergo] i. iuxta sapientiam tuam, ipsum debite puniendo, & non deducas canicem eius pacificè ad inferos, i. cum iam canum, facias violenta morte occidi, ut descendat quod meruit. Circa hoc quod scribit, Hebraei dicunt, ad fossam, quae dauid non intèdit, quod Ioab descenderet ad infernum, sed potius, ut per poenam temporalem euaderet poenam infernalem. Ad quod dicendum, quod infernum quatuor modis accipitur, puta pro loco & supplicio damnatorum, pro purgatorio, pro limbo patrum, & pro limbo puerorum, sed cur dauid personaliter non puniuit ipsum Ioab hoc modo? Rndetur, quod non poterat conuenienter hoc facere sine grandi communitatis perturbatione, in qua Ioab praesertim fuit, vel propter multa ipsius Ioab obsequia, quae regi impendit, perperit ei ad tempus, vel ex occulto Dei instinctu, ad praesigendum magnam mysterium in vltima mundi aetate & tempore incarnationis, nam dauid in hac re gerit personam Dei patris, Salomon Christi filij patris aeterni. Pater autem omne iudicium dedit filio, in cuius rei figura dauid rex in extremis commisit filio suo Salomoni iudicium, tam circa reos quae circa beneficos, de quibus subiungitur: Sed & filij Berzillai Galadit reddes gratiam, i. fauorem & vicem pro benefactis eorum, Teruntque comedentes in mensa tua, i. volo & hortor ut sint commensales tui, seu regijs cibis reficiant. [Occurrebat enim mihi quod fugiebam] à facie Absalon fratris tui. De illo occursum ante nihil scriptum est, sed quod Berzillai praesent regem dauid necessaria abundanter. verum ex isto loco colligitur, quod Berzillai misit filios suos in regem occursum. Praeterea, ut aliqui opinantur, ideo quoque iussit dauid Salomoni occidere Ioab, ne ipse Ioab post mortem dauid moliret aliquod mali contra Salomonem, laborando pro Adoniae intrusione cui fauebat, prout dauid ipse iam nouit, quod sciuit veritas Ioab, & practicas eius atque potentiam. [Habeas quoque] apud te Semel filium Gera filij Lemini de Bahurim, quae maledixit mihi male dicitio pessima quae ibam ad castra, i. ad fortia loca refugij, propter persecutionem Absalonis. Haec autem historia in lib. 2. exposita est, & cur dauid ei pepercit ad tempus, sed quae descendit mihi in occursum cum transire Iordanem, & iuravi ei per dominum, dicens: Non te interficiam gladio, tu noli pati eum esse innoxium, i. impunitum in vita hac, ut in futuro saluetur aut leuius habeat. E vir autem sapiens, quod dauid haec iussit, Salomon adhuc puer erat, & iunior ac minimus inter fratres suos. Vnde in Scholast. hist. recitatur, quod dauid filios suos rogauit, ne grauius ferrent minimus inter eos sublimatum, quod deus ita mandauit, sicut & ipse minimus inter fratres suos fuerat vnctus. Denique, i. Paral. dauid ait ad populum, Filium meum Salomonem elegit deus adhuc puerum & tenellum, Qualiter autem dauid iam dixit ad Salomonem, Vir sapiens est: imò secundum Iosephum, aliosque Hebraeos, & ut videret sentire

Ret. Co. hist. li. 3. Re. ca. 2.
2. Reg. 3. 201
1. Reg. 14.
2. Reg. 17. 15.
2. Reg. 19.
2. Reg. 3.
2. Reg. 21.
2. Reg. 3.
Ioan. 5.
2. Reg. 17.
2. Reg. 16.
Ret. Co. hist. li. 3. Re. ca. 2.
1. Reg. 16.
1. Paral. 19.
Iose. lib. 7.
an. lu. ca. 16.

Hieronymus non erat vltra 12. annos aut circiter. Verum ad hæc erit infra inquisitio maior, solutioq; diffusior, qui ergo vult tenere qd adhuc erat tam iuuenis, dicere potest qd tunc vocatus est vir, non propter ætatem, sed propter prudentiã suam, quæ excessit ætatem. Et scies quæ facias ei. Nam Salamon multum prudenter & piè egit cum Semei, cum non statim occidèdo, imò nisi transgressus fuisset Salamonis pceptum, non fuisset ab eo occisus. Deducesq; canos eius cum sanguine. Si morte illata ac violata, cad inferos; cum non obseruauerit quæ per tuam prudentiã ei iniunges. Dormiuit ergo Dauid cum patribus suis, si somno mortis quieuit à tumultibus vitæ pferens, & à vita corporea animali, sicut & patres eius ante eum. Et sepultus est in ciuitate Dauid, in ea parte Hierusalẽ, in qua erat arx Sion. Vndè legitur 2. Reg. 5. Cepit autè Dauid arcem Sion, hæc est ciuitas Dauid, ibi quippe cõstruxit palatium, & in eodem monte templi Salamonis con-
Pet. Co. hist. li. 3. Re. ca. 2. struam est. Circa hæc Magister in hist. refert, Circa tumulum eius, videlicet Dauid regis, fecit Salamon octo loculos thesaurorum, quorum vnum post mille & 300. annos aperuit Ioannes Hircanus pontifex, alium Herodes, alij verò nondum manifestati sunt. In diebus dauid Carthago condita fertur. Dies autè quibus regnavit Dauid super Israel, 40. anni sunt. In Hebron regnavit 7. annis, in Hierusalem 33. Salamon autè sedit super thronum in regale iudiciali; solum Dauid patris sui, ita qd patre suo defuncto, habuit plenam regiæ potestatis iurisdictionem & executionem. Nam patre eius viuente, fuit sub eo, & detulit ei, & non nisi secundum ipsius voluntatè vtabatur regiæ potestate. Si quidè ipse Dauid Salamonem sic statuit regem & sui successorem, vt executione fungeretur plenaria, suo patre defuncto. Et firmatum est regnum eius nimis, ita qd oēs de populo subdiderunt se ei promptissimè, quia audierunt à Dauid & Nathan, qd Deus elegerat eum in regem. Et ingressus est Adonias filius Haggith ad Bethsabee matrem Salamonis, quæ dixit: Pacificusne est ingressus tuus? Respondit autè qd aliquid mali intenderet, sicut & fuit. Qui rãdit: Pacificus, quod ita non erat. Addiditq;: Sermo mihi est ad te. Cui ait: Loquere. Et ille: Tu (inquit) nosli, quia meum erat regnum, si de iure cõmuni pertinuit ad me, tanq ad filium seniore & primogenitum inter superstites, & me proposuerat ois Israel. Si quidam de oibus sibi in regem, sed translatum est regnum, & factum est frateris mei. Ad hæc em cõstitutum est ei. Nunc ergo petitionem vnam deprecor à te, ne confundas faciem meam. Quæ dixit ad eum: Loquere. Et ille ait: Precor vt dicas Salamoni regi, neq; em negare tibi quicq potest, si non deceat vt aliqd rationabiliter petendum denegat tibi, tum ratione maternitatis, tum quia promouisti eum tua petitione ad regnum. Vt det mihi Abisag Sunamitem vxorem. Et ait Bethsabee: Bene, ego loquar pro te regi. Venit ergo Bethsabee ad regem Salamonem, vt loqueretur ei pro Adonia. Et surrexit rex in occursum eius, matrem suam tam fidelem honorans, adorauitq; eam, adoratione dulci, quæ debetur parentibus, quibus à prole non potest reddi æqualens, & quis Salamon inquam rex, fuit matre sua superior, tñ in quantum filius eius, fuit ea inferior. Et sedit super thronum eius, quia ad modicum tempus fecit eam super thronum suum sedere, quousq; poneretur eis sedes iuxta solum suum. Positusq; est à ministris thronus matri regis, quæ sedit ad dexteram eius, quia sic eam voluit honorare. Dixitq; ei: Petitionem vnam paruulam deprecor à te, ne confundas faciem meam. Et dixit ei rex: Pete mater mea. Neq; em fas est vt auertam faciem tuam. Id est, vt tuam presentiam faciam à me recedere non exauditam, aut vultum tuum à sua petitione repellam, dummodò rationalis sit tua petitio, quia hoc vera amicitia exigit, vt vnus propter alium nil agat illicitum. Quæ ait: Detur Abisag Sunamitis Adoniæ fratri tuo vxor. Responditq; rex Salamon, & dixit matri suæ: Quare postulas Abisag Sunamitem Adoniæ? Quasi dicat, irrationaliter petis, quauis tu ipsa non aduertas hoc. Salamon quippe acuti sensus & prudens, & pristinae ambitionis Adoniæ memor, statim aduertit quò tederet eius petitio, vt potè ad regnum adipiscendum. Ideo subditur: Postula ei & regnum, quod quasi ironicè ait, loquendo de iusta ironia, quia femineam suæ matris simplicitatem piè notauit atq; admonuit, vt deceterò cautior esset. Ipse est em frater meus, maior. Si senior me, & habet Abiathar sacerdotè, si pontificem, & Ioab filium Zeruiæ principem militiæ, quasi dicat, ratione primogenituræ & fauore ac ope pontificis, principisq; militiæ habet occasionem aspirandi ad regnum. Si aut haberet Abisag vxorem, qd fuit patri meo desponsata, propter quod quasi regina est, magis conaret ad regnum ascendere, tanq maritus relictae regis, & adiutoris tribus ac cõsanguineorum ipsius Abisag, quæ nobilis est puella. Dicunt demum nonnulli, qd ex instigatione Ioab Adonias fecit illam petitionem. Iurauitq; rex Salamon per dñm, dicens: Hæc faciat mihi Deus & hæc addat, quia cõtra animam suam. Contra suam salutem & contra vitæ suæ cõseruationem loquutus est Adonias verbum hoc. In instigauit te ad istud petendū. Cõsiderauit em Salamon petitionem ipsius Abisag, quæ in forma Adoniæ venisse. Et nunc viuunt dñs, qd firmavit & collocauit me super solum Dauid patris mei, & qui fecit mihi domum sicut loquutus est. Si familiam dedit mihi vt cõdecer regem habere, sicut p Nathã pdixit, tã hodiè occidèf Adonias, tanq machinator turbatiõis totius coitatis, &

3. Reg. 7. 12.
Leui. 18.

& reus in regem atq; in deum & legem, qm cõtra legis pceptum petijt coniugè sui patris habere vxorem, quod etiam cessit in pñs sui opprobriũ, q in illius puellæ sinu dormiuit. Misitq; rex Salamon per manum Banaia filij Ioiadæ, si ipsum Banaiam cum viris robustis, tñ interfecit eum, & mortuus est, ita ppter bonũ cõmune cõseruandũ in pace, oportet rigorem iustitiæ exercere, etiam in qumlibet proximos & ppinquos. Circa hæc scribit R. Paulus more solito cõtra Lyram: Licet phibitum sit in lege matrimoniũ cõtrahere cum pñs vxore, tñ illam petere in vxorè, non est phibitum: quod non est idoneè dictum, & videt pcedere ex errore dicentiũ, plex versus prohibuit opus, non affectum: & qd cohibuit manũ, sed non animũ: quod est falsum, & cõtra doctores catholicos, imò inter pcepta decalogi non solũ fuit prohibita mæchatio, sed & cõcupiscentia rei alienæ, atq; per Esa. dñs dixit: Auferte malũ cogitationũ vñarũ ab oculis meis. Per Mich. quoq; 2. Vt q cogitatis inuile. Abiathar quoq; sacerdoti dixit rex: Vade in Anathoth ad agrum tuum. De hac ciuitate regali recede & habita in paruo oppido seu viculo sacerdotũ, noie Anathoth, de quo fuit Hieremias, & ibi egredere ad agrum quem habes in suburbanis loci illius ad spaciandũ atq; ad intuendũ pecora tua. Quis etem sacerdotes nõ habuerint hæreditaria bona, sed solũ loca ad cõmorandũ & sacrificia dñi ac decimas siue primitias pro hæreditate habuerũt, tñ loca pascualia seu suburbana ad alendũ sua iumeta, & pascualia illa poterat sibi inuicè vèdere, quæ admodũ Hier. habet: Dixit Hieremias, factũ est verbũ dñi ad me, dicens: Ecce Hananeel patrui tui venit ad me, dicens: Eme tibi agrum meum, q est in Anathoth, & emi agrũ. Et qd em vir mortis es, si meruisti illi, adhærendo Adoniæ cõtra ordinationè diuinã & cõtra me cõspiando cum Ioab, aut etiã Adoniã pariter inducèdo vt peteret Abisag in vxorè, vt sic facilius posset mihi rebellare, & ad regnũ ascendere. Sed hodiè te nõ interficiã, si pro malo pterito tibi ignosco, si tñ deceterò tale qd attenta ueris, faciã te occidi. Tã portasti arcã dñi corã Dauid patre meo, & sustinisti laborè in oibus in quibus laborauit pater meus. Eiecit ergo Salamon Abiathar, vt non esset sacerdos dñi. Si pñs officio amplius non fungeret, imò nec sacerdotali ad tempus. Veruntũ postea fecit ei clementiã, admittendo ipsum ad sacerdotale officium. Nam infra 3. Reg. 4. habetur, Zadoc & Abiathar sacerdotes. Primo quoq; Paral. 24. legitur dauid ordinasse vt Zadoc & Abiathar oibus pesserent in templo, sed hoc fuit ante ipsi Abiathar eiectionè, intelligendumq; erat, dñm odò Salamonem fideliter adhæreret, vt impleret sermo dñi, què loquutus est super domũ Heli. Si de posteris Heli pñs q habitauit in Silo q sacerdotio priuaret, prout 1. Reg. 2. fuit expositum. Itaq; abiectione Abiathar q fuit de familia Ithamar filij Aaron, translatum est pontificiũ ad Zadoc, q fuit de femine Eleazari filij Aaron, & sicut Magister in hist. ex Iosepho narrat, post Phinees filium Eleazari fuerũt 5. priuati sacerdotio, i. pñs officio, s. Ioseph, Ioathan, Mareoth, Afophi & Achitobi, qui genuit Zadoc. Veruntũ priuatio illa non est facta statim post Phinees, qm ipsi Phinees successit in sacerdotio Abiezer, cui successit Busi, post quem pontifex fuit Ozi, quo sublato, translatum est sacerdotium de domo Eleazari ad Heli, qui fuit de Ithamar, sicut iudex & pontifex, vt 1. Reg. 2. dictũ est. Venit autè nuncius ad Salamonem, dicens q Ioab declinasset post Adoniam. Nam Salamon nouerat, q ante suam promotionè ad regnum, ipse Ioab adhæserat Adoniæ, sed nuncius, de quo nunc sermo, creditur Salamoni insinuas, q etiam post suam promotionem & vnctionem in regem, Ioab adhæserat Adoniæ, suggerendo ei, qualiter posset ad regnum peringere, atq; vt peteret sibi Abisag dari in coniugem. Et post Salamonem non declinasset, Iei adhærendo ex corde, quis vnctio in regem. Fugit ergo Ioab in tabernaculum domini, & apprehendit cornu altaris. Prout dictum est de Adonia. Percepit etenim Ioab (vt fertur) quòd Salamon iste perceperat, & item quòd Dauid iusserat Salamoni, vt interficeret ipsum Ioab, sciuid quoque Adoniam iam interfectum, Abiatharq; expulsum, ideo formidauit. Nũciatũq; est regi Salamoni, quòd fugisset Ioab in tabernaculum dñi, & esset iuxta altare. Misitq; Salamon Banaiam filium Ioiadæ, dicens: Vade, interfice eum. Et venit Banaias ad tabernaculum domini, & dixit ei: Hæc dicit rex, Egredere. Quia in tabernaculo domini te interficere non psumo. Qui ait: Non egrediar, sed hic moriar. Hoc dixit, quia vidit se non posse euadere, si autem dixisset hoc ex vera contritione, tanq paratus sustinere supplicium mortis pro suis sceleribus, magnum fuisset. Renunciavit Banaias regi sermonem, dicens: Hæc locutus est Ioab, & hæc respõdit mihi. Dixitq; ei rex: Fac sicut locutus est, & interfice eũ in tabernaculo domini, & sepeli: si fac eum honestè sepeliri propter dignitatem sui officij, & quia seruiuit, fidelisq; fuit patri meo in multis. Et amouebis sanguinem innocentem qui effusus est à Ioab, à me & à domo patris mei: si pœnam incurrerem, nisi facinora illa in ipso Ioab vlscerer. Et reddat dñs mihi, quam pœnam iuste incurrerem, nisi facinora illa in ipso Ioab vlscerer. Et reddat dñs sanguinem eius super caput eius: hoc est, causam suæ interfectionis imputet ei, & pœnam quam meruit, ipse personam suam luat. Hoc Salamon dixit zelo iustitiæ, tanq iudex. Tã interfecit duos viros iustos melioresq; se, & occidit eos gladio, patre meo Dauid ignorante, Abner filium Ner prin

R. Paulus

Pet. Co. hist. li. 3. Re. ca. 4. Iose. lib. 7. ant. lu. ca. 12.

*reddet

2. Reg. 3. & 10. prin

principem militiæ Israel, & Amasam filium Iether principem exercitû Iuda: q̄a in tribu Iuda fuit princeps & dux, secundû quod quilibet tribus habuit principem speciale sub Iobab. Videt aut̄ ex testimonio isto, q̄ Abner & Amasa sint saluati, vt potè iustit̄: q̄a si aliqui peccauerunt, penituisse creduntur. Vnde & sanguis eorum dicitur innocens, non q̄ sine peccatis vixerit, sed qm̄ mortè quã Iobab intulit eis, infixit eis iniuste, nec eam p̄meruerit, nisi in quantum eis diuina p̄uidencia oia cõplectente ac ordinante, eam pro suis sustinuerit peccatis, sed ob hanc causam Iobab non occiderat eos. [Et reuertet̄ sanguis illorum in caput Iobab, & in caput feminis eius in sempiternû.] hoc est, p̄na pro crimine interfectionis Abner & Amasæ infligenda, infligitur ipsi Iobab & posteris eius q̄diu extiterint, p̄sertim si iniquitatem ipsius Iobab sequantur. Istud aut̄ intelligendû est iuxta expositionem libri 2. vbi imprecatio malorum quã Dauid imprecatus est ipsi Iobab, pro interfectione Abner, exposita est. [Dauid aut̄ & semini eius & domui] hoc est, familiæ eius fideli, [& throno illius,] videlicet mihi successori ipsius sedenti in eius throno, [sit pax v̄q; in eternum à dño,] Illa verba Salamonis fuerunt oratio, nõ p̄phetia. Nam & Nathan p̄pheta p̄dixit Dauid regi, q̄ gladius nõ recederet de domo eius in sempiternû, propter peccata eius in Vriam cõmissa, vt patuit supra libro 2. Infra quoq; habet̄, quãta turbatio orta sit partim Salamonis p̄pter scelera sua, deinde postea suis, p̄pter eorum excessus. Itaq; Banaias interfecit eum iuxta cornu altaris, vt in Scholasticâ continet̄ hist. vel persuasit ei ab altari recedere, siue (vt alii dicunt) vi fuit ab altari retractus, qm̄ in Exodo dñs iussit, si q̄s per industriã occideret, p̄ximam suam, vel per insidias ab altari meo euellas eum vt moriat̄, ex q̄bus etiam verbis ostendit̄, q̄ Salamon non peccauit, occidendo eum in loco sacro. Nam Iobab artifex homicida, per industriã nefariã proditoriasq; insidias actè.

2. Reg. 3. 20. pore pacis, interfecit duos principes illos. ¶ Deniq; ex hoc q̄ in tabernaculo illo typico erat reus refugij locus, monstrat̄, q̄ rationabiliter Cõstantinus Imperator inter cetera priuilegia dedit ecclesijs, vt cõfugientes in eas sint liberi, & tñ q̄ violat̄ pacem, capiunt̄ in eis. [Ascendat itaq; Banaias filius Ioiadæ, & aggressus eum interfecit, sepultusq; est in domo sua in deserto.] Quo circa recitat̄ Lyra, dicit R. Salamon q̄ Iobab fecit ibi hospitale ad recipiendû peregrinos ac pauperes trãfuentes. vnde dicit̄ Hebræi eum esse saluatû, & q̄ mortè p̄oralis sibi inflicta fuit in expiationem peccatorû suorum. sed an hoc sit verum, videlicet eum esse saluatû, securiûs diuino videt̄ cõmittendû iudicio, q̄ temerè asserendû. nec ex hoc sequitur, q̄ sit saluatus, q̄ fecit huiusmodi hospitales locos potius si mortè illam & manifestû aggressum æquanimit̄ tulit, & de sua cõspiratione ac ceteris vitijs verè p̄cõnituit. [Et cõstituit rex Banaiam filium Ioiadæ pro eo.] Iobab, super exercitum, hoc est, principem militiæ fecit Banaiam q̄ erat cõdignus, vt potè vir strenuus, fortis, prudens & integer. [& Zadoc sacerdotè posuit] pontificem pro Abiathar. Jsicq; pontificiû fuit reducendû ad posteritatem Eleazari primogeniti Aaron sacerdotis. [Misit quoq; rex, & vocauit Semei,] de tribu Benjamin, habitantem extra Hierusalẽ. [Dixitq; ei: Aedifica tibi domû in Hierusalẽ, & habita ibi, & nõ egrediaris inde huc atq; illuc. Quacûq; em̄ die egressus fueris, & trãseris torrẽ Cedron,] q̄ torrẽ est inter Hierusalẽ, in om̄emq; oliueti, & vocat̄ torrẽ Cedron, qm̄ iuxta eum oriunt̄ & stat cedri. [cito te interficiendû.] non q̄ eodẽ die quo exijt, occideret̄, q̄ nec sic factû est, sed q̄ die illo sic exeundo mereret̄ occidi. [Sanguis tuus erit super caput tuû.] effusio sanguinis tui imputabit tuis demeritis. [Dixitq; Semei regi: Bonus sermo òp̄ia ordinatio.] Sicut locutus est dñs meus rex, sic faciet seruus tuus. [Nã timuit statim occidi.] Istud in iuxta Salamon fatis coniecit, q̄ tandẽ transgredet̄ istud p̄ceptû. [Habitauit itaq; Semei in Hierusalẽ dieb; multis. Factû est aut̄ post 3. annos, vt fuger̄t serui Semei ad Achis filiu Maacha, regẽ Geth. Nunciatûq; est Semei, q̄ serui eius essent in Geth. Et surrexit Semei, & strauit asinu suû, iuitq; ad Achis in Geth ad requirendû seruos suos, & adduxit eos de Geth. Nunciatumq; est aut̄ regi Salamonis, q̄ isset Semei in Geth de Hierusalẽ, & redijset, & mittes vocauit eû, dixitq; illi: Nõne testificatus sum tibi p̄ dñm, & p̄dixi tibi, quacûq; die egressus fueris huc & illuc, scito te esse mortiturû? Et r̄ndisti mihi: Bonus sermo quẽ audiui. Quare ergo non custodisti iusiurandû dñi, & p̄ceptû quod p̄ceperã tibi? Dixitq; rex ad Semei: Tu nosti om̄e malû, cuius tibi cõsiliû est cor tuû, quod fecisti Dauid p̄ri meo. Reddidit dñs malitiã tuã in caput tuû,] hoc est, iusto iudicio permisit te cadere in transgressionem p̄cepti mei, propter iniquitates tuas in Dauid cõmissas, propter quas nunc debita tibi p̄enam infliget per me. [& rex Salamon bñdixit] sit à Deo, i. donis grã perornatus, [& thronus Dauid] hoc est, regia eius successio & p̄sidentia iudicialis, terit stabilis coram dño v̄q; in sempiternum.]

3. Re. 12. 4. Re. 25. 1. L. d. 3. 6. Hoc fuit verbû bonæ fidutiæ, q̄ sperauit ita futurû, atq; implicita q̄dã oratio, q̄ optauit sic euenire, sed p̄pter Salamonis scelera regnû fuit diuifum, & p̄pter posterorû suorû faciõra, fuit tem pore Babylonicæ captiuitatis ablatum, quõs postea aequaliter recuperatum. sicq; verbum hoc Salamonis fuit sub conditione intelligendum, videlicet nisi sua & suorum peccata aliud mererentur. [Iulit itaque rex Banaias filio Ioiadæ, qui aggressus, percussit eum, & mortuus est.]

¶ De

¶ De spiritali huius capituli sensu. Art. 4.

Per hoc q̄ Dauid recessurus de vita p̄senti, sollicitus fuit de idoneo successore, & eum loco sui instituit, quem nouit à dño p̄lectû ad p̄sidentendû, atq; eundẽ diligẽter admonuit & instruxit de obseruatione legis diuinæ, & de executione iustitiæ, ac iusta remuneratiõ: moraliter edocemur, q̄ reges & principes seculares satagere debet, ac diligẽtissimè p̄uidere, vt virtuosos post se relinquat suorum successores dñorum, & eos quos æstimat successores in principatu, vigilantiû exhortent ad Dei timorẽ, ad æq̄tatis tenorẽ, ad p̄sidentia iustam: plati quoq; cum summo conatu debet, p̄spicere, vt eis succedat verè idonei & cõdigni, q̄ vocent̄ à Deo vt Aaron, seu legitime eligant ac instituant, nec ingerat̄ semetipfos, nec intrudent. ¶ Deniq; sicut Dauid moriturus, filio suo regi ac iudici cõmisit executionẽ rigoris iuris in eos, quos ipse ex rationabili causa distulit, aut cõuenienter nequit punire, sic potest rex seu princeps moriturus suo cõmittere successori. Rursus sicut Dauid moriturus, Salamonẽ cõstituit regẽ, sic Christus p̄ximam passioni, beatiss. Petrum designauit sibi in potestatis plenitudine successurû, quem & citò post passionẽ cõstituit totius ecclesiæ p̄sulem ac rectorẽ, atq; ecclesiasticæ potestatis plenitudinẽ contulit ei, dicendo, Pasce oues meas: vt solueret & ligaret, & q̄a in ver. test. rex altior fuit ac dignior p̄sule, q̄ sacerdotiû illud erat typicû & carnale, ideo Salamon potuit iurisdictionẽ ac disciplinã in Abiathar exercere. In nouo aut̄ test. sacerdotiû p̄tificatusq; dignitas ineffabiliter p̄minent om̄i regali ac seculari potestati, authoritati & dignitati, idcirco nec imperatori, nec regiibus, nec principibus licet aut cõuenit iurisdictionẽ aut correctionẽ exercere in clero, nisi forsan eis à summo p̄tifico concedat̄. [Salamon aut̄ sedit super thronum eius, & firmatû est regnum eius nimis.] Jsic Chro crucifixus atq; in cælum eleuatus, Petrus in plenitudine potestatis, & authoritatẽ p̄tificij summi, resedit in eius regimine, ecclesiã militãs vehemẽter p̄fecit & creuit, ita q̄ innumerabilia millia vndiq; cõuertebant ad ch̄ianismû, & per gloriosi Petri miracula, exempla & documẽta, roborabatur valde ecclesiæ populus. [Et ingressus est Adonias ad Bethabee,] p̄ter Adoniam fratrem Salamonis, designant̄ qdam ex iudaismo ad Ch̄m cõuersi, sed hæretica prauitate infecti, q̄ Abisag, hoc est, synagogã, in Ch̄m verè & plenè credentẽ, sicq; ipsius sponsam & coniugẽ, petierit sibi dari vxorẽ, qm̄ eos q̄ verè erant catholici, nitebant̄ ad errores suos pertrahere, vt crederent legalia simul cum euãgelio necessariã obseruanda, quẽ ad modû in Actis Apost. de pharisæis credentib; hæreticis recitatur, ad quod p̄cedunt miserit̄ Bethabee ad Ch̄m, hoc est, scripturã ver. test. q̄ fuit quasi spiritalis mater ipsorum, assumpserit̄ & allegauerit, ex ea persuadere conãtes, sic esse credendû. Ch̄s verò ipsam sacram honorauit scripturã, sed abutentes ea hæreticos condẽnauit. ¶ Insuper, per hoc q̄ Salamon matrẽ suam Bethabee tam reuerẽter & maxime honorauit, atq; in suo solio esse residere, ac deinde ad suã dexterã collocauit, eiq; dixit: Pete mater mi, neq; em̄ fas est, vt auertam faciem tuam, p̄figuratus est honor p̄cipuus, quem dñs & saluator suæ dignissimæ exhibuit genitrici, quã secum in throno gloriæ super vniuersos angelicorû sp̄um ordines exaltauit ac posuit, copiosissimeq; exaudivit sicut Bethabee p̄ Adonia non fuit exaudita, sic nul li p̄fetto ac reprobo p̄stantissima Ch̄ri mater obtinere valet salutẽ. ¶ Rursus per Adoniam signatur ambitiosi & cõspiratores, q̄ per interpositas personas, subornatiões, calliditates, blandimentã & practicas, nitunt̄ ad primatû cautè ascendere, aut meliores extrudere, ita vt opinent̄ suas ambitiones & machinas nõ esse deprehendẽdas aut cõsiderandas, q̄ tñ à verè sapientib; & expertis citò ac facilliter perpendunt̄ & aperiunt, ita q̄ tales cõfundunt, ac suis frustrant̄ intẽtis: cõplices quoq; & fautores eorû, q̄ per ipsos exaltari sperabãt, vehemẽtius deijciunt, & eis q̄ habeabãt, priuant officijs, quẽ ad modû ipsi Iobab atq; Abiathar cõtigisse agnoscit. ¶ Præterea, sicut Iobab ad tabernaculû cõfugiendo nequit euadere mortẽ, sic & nũc in populo Ch̄iano qdam tam enormiter criminosi cõsunt, q̄ nec in ecclesijs cõsecratis possunt habere effugiû. [Misit quoq; rex, & vocauit Semei.] Per Semei intelligunt̄ rebelles, seditionis, inq̄eti, morte digni, q̄bus tñ Ch̄s misericorditer iubet, vt verè penitent, & in Hierusalẽ cõmorent, hoc est, in vnitatẽ ecclesiæ p̄seuerent, & ad mẽtis quẽtem se p̄parent, nec per pristina vitia euagent, nec mudi lucra auarè sectent, vel in sacra religione Deo sine apostasia iugiter obsequant, alioq̄n peribüt, sed qdam cû Semei mẽte redeat ad mudãna, propter quod cõdemnari merent. Religiosus ergo in cõnobio & solitudine persistat non corpore tm̄, sed & mẽtis recollectione & cordis affectu: nec mundû (cui renunciat) teneat in se clausum, per secularia atq; inania discurrendo, ac friuola & iniqua imaginãdo, sed in cælis sit cõuersatio eius, æternalia & diuina cõtemplando, Deum laudando, salubria meditando, deuotè orando, & semper occupando se fructuosè, quia ad hæc agenda reliquit seculû, & ingressus est cõnobium. Quod si ita non egerit, duplex sibi instat confusio.

¶ Expositio cap. 3. Confirmatum est ergo regnum in manu Salamonis. Art. 5.

Recitatur in isto cap. qualiter sapientiã suam Salamon accepit à dño, & qualiter cepit eam mōstrare hoibus. [Confirmatû est igitur regnum in manu] hoc est, in potestate & actû Sal-

lamonis, & affinitate cōiunctus est Pharaoni regi Aegypti. Accepit namq; filiam eius uxore, & adduxit eam in ciuitatem Dauid, in arcem & in palatio Dauid regis fecit eam morari, donec cōpleret, & edificasset domū suam. in palatio in quo habitare decreuit, de cuius cōstructione infra dicitur, & domū dñi templū, & murū Hierusalē per circuitū. Tēpore Dauid fuit Hierusalē per gyru murata, sed Salomon voluit fortius eam munire, & triplici muro circumdare, proposuit autē specialiter tria aedificare, videlicet templū, atq; palatium nouum, & urbem metropolim regi sui, triplici muro ambire, quatenus intra primū ambitum seu clausurā essent templū Dei, palatium regis cum habitaculis domesticorū suorum, & aedes ac mansiones sacerdotum hebdomadario-
1. Par. 24. dario- rum, q; per singulas septimanas seruirebāt in templo, prout *1. Paral. libro Dauid legitur ordinasse*: & infra secundū ambitum habitaret viri potētes ac nobiles, ac prophetae, secundū quod infra *4. Reg. 23.* narratur Holda prophetissa mansisse in Hierusalem in secunda, i. infra secundā clausuram: & infra tertium ambitum mechanici artifices. ¶ Quāritur, qualiter licuit Salomoni accipere filiam Pharaonis alienigenam & paganam atq; idololatram, cūm dñs iusserit, Oēs viri ducēt vxores de tribu & cognatione sua. Et iterū: Non sociabis cum eis cōiugia. Rñdetur, q; non erat filijs Israel absolute phibitum cum alienigenis cōtrahere, q; in Deuter. datur speciale pceptum, qualiter poterāt ducere feminas inter captiuos gentiles inuentas. Salmon quoq; accepit Rahab in coniugē, & Samsō Philisteam, quae res dicitur facta à dño. sic & lib. secūdō phabutum est, q; Dauid accepit filiam regis Gessur in contorem. sic & Booz accepit Ruth. Itaq; aduertendum, q; filijs Israel specialiter erat inhitum sociare cōnubia cum mulieribus & puellis Chananaeorum, vt in lege saepe exprimitur, & tñ in certo casu poterāt fieri, propter fidem illarum in Deum Israel, & ppter probitatē bñficiāq; earum ad Israeliticum populum, sicq; Salmon accepit Rahab. Cum aliarū verō Gentīū filiabus poterāt cōtrahere ex rationabili causa: sed qm disparcultus est matrimonij impedimentū, oportebat illas ad fidem & cultum veri Dei cōuertī. ¶ Porro Salomon creditur duxisse filiam Pharaonis, ppter cōmune bonum totius suae plebis & cōmunitatis, qm Pharaon rex Aegypti fuit tunc ppotens rex, & terrę pmissiois ex vna parte satis propinquus. [Attñ populus Israel immolabat per manus sacerdotum sacrificia Deo sin excelsis, in locis sublimibus. Non em̄ aedificatum erat templū nomini dñi vsq; in diem illum. Jhcq; locus diuini cultū nodū fuit determinatus, nec designata fuit ciuitas, in qua sola liceret sacrificari: ideo permittebant filijs Israel alibi immolare, prout Deut. 12. & 16. sepius dictum est. Dilexit autē Salomon dñm Idilectioe spūali infusa & meritoria, ambulās in pceptis Dauid p̄ris sui, in obseruationib; pceptorum Dei, quae Dauid cōmemorauit ac monuit ei esse seruanda, atq; in ceteris quae Dauid specialiter ei iniunxit, & circa diuinum cultum obseruanda instituit, prout *1. Paralip. per diuersa cap. scribitur*, excepto q; in excelsis immolabat, J quod Dauid ei non iussitq; accendebat thymiamā in p̄satis locis excelsis, videlicet alibi q; in loco quo erat area, aut alibi super altare quod specialiter altare thymiamatis vocabat, de quo Exo. 30. legitur. Porro de confectione thymiamatis ex diuersis speciebus aromaticis, habetur ibidem. ¶ Præterea dicitur, si immolatio & accessio thymiamatis licet in excelsis fiebat, cur hoc ponit hic quasi in minoratōem diuini amoris, atq; pro signo imperfectionis. Rñdetur q; cōmendabilis erat & melius, facere illa solum in loco & tabernaculo arca. Gētilēs namq; in excelsis sacrificabāt, sicq; poterat speciem mali habere, & esse erroris occasio. vnde & Dauid non legitur immolasse, nisi in loco arca, nisi q; Deo iubete immolauit in area Ornan lebusai, sicq; in hoc videt Salomon defecisse à p̄ris p̄fectoide. [Abijt itaq; Salomon in Gabaon, vt immolare tibi. Josephus apertē scribit, q; iuit in Heron ad immolandū, & alij dicit, q; Gabaon non sit p̄primū nomē vrbs, sed qd circa hoc sit sentendū, & de intellectu verbi istius, & qd circa hæc dicat Glossa, dicitū est in expositioe *2. Paralip.* illud q;pe erat excelsum maximū, i. celeberrimū ppter p̄sentiā tabernaculi Moysis, altaris quoq; holocausti existentū tibi, vt *1. Paral. 21.* habet. fuitq; illud excelsum valde sublime & magnū. [Mil le hostias in holocaustū obtulit Salomon per manus sacerdotū super altare illud in Gabaon] & sacrificia illa ad diuinæ maiestatis honorē totaliter cōburebant, in signū, q; homo debet se totū in Deū refundere, ac diuinis mācipare obsequijs, quēadmodū totum, quod est, potest & habet: Deo accipit: & quod dictum est, mille hostias, accipi potest, vt mille designet numeros determinatū: vel in determinatū, sicut Psal. 104. Verbi quod madauit in mille gnatidēs. Dicit quoq; *2. Paralip. 1.* q; Salomon iuit ad illud excelsum cū vniuersis principib; duob; tribub; & ceteriunibus, atq; q; ibi tūc erat tabernaculū fœderis dñi, vt potē tabernaculū Moysis, & altare æneū quod fecit Beseleel, i. altare holocausti. Nā altare thymiamatis factū fuit de lignis Sethim, vt Exo. 30. & 36. scriptū est. His p̄missis narrat, qualiter Salomoni sapia sit insusa. ¶ Apparuit autē dñs Salomoniper somniū nocte, i. per visionē seu reuelationē factam in somno tēpore noctis, fuitq; apparitio illa interior, ministerio angelis sancti exhibitā, ita q; angelus in Dei persona loquebat, quam & repræsentauit, quemadmodū iuxta diuini Dionysij documēta, prophetica reuelationes facte sunt mi-

nisterio angelorum, & cōuenienter facta fuit in nocte atq; in somno, q; tunc anima ad percipiēdum diuina est aptior, cessantibus exterioribus, strepitu & tumultu, occupatione & distracōe, inquietudine quoq; apphensionum variarum sensuum exteriorum: qua cessante, sensus interiorē & diuinę, sicut in euangelio legitur angelus apparuisse in somnis Ioseph, atq; dixisse: Accipe puerum & c. Hinc scriptum est in Iob per somniū in visioe nocturna, qm irruit sopor super hoīes, & dormiunt in lectulo, tunc aperit Deus aures virorum, & erudit eos, instruit disciplina, dicit: Postula, qd vis vt dem tibi. J hoc est, vnum quod magis optas habere, pte à me, qtenus postulan do sias capacior, & merearis libere appetēdo. sicq; per verba hæc designant libertas arbitrii, expeditusq; vsus rōnis ac voluntatis Salomonis in somno, in quo vsus rōnis cōmuniter est ligatus sed per grām potest tunc esse liber & expeditus. Veruntū per hæc verba nō est intelligendum, q; Deus dedit Salomoni licentiā postulandā aliqd quod nō licet, vel q; in talium petitione eum exaudisset, sed p̄stitit libertatem petendi quicqd rōnabiliter veller, aut sine peccato appeti posset. ¶ Deniq; per hoc q; Deus post immolationē immediatē p̄scriptam, & factā in excelsis, apparuit Salomoni tam gratiose, & optionem liberalissimam dedit ei, elicitor q; oblatio huiusmodi placuit Deo, imō & meritoria fuit, templo nō dum aedificato atq; ceteris paribus, magis virtuosum & plūs meritorīū fuit, offerre in tabernaculo coram arca, quā alibi: quēadmodū meritorium est, propria bona pauperibus quotidie elemosynaliter dare: melius verō est, omnia propter deū simul relinquere: sicut & laudabilis est, Deo seruire in castitate virginali, quā viduali: & in viduali, quā cōiugali. ¶ & ait Salomon J in somno locutione mentali, q; ex præcēta apparitione statim fuit eleuatus ad neum, & Deo inspirante cognouit, q; apparitio illa esset bona ac diuina, non fallax, prout saepe in somno cōtingit. [Tu fecisti cum seruo tuo Dauid patre meo miserico diam magnā, J hoc est, gratiofissimos pietatis tuę effectus ei exhibuisti, vt patet ex p̄indictis. vnde non immeritō dixit in Psalmo: Deus meus misericordia mea, & misericordia eius præueniet me: Et: Misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ meę. [sicut ambulauit] hoc est, conuersatus est [in conspectu tuo in veritate] vitæ & doctrinæ, [i. iustitiā] i. obseruantijs præceptorum, [i. & recto corde tecum]. i. in interiori æquitate & sinceritate, qua tibi & tuę æquitati increata est cōformatus, in tantum, q; de eo dixisti: Inueni dauid virum secundum cor meum, & hoc totum, q; taliter coram te ambulauit, & ita se habuit, talisq; fuit, ex dono & grā tuæ pietatis processit. [Custodisti ei misericordiam tuā grandē, J i. grām tuam finalē largitus es ei, & in magna pietate tua custodisti eum, p̄seruando eum à multis peccatis, atq; post lapsum resuscitando eum ad penitentia & cautelam maiorē. ¶ & dedisti ei filium sedentē super thronum eius sicut est hodie. Et nunc dñe Deus, tu regnare fecisti seruū tuum, pro Dauid patre meo. Ego autē sum puer paruulus. J Ex hoc aliqui trahunt & probant, q; Salomon erat adhuc in pueritia cōstitutus, ita q; duodecimo circiter vitæ suę anno ccepit regnare, de qua re postea inquiretur. Qui autē aliter opinant, dicunt q; vocauit se puerum paruulum, non ratione ætatis aut corporeę paruitatis, sed respectu magnitudinis officij sui regalıs onerisq; iniūcti. ¶ & ignorās egressum & introitū meū, J hoc est, non satis itatelligēs, qualiter debeat me habere in tanto regimine, nec p̄prios actus valeo clarē dijudicare, an placeat tibi sine grā specialī. Itaq; ignoro egressum, i. actus exteriores, in quibus alijs exemplaris existere, & eos in via virtutum p̄cedere teneor: & introitum, hoc est, actus interiores, in quibus teneor tibi purā cōscientiam exhibere. ¶ Et seruus tuus in medio est populi tui quē elegisti, J i. inter eos sum cōstitutus, [populi infiniti, q; numerari & supputari nō potest præ multitudinē.] hoc est, diffliculter poterit numerari, nec est simpliciter infinitus, ideo istud est hyperbolicē dictum, vt potē per excessum, ad insinuandum valde copiosam multitudinē plebis illius. Ceterum Deus in numero, pondere, & mēsurā condidit & posuit vniuersa. [Dabis ergo] J. Sapien. 11. precor vt des mihi [seruo tuo] propter cōmune bonū populi tui [cor docile:] hoc est, mentē vere prudentē, & donis spūsancti replētā, per q; sim in omnibus docilis, informabilis, & dirigibilis a te, siquidē prima pars prudentiæ est, docilitas: & sicut hō per virtutes mortales efficiē dirigibilis a rōne, ita per septē dona spūsancti fit dirigibilis ab ipso spū adorādo. [vt possit iudicare populū tuū:] q; iudicare, est actus elicitus prudētiæ, quīs sit actus iustitię, tanq; inclinātis & idoneizantis ad iudiciū, ac perficiētis ipsum iudiciū, vt sit rectū. ¶ & discernere inter bonū & malum. Quis em̄ potest iudicare populū istum, populū tuū hūc multū? J Quasi dicat, nemo sine adiutorio tuo, & sine vera prudētiā, q; est virtus, cui alię virtutes sunt annexę, nec vitiofis inest hoīb; quā vtiq; Salomon postulauit sibi dari in tanto excellētiā gradu, vt per eā esset ad totius populi sui gubernationē idoneūq; idoneus. Nā & antē iā habuit eā in aliquo gradu, qm erat in charitate & grā, q; bus prudentia est cōiuncta, cūm & virtutes cōcatenatę dicant. ¶ Placuit ergo sermo corā dño, q; Salomon postulasset huiusmodi rē, & dixit dñs Salomoni: Quia postulasti verbum hoc, J & rem hæc significatā per verba, putā prudentiā, [i. & nō petisti tibi dies multos, nec diuitias, aut aias ini-

Matt. 1. & 2. Job 35.

Pfal. 58. 22.

Pfal. 88. A Gor. 13.

2. Reg. 12. 24

Sapien. 11.

micorū tuorū] i. vitā hostium tuorum subijci tuæ potestati ad occidendū, vel dñandū: [sed postulasti tibi sapientiā, ad discernendū iudiciū, eccē feci tibi secundū sermōes tuos. Et dedi tibi] i. dare decreui, & nūc do [cor sapiēs] ad cognoscēdum diuinā, [et intelligēs] ad sciēdum ac discernēdum humana, aliāq; naturalia & creata, [intātūm, vt nullus ante te similis tuū fuerit,] i. nullus regum aut iudicum Israel fuerit tibi æq̃ilis in om̃i huiuscemodi sapiētia atq; sciētia, hoc est, in vtroq; simul, put sciētia prudētia quoq; includit, q̃ prudentia, ppriē versat̃ circa agibilia, i. adū humanos, postulauit aut̃ Salomon prudentiā ethicā, qua regit hō seipsum: & economicā, qua regit domū siue familiā: atq; politicā, qua regit cōmunitatē. [Tunc post te surrecturus sit] alijs tibi æqualis in sapientia, prudētia & sciētia simul acceptis. Quo circa dubitatioes occurrunt, an s. in his exceſſerit Moſen, q̃ quotidie loquebat̃ cum deo facie ad facie, qui videt̃ fuisse magis illuminatus q̃ Salomon, & de Adā apparet, q̃ fuit creatus in maiori sapiētia, sciētia ac prudētia, q̃ & naturaliu rerum pprietates, naturas, & species cognouit tā lym p̃idē, q̃ visis singulis, mox cōgruentia noīa eis imposuit. q̃ Deniq; cōstat, q̃ Chr̃s in om̃ibus illis Salomonē vehemētē exceſſit, put in Euan gelio, p̃testat̃: Eccē (ingens) plūs q̃ Salomon hic. Gloriosi quoq; Apostoli fuerūt copiosius illuminati à Deo, q̃ patres veteris testamēti. Ita q; aduertendū, q̃ multiplex est sapiētia: Vna, q̃ est primū donū inter septē dona spūs sancti, q̃ in vno quoq; tāto est maior, quāto charitas eius est perfectior. Ideo quāto Dauid, Abrahā, Moſes, & similes eis, fuerūt viri magis heroici & perfecti, q̃ Salomon, tāto maior sapiētia fuit in eis, q̃ in ipso, loquēdo de ista sapiētia. Alia est sapiētia, quæ est donū gratiæ gratis datæ, q̃ est cognitio diuinorū, & scripturarū, myſteriorūq; Chr̃i, q̃ potest sine charitate haberi, per quā scit hō defendere, persuadere, & declarare ea, quæ fidei sunt, de qua ait Apostolus: Alij per sp̃ritū datur sermo sapiētiæ, alij sermo sciētiæ, & hæc fuit valdē magna in Salomone, vt patet ex Canticis canticorū: maior tñ fuit in Paulo Apostolo, alijsq; apostolis. Tertia est sapiētia, q̃ per naturālē rōnem potest ex rerū naturis & ordine vniuersi inueniri atq; h̃ri, sicut ait Apostolus: Inuisibilia Dei per ea q̃ facta sunt, iteſta cōspiciūt̃: s̃p̃iterna quoq; virtus eius & diuinitas, q̃ in philoſophis fuit & potuit maior esse, q̃ in Salomone ex subitanea inſuſione, sic etiam in Salomone creditur fuisse maior cognitio naturaliu, (vt inſrā habet) disputatū de ſingulis à summo vsq; ad infimū. Similiter de prudentia naturali ſentiendū, in quantum est regitiua aliorū, & diſpoſitiua de ſingulis. In his nāq; non fuerunt sancti Apostoli & Prophete magis illuminati, q̃ Salomon, imō nec magis q̃ philoſophi, cum de Aristotele dicat Hieronymus in Regula sua, q̃ fuit grāde miraculū in tota natura, videlicet, ppter eminentiā sciētiæ ac prudentiæ suæ in naturalibus. Porro sciētia quæ est donū, tanto maior fuit in multis sanctis, q̃ in Salomone, quāto fuerūt eo magis diuini, similiter intellectus. De primo demū parētē credēdū est, q̃ in his quoq; maior fuit Salomone, & de Chr̃o nulla est dubitatio: sed q̃ tam pauci in his exceſſerunt Salomonē, & quod modicū est, non cōputatur, idcirco scriptura tam extēſe facit hanc cōparationē, quam tñ aliq; referunt ad reges Israel, q̃ ante & post eum fuerūt. Vndē & ipse in Eccleſiaſte testat̃: Præceſſi sapiētia oēs qui ante me fuerunt in Hieruſalē. At verō excellentia sapiētiæ atq; sciētiæ Salomonis patet ex hoc, q̃ author libri Sapiētiæ in eius persona testat̃: Deus dedit mihi horū quæ sunt, sciētiā verā, vt sciā diſpoſitionē orbis terrarū, & virtutes elementorū, inītiū, conſummationē, & medietatē temporū, vicifſitudinū permutationes, & diuiſiones temporū, anni curſus, & ſtellarū diſpoſitiōes, naturas animaliu, & iras beſtiarū, vim ventorū, & cogitationes hoīm, differentias virgultorū, & virtutes radicum, & quæcunq; sunt abſconſa & improuisa, didici. Omnium em̃ artifex me docuit sapiētia. [Sed & hæc quæ nō postulasti, dedi tibi] & plenius dabo [diuitias ſ. & gloriā] hoc est, famā ac inſclty apparatus, & vitæ iucunditatē, imō & dies multos, ac hostium ſubiectiōnē, [vt nemo fuerit similis] i. æqualis [x] tibi in regibus] Israel, quæ admodū in Eccleſiaſte ait: Supergreſſus ſum opibus oēs, q̃ ante me fuerunt in Hieruſalē [cunctis retrō diebus.] Retrō, q̃nq; designat præteritū, vt cū ait Apostolus: Quæ retrō ſunt, obliuiscens, in anteriora extendo meipsum: q̃nq; futurū, & vtroq; modo potest hic accipi. Vndē 2. Paralip. aperiūt̃ dicit̃: Diuitias & ſubſtantia & gloriā dabo tibi, ita vt nullus in regibus, nec ante te, nec post te fuerit similis tuū, quod si intelligat̃ tantū de regibus Israel, clarū est: si autē de regibꝝ orbis mundi huius, habet obiectiōnē, q̃m Cræſus, Darius, Cyrus, Octavianus, Alexander Magnus, multiq; alij Salomone ditiores fuisse legunt̃, qui etiā exceſſerunt eū in potestate, dñatione & gloria, seu famæ ſclaritate saltē eo tempore quo fuerunt, q̃m multi eorum fuerunt monarchæ. Deniq; Daniel ſanctus ille p̃pheta ait Nabuchodonosor regi: Tu rex regū es: & deus cæli, regnū & fortitudinē & imperium & gloriā dedit tibi, & om̃ia in q̃bus habitant filij hoīm, & beſtiæ agri, & volucres cæli dedit in manu tua, & ſub ditiōe tua vniuerſa cōſtituit. talis autē tanta magnificentiā & opulentia, nō est Salomoni collata. ſimiliter alio loco Daniel dicit regi illi: Arbor quā vidisti, tu es rex, q̃ magnificatus es & inualuiſti, & magnitudo tua peruenit & creuit vsq; ad cælum, & potestas tua in terminos vniuerſæ terræ, q̃bus verbis addit̃ à Daniele postea: Vniuersi populi

tribus & lingua, tremebāt & metuebant eum. Tantæ autē famæ & reputationis nō fuit Salomon in toto orbe terrarum. Veruntū quidam exponunt p̃dicta de regibus vniuersis, dicentes, q̃ quis q̃dam eorum fuerint maiores Salomone in potestate & gloria, non tñ fuerant ei æquales in omnibus iam p̃fatis simul acceptis, hoc est, in sapiētia, sciētia & prudentia, opulentia & gloria. [Si autē ambulaueris in vijs meis, & custodieris præcepta mea & mandata mea, sicut ambulauit pater tuus:] i. perseueranter, & cum cecideris, p̃nitentiā egeris, [longos faciam dies tuos.] Vndē & Moſes in Deuter. ac alibi sæpē hortat̃: Custodi p̃cepta dñi Dei tui, vt longo viuas tempore, q̃ Sed circa hæc oritur quæſtio, q̃a in verbis his videt̃ dñs inſinuare, q̃ si Salomon nō ambularet in vijs suis, vt Dauid, nō faceret dies ipsius longos: quid est ergo, q̃ Salomon legitur inſrā peccasse grauissimē, & nihilominus ſenuiſſe? imō secundum Iosephum, vt inſrā tangetur, octoginta annis regnauit. Ad quod poterit responderi, q̃ dñs per promiſſionē illam voluit Salomonem prouocare ad perseuerandum in bonis, non tñ negauit se ei daturum dies longos, si caderet. Rursus per verba illa signifi cavit, q̃ peccando mereret̃ vitæ abbreviationē, quod etiam in eo forſan impletum est, quid verō de verbis Iosephi ſentiēdum putetur, inſrā pandet̃. Aliqui etiā dicunt, q̃ plurimis annis vixit iuste, & paucis iniuste, ac tandē p̃nituit, prout dicitur inſerius. [Igitur euigilauit Salomon,] ex quo cōstat, quia tota apparitio, allocutio & responſio iam p̃fata, sunt factæ in ſomno ad aures & oculos cordis, ac ore mentis, quo verba proferuntur interiora, quorum signa sunt verba exteriora. Nā in ſomno illo, vt dictum est, viguit ratio Salomonis, ac libertas arbitrij eius. [Et intellexit quod eſſet ſomnium. Si, quod, ſumatur p̃nominaliter, ſenſus est, q̃ cognouit qd reuelatio illa ſignificauit. Intellegētia quippe est opus ac principale in viſione, vt in Daniele fertur. Si autē aliter accipiatur, ſenſus est, q̃ intellexit q̃ ſomnium ſeu viſio illa facta in ſomno, eſſet verē reuelatio facta à Deo, quod etiam experiebat̃ in ſemetipſo, ex plenitudine illuminationis ac ſapiētiæ ſibi in ſuſa. Propriè autē loquendo, ab inuicē diſtinguuntur ſomnium, viſio, oraculum: qm̃ viſio dicitur reuelatio ſeu cognitio occultorū, magis clara & intellectualis, quæ res oñditur, prout ſunt aut ſiunt ſue in vigilia, ſiue in raptu & ecſtaſi, aut in ſomno. Somnium verō dicitur reuelatio facta in ſomno per imaginarias ſimilitudines, magis obſcuræ: ideo ſecundum Hieronymum ſuper Daniele, ſomnia ſunt, q̃bus per ſymbola & ænigmata, aut per phantaſmata, aliqua demonſtrant. Hinc Rabbi Moſes loquit̃, q̃ ſomnium eſt caſus à propheta & viſiōe, qm̃ propheta eſt viſio in lumine intelligentiæ, ſomniū autē eſt manifeſtatio futurorū aut ſecretoꝝ in imagine, hoc eſt, phantaſtica ſpecie, vbi cadit & quaſi occumbit intelligentiæ lumē. q̃ Porro, ſecundū Albertum, oraculum eſt expreſſa rerum p̃dictio, i. p̃nunciatio manifeſta, & in ſomno percepta: frequenter tñ pro reuelatione reſponſiua ad inſcripta accipit̃. [Cumq; veniſſet,] Salomon [Hieruſalē, ſtetit coram arca ſœderis dñi,] ſtatim nāq; ex deuotiōis ſeruore, intrauit tabernaculum, in quo Dauid poſuerat arcam, in qua erant tabulæ testamēti ſeu pacti, quod Deus percuffit cum filijs Israel, [et obtulit holocauſta] per manus ſacerdotum, gratias agēs Deo pro beneficijs tantis. [et fecit] hoc eſt, imolauit [vitiāmas] i. hoſtias [pacificas] regriatiando pro pace ſua data, ac deprecando pro eadē conſeruanda, fecit [et grande cōuiuuium vniuerſis famulis ſuis] domesticis ac familiaribus, quos voluit ſuæ lætitiæ eſſe participes. Cōſequētē referuntur in litera, qualiter Salomon ſapiētiā cepit oportūnē monſtrare, quā non iactauit inaniter, neq; ex animi leuitate ſtatim pateſecit dona gratiæ ſibi collata, ſed tempus cōgruum expeſtauit, vt decet virum cōſtantē ac ſapientē, qui nil agit p̃cipitanter. [Tunc venerūt duæ mulieres meretrices ad regē,] forſan in ſignū, q̃ à meretricibus fuit poſtea decipiendū, vt tangit Gloſſa. [ſtetueruntq; corā eo, quarum vna ait: Obſecro mi dñe,] patienter me audi, [ego & mulier hæc habitabamus in domo vna, & peperī apud eā in cubiculo. Tertia autē die poſtq̃ ego peperī, peperit & hæc. Et eram ſimul, nulluſq; alius nobiſcum in domo, exceptis nobis duabus. Mortuus eſt autē filius mulieris huius nocte. Dormiēs quippe] hæc mulier [oppreſſit eum] filium ſuū. [Et cōſurgens intēpeſtæ noctis ſilentio,] i. in ipſa quiete noctis intēpeſtæ, i. ineptē ad operandū. Intēpeſtum nāq; adiectiuē ſumptum, vocatur incongruum ſeu inutilē ad operandū, quaſi ſine actū & tempore, ſicq; nox dicitur intēpeſta, tanq̃ in cōgrua rebus gerendis. Intēpeſtum quoq; ſubſtantiuē ſumptū, vocatur pars noctis, q̃ dicit̃ intēpeſta, i. ſine tēpore, cū ſit deputata quieti. Tēpus autē motu & operatione percipit̃, ſecundum philoſophum. Nihilominus nox, ſicut & dies, eſt pars ac differentia tēporis. [tulit filium meū de latere meo ancillæ tuæ dormientis, & collocauit in ſinu ſuo, ſum autē filium q̃ erat mortuus, poſuit in ſinu meo. Cūq; ſurrexiſſem manē, vt darē lac filio meo, apparuit mortuus. Quē diligentiſſus intuens clara luce, deſp̃endi nō eſſe meum quē genuerā. Reſponditq; altera mulier: Nō eſt ita vt dicis, ſed filius tuus mortuus eſt, meus autē viuī. E contrariū illa dicebat: Mentiris, Filius quippe meus viuī, & filius tuus mortuus eſt. Atq; in hunc modum contēdebant corā rege. Tunc rex ait: Hæc dicit, Filius meus viuī, & filius tuus mortuus eſt. Et iſta reſpōdit: Nō, ſed filius tuus mortuus eſt, meus autē viuī. Dixit ergo rex: Afferte mihi gladiū. Cūq; attu-

Deut. 5. 19. 3. Reg. 11. Iose. lib. 8. an. iu. cap. 7.

Dani. 10.

Hieronym.

R. Moſes

2. Reg. 6. 7.

lissent gladiū corā rege: Diuidite, inqt, infantē viuū in duas partes, & date dimidiā partē vni, & dimidiā partē alteri. Cum em̄ Salomō iussisset sibi in sem̄ afferri, infantēq; diuidi, senes & asse- fores ipsius factū hoc tanq̄ puerile qd deridebāt, ignorātes regis intentionē, q non intendebat in infantē diuidere, sed per verba & gesta illa explorare, q̄ esset mater infantis, certus q̄ natura ma- tris nō mentiretur, sed puero cōdoleret, quēadmodū subdit: [Dixit aut̄ mulier cuius filius erat viuus, ad regē: Cōmota sunt quippe viscera eius super filio suo: J. intīmē cōdoluit in fantulo di- uido ex se nato, intantūm, q̄ dolor cōpassionis redundauit in corpus suū, & omnia eius inte- riora alterauit. [Obsecro dñe, date illi infantem viuū, & nolite J tu & minimus tuus [interficere eum, J tu iubendo, ille exequēdo. q. d. sufficit mihi vt uiuat, q̄uis in manu alterius. [Ecōtrariū il- la dicebat: Nec mihi nec tibi, sed diuidat. J Iosephus narrat q̄ rex p̄cepit vtrūq; infantulū diui- di, vt vtraq; mulier medietatē acciperet vtriusq; infantis. sed textus solūm refert de diuisiōe viui infantis, qa per illum veritas fuit cōperta. [R̄spōdit rex, J q̄ optimē cōsideraui, ex quo fundo & fonte cordis vtraq; mulier loquebat, [& ait: Date huic infantē viuū, & nō occidat, hęc est em̄ ma- ter eius, J prout patefecit materna cōpassiō. Vndē & Esaias fatetur: Nung d̄ obliuisci potest mul- tier infantis sui, vt nō misereat filio vteri sui? Qua audita senētia, senes & asse fores admirati sunt sapientā Salomonis, quē primō q̄si parū pendebāt, q̄n gladiū iussit afferri, tñ & ipsi hęc itabant, audita meretriciū cōtentione, qd in tantē rei discrimine esset agendū. Porro ex viui infantis di- uisione nulli mulierū illarū cōmodū puenisset, sed vna earū fuisset grāde damni perpeffa, vide- licet mater interitū suę plis. Idcirco videt hoc irridendū. Nā & per aliā viā potuisset veritas inue- stigi, qa vicini forsitan nouerāt ipfos infantulos, & q̄s ad quā spectaret, nisi dicat, q̄ nemo eorū viderit pueros. [Audiuit itaq; om̄s Israel iudiciū quōd iudicasset] i. iudicādō p̄tulisset ac iusti- dictasset [rex, & timuerunt regē, & ne dijudicarent ab eo. Itaq; boni timuerūt eū filiali timore, peruersi seruili. Vndē ad Roma. ait Ap̄stol. Principes nō sunt timori boni ope- ris, sed mali. Vis aut̄ nō timere potestates bonū fac, & habebis laudē ex illa: si aut̄ malē feceris, ti- me: Dei enim minister est, vindex in ira ei q̄ malē agit. [Videntes sapientā Dei] i. datā à dño, esse in eo] excellētē [ad faciendū iudiciū. J Tantā aut̄ sapientā atq; sciētā cōtulit Deus Salomōni principaliter ex sua pietate immēsa, & p̄pter cōmune bonū populi sui, & qm̄ Dauid in extremis feruenter dñm exorauit p̄ Salomone, ipse q; Salomō erat deuotus & Deū amans. ¶ Querit cir- cā phabita, quæ feminarū illarū fuerit vera mater viui infantis, an illa f. sic primō q̄relam p̄- posuit regi. Et apparet q̄ non, qm̄ illa quæ filiū suū opprēsserat, videt ex inuidia mota ad accu- sandum eā q̄ adhuc viuēntē habuit filiū, à qua fortē timuit accusari de opprēssione proprii natī. ¶ De spiritali huius cap. 3. intellectu. Arti. VI.

Præterea iuxta mysticum sensum, per hoc q̄ Salomō filiā Pharaonis duxit vxorē à gentilita- tis errore cōuersam, p̄figuratum est, q̄ Chr̄s verus & summus pacificus, gētilitatē ad verē fi- dem lumē cōuersam, sump̄sit in sponsam, quā [adduxit in ciuitatē] Dauid] i. primitiua ecclēsię ex Iudæis collectę cōiunxit, [donec cōpleret & edificasset domum dñi] i. ecclēsiā toto orbe terrarū dif- funderet. [Abijt Salomō in excelsum Gabaon, vt immolaret ibi] sic p̄moti ad p̄lationē aut prin- cipatū, debēt ad Deū cōfugere, & ei sacrificiū laudis, cor cōtritu & humiliatū, thymiama deuotę oratiōis & obedientiam sanctā offerre. Quēadmodū aut̄ dñs dixit ad Salomōnē, Postula à me quod vis: J sic vniciq; p̄sidenti, p̄p̄riā insufficiētā humiliter recognoscit, atq; diuinū postu- lanti subsidiū dñs p̄bet se paratum ad succurrēdum ac dādum quod rōnabiliter ac p̄feruētē petierit. [Ego sum puer paruulus, ignorā esgressum & introitum meū. J sic om̄s q̄ p̄stet, debet se iugiter corā Deo humiliare, ignorantiāq; fateri, atq; perpēdere, qd sui p̄p̄rius directiōē ac regi- mē impotēs sit & ineptus, nisi desup̄ adiuetur: quāto magis ad suā ac aliorum gubernationē? ideo debet à dño sapientā postulare, per quā in om̄ibus ordinatē se habeat, & ad eos qui foris sunt, & ad sibi cōmissos exemplariter cōuersetur, ac sine personarū acceptione iustum in cun- ctis iudiciū p̄ferat. Nēp̄, vt ait Glossa: Si Salomō corporum rector, sapientā flagitauit: quāto magis animarum rectores debent hęc postulare, exemplo eius & instar illius q̄ testat: Adj dñm, & deprecatū sum illum, & dixi ex totis p̄cordijs meis: Deus patrum meorum, da mihi sedū tuarū afflicte sapientā, vt mecum sit & mecum labore, & sciam qd acceptum sit apud te. [Pla- cuit sermo corā dño, q̄ sapientiam postulasset, & dixit, Quia postulasti verbum hoc, & c. & hęc quæ nō postulasti, dedi tibi:] hoc est quod saluator in Euangelio hortat ac spondet: Primū, in q- ens, q̄rite regnum Dei & iustitiā eius, & hęc om̄ia adiciētur vobis. His quippe q̄ spiritalia cha- rismata & Dei honorē fideliter & seruenter exquirunt, tēporalia necessaria adiciuntur. Postq̄ ve- rō dñs absolutē p̄misit Salomōni sapientā, diuitias & gloriā in hac vita promissit ei sub cōditio- ne, Si ambulaueris in vijs meis, longos faciā dies tuos. Multis quippe malis & etiā reprobis largi- tur in seculo isto, famā, diuitias, scientiāq; in formē & sapientā verbis: sed solis electis & iustis, in vijs virtutum p̄feruētibus, tribuit æternitatis felicitatē. Dies equidē vitæ p̄sentis, sunt parui

Ioseph. lib. 8. an. iu. cap. 2.

Esaie 49.

Roman. 13.

Coloss. 4. Leuitic. 19.

Sapient. 8.

Matth. 6.

Gene. 46.

& malī, & vita nostra est quasi vapor ad modicum p̄sēs, & tanq̄ vmbra super terrā: sed salus vitę futurz, innumerabiles dies cōplectit̄ & includit, p̄pter quod iusto dñs repromissit, Longitudine dierū adimplebo eū. [Fecit Salomō grande cōuiuuium cūcūq; famulis suis. J sic plāq; & om̄s q̄ p̄stet, subditos suos ac seruos debet verbo dei reficere, aqua sapientię salutaris potare, virtuosā exēplariatē nutrire, cordis affectū, oratiōē, p̄dicatiōēq; pacere. Etēsi seruus fidelis & prudēs ta- lentū sibi cōcessum ac creditū, fructuosē nitit̄ dispēsare: quod q̄ negligit facere, seruus neq̄ voca- tur, & donis sibi collatis priuat̄, ac tanq̄ inutilis in tenebras infernales projicit. [Tunc venerunt duz mulieres meretrices ad regē, J per hoc figuratū est, q̄ moderante altissimo frequētē cōtin- git, vt bonis hominibus post spiritaliū donorū acceptionē & gustum, post illuminationē interna, obiecta carnalium deliciarum fallaciter blandiant, tentamētāq; carnis eueniāt. & specialiter per duas has meretrices, duplex genus peccatorū mōstrat. Om̄is nāq; anima mortali subiaccēs cul- pæ, adultera est, meretrixq; diaboli: qa relicto sp̄sō c̄ cælesti, cōsentis maligno spiritui, & cōmi- sce eide ad p̄ducendū opus iniqui. Verunt̄ qdam sunt aīę, q̄ si peccatrices existāt, aliqua tñ agunt opera ex suo genere bona, nec iustos persequunt, diffamāt aut ledunt, sed amāt ac diligūt, flexibiles quoq; sunt & pronæ ad cōpunctionē, p̄pter quod tandē misericorditer pueniri solēt à dño, & fructu virtutū ditari. Aliæ verō adeo malitiōsæ & inuidiæ sunt, vt melioribus obloquā- tur, inuideant, atq; in festā sint, quod totū gladius verbi Dei, discretio veri iudiciij p̄bat. Postre- mō, per inuidā & totā malitiōsam ac obstinatā meretriculā illam, perfida synagoga, plebs om̄is incredula, hæreticorū quoq; collectio aptē signatur, quæ meretricē aliam meliorē, i. ecclēsiā ca- tholicam, & maximē primitiuam, atq; ex gentilitate cōuersam, & à pristinis fornicationibus ex- purgatā, inuidiosē sunt persecuta, & fructū ipsius extinguere sunt molitæ, sed gladio sacrę scri- pturz ab inuidicē discernuntur, & improba illa meretricula confutatur atq; damnat̄ Christo.

¶ Expositio cap. 4. Erat autem rex Salomōn regnans. Arti. VII.

Excellentia quam habuit Salomōn in officiais clarissimis, in p̄fectis atq; domesticis, in mul- titudine copiosissima subditorū, in abundantia alimētorum, in equis & curribus, in sapien- tia & rumore seu fama, hic describitur. [Erat autē rex Salomōn regnans super oēm Israel] i. super duodecim tribus, [& hi principes] i. principales officia domesticis, [quos habebat Azarias fili- us Zadoc] pontificis, [& sacerdos] erat specialis, & quasi capellanus ipsius regis ad orādum & sa- crificādum pro eo, [Eliphoreph & Ahia filij Sifā] erāt [scribæ] i. doctores & periti ac sapientes in lege, vel vt qdam exponunt, scriptores regis ad scribendū epistolas eius, gesta q; temporum, [Iosaphat filius Ahilud] à cōmentarijs i. cancellarijs, [Banaias filius Ioiadā] super exercitum. Za- doc autē & Abiathar sacerdotes] summi, ita q̄ Zadoc fuit pontifex, & Abiathar mox post eum in ordine. Istud autē in expositione secundi capituli declaratum est plenius, vbi ostensum est, q̄ liter istud nō cōtrarietur ei quod scriptum est ibi, ipsum Abiathar à Salomone de sacerdotio eli- cētum, [Azarias filius Nathan] p̄pheta, erat [super eos q̄ assiste- bant regi, J i. super custodes ipsius, seu super eos q̄ familiaris & magis assidue regi astabat, secundum quod regibus solēt q- dam hoc modo assistere, [Zabud filius Nathan] sacerdos, amicus regis. J. regī p̄cipue charus, & ad cōseruandū ei amicitia verā in cunctis specialiter deputatus, q̄ & sacerdos regis vocat, non rōne sacerdotalis officij, sed primatus cuiusdā, qa nec Nathan legi de sacerdotali lit̄pe fuisse, & sup̄ à lib. 2. legit filij David sacerdotes fuisse hoc modo, i. p̄cipue honorati post regē. sic itaq; 2. Reg. 8. Salomōn honorauit filios Nathan, qd ad eius promotionē maximē fuit cooperatus, & à quo ipse- met Salomōn fuit nutritus ac informatus, & qm̄ digni erant, & patrē suum in virtutibus imitātes. 3. Reg. 1. [Et Ahisaf p̄positus domus, J. procurator, dispositorq; palatij, [& Adeniram filius Abda] erat [super tributa] i. ordinauit de receptione tributorum, de quibus ratio sibi dabatur. [Habebat autē Salomōn duodecim p̄fectos super oēm Israel, J nō q̄ quilibet eorum toti Israeliticæ p̄ferit plebi, sed vnusquisq; certæ parti Israelitici regni, prout in textu describitur. [Qui p̄gebant an- nonam regi & domui eius, J. i. necessaria victui Salomōni & eius domesticis, [per singulos enim menses in anno, singuli necessaria ministrabant, J videlicet quilibet in mense sibi p̄fixo de red- ditibus regis & inter duodecim illos duo fuerunt, quorum vxores erant filię regis. [Et nomina eorū, Ben Hur in monte Ephraim, Ben Decar in Maces & in Saalchim, in Bethfames & in Elon & Bethhanan, Ben Hefed in Aruboth, Ip̄sus eum erat Socho, & omnis terra Hephher. Ben Ahi- nadab, cuius omnis Naphath Dor, Tapheth filiam Salomonis habebat vxorē. Baana filius Ahi- lud regebat Thaanach & Magdō, & vniuersam Bethseam, quæ est iuxta Sarthana, subter Iez- rael, & Bethseam vsq; Abel Mohola è regione Iecmaam. Ben Geber in Ramoth Galaad, habebat Auothair, filius Manaas in Galaad, Ip̄se præerat in omni regione Argob, quæ est in Basan, sexa- ginta ciuitatibus magnis atq; muratis: quæ habebant seras æreas. Abinadab filius Addo præerat in Manaim, Achimas in Nephtali. Sed ip̄se habebat Bathsemath filiam Salomonis in coniu- gio. Baana filius Hufai, in Aser & in Baloth, Iosaphat filius Phurah, in Ifachar. Semei filius Ela

Iacobi 4. Psal. 90. Eccl. 15.

Matth. 25.

* sacerdotis

3. Reg. 2.

2. Reg. 8.

3. Reg. 1.

in Benjamin. Geber filius Vri in terra Galaad, & in terra Seon regis Amorrhæi, & Og regis Basan, super omnia quæ erant in illa terra, Iuda. i. populus tribus Iudæ, qui ob causam sæpè præhabita specialiter numeratur, [& Israel] i. populus tribuum cæterarum erat [innumerabilis] i. difficulter numerabilis, [sicut arena maris in multitudine,] per hyperbolen, [comedentes & bibentes atque lætantes] i. temporali prosperitate abundantes, sicut in lege fuit comissum cultoribus Dei, ac etiam dño seruientes cum rege suo, [Salomon autem erat in ditione sua] i. in suo imperio, [habens omnia regna secum a flumine terræ Philistij, usque ad terminum Aegypti, offerentium munera sibi & seruientium ei cunctis diebus vitæ eius.] Hoc dicitur ad insinuandum, quod Salomon habuit sibi subiecta omnia regna ac territoria filijs Israel repromissa. [Erat autem cibus Salomonis per singulos dies triginta cori similia.] Corus cõtinebat triginta modios. Modij tñ illi erant tam parui, vt in lib. Ruth scriptum sit, quod Booz mensus est ipsi Ruth sex modios hordei in pallio eius, quos posuit super eam. Porro similia est delicatissima tritici farina, [& sexaginta cori farina,] i. panes tot cororum, erant panes regis & eius familiæ omni die. Vndè elicitur, quod magnam prorsus familiam habuit, quod etiã patet ex carnibus pecorum & auium & venationiorum animalium, quæ quotidie edebantur in domo sua, sicut subditur: [decem boues pingues, & viginti boues pascuales, & centum arietes, excepta venatione ceruorum, caprarum atque bubalarum, & auium altilium. Ipse em̄ obtinebat omnem regionem quæ erat trans flumen, quæsi à Taphsâ usque ad Gazam, & cunctos reges illarum regionum, & habebat pacem ex omni parte in circuiu. Habitabatque Iuda & Israel absque timore vlllo, vnusquisque sub vite sua, & sub ficu sua, à Dan usque Bersabee, cunctis diebus Salomonis. Et habebat Salomon quadraginta millia præsepia equorum curulum, i. ordinatorum pro quadrigis trahendis, [& duodecim millia] præsepia equorum tequestrum, i. qui erant pro vsu militum equitantium, [nutriebantque eos supradicti regis præfecti sedis & necessaria mensæ regis Salomonis cum ingenti cura præbebant in tempore suo. Hordeum quoque, & paleas equorum, & iumentorum deferrebant in locum vbi erat rex, iuxta cõstitutum sibi.] His obijci potest, quod in lib. 2. Paralip. dicitur: Habuit Salomon quadraginta millia equorum in stabulis. Ad quod dicitur, quod præsepe & quadriga frequenter in scripturis sumuntur pro ipsi equis & iumentis, quæ erant in ipsis præsepis ac quadrigis. [Dedit quoque Deus sapientiam Salomoni,] ad contemplandum diuina, [& prudentiam multam nimis] in rebus humanis ac practicis. Quotidie namque benè viuendo profecit in illis habitibus, & dñs auxit dona sua in rege deuoto. [& latitudinem cordis] i. circumspectionem seu charitatis amplificationem, per quam ad omnes se extendebat, [quasi arenam, quæ est in littore maris. Et præcedebat sapientia Salomonis sapientiam omnium orientalium & Aegyptiorum,] ita quod erat maior philosophus, quæ quam illorum, & eos in scientijs naturalibus superauit. [& erat sapientior cunctis hominibus,] sibi contemporaneis, sub nomine sapientiæ compræhendendo sapientiam quamcumque, tam naturalem quæ inuisam, & scientiam atque prudentiam, in quibus simul sumptis, non habuit maiorem nec æqualem, iuxta sensum præcedenti articulo introductum. [sapientior Ethan Ezrahitæ,] i. de loco Ezrahi sic vocato, qui erat cantor aque Leuita, [& Hemam & Chalchol & Dorda filijs Mahol] i. viris his in sapientia tunc famosissimis. [loquutus quoque est Salomon tria millia parabolas,] non dicitur, quod scripserit eas, sed expressit eas ore ad suos ministros, & ita ex ore eius fuerit collectæ, & in scriptis redactæ, vt fertur, & maior pars videtur fuisse omnia. [& fuerunt carmina eius quingenti millia.] Veruntamen magister in hist. scribit, quod Salomon scripsit librum de modulationibus & canticis, tria quoque millia scripsit parabolarum. Dicitque Glossa, neque carmina, neque disputationes Salomonis habent, & aliqui opinantur, quod libri in quibus cõtinebantur, fuerunt per Chalcholos cõbusti, nec per Esdram sunt reparati. [Et disputauit super lignis] i. de naturis, viribus & proprietatibus arborum & herbarum ac preciosorum lignorum, [à cedro quæ est in Libano,] i. inclusiue à lignis cedrinis, quæ in monte Libano oriuntur, & sunt precipue altitudinis, magnitudinisque; eximie, [usque ad hyssopum] inclusiue, [quæ egredit de pariete,] i. quæ est humilis herba. quæ d. de singulis disputauit à maximo usque ad minimum, atque de intermedijs, declarando eorum naturas, proprietates ac vires, præsertim quæ hominibus possunt prodesse. [& disseruit de iumentis & volucribus & reptilibus & piscibus,] notificando eorum proprietates, cõmoditates & vires, atque per vnumquodque genus parabolam dicens: quæ omnia non habent, vel descripta nõ erant, aut scripta perierunt, tñ inter carmina Salomonis, cõputant aliqui cantica canticorum. [Et veniebat] i. aliqui [de cunctis populis,] in circuiu aut nõ multum remotè cõmorantibus, [ad audiendâ sapientiam Salomonis, & ab vniuersis regibus terræ qui audiebant sapientiã eius,] quodam venerunt ad ipsum. [Spiritu autem rege Salomon regnans super omnem Israel, est dñs & saluator, vniuersorum rex, iudex ac p̄ses fidelium. Per diuersos autem & præclariore officiatos Salomonis, designant discipuli Christi, in diuersis officijs, gradibus ac statibus constituti, quemadmodum ad Corint. scribit Apostolus. Diuisiones ministracionum sunt, idem autem dñs. Et: Quosdam posuit Deus in ecclesia, pri-

Leuit. 23.
Deuter. 7.

Ezech. 45.
Ruth. 3.

2. Paralip. 1.

3. Reg. 4.

Pet. Co. hi-
sto. lib. 3.
Re. cap. 7.

1. Corin. 12.

mum apostolos, secundò prophetas, tertio doctores, deinde virtutes, exinde gratias curacionum, opulationes, gubernationes, gna linguarum. Porro, sacerdos Christi, Petrus princeps apostolorum, qui in apice sacerdotij Christo successit: scribae Christi, S. Euangelistæ, seu Paulus & Nathanael legi peritiam Christi, sacratij. Ioannes Bap. amicus spiritus sancti, sunt 12. bñdicti & pelecti apostoli, quos deus cõstituit principes super omnem terram, quibus ad p̄dicandum diuisit orbem terrarum, quod Christo pabula cum cura p̄buerunt ingenti, incorporando eidem eos quos cõuerterunt ad fidem. Iuda & Israel innumerabiles, quasi in comparabiliter innumerabilior factus est populus Christi-anus, cõtens dño, ac diuina cõtēmplã, edentes & bibentes panem quod descendit de celo, & sanguinem eius in sacramento, & gloriantes in dño. [Salomon erat in ditione sua habens omnia regna, & c.] hoc verè in Christo completum est, de quo fuit p̄dictum: Reminiscens & conuertens ad dñm vniuersi fines terræ. obtuleruntque munera ei seipso & omnia sua, sacra sacrificia laudis, hostiam vociferationis, incensum orationis. [Erat autem cibus Salomonis, & c.] per tam multa, magna & varia cibariorum gna Salomonis, præfigurata sunt spiritalia Christi vberissima, pinguisissima atque dulcissima alimenta, vt potè ecclesiastica sacramenta, panis lachrymarum & cõtitionis, inuisio gratiæ ac virtutis, prælibatio felicitatis futuræ, cõtēplatio diuinorum, abundantia spiritalium gaudiorum, libri sacre scripturæ, & multiplex sensus eiusdem, cõtortatio cordis per opera bona, salutaris doctrina. Currus & equi Christi, sunt prædicatores deuoti, qui ad audiendum corda Christi deserunt & inducunt: virtuosos quoque prælati & viri perfecti, qui in star aurigæ dirigunt proximos per viam p̄sentis exilij ad patriam claritatis æternæ, & tanquam quadriga portant proximos adhuc pusillos, & curam gerunt eorum, atque eorum supportant defectus, iuxta quem modum beatiss. viri Helias & Helisæus vocati sunt currus Israel & auriga eius. Vndè fertur Psal. 67. Currus Dei decem millibus multiplex. Per Esaiam quoque 66. loquitur dñs: Mittam ex eis qui saluati fuerint, ad gentes, in mare, in Aphricam, in Italiam & Græciam, & adducem omnes fratres vestros donum dño in equis & quadrigis. [Et præcedebat sapientia Salomonis sapientiam omnium orientalium, & erat sapientior cunctis hominibus.] Hoc Christo plenissime competit, qui stultam monstrauit sapientiã huius mundi, cuius comparatione sapientes, insipientes censentur, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ atque scientiæ reconditi. [Loquutusque est Salomon 3. millia parabolas,] per omnia illa Salomonis proverbia, documenta ac carmina, designantur sapientia & scientia ac doctrina Christi in euangelio nobis descripta, qui & multa predicauit & docuit, ac plurima egit miracula, quæ nõ sunt descripta. Et uenerunt de cunctis populis ad audiendum sapientiam Salomonis: sic ad Christi ecclesiam cõfluxerunt innumerabiles hoies ad audiendum sapientiam saluatoris in euangelio promulgatam. Ad Christi quoque personam in terris conuersantem, euangelizantem, miraculisque fulgentem, multa millia cõcurrerunt, quæadmodum scriptum est: Iesus cum discipulis suis secessit ad mare, & multitudo à Iudæa & Galilæa secuta est eum, & ab Hierosolymis, & ab Idumæa, & trans Iordanem, & qui circa Tyrum & Sidonem multitudo magna, audientes quæ faciebat, uenerunt ad eum. [Elucidatio cap. 5. Misit quoque Hiram rex Tyri seruos suos ad Salomonem, & c. Art. 8.] Narratur hic, qualiter ad ædificandum templum p̄parauit se Salomon. [Misit quoque Hiram rex Tyri,] quæ fuit metropolis regni, cuius urbis opulentia ac magnificentia Ezech. 27. & 28. describitur. [Seruos suos ad Salomonem,] ad cõgratulandum eius promotioni. [Audierunt enim quod ipsum vnixissent regem super Israel pro patre eius, quia amicus fuerat Hiram] regist David omni tempore. Iquo pariter regnauerunt, seu ab eo die quo amicitiam inuicem cõtraxerunt. [Misit autem Salomon ad Hiram, dicens:] quia em̄ p̄uentus fuit in bonitate & dilectione ab Hiram regè, & bene uolentiam illius expertus in se, fiducialitèr misit ad eum. [Tu scis voluntatè patris mei dauid,] etem̄ adhuc uiuens, insinuauit Hiram regi tanquam amico, p̄positum suum de templi ædificatione. [& quia non potuit ædificare domum] i. templum [nomini dñi Dei sui propter bella imminentia] i. eip̄ per circuitum] à Philistæis, alijsque gẽtilibus, [donec daret dñs eos sub uestigio pedum eius.] i. quousque perfectè subijceret illos patri meo, quo factò, proposuit Dauid rex templum ædificare: sed Deus per Nathan prohibuit eum, quia multum valde effuderat sanguinem, prout 2. Reg. 7. cõtinetur. Non autem fuit Dauid impeditus à templi ædificatione propter magnitudinem expensarum, nec ex defectu operariorum, vt quidam hic scribit, quoniam satis opulētus & potēs fuit, imò ipse absolute proposuit ædificare, & nisi per Nathan fuisset ueratus, protinus incepisset, & erat tam prudens, quod non incepisset ædificare, nisi potuisset & cõsummare. [Nunc autem requiem dedit mihi dñs Deus meus per circuitum, & non est satan,] i. aduersarius uisibilis, [neque occurfus malus,] i. aduersitas seu diffortunitas mihi contingens. Veruntamen inuisibilis ille satan non quieuit à suis indidij. [quam obrem cogito ædificare templum nomini domini Dei mei, sicut locutus est Dauid patri meo, dicens: Filius tuus quem dabo pro te super solium tuum, ipse ædificabit domum nomini meo. Præcipe igitur seruis & operarijs tuis] Tyrijs atque Sidonijs, [vt præciant mihi cedros de Libano,] in quo crescut, scilicet monte illo seu loco syluestri, [& serui mei sint cum seruis tuis.]

Psal. 44.

Ioan. 15.

Psal. 21.
Matt. 21.

4. Reg. 2. 13.

1. Cor. 1.
Col. 1.

Matc. 3.

2. Reg. 5.

tuis. Mercedem aut feruorum tuorum dabo tibi, quicunq; petieris. Scis enim quod non est in populo meo vir qui nouerit ligna cadere. Si arbores tam artificiose abscindere ac ligna aptare, sicut Sidoronij. Cum ergo audisset Hiram uerba Salamonis, letatus est ualde: quia ex dilectione sua ad Salamonem gaudebat de eius prosperitate ac deuotione, & etiam propter propria comoda. Et ait: Benedictus dominus Deus hodie, qui dedit Dauid filium sapientissimum, super populum hunc plurimum. Et misit Hiram ad Salamonem, dicens: Audiui quicunq; mandasti mihi. Ego faciam omnem uoluntatem tuam in lignis cedrinis & abiegnis, in cedris & abietibus. Est aut abies arbor boni odoris, recta, subtilis, Idorus mis, & nocens bestijs uenenosis, ut refert Isidorus. Porro 2. Paralip. 2. habetur, quod Salamon dixit, sed & ligna cedrina & thina & pinea mitte mihi de Libano, quod ibi expositum est. [Serui mei deponet ea de Libano ad mare, & ego componam ea in ratibus in mari,] id est, disponam ut per naues mittantur tibi, [ut] ad locum quem significaueris mihi, & applicaueris ea tibi, & tu tolles ea, praebebisq; necessaria mihi, ut detur tibi cibis domui meae, uidelicet triticum & oleum, quae magis abundant in terra tua, quam mea. [Itaque] Hiram dabat, exhibebat non utique gratis, sed per recompensationem uidualium, [Salamon] ligna cedrina & ligna abiegnis, thina quoque & pinea, iuxta omnem uoluntatem eius. Salamon autem prebebat Hiram, regit 20. millia coros tritici, Corus autem mensura est con tinens 30. modios, ut patuit precedenti articulo. [in cibum domui eius, & 20. millia coros purissimi olei.] olei oliuarum, haec tribuebat Salamon Hiram, regit per singulos annos, quod diu recepit ab Hiram ligna, obsequiisq; praefata. 2. Paral. 2. habetur, quod etiam tribuit ipsi Hiram singulis annis totidem, id est, 20. millia coros hordei, tot quoque bathos uini quot olei. scriptum est enim praefato libro: Triticum ergo & hordeum & uinum & oleum, quae pollicitus es domino mihi, mitte seruis tuis. [Dedit quoque dominus sapientiam Salamonij, sicut locutus est ei. Et erat pax inter Hiram & Salamonem, & percusserunt ambo foedus.] Elegitq; rex Salamon operarios de omni Israel, id est, profelytos conuersos ad fidem & ritum Israelis, siquidem de Israelitica natione nullum fecit seruire, ut infra habetur. [Et erat indictio] summa operariorum illorum, 130. millia uirorum, qui ibant ad operandum in Libano cum filiis Hiram. Unde subiungit: [Mittebatq; eos in Libanum] 10. millia, simul per singulos menses uicissim, uidelicet vno mense unum ternarium illorum 30. millium, & alio mense secundum ternarium, menseq; tertio ternarium tertium, & sic 4. mense rursus mittebatur ternarius primus, ac ita deinceps. [ita ut] duobus mensibus continuis essent in domibus suis, quae quodammodo cum suis uxoribus atq; domesticis, & ad uacandum proprijs rebus, & in hoc patuit sapientia, imò & pietas ac discretio Salamonis. Nam & si profelytos illos immoderate grauasset, forte recessissent a lege Dei quam acceperunt. [Et Adoniram erat super huiusmodi indictionem,] rex quoque patet, quod Salamon per seipsum non elegit 30. millia illa, nec eos sic misit uicissim, sed commisit hoc totum ita agendum huic Adoniram, qui alio loco appellatur Aduram. An uero fuerit idem Adoniram, quod precedente capitulo fertur praefuisse tributis, quod ipse interdum Aduram uocatur, potest in dubium ueri. [Fuerunt itaque] Salamonij, praeter & ultra praefata 30. millia, 70. millia eorum quae onera portabant, uidelicet cedrus & saxa, [et] 80. millia latomorum in monte, Latomi dicuntur caesores saxorum, & extractores eorum de lapidicina. Per montem autem intelligunt pluraliter loca saxosa ac montosa, de quibus lapides illi praecedebant, [et] absq; praepositis qui praerant singulis operibus, numero 3. millium & 300. praecipientium populo laboranti quod quicquid ageret, [et] pro id est, [his] qui faciebant opus. Ibi autem praepositi operum, erant natione Israelitae. Circa haec oritur questio triplex: si enim praefata 30. millia erant profelyti, id est, gentiles ad iudaismum conuersi, & commisit 70. millia portantium onera, 80. etiam millia latomorum, ergo profelyti illi erant simul 180. millia, cui obuiare uideatur illud 2. Paral. 2. Numerauit Salamon omnes uiros profelytos, & inuenit sunt 150. & 3. millia & 600. Denique hic habetur, quod praecipientes populo, erant 3. millia 300. praefato autem Paralip. libro insinuatur fuisse 3. millia & 600. Tertia questio est, quae ex praefato 2. Paral. 2. uerbis elicitur, quod 3. millia illa 300. siue 600. uiri, praecipientes operarijs, erant profelyti, cuius contrarium dictum est. Et respondendum ad primum, quod numerus militum hic positus, non exprimitur cum exclusioe maris. Est quoque conuersio scripturae, in talibus non computare minutias: per quod soluitur questio secunda. Alij tamen dicunt, quod 300. in Paralip. positi, quae excreuerunt, non praerant operarijs immediate: sed eis, tanquam alioribus, dabatur ratio ab his qui immediate praesidebant operarijs illis: quod non uideatur textui 2. Paral. 2. consonare, in quo clarissime dicitur, quod numerauit 3. millia & 600. praepositos operum populi. Potest tamen dictum illud saluari, dicendo quod & 300. isti erant praepositi operum mediate. Ad tertium dici potest, quod ratione connexionis officij, praepositi illi connumerantur profelytis. Multi tamen expositores & author Scholastic. hist. dicunt, quod praepositi erant de Israelitis: si uero quod contendant, fallentiam lib. Paralip. scripturae sentire oppositum, potest se cum textu inuare: nec dubium quod potius standum sit manifeste auctoritati scripturae canonicae, quam Expositorum, si forsitan aliquo modo ad ueritate deuiaret scripturae. Praecepitq; rex Salamon, ut tollerentur, apponantur siue acciperent, lapides grades, lapides preciosos, imputa marmoreos, uel (ut dicere feruntur Hebraei) ponderosos, in fundamentum templi, id est, ad hoc, ut in fundamentum collocarent, [et] quadrarent eos, ipsi latomi

Pet. Co. hist. li. 3. re. ca. 9. 2. Par. 2.

Nem

Nempe ut Iosephus refert, Lapides illi erant tam magni, quod multi eorum continebant 20. cubitos in longitudine, 10. in latitudine, & 5. in altitudine. ideo iustum est, ut latomi eos scopularerent atque quadrarent, scopulos amouerent: quos ita quadratos, dolauerunt cementarij Salamonis & cementarij Hiram. Porro Byblii, artifices de ciuitate Phoenices nomine Byblos seu Biblis, quae fertur fuisse de regno Hiram, praeparauerunt ligna & lapides ad domum aedificandam. Poliebat etenim & sculpebat ligna ac saxa, ex quibus templum costrueretur. sicq; circa tria genera operariorum circa lapides occupabant, uidelicet latomi, cementarij, & Byblii, de quibus Ezech. 27. legitur: Senes Byblii & prudentes. Unde apparet, quod erant famose artificiosi. Quae admodum aut Magister in hist. recitat, fabulant Hebraei, ad erudendos seu scopulandos & coplanandos celerius lapides, habuisse Salamonem sanguinem uermiculi, quod Tamir uocatur, quo aduersi lapides illi, facilliter secebant, quem sanguinem inuenit hoc modo: Erat Salamonij struthio habes pullum, & inclusus est pullus sub vitro uase: quem cum uideret struthio, & habere non posset, attulit de deserto uermiculum, cuius sanguine liniuit vitrum, & statim cofractum est. Postremo iuxta spualitatem, certum est, per Salamonem intelligi Christum per domum Dei, ecclesiam: per Hiram, gentilitatem conuersam: per patrem Salamonis, prophetas & priores has, quod gentilitatem conuertere, atq; ex ea Deo ecclesiam aedificare conati sunt, sed nequerrunt. Porro Christus post suam passionem, resurrectionem & ascensionem fortitus plenam quod eorum, uolens per sanctos apostolos gentilitatem conuertere, & ex ea Deo praeparare ecclesiam aedificare, apostolos suos ad gentiles direxit instruendos ac conuertendos: deinde ad ipsos iam conuersos, misit discipulos alios, imò & ipsos apostolos, quod conuersos a se gentiles, interdum uisitauerunt ac roborauerunt in fide, prout in Actibus Paulus & Barnabas fecisse leguntur. sicq; Christus ex ipsis conuersis gentilibus, adsumpsit multos in adiutorium discipulorum ex iudaismo conuersorum, ita quod ipsi gentiles conuersi simul cum gloriosis apostolis, alijsq; discipulis, praedicare ceperunt euangelicam legem, & praedicare ligna atq; extrahere saxa ubiq; terrarum (uel specialiter in Libano & montibus, hoc est, in florente seculo & tumete mundo, gloriose ac superbiere in sua temporalis prosperitate ac potestate) homines uarios diuersorum morum, excelsos & pusillos, doctos & rudes, duros & medicos, in formare, conuertere, spiritaliterq; circūcidere, & principi tenebrarum auferre, & eos quadrare, id est, ad aequalitatem iustitiae trahere, deinde dolare, polire & sculperre, id est, uirtutibus ac sacramentis multipliciter decorare. sicq; simul fuerunt, & sibi inuicem cooperati uiri serui Christi & serui Hiram, id est, conuersi ex iudaismo, & conuersi ex gentilitate, quorum quidam fuerunt in naturali sapia clari, & facti sunt praedicatores egregij, ut illustissimi atq; sanctissimi uiri, Dionysius, Ignatius, Polycarpus, Clemens, Hierotheus, & alij penè innumerabiles, quod per 30. millia operariorum, septuagintaq; millia portantium onera, & per 80. millia latomorum significandis, pro istis obsequijs & laboribus dedit Christus ipsis conuersis gentilibus & eorum fidelibus principibus omnem mercedem quam postlauerunt, & omnia spualia uitae necessaria alimeta, abundanti panis celestis & olei, hordei ac uini, uidelicet consolationis internae, & pietatis ac aeternitatis & poenitentiae salutaris. Elucidatio cap. 6. Factum est ergo 400. & 80. anno. Art. 9.

Hic consequenter describitur, qualiter ad aedificationem templi processerit Salamon: & primo modo, quo tempore. Factum est ergo 400. & 80. anno egressionis filiorum Israel de terra Aegypti, in anno 4. regni Salamonis, qui tribus praecedentibus annis se praeparauit ad templi constructionem, faciendū ea quae praecedenti capitulo sunt narrata. [mense] Ziph. Maio apud nos, qui tamen partim cum Aprili potest concurrere, ipse est mensis secundus regni Salamonis super Israel, id est, secundus mensis 4. anni praesidentiae eius regalis, [aedificare] cepit domum domino. hoc est, templum ad Dei honorem. Longum est computare per singula annos praetaxatos a tempore exitus Israel de Aegypto, usque ad tempus quod cepta est aedificatio templi: & mirum uideri potest quod ab exitu illo usque ad aedificationis exordium, non fuerint nisi 480. anni, cum in libro Iudicum Iephte legatur mandasse regi Ammon, Habitauit Israel in Hesebon, & in ciuitatibus trans Iordanem per 300. annos, & antequam ceperunt habitare in terra illa, iam 40. anni effluerunt ab egressu de Aegypto: sicq; ad Iephte usque ad inchoationem aedificij templi, non remaneret a numero illo 480. annorum, nisi 140. anni, cum tamen post Iephte legantur filij Israel per annos 40. dati in manus Philistinorum, deinceps praefuit Israeli ipse Heli annis 40. ut patet in primo libro, cui successit Samuel, post quem rex Saul fuit etiam annis 40. quemadmodum in Actibus loquitur Paulus. Post quem regnauit David totidem annis. Iephte quoque praefuit 6. annis ut in libro Iudicum legitur. Et sic multo plures anni fuisse uidentur ab exitu de Aegypto, usque ad templi inceptioem, quam dicitur in textu. Denique Iosephus ait, anno 502. egressionis de Aegypto, qui etiam asserit, ab Abraham usque ad aedificationis exordium fuisse annos mille 200. à diuino, mille 400. ab Adam, tria millia centum & duos. Itaque aduertendum, quod anni praetacti computantur per tempora, quibus rectores filiorum Israel praefuerunt a Mose inclusiue usque ad Salamonem. Scriptura demum non exprimit, quot annos Iosue & Samuel praefuerunt. Idcirco tempus praesidentiae eorum comprehenditur in eorum annis, qui eis successerunt in regimine & iudicio

Ioseph. lib. 9. ant. iu. ca. 2.

Gilblim

Pet. Co. hist. li. 3. re. ca. 9.

Act. 13.

1. Reg. 5. 2. Zio

Iudic. 12.

1. re. 4. 7. 16. 12. Act. 13. 1. Reg. 2. Iudic. 12.

Iose. lib. 8. ant. iu. ca. 2.

cio

premius eius solarium. & a medio in tertium. Ii. supremum templi solarium. & edificavit domum, & consummavit eam. Texit quoque domum laquearibus cedrinis. Ii. trabibus templi affixit laquearia facta de cedro. Porro laquearia, secundum Isidorum, cameram ornant & subtegunt. sicque laquearia notantur, quae tignis affigebantur, ita quae in ipsis quasi illaqueabantur & subiungebantur, per maiori decore. & edificavit tabulatum super omnem domum. Ii. in gyro totius templi in alto, quod fuit tertium tabulatum, de quo satis iam dictum est. Ii. cubitorum altitudinis. Ii. quae clausura tabulati illius, quae erat quasi murus elevatus in extremitate tabulati, ne de illo quis caderet, fuit in altum ascendens per spatium 5. cubitorum, demptis locis, in quibus fuerunt cancelli super quos ascendentes, ibidem se poterant appodiare, & in fraa aspicere. Hinc dicit Petrus Com. De altitudine illorum laterum ignoramus, nisi de supremo, quod habuerit in altitudine cubitos 5. & operuit domum lignis cedrinis. Murus namque seu paries inferioris loci seu mansionis templi, vndique fuit tabulis cedrinis operatus. siquidem parietes erant lapidei, sed operiebant cedrinis. Et factus est sermo domini ad Salamonem, dicens. Ii. dominus per angelum in visione dixit ad eum. Domus haec quam edificas, si ambulaveris in preceptis meis, perseveraverit, & iudicia mea feceris, & custodieris omnia mandata mea, gradus per ea, firmabo sermonem meum tibi quem loquutus sum ad David patrem tuum. Ii. promissionem quam ei feci de successione sololis suae in regno, opere adimplebo. & habitabo in medio filiorum Israel. Ii. in templo isto, exaudiendo ibi preces orantium, & acceptando eorum oblationes atque obsequia, sicque in cordibus eorum per gratiam commorabor. & non derelinquam populum meum Israel. In his verbis videtur Deus salutem, conservationem & gratiam populi constituisse in manu Salamonis regis ipsorum: quae ut ait scriptura, secundum iudicium populi, sic & ministri eius: & qualis est rector civitatis, tales & inhabitantes in ea. ac si dominus diceret. Si tu vixeris virtuose, populus tibi commissus, erit vite laudabilis: si vero cecideris, cadet & ipsi, per magna parte. Veruntamen ista non sunt ita intelligenda, quod solo rege cadente, Deus populum reliquisset, aut templum dirimi permisisset: sed precius futurorum, ita loquutus est dominus, providens casum populi ex regum secururum ruina. Praeterea aliquid dicitur, Deum ista esse loquentem ad Salamonem, quod templi edificatio fuit completa. sed textum sequendo, magis apparet, quod bis ista loquutus sit ei: primo, durante illa constructione, ad confortandum eum in bono incepto: secundum, ad edificatio consummato, ad auisandum eundem, & per habendam cautela in posterum. Quid autem contra hoc obijci posset, tangere inferius & soluet. Igitur edificavit Salamon domum, & consummavit eam. Et edificavit. operuitque parietes lapideis: domus intrinsecus tabulatis cedrinis. Hoc est, tabulis de cedro copulatis, tam pavimento domus versus; ad summam partem parietum, Ii. versus; ad primum solarium, & versus; ad laquearia trabibus affixa. Operuit lignis, ut potest tabulis cedrinis intrinsecus: & texit pavementum domus: quod ex pulcherrimis marmoribus lapidibus fuit factum, & tabulis abiegnis. Hoc est, asseribus de abietibus caesus. Aedificavitque 20. cubitorum ad posteriori partem templi tabulata cedrina. Per tabulata ista cedrina, quae in altitudine erat 20. cubitorum, doctores catholici intelligunt parietem situatam inter partem templi interioris & exterioris, dicitur, quod versus; pars templi, videlicet sanctum, & sanctum sanctorum, extitit aequae alta, scilicet cubitorum 30. & quod 10. cubitorum altitudinis mansit aperta, ut per illam apturam fumus ascendens de altari incensi, quod fuit in parte templi exteriori, intraret in partem templi interioris, quae vocatur sanctum sanctorum: siue (ut alij dicunt) ut dulcis ille vapor aromatum, de altari thymiamatis procedens, intraret oraculum. edificavit itaque haec tabulata cedrina, tam pavimento versus; ad superiora, ut potest ascendendo ad mensuram cubitorum 20. non tamen versus; solarium pertingendo. Veruntamen Hebraei per tabulata ista cedrina, intelligunt partem templi interioris, quam dicitur in altitudine fuisse brevioris parte templi exteriori, in cubitis 10. quae pars exterior fuit 30. cubitorum in alto, ut patuit, & ista 20. ut dicitur, & fecit interioris domus oraculi in sanctum sanctorum. hoc est, exterioris partem templi, divisit ab interiori, per interpositum parietem iam praefatum, ita ut pars illa interior, esset & vocaretur sanctum sanctorum, in quo continebantur arca, & tabulae testamenti, propiciatorium quoque; & Cherubim. Porro 40. cubitorum in longitudine erat ipsum templum per foribus oraculi. Ii. pars templi exterior, quae vocatur hic templum, habuit in longo cubitos 40. ante fores siue introitum sancti sanctorum: quae exterior pars sita erat immediate ante & iuxta ianuam partis interioris: sicque pars illa templum, fuit in duplo longior parte interiori: propter quod, tanquam in duplo maior, illa vocatur hic templum, & sicut tabernaculum Moysi fuit divisum in duas partes per interpositum velum, ut patet Exo. 25. sic divisum fuit templum Salamonis per intermedium cedrinum parietem, imò etiam per velum 4. colorum, quod ante parietem illum pendeat, iuxta illud 2. Paral. 3. Fecit quoque; velum ex hyacintho, purpura, cocco & bysso, quod, secundum glossam, gratia decoris est factum, ut inter parietes deauratos holosericum resplenderet. & cedro omnis domus intrinsecus vestiebatur, hoc est, totum templum in parietibus & in tecto atque sub trabibus, operiebatur cedrinis asseribus, habens tornaturas & iuncturas suas fabrefactas, & calaturas eminetes: hoc est, in ipsis tabulis templi cedrinis, erant cum torno formatae operationes quodammodo artificiosae in ipsis tabularum iuncturis, ne locus iuncturae deprehendi valeret. Erant quoque; in tabulis factae eminetes picturae, puta imagi-

iore, [seruo] tuo, [i. puta] Hieroboam, qui fuit vnus officialium Salomonis. [Istud] iustissimè fecit deus. Nam ex quo Salomon subtraxit & minuit cultum & honorificentiam Dei, decuit eius regium minorari honorem. [Verunt] in diebus tuis non faciam propter David patrem tuum, [quem] in te filio suo volo sic honorare, ad declarandam merita eius. [De] manu filij tui scindam illud, [vt] sequenti enarratur cap. [Nec] totum regnum auferam, sed tribum vnā dabo filio tuo, [i. pter] tribum Iuda, vt quidam exponunt. [Vnde] & quidam ait, tribus Iuda non fuit filio Salomonis data, quia fuit sua. Sed dicit Apostolus. I. Cor. 4. Qui habes quod non accepisti? ideo non fuit sic sua, quoniam etiam data. imò dum dominus dixit hæc, nondum fuit sua, quia necdum cepit regnare. [In]frā quoque, in isto cap. legitur, [Vna] tribus remanebit ei, i. Salomoni seu filio eius: & ibi per vnā tribum intelligit tribus Iuda: idcirco & hic dum dicit, tribum vnā dabo ei, per tribum vnā intelligenda vide est tribus Iuda, quae principaliter ad directam ex intentione data est filio Salomonis. Tribus autem Beniam in quasi ex occasione, quia in medio tribus Iudae manebat. Tribus vero Leui, quia Hieroboam eiecit eam, vt dicitur infra. [Hinc] quoque sequenti habet cap. [Nec] sequutus est quisquam domum David propter tribum Iuda solam. [Propter] David seruum meum, & Hierusalem quam elegi. [i. propter] continuandum cultum meum in vrbe Hierusalem, in qua templum est, & quam ad locum templi ac cultus diuini elegi, quem cultum pūde in alijs tribubus cessaturū, vel propter Hierusalem, i. habitatores deuotos & sanctos quae fuerunt tempore David, & postea ibi. [Suscitauit] autem dominus Salomoni sic transgresso aduersarium, Adad Idumaeum de semine regio, quae erat in Edom, [i. regum] Idumaeorum. [Cum] enim esset David in Idumaea, & ascendisset Ioab princeps militiae ad sepeliendos eos quae fuerat interfecit, [de] Idumaeis ab exercitu David, quos iussit occisos misericorditer sepeliri, quoniam Idumaei & filij Israel nati erant ex duobus fratribus, [Esau] & Iacob, & quoniam Deut. 23. scriptum est, Non abominaberis Idumaeum, quia frater tuus est. [& occidisset] omne masculinum in Idumaea, [Sex] enim mensibus ibi moratus est Ioab & omnis Israel, donec interimeret omne masculinum in Idumaea, [i. fugit] Adad ipse & viri Idumaei, de seruis patris eius cum eo, vt ingrederetur Aegyptum. Erat autem Adad puer paruulus. Cumque surrexissent de Madian hoc est, vrbe seu territorio Madianitarum, Madian quippe interdum est nomen prouinciae, interdum proprium nomen ciuitatis in illa, quoniam; proprium nomen viri nati ex Abraham & Cethura, vt patet Gen. 25. [venerunt] in Pharan, quod quoniam; est nomen vrbis in terra praeta inter Madian & Aegyptum, quoniam; nomen partis deserti inter Aegyptum & Chanaan, vt patet Exo. 16. [Tulerunt]que se cum viros de Pharan, & introierunt Aegyptum, ad Pharaonem regem Aegypti. Qui dedit ei domum, & cibos constituit, & terram delegauit. Et inuenit Adad gratiam coram Pharaone valde, [con]dolenti regio adolescenti, ita fugato, [intim] vt daret ei uxorem, sororem vxoris suae germanam Thaphnes reginae, [Thaphnes] quoniam; est proprium nomen loci sic dicitur in Aegypto, iuxta illud Hierem. 43. Venerunt vsque ad Thaphnes. Hic autem est proprium nomen coniugis Pharaonis reginae Aegypti. Nam subditur, [Genuit]que ei soror Thaphnes Genubath filium, & nutriuit eum Thaphnes in domo Pharaonis. Eratque Genubath habitans apud Pharaonem cum filijs eius. Cumque audisset Adad in Aegypto, dormisse David cum patribus suis, & mortuum esse Ioab principem militiae, [Salomonem] quoque, in fatuatum, vt in Scholasti. hist. additur, [dixit] Pharaoni, Dimitte me, vt vadam in terram meam. Dixitque ei Pharaon, Quia enim re apud me indiges, vt queras ire ad terram tuam? At ille respondit, Nulla. Sed obsecro te, vt dimittas me, [Ad] Idumaeam, de qua natus sum, & iure successione com peteret mihi. [Vnde] & spe atque affectu recuperandam redijt illuc. Subditur de secundo aduersario Salomonis, [Suscitauit] quoque dominus ei aduersarium Rezon filium Eliada, qui fugerat Hadadezer regem Zoba dominum suum. [i. regionis] sic dicitur in Syria, de quo rege dicitur est 2. Reg. 10. [Et] congregauit contra eum viros, & factus est princeps latronum, cum interficeret eos David, [i. quosdam] eorum. [Et] abierunt Damascus, & habitauerunt ibi, & constituerunt eum. [i. ipsum] Rezon regem in Damasco. Eratque aduersarius Israel cunctis diebus Salomonis. [Nec] obest quod dicitur est, Salomonem in summa pace regnasse, & ex omni parte pacem habuisse: quia quod modicum est, nihil reputat. nec Rezon iste audebat aut poterat publice impugnare regem aut populū Israel, sed corde magis quam opere aduersarius fuit regis. Hinc ite elicif, quod non fuit suscitatus a principio contra Salomonem, propter eius pietatem, quia diu iustus permansit, sed permissus a Deo fuit suscitatus ex propria inuidia contra Salomonem, eo quod David latrones socios suos occiderat. Salomone autem infatuato, suscitatus fuit a domino in vltione criminum Salomonis, & tunc magis nocere conatus est. [& hoc] est malū Adad & odiū contra Israel, [Quare] non ait, hoc est malū Rezon? Respondetur quod Adad eosortauit ipsum Rezon contra Salomonem, adiuuirque eum, vt rursus iuuaret ab eo ad obtinendum Idumaeam Salomone inuito. [Regnauit]que in Syria, Hieroboam quoque, filij Nabat Ephraem de Zareda, seruis Salomonis, cuius mater erat noie Zerua mulier vidua, leuauit manū contra regem. [Dixit] aliquid quod Nabat pater huius Hieroboam, fuit ipse Semei quae Salomon interfecit, vt dicitur esse supra. sed hoc falsum videtur, quia vt patuit, Semei fuit de Benjamin, Nabat de Ephraim. [Et] hæc est causa rebellionis contra eum, quia Salomon aedificauit Mello, & coæquauit voraginem ciuitatis David patris sui] hoc

Ibid.
 2. Reg. 8.
 Gen. 25.

Pet. Co. hist. II. 3. Re. ca. 27

3. Reg. 2.
 2. Reg. 16.

hoc est, muros à radice illi? voraginis precipitij seu foueae excidit, & exaltauit, vt eos equaret ciuitati David seu arci Sion in alto, prout istud 2. Reg. 5. magis expositum est. [Erat aut Hieroboam vir fortis & potes, vidensq; Salomon in arte physionomiae peritissimus [adolescens] Hieroboam esse [bonae indolis], à natura bonae inclinationis, & aptum ad prudentiam & virtutes, & industrium, & peripicacem, & constituerat eum pfectum super tributa vniuersi, vel vt aliq; legitur, vniuersae domus Ioseph super vestigalia recipienda, & per domum Ioseph quidam intelligunt tribum Ephraim & Manassae, alij tribum Ephraim, & mediam tribum Manassae habitantem citra Iordanem, quod verius reor. Alia namq; medietas tribus Manassae, sita vltra Iordanem, coputabatur cum tribubus Ruben & Gad, quae habuerunt suos pfectos, dicitur aliq; qd Salomon primo constituit eum pfectum edificij Mello, deinde super vestigalia domus Ioseph, quod Magister in hist. tenet. Alij, qd primò posuit eum in officio pfecture pdictae, postea super edificij opus, propter quod indignat, qd de maiori officio ad minus depositus fuit, exiuit Hierusalem, sed primò verius affirmatur. Cum em fuisse Salomonis iudicio aptus ad tam magnum officium, non est verisimile, qd posuerit eum in tam paruo officio: sed cum industria eius fuisse expertus in minori, ad maius eum pmouit, & hoc etiam Iosephus dicit. nec ppter operis illi? non diu durantis pfecturam, oportuisset eum à maiori depoeni officio. Deniq; si de illa depositione fuisse indignat, fuisse ambitiosus, & per consequens indignus regali pfectura super populū adhuc fidelem, quod non apparet. Nam eo tempore quo neus sibi pdixit, qd pmoueret eum in regem super decē tribus, videtur fuisse dignus & bonus. Quiddam Hebraei dicit, qd Hieroboam redarguit Salomonē ob hoc, qd locum illum Mello fecit claudi, quem David dimisit apertū, propter deuotionem venientium in Hierusalē in festis pceptis. vnde Salomon indignatus, eiecit eum. [Factum est igitur in tempore illo, vt Hieroboam egredere de Hierusalē, & inueniret eum] non casu, sed ex pfectione & admonitione diuina, [Abias Sionites, ppheta] oriundus de oppido Silo aut comoratus ibidem. [in via, opertus pallio nouo. Erat aut duo tñ in agro. Apprehendensq; Abias pallium suum nouum, quo coopererat] quod tūc ex pposito induit, tanq; rem nouam nūciaturus, & viro nouiter in regē pmouēdo locuturus, atq; vt ex noui pallij tam multiplici scissioe, ppheta sua magis attenderet ac crederet. [scidit illud in duodecim partes] iuxta numerū tribuū Israel, non ex infania, sed qd pphetae frequēter pphetauerunt, non verbis duntaxat, sed etiā rebus, quae dmodū Ezechiel fodit parietē, & exiuit p eum efferēs vasa trāsmigrationis, sic & Esaias iuit discalceatus & nudus, Hieremias posuit lineas catenas in collo suo. [Erat aut ad Hieroboam: Tolle tibi decē scissuras] i. decē partes pallij scissi ad pfigurandū qd super decē tribus regnabis. [Hæc em dicit dñs Deus Israel: Ecce ego scindā regnū de manu Salomonis, & dabo tibi decē tribus. Porro vna tribus remanebit ei, propter seruum meum David, & Hierusalē ciuitatē, quā elegi ex oibus tribubus Israel, eo qd dereliquerit me, & adorauerit Astharten deam Sidoniorū, & Chamos deum Moab, & Moloch deum filiorum Ammon, & non ambulauerit in vijs meis, vt faceret iustitiā corā me, & pcepta mea, & iudicia, sicut David pater eius. Nec auferā omne regnū de manu eius, sed ducē ponā eum cunctis diebus vitæ suæ propter David seruum meum, quē elegi, qd custo diuit mādāta mea & pcepta mea. Auferā regnū de manu filij eius, & dabo tibi decē tribus. Filio aut eius] hoc est, Roboā filio Salomonis, [dabo tribum vnā] hinc expositū est. [vt remaneat lucerna] i. clarum memoriale seruo meo David, cū dicit dieb' corā me, in Hierusalē ciuitate, quā elegi vt esset nomē meū ibi. Te aut assumā, & regnabis super oia qd desiderat anima tua, erisq; rex super Israel. Si igit audieris oia qd pcepto tibi, & ambulaueris in vijs meis, & feceris quod rectū est corā me, custodiēs mādāta mea & pcepta mea, sicut fecit David seruus meus, ero tecū, & edificabo tibi domū fidelē, quō edificauit David domū, & tradam tibi Israel, & affigā semē David super hoc. Jhoc est, de hac regni Dauidici diuisione affigā posteros atq; domesticos Salomonis, qd in corporalib' filij qñq; puniunt p peccatis parentū, p vt declaratū est scpiūs. [Veruntū non cūctis diebus.] Nam vt infra habet, regnū decē tribuū, habuit sine sub rege Osee tempore Ezechie, vel ideo dictū est hoc, qm qdā boni de semine dauid descendētes, non doloerit de illa diuisione, in quantum fuit opus diuine iustitiæ. Aliq; verò etiā Hebraei, exponūt hoc, qd in aduētū Messiae oēs trib' Israel colligēt sub Messia dño, sicut in Zacharia, Ezechiele & Esaiā pdictum est, & vera est expositio ista, quō non secundū infidelū Iudeorū intentionē. In Chiso qd pe adunati sunt elei Iudaei ex cunctis tribubus Israel cōuersi, qd erat valde multa millia, vt partim patet in Actibus. [Insuper, post rediū à Babylone pferūt oibus illis reueris, eorumq; posteris, Zorobabel, & alij qdam de tribu Iuda, de qua Machabaei ex vna parte fuisse legunt.] Voluit ergo Salomon interficere ipsū [Roboam]. Jex hoc apparet qd Salomon pcepit ea qd Abias ppheta pdixit huic Roboam de pmtione sua ad regnū: & si ob hoc voluit eum occidere Salomon, vt litera sonare videtur, fuit hoc magna excecatio, ambitio, impatiētia, quasi vellet & posset impedire, ppositū dei de regni diuisione, quod & sibi à deo fuit pdictum. [Porro Magister in hist. ait, qd Hieroboam verbis Prophetæ auditis, intumescens, suafit populo, vt à Sa-

ret. Co. hist. li. 3. re. ca. 27

Iose. lib. 8. an. lu. ca. 7.

2. re. 12. Esa. 20. Hier. 28.

4. Reg. 17.

Zach. 10. 2. re. 34. & 37. Esa. 19. & 44. Act. 2. 4. 6. 1. Ed. 1. 3. 1. Mach. 2. 3.

Pet. Co. hist. li. 3. re. ca. 27

Jamone recederet. & alij dicunt, qd animatus verbis Abiae, cepit alios incitare ad rebellandū Salomonis, & murmurare aduersus eum, quod si verum est, fuit culpabile: qd vt patet in textu, Abias inter cetera pdixit Hieroboam: Ducem ponam eum, videlicet Salomonem, cunctis diebus vitæ suæ. Auferam aut regnum de manu filij eius. Et iterum: Si audieris oia quæ pcepto tibi, sicut fecit David, ero tecum. Ideo debuit virtuosē secundū Deum procedere, non ad rebellionem inducere. [Qui] Hieroboam [surrexit & aufugit in Aegyptum ad Sefac regem Aegypti. Jiste rex fuit alter à Pharaone, cuius filia vxor fuit Salomonis. imò & Iosephus scribit, hic vltimus regum Aegypti appellatus est Pharaon, quod est nomen cōmune, interpretaturq; regnās. Veruntū postea fuit Nechao, qd vocatur & Pharaon, vt infra 4. Reg. 12. asseritur. Ad quod poterit rñderi, qd non fuerunt oēs per ordinem ita vocati, post mortem Pharaonis præfati vt antē. [& fuit in Aegypto vsque ad mortem Salomonis. Reliquum aut verborum Salomonis, & oia quæ fecit, & sapia eius, ecce vniuersa scripta sunt in libro verborum dierum Salomonis.] Per quem librum qdam putauerunt librum Paralipomenon intelligendū, qd καταλειπομένων latinē interpretatur verba dierū, quod stare nō potest, qd nec in Paralipomenon scripta sunt reliqua verba & opera Salomonis, imò 2. Paral. 9. sic legitur: Reliqua verò operū Salomonis priorū & nouissimorū, scripta sunt in verbis Nathan pphetae, & in libris Abiae Sionitis. In visione quoq; Addo Videntis. Idcirco liber iste dierum Salomonis, creditur nō haberi, & forsā à Chaldæis fuit cōbustus, forsā etiā per librum istū intelligunt pluraliter illi libri in Paralipomenon allegati. [Dies aut quos regnavit Salomon in Hierusalē super oēm Israel, 40. anni sunt. Dormiuitq; Salomon cum pribus suis, & sepultus est in ciuitate David prīs sui, regnauitq; Roboam filius eius pro eo.] [Circa ppheta] qritur, quot annorum fuerit Salomon, qñ in cepit regnare. Ad quod certitudinaliter rñdere difficile est propter verba scripturæ qd hinc inde vident diuersimodē indē sentire, & qd expositores sup hoc diuersimodē sentiūt, tam catholici qd Hebraei. Nempe Magister in hist. ait, Salomon duxit vxorem filiam Pharaonis, de qua (vt aiūt Hebraei) genuit filiū, quasi cōtra naturam, cum adhuc 11. ageret annū. Iosephus quoq; testatur: Mortuus est Salomon valde lōgæus, qd regnavit annis 80. vixit autē annis 94. sed diuina scriptura eos tñ exprimit annos qbus regnavit, anteq; puariicaretur. & hæc verba inducit magister in hist. pro solutiōe qñtionis, qua qrit, qua ratiōe dicit Salomon senex fuisse, cum modicum vltra 50. annos legatur vixisse. Roboam em 40. & vnus anni erat, patre suo Salomone defuncto, quem Salomon cum 11. esset annorum, genuisse perhibet. [Præterea, circa hæc recitat Lyra: Occurrit hic dubium, qualiter dicatur Salomon senex fuisse, qñ deprauatus fuit per mulieres, qd dicit R. Salomon, & alij Hebraei, qd erat tñ 12. annorum, qñ cepit regnare, & in isto cap. dicit, qd 40. annis regnavit, & sic vixit tñ 52. annis, ipse aut deprauatus fuit per mulieres ante mortem suam, per 6. annos aut circiter, qm edificauit templū idolorum pro vxoribus suis postq; fuit deprauatus, in quorū edificationibus fluxerunt plures anni. & sic qñ fuit deprauatus cor eius, non videtur habuisse vltra 46. annos vel circiter, ex tali aut ætate nullus dicitur propriē senex. hic addit: Ad hoc aut rñdit Magister in hist. qd Salomon regnavit 80. annis, ad quod allegat Iosephū dicentē, scriptura tacet 40. annos regni sui, qbus impiē vixit, sicut de Saule dicitur supra primo libro, qd duobus annis regnavit, & tacet decem & octo anni, qbus malē se habuit, sed istud reprobat Lyra, adijciens: De dicto magistri parūm est hic curandū, qm cōtradicit sibi ipsi & scripturæ. Nam dicit qd Salomon 11. annorum genuit Roboam & qd Roboam patre suo mortuo, fuit 41. annorū, in qua etiā ætate cepit regnare, vt infra dicit, sicq; reuertitur primum dictum, videlicet qd Salomon vixit tñ 52. annis. deinde rñdet iuxta ppriam mentē, addendo: Saluo meliori iudicio, videtur dicendū, qd Salomon postq; 40. annis regnavit, mortuus est, & successit ei in regnum filius eius Roboam, habens 41. annos, sicut dicit scriptura. sed qñ Salomon cepit regnare, non solum habuit 12. annos, vt ab alijs dicitur, sed non probatur, nec ex ipsa scriptura habetur, qd exprimit annos regni sui tñ, non aut oēs eius, qñ cepit regnare, nec annos totius vitæ suæ, imò habuit 20. annos vel plures in principio regni sui: & sic, qñ mortuus fuit, habuit ad minus 60. annos: & ita cōueniēter potest dici, qd post 50. annos ætatis suæ deprauatus fuit per mulieres, & tūc poterat dici senex, qm & Leuitæ completo anno vitæ suæ 50. seruire cessabāt in tabernaculo, tanquā senes, vt habetur Leuit. 9. & ex hoc patet qd Salomon nō genuit Roboam vnde decem vel decem annorum, sed multo plurium, quia cōtraxit cum matre ipsius Hieroboam post suam coronationem. Deinde Lyra contra hæc objicit, quia Hieronymus in epistola ad Vitalem presbyterum de Salomone & Achaz videtur dicere, qd Salomon 11. annorum vel minus genuit Roboam, & qd 12. ætatis suæ anno, accepit regnum. & soluit istud, dicendo qd Hieronymus non loquitur ibi asseritiuē, vt manifestē patet ex sine eiusdem epistolæ. sed supposito, qd tunc regnare inceperit, & ipsum Roboam genuerit, ita vt dictū est, rñdet, quō hoc sit possibile, adducēs ad hoc exēplū cuiusdam mulieris nutritis paruulū, qd in eodē cum calecto iacebat, & cum 10. annū impleffet, & ipsa calefacta fuisset vino, induxit puerū ad carnalē copulā, & sic alijs noctib' sequētibus, qd de puero illo

3. Reg. 3.

Iose. lib. 8. an. lu. ca. 7.

Pet. Co. hist. li. 3. re. ca. 5. Iose. lib. 8. an. lu. ca. 7.

Pet. Co. hist. li. 3. re. ca. 27

R. Salomon

Pet. Co. hist. li. 3. re. ca. 27 Iosep. lib. 8. an. lu. ca. 7.

3. Reg. 14.

Hieronymus

Hieronymus. illo cōcepit, & infra duos mēses vterus eius intumuit. Hieronymus tñ attribuit hoc magis virtuti diuine, q̄ naturę, vt occultum facinus per euidēs signum panderet. & sic arguendū est ad oppositum, q̄ Salomon virtute naturę non genuit Roboam cum 11. esset annorum. Hęc Lyra. In cuius verbis multa continent incerta, & q̄dam quę nō vident posse saluari, & primò, prosequendo id quod ad B. Hieronymi verba rīdet, appareat dicendū, q̄ ipse S. Hieronymus in illa ad Vitalem epistola p̄supponit pro verò, q̄ Salomon 12. existēs annorum, cēpit regnare. sic etiam ait: Deprecaris vt exponam tibi causas, quare Salomon & Achaz 11. annorum, filios genuisse dicantur. si em̄ 11. anno Salomon super Israel accepit imperiū, & 40. annis regnauit, filiusq̄ eius Roboam 40. annum ageret ætatis, patri successit in regnum, perspicuū est, 11. annorum fuisse Salomonem vel 10. q̄ videlicet genuit Roboam. Quis crederet, vt 11. annorū puer generet filium? Multa & alia in scripturis dicunt, quę vident incredibilia, & tñ sunt vera. Neq̄ em̄ valet natura cōtraturā dñm. Deinde in illa epistola multipliciter persuadet, illud nec impossibile, nec incredibile reputari debere, nec dubium esse potest diligētē legenti illam epistolā, quin istud fuerit de mēte Hieronymi, p̄sertim qm̄ & in alijs multis locis idē testatur. siq̄m & in epistola ad Rufinū presbyterum scribit: Interpretatio iudicij Salomonis super iurgio duarum mulierū meretricum, q̄tūm ad simplicem historiam pertinet, perspicua est, q̄ puer 12. annorum cōtra ætatis suę mensurā iudicauerit de intimo humane naturę affectu, vnde admiratus est & timuit oīs Israel. super Esaiam quoq̄; idipsum testatur, vt infra tangetur. ¶ Præterea, cum Iosephus alijq̄; Hebræorum doctores & expositores p̄cipui in isto gñaliter satis cōcordent, verisimile est, q̄ a senioribus & maioribus suis sic acceperūt & didicerunt. Nec verum est quod Magister in hist. cōtradicit scripturę, imò quicqd̄ scriptura de ista materia narrat, ipse cōcedit, nec ipse ex persona sua affirmat, quod Salomon regnauit annis 80. sed recitat Iosephi verba & Hebræorum opinionem. ¶ Amplius, incertum oīno est, quod Lyra affirmat Salomonem habuisse 20. annos vel plures, qm̄ incepit regnare, nec ipse hoc probat, nec videtur cōsonare scripturę, qm̄ 1. Paral. 19. legitur David dixisse maioribus Israel, Salomonem filium meum elegit Deus adhuc puerum & tenellum. sup̄r quoq̄; scriptum est 3. Reg. 3. quęadmodū Salomon qm̄ à Deo accepit sapientiā, dixit: Et nunc dñe Deus, tu regnare fecisti serū tuum pro David patre meo. Ego aut̄ sum puer paruulus, ignorās egressum & introitum meum. hæc aut̄ non vident cōuenire homini virilis ætatis. Nam quis in scripturis viri frequēter vocent̄ pueri, non tñ pueritelli & paruuli. Nec David vocauit Salomonē puerum & tenellū, respectu regim̄is ei imponēdi, sed ratione ætatis, & qā inter fratres suos iunior fuit, & qm̄ intendebat populo persuadere, vt p̄mōtioni Salomonis filij sui p̄berent cōsensum, nō ita paruificasset eum, nisi absolutē tam tenellus fecisset. Nec obstat, q̄ David dixit ad Salomonem, Vir sapiens es: qā super Esaiam scribit Hieronymus, vocauit eum virū, non ratione virilis ætatis, sed ob maturitatem morum, atq̄; prudentiā. sed si ita quis teneat, restat videre, qualiter Salomon asserat in sua senectute deprauat̄ per mulieres, cum iuxta hæc videatur vixisse non vltra 50 & 2. annos. Ad quod in p̄allegata ad Vitalem, epistola rīdet Hieronymus. Ad summā dici potest, q̄ in regno dauid regis, Salomon cum 12. esset annorum, obtinuerit solium, & postea, qā scriptura hoc rēliq̄t incertū, vixerit ipse dauid aliquot annos, regnante suo filio Salomone, q̄ sibi & non Salomoni deputent̄, & mortuo ipso Dauid, postea Salomon filius eius regnārit annis 40. q̄bus sine patre regnauit, atq̄; ita & initiiū regni Salomonis, & tēpus quo solus ipse regnauit, ab historia demonstrat, nec tñ oēs anni vitę Salomonis 52. annorum circulis cōtineri, si aut̄ dubitas q̄ regnantib⁹ filijs, patrib⁹q̄; eorum viuētib⁹, non filijs tēpus regni eorum, sed patrib⁹ computetur. lege regnorum volumē, & inuenies q̄ Ozias rex Iuda, postq̄ lepra percussus est, habitauit in domo separam̄, & fili⁹ eius ioathan imperiū rexit, & iudicauerit populū terrę vsq̄; ad diem mortis patris sui, & tñ post mortē illius cum 25. esset annorum, 16. annis regnasse dicatur, q̄bus solus regnauit. Hęc Hieronymus. ¶ Insup̄r prorsus incertum est, nec ex aliqua authentica p̄ba ri potest scriptura, q̄ Salomon non nisi 6. annis aut circiter fuit deprauatus per mulieres, sed videtur diutius vixisse in tanta libidine, cum habuerit tot vxores reginas & tot cōcubinas, imò & adolescentulas, atq̄; vt verbis vtar Hieronymi in epistola ad Vitalem presbyterū, tot scorta quorum non erat numerus, tot phana cōstruxerit cōiugibus suis idolorat̄. De hac demum materia tam diffusē cōscripsi non aliqd̄ asserendo, sed magis, ne quis in re tam obscuro aliqd̄ incauē affirmet, aut venerandos patres irreuerenter expediat. ¶ Postremò, R. Paulus sic ait: Rationabiliter dici posset, q̄ Salomon dicendus fuerat senex, cum ferē esset 50. annorum, qā ætates mensuratur, non solum secundū annos vel secundū ea quę ad incrementū aut diminutionem corporaliū virium pertinet, sed etiam respectu iuē secundū status moresq̄; personarum, sic q̄; Salomon respectu tantę scientię sibi datę & dignitatis suę, senex tunc vocabatur.

Hieronymus. De spiritali eiusdem capituli sensu. Art. 19. Historia huius capituli multipliciter atq̄; salubriter admonet nos & informat, ne q̄s vnquam de

de viribus suis p̄sumat, de scientia sua se iacet, de parētum sanctitate cōfidat inordinate, aut in dignitate & eminentia, prosperitate & fama, donisve gr̄a gratis datę inaniter gloriē, sed in omnibus iugiter timoratus, custoditus, atq̄; sollicitus coram Deo cōsistat, in vera & sancta humilitate semper persistēs, ac oīm suā fragilitatē, defectuositatē, & pronitatē ad malū incessabiliter p̄sens, ac tanti viri istius, videlicet Salomonis, tam admirabilē ac miserabilē ruinā perpendēs, nec propter perita merita sua, periculosa securitate pigrescēs. Ecce em̄ Salomon iste sanctissimū David filium, tanta sapientia, fama, prosperitate p̄fulgens, prophetiæ dono ornatus, copiosissimis documentis abundans, & diu in veris virtutibus Deo fidelis, & p̄clarissimū tēplum ei molitus, ad tam extremā & infinitā insipientiā, ad tantā impietatum voraginē, ad tam sordidissimā & inuerecundissimā carnalitātē est deuolutus, lapsus, demersus, vt nemo de hoc sufficiat admirari, p̄sertim q̄ desup̄r correptus, & cōminatōib⁹ auifatus nō cessauit, & subditis suis totiq̄; regno suo, imò & seculo vniuerso tantā scādalo sitatē p̄buit & reliquit, in quo clarissimē patet ineffabilis & semper deflenda humanę cōditionis fragilitas, atq̄; in om̄e malum procliuat̄. Iugiter ergo & profundissimē humillemus nos ipsos, & qui stat, videat ne labat̄, nec gloriē sapiens in sapientia sua, & cui plus datum est, amplius vereat̄. ¶ Præterea perpendamus ad q̄ horribilia crimina trahat luxuria, & immundissima illa voluptas, q̄ & sapientissimum virū hunc ad tam ridiculosā feminarum, vxorū, cōcubinarum, scortorum multitudinē traxit, & insup̄r ad idololatriā perduxit eundē, heu q̄lter sceditas illa obtenebrat hoīem, vt nec Deum nec hoīem vereat̄, nec de sua turpissima & scandalosissima vita verecundē, & nō solum nō acquiescat correptioni & informationi humane, sed nec angelico, neq̄; diuino obtēperare curet instinctui, quęadmodū scriptura fatetur: Impius cum in profundū venerit peccatorum, cōtemnit. Ecce q̄lter paulatim fit lapsus ad deteriora, quia peccatū quod per p̄nitentiā nō deletur, suo mox pondere trahit ad aliud. Hoc quoq̄; p̄fandū, q̄ is cui maiora gr̄a dona sunt p̄sita, & qui ad virtuosiorē teneat vitam, in immatura cadit facinora, dum propter suos excessus iustē à Deo relinquit. Ecce q̄ periculosum est in hoc seculo prosperari, abundare diuitijs, & vndiq̄; reputari, ocio & torpori locum p̄bere. Ecce q̄lter impia cōsuetudo incorrigibilitatē inducit. ¶ Præterea legit Salomon specialiter deseruisse idolis trib⁹, videlicet Astarthi deę Sidoniorū, per quā efformata designat libido. Nā & Astartes p̄asmationis superfluitas designatur, luxuria quippe semper quærīt superflua, cum natura modicis minimisq̄; cōtēta noscatur. In hoc sequunt̄ Salomonē libidinosi, quorum deus venter est, & gloria in pudendis eorū. Coluit quoq̄; Moloch, quod interpretat̄ rex eorum: per quod notatur superbia, in quo sequuntur eum ambitiosi & animosi, qui intanrū suā p̄sidentia appreciant & amant, vt persequant̄, ac de vita hac tolli cupiant eos: per quos principatu suo priuari venent. Coluit etiā Chamos, quod interpretat̄ cōgregans, per quod auaritia figuratur, opulentiam namq̄; quærūt lasciuī, qua suarū obiecta deliciarū, quęadmodū etiā Salomon propter has tres idolorum culturas acq̄sivit specialiter tres inimicos, videlicet Adad Idumæū, Razon Syriū, atq̄; Hieroboā Israelitā: sic q̄ p̄satis vitijs obsequunt̄, tres specialiter aduersarios fortiunt̄, vt potē mundū, q̄ in clinat ad auaritiā: carnē, quæ ad cōcupiscentiā mouet: diabolū, qui ad superbiā trahere nitit̄. ¶ Postremò, ex isto docemur cap. q̄ propter scelera principum trāsferant̄ regna ac principatus de gente in gentē, & de vno ad aliū. Nā sicut clementia roboratur thronus regis, sic per crudelitātē atq̄; tyrannidē eradicatur. Hinc scriptū est in Ecclesiast. Principatus sensati stabili erit. In Prouerbijjs quoq̄; Rex q̄ iudicat in veritate pauperes, thronus eius in æternū firmabit̄. Nepe vt in Daniele habet̄, Deus mutat tēpora & ætates, trāsferit regna atq̄; cōstituit. Hinc rursum in Ecclesiast. legit̄: Regnum à gente in gentē trāsferetur p̄pter iniustitias & iniurias & cōtumelias & dolos diuersos. & rursum ait scriptura: Sedes ducum superborum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis. Nepe vt ait beatissima virgo, Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Lucæ 11.

Expositio cap. 12. Venit autē Roboam in Sichem &c. Arti. XX.
Traciatum est hucusq̄; de vnico Israeliticę plebis regno, in quo vnus p̄fuit illi populo vniverso: nunc & in sequentibus de eodē agitur regno bipartito, sicut patebit. Venit autē Roboam filius Salomonis cum suo exercitu [in Sichem] i. in locū seu oppidū sic vocatū, de quo in Genesi legitur: Misit Ioseph de valle Hebron, venit in Sichem, de quo etiā in Iudicum lib. multa legunt̄. Deniq̄; Sichem etiā proprium nomē est viri, de quo in Gen. habet̄, Egressa est Dina, quā cum vidisset Sichem princeps terrę illius. Illic em̄ cōgregatus erat om̄is populus Israel. I. q̄dam de omnibus tribub⁹ & principaliores, demptis his qui venerunt cum Roboam, qui p̄fixit eis locum ibidē: quia fuit locus famosus, & in tribu Ephraim situs, q̄ tribus post tribū Iudę fuit egregia, atq̄; vt q̄dam addit, fuit q̄s in medio regni, quod nō videt̄, qm̄ super lib. Iudicū dictum est sæpe, & expositores cōiter dicūt hoc, q̄ tribus Iudę & tribus Ephraim, tanq̄ cæteris fortiores foret & mansionē acceperūt in extremitatibus Israelitici regni pro totius munimine populi, vna ab vna parte, & alia ab altera. additq̄; idē, fuit etiam ibi primus rex Israel, s. Abimelech institutus, ideo

Hebr. 6.
 1. Corin. 10.
 Hierem. 9.
 Luca 12.
 Prouer. 18.
 Gregorius
 Philip. 3.
 Prouer. 20.
 Ecc. 10.
 Prouer. 29.
 Daniel. 2.
 Ecc. 10.
 Ibidem
 Lucæ 11.
 Gen. 37.
 Iudic. 9.
 Gen. 34.

ideo populus fuit ibi cōgregatus. Et instituentū eum regē: quod propter duo stare non potest primō, quia Abimelech fuit iudex, nō rex. Vnde in lib. Iudicū de ipso est mētio. & quōs scriptū sit, quod cōstituerunt eū regē, nō tñ cōstituerūt regē super duodecim tribus, sed super Sichimitas: idcirco nō fuit rex Israel, imō Saul primus rex Israel fuit, vt patuit. 1. lib. Vnde in Actibus asserit Paulus quod Deus primō dedit iudices vsq; ad Samuelē, & exinde postulauerūt regē, & dedit eis Saul, istud Bēda, Rabanus, alijq; affirmāt. Vnde magister in lib. ait: q̄ritur, quomōdō Saul primus rex Israel dicit? Ad quod r̄ndet, quod propter regimē vniuersale, Abimelech autē solum regnauit in Sichimitis. Secundō, quā totū negotiū Abimelech, fuit tyrannicū, ambitiosum & pessimum, nec inter iudices à dño fuscitatos, & in quibus spūs dñi fuit, est cōputandus, vt pater in lib. Iudicū, ideo propter eius p̄motione in Sicheim factā, aut ob illius honorē nō cōuenerunt ibidē. [At verō Hieroboam filius Nabat, cum adhuc esset in Aegypto, p̄fugus à facie Salomonis regis, audita morte eius, reuersus est de Aegypto] cōfide se promouendū in regē, prout ab Ahia p̄pheta sibi erat p̄dictū. [Misericōrdiā] viri de tribu Ephraim, & alij multi, [et] vocauerunt eū, vt intereret noui regis creationi. Nā erat vir fortis & potēs, atq; industrius bonēq; indolis, ideo volebat eū vti cōsilio. [Venit ergo Hieroboam, & oīs multitudo Israel, & locuti sunt] p̄serim decē tribus, & vnus ex parte oīm [ad Roboam, dicētes: Pater tuus durissimū iugū imposuit nobis quibus nō intelligit de iugo tributū, aut viliū operū seruitute, cū dicitū sit supra de filiis Israel, Nō fecit seruire quēquā, sed de persoluitone vti cōsilio] in expēsas ipsius regis. Dicitū est quoq; antē, quod Salomon habuit duodecim p̄fectos super oēm Israel, i. super duodecim tribus, quib̄ bebāt annōnā regi per singulos mēses, quā leuabāt à tribubus ipsiis: quod fuit nō modicū onus, quā sumptus Salomonis fuit grādis, vt supra per ius narra. forsan etiā Salomon post suā infatuatiōē aliqd̄ plus exegit à populo in cōstrucōne phanorū & aliorū magnorū in utiliumq; cū mulieribus sumptū. [I]taq; nūc imminue pauissimō, & de iugo grauissimo quod imposuit nobis, & seruiemus tibi. Qui ait eis: Itē] ad p̄pria [vt q; in dicēterū] remanentes in locis vestris, vt interim bona delibēt. [et] reuertimini ad me. Cūq; abisset populus, iniit cōsiliū rex Roboā cū senioribus quā assistebat corā Salomone p̄fe eius, cum adhuc viueret, & ait eis: Quod datis cōsiliū, vt r̄ndeam populo? hoc ipsum fuit prudentiā, quod primō à senioribus illis q̄sūt cōsiliū, quā erat valdē experti, prudētēs, maturi, atq; vt scriptū est in lib. Iob: in antiqs̄ est sapientia, & in multo tēpore prudentia. In Ecclesiastico quoq; q̄specio sum est à veteranis q̄rere sapiētia. [Qui dixerūt ei: Si hodie] i. tēpore isto obedieris populo huic & seruiaris, & petitioni eorū cesseris] hoc est, eorū acq̄uieris petitioni, sicq; obedire sumit hic extensē. Nā p̄prie spectat ad inferiores. [loquutusq; fueris ad eos] leuia, erūt tibi serui cūctis diebus] vixit suz. [Qui dereliquit cōsiliū senū, quod dederūt ei,] Iga erat rudis, superbus, carnalis, ideo verba humilitatis & sapiētiae ei nō sapiebāt. [et] adhibuit adolescentē quā nutriti fuerāt cū eo, & assitēbat illi. Iq; Sed quāri potest, quomōdō erāt adolescentēs, q̄ erāt cum eo nutriti, cum ipse esset iā q̄draginta vnus annorū. Dicit potest quod adolescentia sumit hic largē, p̄t iuuentutē includit huc pro iuuentute, sicut in Ecclesiaste legit: Latere iuuenis in adolescentia tua. Hinc 2. Paral. dicit, quod cum iuuenibus tractare cōepit. Veruntū iuxta Glossam dicunt adolescentēs seu iuuenēs nō atate, vel nō solum atate, sed potius animo & moribus. q̄ Præterea, secundū Hieron. & Glossam, seniores à quibus Roboā petiuit cōsiliū, fuerunt (vt dicunt Hebræi) Banaias & Achiel, in Scholastica autē narra hist. q̄ erāt Zadoc, Banaias, Ioiada, & reliq; principes Salomōis. [dixitq; ad eos: Quod datis mihi cōsiliū, vt r̄ndeam populo huic, q̄ dixerunt mihi: Lenius fac iugum quod imposuit pater tuus super nos? Et dixerunt ei iuuenēs, qui nutriti fuerāt cum eo: Sic loquere populo huic, q̄ locuti sunt ad te, dicētes: Pater tuus aggrauauit iugum nostrū, tu releua nos. Sic loqueris ad eos: Minimus digitus meus grossior est dorso p̄fis mei. I hoc est, multo maior est rigor discipuli nā iurisdictionisq; meæ & potentia mea q̄ patris mei, ita vt parua pars rigoris atq; vigoris mei, magnā partē rigoris patris mei excedat. Istud fuit puerile & stultū cōsiliū ab inexpertis p̄batū, & iuuenili audacia datum. Vnde 2. Paral. 10. serf, q̄ r̄ndērunt ei, vt iuuenēs in delicijs secum nutriti, [et] nunc pater meus posuit super vos iugum graue, ego autē addā super iugum vestrum. Pater meus cecidit vos flagellis, ego autē cecidā vos scorpionibus. Venit ergo Hieroboā & oīs populus ad Roboā die tertia, sicut locutus fuerat rex, dicēs: Reuertimini ad me die tertia. R̄nditq; rex populo dura, derelictō cōsilio seniorū quod ei dederāt, & locutus est eis secundu cōsiliū iuuenum, dicēs: Pater meus aggrauauit iugū vestrum, ego autē addā iugū vestro. Pater meus cecidit] hoc est, percussit [vos flagellis, ego autē cecidā vos scorpionibus. I. multa acris regā & corrigam vos q̄ pater meus iuuenēs isti, vt Iosephus t̄git, cōsuluerunt Roboā regi, vt imperiosē & cōminatoriē loqueret, putantes quod sic populus terreret, nec reclamare auderet. q̄ Porro scorio, secundū Glossam, est genus flagelli, & p̄prie dicit rubus aculeatus seu flagellū virgarum nodosum, vel scutica in summitate habēs plūbeas glādes. Interdū ponit pro vno de duodecim signis. Nonnunq̄

Judic. 9.
1. Reg. 9. 10.
Act. 13.
Beda.
Rabanus
Per. Co. hist. lib. 3.
Re. cap. 28.
Iudic. 9.

3. Reg. 11.

3. Reg. 9.
3. Reg. 4.

Ibidem

Iob 12.
Ecc. 15.

Ecc. 11.
2. Paral. 10.

Hieronym.
Per. Co. hist. lib. 3.
Reg. cap. 28.

Ios. lib. 8.
an. iu. ca. 8.

nunq̄ pro quadā bestiola, q̄ vultu blandit & cauda pungit. [Et nō acq̄uieuit rex populo, i. p̄cibus populi, vt mitius r̄nderet,] [qm̄ auersatus fuerat eum dñs,] hoc est, Deus iusto iudicio aduersabat ipsi Roboam in hac causa, nō inclinādo cor eius ad cōsentendū sano seniorū cōsilio, sed relinq̄edo eū in sua improbitate. Hinc 2. Paral. 10. dicit: Erat em̄ Dei voluntas, nō quod culpa ipsius Roboā placuerit Deo, sed permisso Dei fuit, [vt fuscitaret] i. impleret [verbum suū quod locutus fuerat in manu] hoc est, per obsequiū [Ahia Silonite ad Hieroboā filiū Nabat. Vidēs itaq; populus] oculo interiori, i. cōsiderans [quod nolisset eos audire rex,] i. f. Roboā, cui iure hereditario cōpetebat in regno succedere, qui tñ nondū fuit acceptatus à populo. [r̄ndit ei, dicens: Quā nobis pars in Dauid? vel q̄ h̄reditas in filio Isai? vade in tabernacula tua Israel.] Hęc eadē verba dixit Seba filius Bochi in rebellionē aduersus Dauid regē, vt lib. 2. cōtinetur, vbi hęc verba exposita sunt. [Nunc vide domū tuā Dauid.] i. tu posteritas & cognatio Dauid regis, perpēdo populū tuum, q̄ iam pauci remanēt tecum, & p̄uide populū tuo, vel vide domū tuā, hoc est, templū ex Dauid ordinatione cōstrucū, & in eo sacrificia, q̄si dicant, nō veniemus illuc amplius ad offerendū. [Et abiit] Israel in tabernacula sua. Super filios autē Israel q̄cunq; habitabāt in ciuitatibus Iuda, regnauit Roboā. Misit ergo Roboā Adurā, qui erat super tributa, i. ad vtiq; legauandū, vt decē tribus reuocaret, excusando ipsū Roboā de verbis prolatis, q̄si ex leuitate, non animo malo dicitis, & q̄ iam paratus esset reuocare. [et] lapidauit eum oīs populus Israel] hoc est, q̄dam ex decē tribubus de ceterorū cōsensu, & hoc fecerunt in despectū Roboam regis, & ex indignatione cōtra eum ac eius officiatū. [et] mortuus est. [Dicit Glossa, quod secundū Hæbræos, ipse Roboā ex suggestione istius Adurā, tam superbe r̄nderat, & de hoc (vt aliqui opinant) decem tribus habuerunt eū suspētū, & quod propria q̄reret lucra: q̄ qui p̄sunt tributis, cupiunt ea augeri. Veruntū incertum vidēt, an de cōsilio Aduram, ita r̄nderit Roboam, q̄ de cōsilio iuuenum seu adolescentum r̄ndisse sic perhibet, sed Aduram iā erat senex. Nā & tēpore Dauid p̄sunt tributis, vt lib. 2. scriptum est, si tñ sit idē Aduram. [Porro rex Roboam festinus ascendit currū, & fugit in Hierusalē. Reuersitq;] Israel à domo Dauid vsq; in p̄sentē diem. Factū est autē, cum audisset omnis Israel, quod reuersus esset Hieroboam, miserunt, & vocauerunt eū congregato cōto, & cōstituerunt eū] videlicet ipsū Hieroboā, [regē super oēm Israel,] hoc est, super decē tribus q̄ de cetero reueruerunt sibi nomē hoc Israel, qm̄ plures erant. Itaq; elegerunt & fecerunt Hieroboam regē, q̄ sciuerunt sibi à Deo per Prophetā esse promissum decē tribuum regnū, & q̄a fuit vir aptus ad hoc, vt potē fortis, strenuus, prudēs, & quia fuerat aduersarius Salomonis: sicq; eum promouēdo, magis iritauerunt Roboam regē, & itē qm̄ fuit de tribu Ephraim, q̄ post tribū Iuda fuit nobilis & famosa, potēs ac bellicosus. In hac quoq; promotione Hieroboam, impleta fuit prophetia Iacob patris archę, q̄ benedicēdo filijs Ioseph, iuniorē noie Ephraim, p̄posuit seniori Manassæ, dicens: Frater eius minor, maior illo erit. Id quoq; quod in b̄ndictione Ioseph proferē, Indē pastor egressus: q̄dam exponūt de isto Hieroboā, q̄dam de Iosue Ephratæ. [Nec sequutus est quisq; domum Dauid] i. nullus de tribubus Israel ex intētiōe & directē adhæsit Roboam nato ex Dauid tanq̄ regi, p̄ter tribum Iuda solā. [Tribus quoq; Benjamin sequuta est Roboam occasionaliter, q̄a non poterat se separare à tribu Iuda, in cuius medio habitauit, similiter tribus Leui, qm̄ locus diuini cultus & sacrificiorū, videlicet tēplum, in Hierusalē stetit, & q̄a Hieroboā eos abiecit. [Venit autē Roboā Hierusalē, & cōgregauit vniuersam domū Iuda.] i. torā illā tribus Iudę familiā, quantū ad viros p̄lio aptiores, [et] tribū Benjamin in cētum octoginta millia electorū virorū & bellatorū, vt pugnarēt cōtra domū Israel, & reducerēt regnū Roboam filio Salomonis. Factus est autē sermo dñi ad Semeiā virum Dei, dicēs: Loquere ad Roboam filium Salomonis regē Iuda, & ad oēm domū Iuda, & Benjamin, & reliquos de populo, dicēs: Hęc dicit dñs: Nō ascendetis, neq; bellabitis cōtra fratres vestros filios Israel. Reuertat vir in domū suam. A me em̄ factū est verbum hoc. I. diuisio ista monarchiæ regni Iudæorū in duo regna, propter Salomonis peccata & improbā Roboam regis responsionē. [Audierunt sermonē dñi, & reuersi sunt de itinere, sicut p̄ceperat eis dñs. Aedificauit autē Hieroboam Sicheim in monte Ephraim, & habitauit ibi.] i. vrbē illam meliorauit in ædificijs, & loca munita aut fortalitia in ea cōstruxit ad resistēdū Roboam regi. [Et egressus inde, edificauit Phanuel] i. oppidū sic vocatum, de quo in lib. Iudic. & cum sit mentio. [Dixitq; Hieroboam in corde suo: Nunc reuertēt regnum ad domum Dauid,] i. p̄sidentia super decē tribus auferēt à me, & redibit ad posteros regis Dauid, [si] ascendit populus ist[us] decē tribuum, [vt] faciat sacrificia] per manus sacerdotum, [in domo dñi in Hierusalē,] q̄a amore tēpli & suggestione sacerdotum redibunt ad sobolē Dauid, & conuertetur cor populū huic ad dñm suū Roboam regē Iuda, [cui iure successiōis cōpetisset dñum super populum illum,] [interficiētq; me] tanq̄ schismaticum principē, [et] reuertent ad eum, [ad memoriā reuocando beneficia] Dauid ac Salomonis. [Et excogitato consilio] vitiōssimo, ad cauendā illa pericula, vt potē priuationē regni & mortē, [fecit duos vitulos aureos,] secundum quod Aaron in solim. Exodi 28.

3. Reg. 10.

2. Reg. 10.

3. Reg. 11.

Gene. 48.
Gene. 49.

Iudic. 8.

Exodi 28.

Exod. 32. tudine fecerat vnū, & qm̄ in Aegypto didicit idololatriæ huius formationē. Aegyptij eodem tan- rum colebāt. [Et dixit eis: Nolite vtrā ascendere in Hierusalem,] ad sacrificia offerenda in festis paschæ, pentecostes & tabernaculorū, prout p̄ceptū fuit Exod. 34. Leuit. 22. & Numer. 28. [Ec- cē dij tui Israel q̄ eduxerunt te de terra Aegypti.] Simili modo formato aureo vitulo per Aaron, filij Israel dixisse legunt: Hi sunt dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti, i. simulacra ista colatis pro Deo, qui eduxit vos de Aegypto. Sed qualiter vir ille ingeniosus potuit tam stultam & aperitissimē falsam propositionē proponere populo? & quomodo populus ille, qui hæc tunc coluit verum Deū, potuit tali mendacio cōsentire aut credere, q̄ s. imagines illæ recentier factæ essent dij eorū? Ad quod dici potest, q̄ excaecauit eos eorum malitia, vel dixit sic, nō q̄ ratio sua hoc verū putauit, sed vt per hanc viā p̄acta vitaret pericula, quæadmodum Salomon idola ado- rauit, ne suas cōtristaret delicias. Populus autē ad idololatriā fuit procliuis. Veruntū Iosephus ni- titur aliquoties excusare Hieroboam & filios Israel, dicens, q̄ Hieroboam persuasit populo, di- cēs: Vbiq; p̄sens est Deus, nō oportet vt in vrbe aduersariorū Hierusalē ipsum q̄ratis, sed in vitu- lis istis ipsum adorare potestis & colere. Verū excusatio ista nō valet, nec cōcordat scripturæ, q̄ infra sapissimē asserit, q̄ adorauerūt vitulos & eis sacrificauerunt. [Posuitq; vnū in Bethel & al- terū in Dan.] in locis seu oppidis illis aut montibus fecit duo phana, in quolibet vnū, & in quo- libet phano posuit vitulū vnum, & erāt loca illa remota ab inuicē, vt longē habitantes, facillius de- uenirent ad vnū illorum. [Et factum est verbum hoc in peccatū] i. ex illo p̄cepto seu facto Hie- roboā, sequuta sunt peccata grauissima, idololatria s. & alia multa. Nā subdit, [Ibat em̄ populus ad adorandū vitulū vsq; in Dan.] similiter ad adorandū vitulum alium in Bethel, q̄ vituli à Iose- pho vocant vitulæ, & Osee 10. dicunt vaccæ. [Et fecit phana in excelsis] i. duo p̄fata vitulorum tēpla in locis sublimibus mōtosis Bethel & Dan, [Et] fecit [sacerdotes de extremis populi] i. de reliquis tribubus sibi subiectis, [q̄ non erāt de filijs Leui,] Vndē secundū Iosephū dixit: Faciō vo- bis ministros & sacerdotes ex vobis meritis, vt nō indigeatis filijs Leui, & tñ hæc om̄ia erant cō- tra legis p̄cepta, videlicet facere similitudinē ad colendū in ea Deū, vt Exod. 20. legitur, simili- ter sacrificare extra Hierusalē templo ibi cōstruō, & de alijs tribubus facere sacerdotes. [Cō- stituitq; diem solennē in mense octauo, quintadecima die mēsis] i. diē dedicationis phanorum suorum atq; altariū, quæadmodum Salomon septimo mense ad hoc certū deputauerat diē, ideo subdit: [in similitudinē solennitatis] dedicationis [q̄ celebrat in Iuda] i. in Hierusalē & in tem- plo ac populo tribus Iudæ. [Et ascendens altare] i. ad altare accēdes, [similiter fecit in Bethel] i. phano ibi cōstruō, [vt immolaret vitulis quos fabricatus fuerat,] sicq; assumpsit sibi sacerdo- tale officii, & manifestē dicit scriptura, q̄ vitulis immolauit, nō Deo vero in vitulis, & quibus neus verus q̄ eduxit Israel de Aegypto, sit vnus, pluraliter tñ dixerūt, Eccē dij tui, iuxta modū loquen- di idololatarū, vel plurale pro singulari ponēdo, sicut de vitulo Aaron loquebantur, Isti sunt dij tui. [Constituitq; in Bethel sacerdotes excelsorū, q̄ fecerat, & ascendit super altare quod extru- xerat in Bethel, quintadecima die mensis octauo, quē finxerat de corde suo.] Et fecit solennitatem filijs Israel, & ascendit super altare, vt adoleret incēsum] i. solennitē dedicationis celebraret, sicut expositum est, de qua multa loquunt Osee 7. Dies regis nostri, i. hæc est dies solennis, quā rex noster Hieroboam instituit nobis, prout ibi expositū fuit. Circa hæc scribit Lyra: Dicit ali- qui, & satis p̄babiliter secundū ista Iosephi verba, q̄ populus in illis vitulis adorauit Deū. Cōtra quod scribit R. Paulus, & ait, q̄ populus in illis vitulis adorauit Deum, & sic excusatus fuit à pec- cato idololatriæ, est penitus incōueniens: qm̄ sub eis dē forma & modo coluerūt vitulos, sicut po- pulus Israel in deserto vitulū aureum, dicēdo: Isti sunt dij tui Israel, &c. sicq; vitulos receperūt in deos, iuxta illud: Mutauerunt gloriā suam in similitudinē vituli comedentis. Vndē & Amos 8. ha- bet: Qui iurant in delicto Samariæ, & dicunt: Viuit Deus tuus Dan. [Iuxta tropologiā patet ex isto cap. q̄ stultum sit, sapientiorum, seniorum & expertorum cōsilia nō scētari, & iuniorum cō- silijs adhærere. Qui em̄ nō est expertus, pauca recognoscit, & vir in multis expertus cogitat mul- ta, erit q; salus vbi sana cōsilia. Insuper Roboam malos, duros & ambitiosos p̄sidentes designat, q̄ subditis suis nesciunt humiliter r̄ndere, mititer loq; cōdescēdere, & in pijs acquiescere precibus, sed propria cōmoda q̄runt, timeri & honorari desiderāt, & cū austeritate ac potētia p̄sunt. Simi- liter Hieroboam eos p̄figurauit, qui in principio suæ promotionis sunt boni, sed tēpore proce- dēte, honores peruertunt ipsorū mores, ita q̄ timore perdendi principatum aut sustinēdi mole- stiam, in multa & grauiā labunt facinora, nec cōsidunt in dño, sed honores, dignitates & platio- nes suas, quasi simulacra q̄dam colunt, amat, appreciant. Nec Hieroboam iste ex formidine qua occidit timuit, excusaf: qm̄ per prophetam Deus sibi promissit, q̄ esset cū eo, & domū ei ædificā- ret fidelē, si in suis permaneret p̄ceptis, sed ipse diuinam promissionē non perpēdit, nec eius ius- sionē implere curauit. Postremō cōstat ex his, ad quāta facinora trahat ambitio, q̄ Hieroboam iste in tantum ad suā dñationē afficiebat, q̄ timore perdēdi eandē, introduxit idololatriā pessimā, &

& totum populum nei sibi cōmissum, auertit à cultu dei, & ad multiplicē diuinorū transgressio- nē p̄ceptorum, vniuersam sibi creditam cōmunitatē induxit, nō cōsiderans neq; formidās diuini rigore iudicij, acerbitate æterni supplicij, neq; suorū immanitatē innumerabilitatēq; scelerum.

¶ Expositio cap. 13. Eteccē vir Dei de Iuda. Arti. XXI.

De mysticis intellectibus p̄sentis capituli, Rabanus, Richardus, & Glossa multa inducunt, quae magna ex parte ex verbis sancti Gregorii sunt accepta. Ita; ex ista docetur historia, quid viri virtutum habeant ex seipsis, quid ex Deo. Nemp Helias qui calum clausit oratione, & deprecatione sua aperuit illud, qui suscitauit defunctum, & gratia claruit prophetiae, prouidentiamq; diuinā circa se tam specialiter & frequenter fuit expertus, audita cōminatione mulieris nefariae, nō oratione cōtra illam armauit se, nō diuinum q̄sivit oraculum, qd sibi agēdum esset, nō de diuina protectione angelicōq; munimine tutus, mansit intrepidus, sed fugam inijt territus: & q patulōpōst tædio vitae petijt mortē ad dno, iam pro iustitia mori expauit. sancti etēm viri, subleuante spiritu, ad superna rapiunt, ac supernaturalia operantur: & tñ durante hac vita, ne de sua excellentia intumescant, tentatiōibus reprimunt, & solita gr̄a exuberant ad tēpus dispensatiuē

fatiuē priuant. In virtutibus miraculisq; Helie, oipotētia dei relucet in timore & fuga, infirmitateq; eius, qd in se fuit ac potuit, innotescit. In magnalibus suis ostendit, quid desuper gratiosē accepit in infirmitatibus suis ad se reuersus, accepta munera per humilitatē custodiuit. Tropologicē impius Achab designat diabolu, Jezabel carnē, cui diabolus suggerit, vt persequet Heliam, hoc est, virum deuotū, q fugit a tentationib⁹ carnis occasiones vitando, atq; impuras ac foedas cogitationes abijciendo, & intrat desertū, i. religionē seu penitentiale exercitatioē, in qua mundi vanitas, & carnis delicia deserunt. Ita; si interdū alicui viro bono subrepat tētio, oriatur timor humanus & naturalis defectus uofitatis imperfectio accidat, non desperet, nec pusillanimitate frangat, sed penitet, q̄ tātus Propheta humanū qd passus sit, & cum eo ingrediat desertū, hoc est, oratiōis & meditatiōis secretū, in quo corā Deo recolligat & effundat cor suū. [Cūq; Thre. 7. venisset & sederet subter vnā iuniperū,] Per spinosam iuniperū, cuius vmbra fugat serpētes, & sub cuius cinerib⁹ dicit ignis cōseruari per annum, intelligit crux saluatoris, in qua ipse mortis aculeos tolerauit, q sua virtute fugat daemōnia, & cuius memoria ignem cōseruat diuini amoris toto vitae huius curriculo in animo deuoti meditatoris. sub hac cruce debemus sedere, hoc est, amorosē reuoluere corde, quid, quāta & qualia ppter nos passus sit filius dei. [Deniq; Helias ingressurus desertū, reliquit puerū suū, ad designandū, q volēs desertū penitentiae aut religionis intrare, debet vnuerſa puerilia desideria, signa & opera profus relinquare, vt cū Apostolo dicere queat: Cūm essem paruulus, sapieba, loquebar, ageba vt paruulus: cūm aut factus sum vir, euacua 1. Cor. 13. aui q̄ erāt paruuli. [Petiuit animā suā vt moreret,] Sic planē q Chri passioē intētē & efficaciter p̄sēt, eidem appetit cōformari, hoc est, cōpati & cōmori saluatori, ac p̄priae voluntati ac vitijs Gal. 2. Phil. 1. Rom. 7. cupit dissolui & esse cum dño, dicens cum Paulo: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore Thre. 3. mortis huius? Et ait: Sufficit mihi dñe gratia tua, imō tuipse q solus necessarius es. Item pars mea Deus. Quid em̄ mihi est in cælo, & a te qd volui super terrā Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternū? [Tolle animā meam] sicut orat P̄sal. 147. Educ de custodia animā meam ad cōsistendū nomi ni tuo. [Neq; em̄ melior sum q̄ patres mei.] Certē si perpendamus q̄ virtuosē, timoratē, & sanctē cōuersati sint p̄sēs nostri gloriosi Apostoli, martyres, cōfessores, & q in religione nos p̄cesserunt in vita verē monastica, erubescemus oculos n̄ros leuare ad cælū, sed cū publicano percutiemus p̄ctora n̄ra, dicētes: Deus, propici⁹ esto nobis pauperim. [Proiecitq; se, & obdormiuit in vmbra iuniperi.] Ita & nos, pijciamus nos corā Deo, prosternētes nos maiestati eius humiliter, iuxta id P̄sal. 94. Procidamus ante eum q̄ fecit nos: & per cōtemplationē obdormiamus & q̄scamus in amore & admiratione ipsius, quē admodū scriptū est: In pace in idipsum dormiū & req̄scam. Insuper, de serō reclinati in lectulo, studeamus in meditatione sacra passiois dñice obdormire. [Et ecce angelus dñi tetigit eum.] Quē admodū Helia afflictu, esuriētē, lassatū ac dormientē tetigit angelus Dei, sic quoque; deuotos, penitentēs, tētatōs in bonis operibus fatigatos, ac cōtemp̄tatos Deū suo in f̄ctū diuino pijsimo, & per s̄ctōs angelos misericorditer visitat, cōsolatur, roborat, & accendit, & aqua sapiē potat, atq; sub cinericio reficit pane, videlicet corpore Chri, q ait: Ego sum panis vitæ. Et rursus: In puluere mortis deduxi me, siq̄dem igne passionis decoratus est. [Comedit ergo & bibit,] & rursus obdormiuit. Iq̄ em̄ Chm̄ in sacramēto salubriter suscipit, in eius cōtemplatiōe & amore obdormit, ab oīm sensibilū inq̄titudine ac strepitu q̄scēdo, bonitatē charitatēq; Dei, & eius bñficia recolendo. [Reuersusq;] angelus secundo, tetigit eum, & dixit: [Non em̄ sufficit] nobis semel tangi, & excitari ab angelis s̄ctis, sed subsidio isto indigemus quotidie. [Surge, comede,] Iqa quotidie debemus saltē sp̄italiter Chm̄ suscipere, & eius refici sacramētis, donis ac gratijs, atq; ab actib⁹ vitæ cōtemplatiuæ ad opera vitæ actiuæ, loco & tēpore opportunitis, p̄cedere. [Grādis em̄ tibi restat via,] Iqa egemus magno, p̄f̄ctū, anteq̄ ad optatā possim⁹ virtutū perfectionē ptingere. Magna quoq; est via a fide ad sp̄eciē, ab exilio ad p̄riam, a miserijs vitæ p̄sentis ad gaudia æternæ felicitatis, a terra ad cælū empyreū. [Qui cūm surrexisset, comedit & bibit,] & ambulauit in fortitudine cibi illius vsq; ad montē Dei Horeb. Ita Chri fideles in virtute dñici corporis, quod est viaticū peregrinationis p̄sentis, ambulat p̄c om̄e tēpus vitæ istius, quod est penitentiaē tēpus, & quadragenario designat vsq; ad montē ecclesie triūphantis, vel vsq; ad sublimitē euāgelicæ p̄fectionis, in qua interrogat & examinat a dño q corda & renes scrutat, qd operet. & felix, q ex sentētia dicere valet: Zelo zelatus sum p̄ dño, cuius vnuerſa p̄cordia cupiūt Deum ab oibus debitē honorari, & de in honorationib⁹ eius cōtristant, atq; p̄ ei⁹ honorificētia studēt, & dicere possunt: Tabescere me fecit zelus me⁹, q̄ oblitū sunt verba tua inimici mei, & certē oēs verē deuoti ac feruidi deformationē ecclesie habēt deplangere, deſturtionē, ruinā, peruersitatem in cenobijs atq; collegijs in oīm tribu, lingua ac natiōe populi Chri stiani: specialiter quoq; q̄ perdidit h̄retici ac impij Chriani s̄ctā loca, p̄phanant, iustos p̄sequuntur, ac necare conant. [Et ait: Egredere,] & sta in mōte corā dño. [hoc est,] p̄para te, vt dignē te re-

1. Cor. 13. Gal. 2. Phil. 1. Rom. 7. Thre. 3. P̄sal. 147. Luc. 18. P̄sal. 94. P̄sal. 4. Eccl. 25. Ioan. 6. P̄sal. 11.

præfentes confpectui maieftatis diuinæ. Et egressus, stetit in ostio speluncæ. Spelunca est corpus mortale, sordibus & culparum tenebris plenum: in cuius ostio stat, quod occurrit iudici summo semper paratum se exhibet, & quotidie est dispositus ad egrediendū de carcere corporis huius. Spiritus grandis & fortis, subvertens mōtes, & cōterens petras ante dñm. Ispūs iste pijsimū & suauē Dei pcedens aduentū, est cōminatio Dei in diuini scripturis, quā interdū superbos perterret & deicit, ita quod cōuertunt ac pœnitent. Petras quoque, hoc est, dura & lapidea corda emollit ac carnea facit. Non tñ in hac cōminatione dñs, quā ex cōminatione & feruili timore Deo seruire, non est meritoriuū aut acceptum. Post spm cōmōtio. Hoc est, trepidatio ex cōminatione incussa, quæ (vt tactū est) non sufficit ad salutē. Et post cōmōtionē ignis. Intensa memoria incendij gehennalis, quam parit diuini timor iudicij, sed nec in igne hoc dñs, cui sine charitate nil cōplicet. Et post ignē sibilus auræ tenuis: hoc est, interna, quæta, & dulcis adspiratio spūs sancti, quæ instar suauissimi roris mentē perfundit, recreat, implet, iuxta illud Cant. 6. Veni auster, perfla hortum meum. idē dñs est in sibilu isto. Vndē & Iob 4. dicit: Vocē quæ auræ tenuis audiui. Quod cum audisset Helias, operuit vultu suum pallio. Iga vir speculatiuus in cōtemplatiōe mirabiliū altissimi deficit, atque ad p̄p̄riam defectu uoluntate p̄fandā, oculos cordis reflectit. Deinde per Heliam cui p̄cipitur vngere quosdā in reges, & Helisē in vatē, exprimit Ch̄s, quæ vñctiōe spūs sancti quosdā dignificauit ad regnandū, ac p̄sidentū in iure spiritali, quosdā in iure ciuili, p̄ quos corripit in quos. Et derelinquā mihi in Israel 7. millia virorū, quorū genua non sunt curuata ante Baal. Semp̄ quippe sunt aliqui boni in ecclesia Dei, quæ nequaquā adherēt rebus terrenis, caducis & vanis, magis quæ incōmutabili & incircumscripibili bono. Profecus idē Helias, reperit Heliseum, super quē misit palliū suum. Ecce quod dñs virū illum rusticā suū, sic viri virtutū gratiā sibi cōcessam, alijs cōmunicare nitunt. Qui statim relictiis bobus, cucurrit post Heliam, quā hī quos tangit & incendit spūs sanctus, relictiis carnalib⁹ affectib⁹ & p̄p̄tis, festinat ad dñm, ac boues occidit, atque de eis parat cōiuiū p̄ximis, quā carnalia oblectamēta ac opa cōterit, & p̄ hoc alios suos ex p̄lis rescitit. Osculans autē & suos parētes, dū viculo charitatis manēt eis cōiūcti, & verbis salubriter admonēt ipsos.

Expositio cap. 20. Porro Benhadad rex Syriæ cōgregauit oēm exercitū suū &c. Art. 30.

Hic describunt duæ admirandæ victoriæ impio Achab cōcessæ, non ob merita eius, sed ex bonitate Dei immēsa, vt sic cōuertere ad Deum verti, vidēs fe ab idolis suis nō posse iuari. Porro Benhadad rex Syriæ cōgregauit oēm exercitū suū, & 32. reges secum, & equos & currus, & ascēdēs pugnaui cōtra Samariā, metropolim regni decē tribuū, & obsefidit eam. Mitēsque nuncios ad Achab regē Israel in ciuitatē, ait: Hæc dicit Benhadad: Argentū tuum & aurum tuum meum est, hoc est, requiro vt mittas mihi ea, & vxores tuæ & filij tui optimi. I. aptiores ad plia, mei sunt iuxta sensum p̄tactū, vel iure plij, seu ob aliā causam quā cōtra te habeo. Rñdūq; rex Israel: Iuxta verbū tuum, dñe mi rex, tuus sum ego. Hoc est, paratus tibi seruire sub rationabili tributo, seu alio modo. Oīa mea bona mobilia. De filijs autē & vxoribus suis subtrahit, quia non intendebat eos exponere voluntati illius. Reuertēsque nuncios ad Achab, dixerūt: Hæc dicit dñs Benhadad, quod misit nos ad te: Argentū tuum & aurum tuū, & vxores tuas & filios tuos dabis mihi. Vt nō remaneat tibi superstes quæ succedat tibi in regno, nisi forsā quæ cōstituerō ego. Crasigitur hac eadem hora mittā seruos meos ad te, & scrutabunt domū tuam, & domū seruorum tuorū, & omne quod eis placuerit, ponēt in manibus suis, & auferent. Vocauit autē rex Israel oēs seniores terræ: volēs in tam arduo negotio cōmunitatē cōcernente vt gñali cōcilio, potissimē seniorū, in quibus solet esse maior experientia atque prudentia. Et ait: Animaduerte & videte, quā insidiat nobis hoc est, occasione cōtra nos quærit ad destruendū regnum nostrū totaliter, vel ad subdendū illud suæ iurisdic̄ioni oīdō. Misit em̄ ad me p̄ vxoribus meis, & filijs & p̄ argento & auro, & non abnuī. Hoc videt cōtra iam dicta. Idcirco exponit sic, non abnuī, i. postulationē eius non negauī ei in toto, quæ de argēto & auro cōfensit. Dixeruntque oēs maiores natu, & vniuersus populus ad eum: Non audias neque accēscas illi: quia penitus irrationabiliter & tyrānicē habet se. Aliq; tñ dicūt, quod cōfensit etiam de vxoribus & filijs, sed non de scrutatione domus suorum seruorum, prout textus videt p̄tendere. Rñdit itaque nuncios Benhadad: Dicit dñs meo regi: Omnia p̄pter quæ misisti ad me seruū tuum in initio, faciā, hæc autē rem facere non possum. Reuertēsque nuncios retulerunt oīa ei. Qui remisit & ait: ferens ægrē quod rex Achab non acceperit. Hæc faciāt mihi dijs, & hæc addat, si succerit puluis Samariæ pugillis oīs populi qui sequitur me: hoc est, tanta est mecūm hoīm copia, quod vnusquisque eorūm vix possit manum suā semel implere de terræ fragmētis, quæ in Samaria sunt, potissimē propē muros, vel sic, tam multi sunt mecūm, vt si vnusquisque acciperet & cōportaret lapidē aut stipitē vnum, vel vnum terræ pugillum, tam magnum facerēt aggerē extrā, vt ciues fecerāt intra, sicque implerent fossata, & ex æquo pugnerēt aduersus illos. com portauerāt autē ciues Samariæ terrā multā intus ad muros suos, quasi in altitudinē murorū ipsorum

rum, vt murī essent inexpugnabiles. Et ridēs rex Israel, ait: Dicit ei: Ne gloriē accipis æquē vt discinctus hoc est, ipse Benhadad adhuc armis accinctus, & pugnaturus, non sit ita securus, & de futuro triumpho exultans, vt is qui iam victoriam habuit, & exiit arma, quā euentus belli incertus est, atque in pendulo positus, & pauci quique p̄ualent multis. Idcirco non debet cōgressurus aduersariū suū parū pendere nimis. Nimia quoque securitas & incautela multos decipit. Factum est autē cū audisset Benhadad verbū istud, bibebat ipse rex Syriæ, & reges qui secum erāt in vmbaculo. papillionibus, & ait seruis suis: Circundate ciuitatem. Et circumdederunt ciuitatem. Et ecce propheta vnus accedens ad Achab regē Israel, hunc aliq; dicunt fuisse Michæam, quod non videtur, cum de illo infra afferat Achab, non prophetat mihi bonum, sed malum omni tēpore. Ait ei: Hæc dicit dñs: Certē vidisti oēm multitudinē hanc nimiam. Ecce ego tradam in manum tuam eam. Hoc est, oēm multitudinem regis Syriæ, thodiē, vt scias quæ ego sum dñs, Iōa potēs, ac oibus dñans, & ita cōuertaris ad me. Et ait Achab: Per quem? Dixitque ei: Hæc dicit dñs: Per pedisequos principum, puinciarum. Pediseque hic vocant scutiferi seu armigeri principum, i. principum nobilitatis, virorum decem tribuum. Aliq; tñ principes illos dicunt fuisse obfides, nobiles, quos de alijs regionibus Achab acceperat. Et ait: Quis incipiet pliarī? Et ille dixit: Tu. Recensuit ergo hoc est, numerauit pueros, p̄atos pedisequos principum, puinciarum, & reperit numerum 232. Et recensuit post eos populum omnes filios Israel 7. milia. I. mirum quod tam pauci fuerunt, & forsitan ex timore multi fuerunt. Et egressi sunt meridie. Benhadad autēm bibebat temulētus in vmbaculo suo, & reges 32. cum eo, quod ad auxilium eius venerant. Egressi sunt autē pueri principum, puinciarum in prima fronte. Misit itaque Benhadad quod nunciauerunt ei, dicentes: Viri egressi sunt de Samaria. At ille ait: Siue pro pace veniunt, apprehendite eos viuos: siue vt plient, viuos eos capite. Egressi sunt ergo pueri principum, puinciarum, ac reliquos exercitū sequebāt. Et percussit vnusquisque virum de exercitu Syrorū, quæ cōtra se veniebat, fugerūt Syri, deo oipotenti corda eorum subito immutāte, ob stupefaciēte, perterritē & debilitatē, & persequutus est eos Israel. Fugit quoque Benhadad rex Syriæ in equo cum equibus suis. Ne crōd egressus rex Israel, percussit equos & currus, & percussit Syriā plaga magna nimis. Accedēs autē propheta ad regem Israel, dixit ei: Vade & cōfortare, & scito, & vide quod facias. Prouide tibi, & noli offendere deum, quod tibi cōcessit victoriā. Sequenti em̄ anno rex Syriæ ascēdēt cōtra te. Serui verō regis Syriæ dixerunt ei: Dij montiū sunt dii eorum, videlicet Israelitarū, hoc suspicabant, quia Samaria sita in mōtib⁹ sita, imō tota terra p̄missionis extitit mōtosa, iuxta illud Deut. 11. Terra ad quā ingrederis, mōtosa est & cāpestis. Helias quoque, in mōte Carmeli erexit altare, & vituli aurei quos filij Israel adorabāt, erāt in phanis sublimibus positi, similiter tēplum in mōte Sion. Iudei quod superauerunt nos, Iga pugnaui cōtra eos in mōtib⁹, in quibus dii eorum potestātē exercēt. Putabāt autē p̄tiles, diuersis terræ partibus, diuersisque elemētis diuersos deos posse, sicut de hoc in lib. de ciuitate dei plenius loquitur Augustinus. Sed melius est, vt pugnemus cōtra eos in cāpestris, & obtinebimus eos. Tu ergo verbum hoc fac. Amoue reges singulos ab exercitu suo, i. a turmis eorum, quia reges frequēter inertes sunt & nimis delicati ad sustinendū pericula pliorum ac formidolosi, ne percutiant, iuxta illud Iob 15. Angustia vallauit impiū, sicut regē quod parat ad plū. & forsitan p̄scripto bello satis citō fugerūt. Et pone principes, p̄ eis, vt exercitui cuiuslibet regis p̄sit princeps militiæ strenuus, & in iustaura numerū militum quod ceci derunt de tuis, & equos secūdum equos pristinos & currus secūdum currus quos antē habuisti. Et pugnabimus cōtra eos in cāpestris, i. in quibus dii eorum nil possunt, & videbis quod obtinebimus eos. Vincemus. Creditio cōfiliū eorū, & fecit ita. Igit postquā annus trāsierat, recessit Benhadad Syros, & recessit in Aphec, quæ fuit ciuitas in regno Israel situata, sed eis per Syros ablata, iuxta quā erat magna cāpi planities. Vt pugnaret cōtra Israel, i. in qua decreuerunt Syri pugnare. Porro filij Israel recessitū sunt, & acceptis cibarijs, profecti ex aduerso castrametati sunt. I. tētoria sua fixerunt, cōtra eos, quasi duo parui greges caprarum. Vndē elicit, quod exercitum suū diuiserunt in duas partes, quæ ambē simul fuerunt paucissimi respectu Syrorum. Hinc subdit: Syri autē repleuerunt terrā pro magna parte. Erāt em̄ 127. millia, imō & plures, vt in textu insinuat. Et accedēs vnus vir Dei, vt potēs sanctus, propheta, vel is de quo iam dictum est, aut alius. Dixit ad regē Israel: Hæc dicit dñs: Quia dixerunt Syri, Deus mōtium est dñs, & non est Deus vallium, i. ob istā eorum blasphemiam, quæ dixerunt Deum Israel habere potestātē iuandi suos in mōtib⁹, eo quod sit mōtium Deus ac dñs, & non in vallibus, cum tñ habeat indeterminatā & infinitā potentiā. Edabo oēm multitudinē hanc grandē in manu tua, & scietis quia ego sum dñs. Vniuersorū verō oipotēs ex tam miraculoso effectū, & quibus Achab & sui hoc cognouerunt cognitiōe informi, non tñ Deum sicut Deum honorificauerunt aut grās dignas egerunt, sed permāserunt in idololatrijs, impietatib⁹ & ingratiudinibus suis. Sed quō nunc dicunt Syri dixisse, Deus mōtium est dñs, cum supra legant dixisse, Dij mōtium sunt dii eorum? Rñdetur, quod in scripturis frequēter ponit plurale, p̄ singulari, & cōuert-

3. Reg. 22.

3. Reg. 7.

Augustinus

Ios. 11.

Rom. 1.

4. Reg. 17.

fō, & q̄a multi filij Israel colebāt simul cum vitulis suis ac idolis Deum verum, sicut Samaritani, vt dicitur. Idcirco dicens, diu montiū, intellexerunt & verum Deum. [Dirigebāt itaq; 7. diebus exaduerso hi atq; illi acies, septima autē die cōmissum est bellum. Percusseruntq; filij Israel de Syris 100. millia peditem in die vna. Fugerunt autē Syri, q̄ remaserunt in Aphec, in ciuitatem, & cecidit murus.] ciuitatis Aphec [super 27. millia hoīm, q̄ remanserāt,] & fugerunt q̄ accesserunt ad murum vt eum firmarēt, ne a filijs Israel destrueretur, sed virtute diuina & ministerio angeli vel boni vel mali p̄cipitatus est murus super illos cum impetu. [Porro Bēhadad fugiēs ingressus est ciuitatem in cubiculum, quod erat intra cubiculum.] locum secretissimū ad latendū, atque vt Iosephus refert, cum paucis ei fidelioribus introiuit subterraneum locum, cuius aditus in cubiculo fuit. [Dixeruntq; ei serui sui,] formidātes ne a rege Israel inuenirent, & sine misericordia occiderent. [Eccē audiuius q̄ reges dom⁹ Israel clemētes sint.] i. proni ad indulgendū, qm̄ Deo Israel, p̄priū est misereri ac parcere. & vtiq; vera clemētia est in om̄i plato ac principe valdē laudanda, cum & Salomon fateat: Robora clemētia thronus regis. Vndē Tullius in laudib⁹ Iulij ait: Nulla te virtus ita cōmēdabilē reddit, vt tua clemētia. Idcirco & Seneca in lib. de clemētia cōtestat: Nihil aded̄ principē decet, sicut clemētiā virtus. Veruntū clemētiā cōtēperādā sunt discretio atq; iustitia, p̄pter quod orauit rex pius, bonitatē & disciplinā & sciētā doce me. [Ponamus itaq; sacco in lumbis nostris.] i. sacco nos accingamus in signū poenitētiā & humiliatiōis, & fūniculos in capitib⁹ nostris,] quasi ipso factō mōstrantes nos meruisse suspendiū, & egrediamur ad regē Israel, forsitan saluabit animas nostras.] a morte nos p̄seruabit, vidēs nos tā miserabiliter sibi occurrere sp̄otē. [Accinxerūt sacco lumbos suos, & posuerunt fūniculos in capitib⁹ suis, veneruntq; ad regem Israel, & dixerunt ei.] Seruus tuus Bēhadad quem paulō antē dñm appellasti, sed nunc subitō facta est tāta rerum mutatio, q̄ vtiq; fuit opus dextere excelis, & dicit: Vndē patet, q̄ non venit cum famulis suis. [Viuat, oro, anima mea.] i. ego ipse nō occidā te, sicut p̄merui, tanq̄ dicat, q̄ eunq; emendā aut multā imposueris mihi, acceptabo eam, p̄ mea euasione, iuxta illud Iob 1. Cuncta q̄ habet homo, dabit, p̄ anima tua. [& ille ait:] Si adhuc viuūt, frater meus est.] dilectus vt frater, & amicitia fœdus seriā secū. [quod acceperunt viri, p̄ omine.] i. pro bono fortunæ eloquio seu p̄ augurio, prosperoq; euentu. Vñ Valerius Max. loquit, q̄ omen est sermo insperatū auditus, ex quo cōsequit bonū alterius, & vocat omen illius. & festinātes rapuerunt verbum ex ore eius repetendo illud, vt tanq̄ a rege, platum, inuolabiliter seruare. Timebāt namq; ne Achab retrāret illud tanq̄ sine de liberatiōe, platum, atq; dixerunt: Frater tuus Bēhadad viuūt, & dixit eis: Ite & adducite eum ad me. Egredissus est ergo ad eum Bēhadad, & leuauit eum in currū suū. Qui dixit ei: Ciuitates quas tulit pater meus a patre tuo, reddā, & plateas fac tibi.] i. forū rerū venaliū, ex quo tributū accipias, [in Damasco.] metropoli Syriā, iuxta illud Esa. 7. Caput Syriā Damascus. [sicut fecit pater meus in Samaria, & ego fœderatus recedā te.] istud autē Bēhadad non dixit ex animo, sed magis ad decipiendū ipsum Achab, vt aliq̄ opinant. Pepigit ergo fœdus, & dimisit eum. [Deniq; qm̄ Achab peccauit in isto, indiscretā illā clemētiā impendendo regi blasphemio morti obnoxio, dñs p̄dixit ei de hoc debita p̄cniā, vt subdit:] Tūc vir q̄dam de filijs p̄phetarū] q̄ [vt in Scholast. fert hist.] fuit Michas, de quo in vltimo huius libri cap. plura habent, [dixit ad sociū suū in sermone dñi:] i. ex reuelatiōe & cōmissione diuina: [Percute me. At ille noluit percutere.] forsitan propter reuerentiā viri tam sancti & sanctitatis ipsius. [Cui ait: q̄a noluit audire vocē dñi,] i. verbis meis ex parte Dei prolatis obedire abnuisti. Vñ elicit, q̄ socius ille nouit prophetā illū ex ore Dei loquutū: dēd̄ nō obediēdo verbis prophete, fuit inobediēs Deo, sicq; promeruit mortē, quē admodū subdit: ecce recedes a me, & percutiet.] i. occidet te leo. Cumq; paululū recessisset ab eo, inuenit eum leo atq; percussit. Sed & alterū inueniēs virū, dixit ad eum: Percute me. Qui percussit illū, & vulnerauit.] q̄a credebatur q̄ ex Dei p̄cepto propheta petiuit se percuti. [Abijt ergo propheta, & occurrit regi in via, & mutauit ad dispersione pulueris os & oculos suos.] i. dispositionē vult⁹ sui alterauit, puluerē sanguine suo intinctū vultui superponendo, ne agnosceret. Fecit quoq; se vulnerari, vt sua vulneratione futurā regis vulnerationē p̄signaret. [Cumq; rex trāsisset, clamauit ad regē & ait: Seruus tuus.] videlicet ego famulus tuus, [Egressus est ad p̄liandū cominūs.] i. prop̄. [Cumq; fugisset vir vnus.] de p̄lio vel de manu eius, a quo fuerat captus, [adduxit eum q̄dam ad me, & ait: Custodi virum istum.] Qui si lapsus fuerit,] i. manū tuā euaserit, [erit anima tua, p̄ anima illius.] i. pro ipso erit mihi seruus, vel loco ipsi interficietis, [aut talentū argētī appendes.] i. pro eius euasione p̄fixam solues pecuniā. [Dum autē ego turbat⁹ huc illucq; me verterē,] vndiq; circūspiciendo p̄pter imminēs belli periculū euitandū, [subitō non cōparuit ille.] captiuus, q̄a repēdē clam fugit. [& ait rex Israel ad eum:] Hoc est iudiciū tuum quod ipse decreuisti.] i. p̄cniā quam tetigisti, sustinebis, q̄. anima tua erit pro anima illius q̄ fugit de manu tua, vel solues pecuniā, ita q̄ alterū horum duorū subibis & lues. [At ille statim absterxit puluerē de facie sua.] vt cognosceret a rege iam illaqueato p̄prij oris iudicio, &

Tofe. lib. 8. ant. iu. ca. 13.

Pro. 20. Cicero Seneca

psal. 118.

psal. 76.

Valer. Max.

Pet. Co. hist. li. 3. re. ca. 38 3. Reg. 22.

& cognouit eum rex Israel q̄ esset de prophetis. [Qui ait ad eum.] Achab, applicando ei parabolam, in qua sub persona propria fuit loquutus de persona ipsius. [Hæc dicit dñs: Quia dimisisti virū dignū morte de manu tua,] i. Bēhadad regē blasphemū, quē Deus dedit in manū tuā vt cum occideres, quod & tibi denunciauit, [erit aia tua, p̄ anima illius.] i. tu occideris p̄ eo, imō & ab eo seu eius exercitu, vt infra habet 3. Reg. 22. [& populus tuus.] erit [pro populo eius.] occidēs [a populo eius p̄ magna parte, vt infra dicitur. sicq; p̄pter scelus regis, percussus est simul & populus eius, p̄sertim q̄ cōsentit in crimine, & rex in subditis suis punitus est. Itaq; per virū q̄ fugit de p̄lio, intelligit Bēhadad rex, quē Deus dedit in manus Achab. [Reuersus est igit rex Israel in domū suā, audire cōtēpnēs.] i. increpationē istā aspernās, [& furibundus venit in Samariā:] in quop̄atet eius obflinatio, ingrati tudocq; maxima, imō & istū, p̄phetā iussit claudi & custodiri, vt Mar. 1. gister in hist. tagit, & ex Iosepho sumptū est, q̄ affirmat q̄ in carcerauit prophetam. Itaq; sicut Nathan p̄posuit regi David parabolā qua, p̄prio ipsius iudicio ipsum cōcūcit, ita propheta iste impio Achab. Moraliter docemur ex isto cap. q̄ periculosa & vitiosa sit p̄sumptio, iactantia, securitasq; incauta, p̄sertim blasphemia, propter quē vitia multi etiā fortiores hostib⁹ suis succumbūt. Item q̄tūm inobediētia sit displicēs Deo, & q̄ inobediētes perimant a diabolo, q̄ velut leo rugiēs circuit, q̄rens quē deuoret. Insup̄r vniciq; vana securitate resolutus, p̄sumptuosus, incautus dicitur est: Ne gloriatur ac in cōtus æ quē vt discin dūs. Durante etē vita p̄sente, durat cōtra nos inuisibilib⁹ aduersariorū cōsiliū, propter quod debemus esse spiritalibus armis semper accincti. Postremō, si nostra negligētia scādali prauitate perierit aliq̄, erit anima nostra p̄ illius anima, i. simul cum illo perire mereat. Patet itē ex dictis, q̄ falsa clemētia, p̄sertim q̄ vergit in detrimētū boni cōmunis & derogat iuri, sit detestanda om̄i iudici ac plato. hoc quoq; tangendū, q̄a circa exordiu, expositiōis hui⁹ cap. scribit Lyra: Diuina p̄uidētia, q̄tūm in se fuit, ipsum Achab a malitia reuocauit, cōtra quod R. Paulus affirmat: Si diuina p̄uidētia, q̄tūm in se fuit, ipsum Achab a malitia reuocasset, fuisset indubiē reuocatus, q̄a (vt cātat ecclesia) diuina p̄uidētia in sui dispositione non fallitur. Veruntū istud incautē prolatum est, & communi doctorum sententiā aduersatur: qm̄ Deus, q̄tūm in se, nullum relinquit nec perire permittit, dicente Apostolo: Qui vult oēs ho-

ret. Co. hist. li. 3. re. ca. 38 Iose. lib. 8. ant. iu. ca. 13. 2. Reg. 12.

1. Pet. 5.

1. Tim. 4.

mines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.

¶ Expositio cap. 21. Post hæc autē verba vinea erat Naboth. Art. 31.

Recitatur hic diuina iustitia circa transgressionē impijssimi Achab. [Post hæc autē verba.] i. post gesta p̄scripta secundū narratiōis ordinē saltē. [vinea erat Naboth Iezraelitæ,] q̄ erat in Iezrael.] i. ipse Naboth in vrbe noīe Iezrael habitās, habuit vineā iuxta palatiū Achab regis Emariæ. Loquutus est ergo Achab ad Naboth, dicens: Da.] i. vende, [mihi vineā tuā, vt faciā mihi hortum olerū,] q̄a vicina est & p̄pe domū meā, daboq; tibi pro ea vineā meliorē. Aut si cōmodius tibi putas, argētī precii q̄tūm digna est dabo. Cui rōdit Naboth: Propici⁹ sit mihi dñs, ne dem hæreditatē patrū meorū tibi.] i. ab hac culpa p̄seruet me, q̄a sine rōnabili causa non sum hæreditaria bona vendenda, atq; in lege fuit prohibitū filijs Israel vendere possessiones suas in sempiternum, sed solū vsq; ad annū Iubileū poterāt in necessitate eas venundare, vt habet Leuit. 25. Vndē dñs dixit: Terra hæc mea est, & vos coloni mei estis. Achab autē legis p̄uaricator atque idololatra non curauit de lege diuina, voluitq; vineā emere in possessionē perpetuā. [Venit ergo Achab in domū suā, indignās & frendēs super verbo, quod loquutus fuerat ad eum Naboth Iezraelites, dicens: Non dabo tibi hæreditatē patrū meorū.] Et projiciēs se in lectulū suū, auertit faciē suā ad parietē, & non comedit panē. Ingressa est autē ad eum Iezabel vxor sua, dixitq; ei: Quid es hoc, vndē anima tua cōtristata est? & quare non comedis panē? Qui rōdit ei: Loquutus sum Naboth Iezraelitæ, & dixi ei: Da mihi vineā tuā, accepta pecunia, aut si tibi placet, dabo tibi vineā meliorē pro ea. Et ille ait: Non dabo tibi vineā meā. Dixit ergo ad eum Iezabel vxor eius:] textus est planus, [Grandis auctoritatis est, & benē regis regnum Israel.] Hoc mulier tyrānica irrioriē dixit marito, q̄ d. itate habes, q̄ subditi tui non curāt de te. Voluit impia fœmina illa, vt magis timerēt regē mortālē, q̄ Deum oipotentē. [Surge & comede panē, & æquo animo esto, ego dabo tibi vineam Naboth Iezraelitæ.] Scripsit itaq; Iezabel [litteras ex noīe Achab] i. sub eius persona, [& signauit eas annulo eius,] qm̄ olim cōsueuerunt epistolæ regum eorum annulis sigillari, vt patet Hest. 3. quo habet: Literæ signatæ annulo regis, missæ sunt. In Scholast. fertur hist. q̄ Iezabel litteras istas scripsit secretō. Alij dicunt, q̄ ipse Achab sciētia & cōsentietē. [& misit ad maiores natu & optimates q̄ erāt in ciuitate eius, & habitabāt cum Naboth,] videlicet in oppido Iezrael, [Litterarum autē.] i. epistolæ, [hæc erat sentētia: Prædicate ieiuniū.] i. iniungite populo vt ieiunēt, quasi ad obitendū directiōne deorū in isto negotio, vt videamini iustē procedere, [& federe facite Naboth inter primos populū.] i. inter superiores, quorū etiā vnus fuit, ne videamini eum despiciere ante accusationē ipsius & accusationis probationem. [Et submittite duos viros filios Belial.] i. sine iugo disciplinæ atq; timoris Dei, cōtra eum & falsum testimonium dicant,] videlicet: [Benedixit.] i.

Pet. Co. hist. li. 3. re. ca. 39

maledixit Naboth Deum & regem. Id est, in Deum blasphemus est, & reus criminis læsæ maiestatis in regem, sicque dupliciter morte dignus. Veruntamen impia Iezabel voluit vt non publicaretur, eam scripsisse istud de testium submissione falsorum. Denique tam horrendum crimen est, maledicere Deum, quod iuxta proprietatē linguæ Hebrææ designatur per suum cōtrariū, sicut & Iob. 1. & 2. Nisi in facie bñ dixerit tibi. Item q̄: Bñdic Deo, & morere. [Et educite eum] Jextra urbem, & lapidate, sicq̄; moriatur. Fecerunt ergo ciues eius, maiores natu, & optimates, q̄ habitabāt cum eo in vrbe, sicut p̄ceperat eis Iezabel, & sicut scriptū erat in literis, quas miserat ad eos, Iquam ob suam malitiā feruliter timuerunt. [P̄dicauerūt] ieiuniū, & federe fecerūt Naboth inter primos populi. Et adducis duobus viris, filijs diaboli, fecerunt eos federe cōtra eum. At il lijs. vt viri diabolici dixerūt cōtra eum testimoniu: **Benedixit Naboth Deum & regē.** Quamobrē duxerunt eum extra ciuitatē, & lapidibus interfecerunt. Miseruntq̄; ad Iezabel, dicētes: Lapidatus est Naboth & mortuus est, in quo patet iniustitia eorum, qm̄ superiorib⁹ non est obediendū cōtra ius naturale aut diuinum, & vt princeps apostolici ordinis dixit. **Obedire oportet Deo magis q̄ hoibus.** & qm̄ Naboth p̄ defensionē iustitiæ innocēt est lapidatus, S. Ambrosius lib. de off. martyre eum vocat & sc̄m appellat. Ex qbus etiā innotescit, q̄ grauius peccāt, q̄ malē viuendo ex irrationabili causa & vitioso regimine hærediter suas venundat, quas citā a suis p̄ribus repperunt, sic filijs suis aut iustis hæredib⁹ eas de berēt relinquere, aut in pios cōuertere vsus. [Factum est aut̄ cum audisset Iezabel lapidatū esse Naboth & mortuum,] loquuta est ad Achab: Surge, posside vineā Naboth Iezraelitæ, q̄ noluit tibi acq̄scere & dare eā accepta pecunia. Iga pro crimine læsæ maiestatis exhgredant̄ & filij, & bona deuoluunt ad regem. De hoc aut̄ crimine fuit Naboth testimonio falso cōuictus. Hinc aliq̄ dicunt, q̄ p̄ scelereib⁹ ei impositis & falsē probatis, oīa eius bona erāt humano iudicio infiscata, idē Achab ascendit ad vineam eius possidendā. Aliq̄ verō Hebræi dicunt ipsum Achab fuisse filium fratris ipsi Naboth, & cum Naboth filios eius fuisse occisos, sicq̄; vineā illā iure p̄pinq̄tatis deuenisse ad Achab: quod dicitur pro prima sui parte non arbitrō verum, q̄ si Naboth fuisse patris regis, nō apparet q̄ tam facili ter ad testimoniu duorum vilium hoīm fuisse occisus: q̄ verō filij Naboth secum fuerint interfecit, apparentiā habet ex eo, quod infra dicitur 4. Reg. 9. si non pro sanguine Naboth & pro sanguine filiorum eius reddā tibi in agro isto. Nam & modō pro crimine læsæ maiestatis, filij damnāt exilio pro p̄ris p̄cō. Nō em̄ viuit Naboth, sed mortuus est. Quod cū audisset Achab, mortuum videlicet Naboth, surrexit, & descēdebat in vineā Naboth Iezraelitæ, vt possideret eā. Factus est igit̄ sermo dñi ad Helīā Thesbiten, dicēs: Surge, & descende in occursum Achab regis Iſrael, q̄ est in Samaria. Ecce ad vineā Naboth descendit, vt possideat eam. Et loqueris ad eum, dicēs: Hæc dicit dñs Deus: Occidisti Iipsum Naboth iniuste, accusando eum tuæ vxori, & q̄ cōp̄la cuit tibi eius occisio, siue vt tactum est, q̄ de scitu & voluntate Achab, Iezabel (vt aliq̄ dicunt) literas p̄fatas cōfecit. [In sup̄er & possidisti:] J. possidere iam vsq̄ vineā Naboth, sicq̄; de scelere tuo reportare vis cōmodum, ac pro illata tam enormi iniuria, non solum nō satisfacis, sed & lucrum cōsequeris & auges offensam, cū tū nulli debeat sua iniqtas suffragari. [Et post hæc addes:] Hęc dicit dñs: In loco hoc, in quo linxerunt canes sanguinē Naboth, lambēt quoq̄; sanguinē tuum. J quod ait, in loco hoc, multi exponunt, in hac regione. Naboth q̄ppe lapidatus est prope Iezrael, Achab verō in bello fuit lætaliter vulneratus, & inde Samariā deportatus, vt infra cōscribitur. **3. Reg. 22.** Quidā dicūt q̄ sanguis Achab in filio suo, i. sanguis filij eius, q̄ fuit quōdamodō sanguis patris, à canibus lingebat in determinato hoc loco quo lapidatus est Naboth, vt infra lib. 4. narrat. Veruntū qdam dicunt, arma in qbus vulneratus fuit Achab, esse lota prope Iezrael, & q̄ sanguinem sic ablutum linxerunt canes in loco quo occubuit Naboth seu prope. [Et ait Achab ad Heliam:] Num inuenisti me inimicum tibi? Jac si dicat, cur sic aduersaris mihi, cū non inueneris me inimicum tibi? sic qdam exponunt. Aliq̄ libri sic habēt, Num inuenisti me inimice mihi. vtiq; nunc rursus mihi occurris, q̄ iugiter mihi inimicaris, nō q̄ Helias odierit personā, sed culpam Achab. [Qui dixit:] Inueni, eo q̄ venundat̄ sis. J. propria iniqtate vedit̄ diabolo, in cuius trāsisti dñum, sicut res vedita trāsit in dñationē emētis. sicq̄; pro nummo impie volupatis, vedidisti te ipsum diabolo, s̄ numismate tuæ iniqtatis, iuxta illud Esa. 50. Ecce in iniqtatibus vestris venundati estis. [vt faceres malum.] J. enormia crimina, in cōspectu dñi: quia dum homo vitijs suis subditur dñi moni, mox ab eo ad diuersa impellitur crimina. Vndē de impijs ait Apost. 2. Tim. 2. Respiscēt̄ ad diaboli laqueis, à quo captiui tenent̄ ad ipsi voluntatē. sicq̄; cōparantur ad illum sicut equus ad fessorem. idē ait Gregorius: Peccatum quod per p̄nitentiā non deletur, suo mox pondere trahit ad aliud. [Hęc dicit dominus:] Ecce ego inducam super te malum, & demetam posteriora tua, & interficiam de Achab mingenē ad parietē, & clausum & vltimum in Iſrael. Hęc supra bis de Hieroboam atque de Baasa dicta sunt atque exposita. [Et dabo domum tuam sicut domum Hie roboam filij Nabat, & sicut domum Baasa filij Ahia, quia egisti vt me ad iracundiam puocaretis.] &

A. 8. f. Amb. lib. 3. ofi. cap. 9.

3. Reg. 22.

Gregorius

3. Reg. 14. 16.

& peccare fecisti Iſrael. Sed de Iezabel loquutus est dominus, dicens: Canes comedent Iezabel in agro Iezrael. Iquod qualiter sit impletū, infra 4. lib. cōtinetur. Cū mort⁹ fuerit Achab in ciuitate, comedent eum canes: si aut̄ mortuus fuerit in agro, comedent eum volucres cæli. Iquod modō verum est hoc, cū sequenti capitulo in Samaria esse sepultus legatur? Ad quod rñdendū videtur, quod istud erat vel cōminatio, quam paulō pōst p̄nitēdo euasit: vel idē dicuntur eū canes comesturi, q̄ sanguinē eius linxerunt. Sanguis nāq; est in dispositione p̄pinq̄ua ad carnē. Vndē filius dicitur nat⁹ de substātia patris, q̄ de semine eius, quod vocatur sanguis coagulatus. Igitur nō fuit alter talis sicut Achab, q̄ venundatus est, vt faceret malum in cōspectu dñi. Cōtinuit enim eū Iezabel vxor sua, & abominabilis factus est, in tantum vt sequereē idola, q̄ fecerant Amorrhæi, quos cōsumpsit dñs ad facie filiorū Iſrael. Itaq; cū audisset Achab sermōnes istos, sciēdit vestimēta sua. In dō ex furore, secūdū qd̄ in fine p̄cedētis capituli legit̄ venisse in Samariā furi būd⁹, sed ex timore atq; in signū humiliatiōis ac p̄nitētis, q̄uis humiliatio & p̄nitētia illa credatur venisse ex timore ferulit, nō ex fide formata charitate & zelo iustitiæ. Aliq̄ tñ dicunt, q̄ ad tēpus verē p̄nituit, sed paulō pōst recidiuauit. [Et operuit cilicio carnē suā, ieiunauitq̄; & dormiuit in sacco & ambulauit demisso.] J. inclinatio capite. Itaq; cōsternatus ac desolatus, & cōfite bat se grauius excessisse, vt Ioseph⁹ addit: Cur nō spreuit verba Helīæ, nec eū in carcerauit, sicut cōtēpserit verba p̄pheta, de quo in fine p̄cedentis cap. quē & secūdū Iosephū in carcere posuit, quē ad modū etiā in sequētī cap. legit̄, Michāā in carcerasse? Ad quod videt̄ dicēdū, q̄ Helias fuit valdē famosus propheta, cuius oratione nouerat cælū tribus annis fuisse clausum, & alia p̄clara mirabilia esse p̄acta, idēo verba eius magis p̄timuit, & forsan superaspiētissimus, pius, iustusq̄; dñs vidēs ipsum Achab ad occisionē Naboth & possessionē vineæ eius fuisse collapsū ex malitia impijssimæ Iezabel magis quā ex se, dedit ei timorē istū feruilem. P̄fandū quoq; q̄ impeterritē loquutus sit Helias omnia verba hæc regi animosō & iracūdō, qui antē sic fugerat ex cōminatione semine vitiosæ. [Et fact⁹ est sermō dñi ad Helīā Thesbitē,] dicens: Nōne vidisti humiliatū Achab coram me? Quia igitur humiliatus est causa meſji. ex timore vindiētæ mee seu æquitatis & ex intuitu suorum facinorū, tñ non inducā malum in diebus eius, sed in diebus filij sui inferam malum domui eius. J. p̄fatas plagas & vltiones differā vsq; post eius mortē. Nam dato quod nō p̄nituerit zelo iustitiæ, sed feruili formidine, tñ per p̄nitentiā illam & humiliatiōnē ac satisfactoria opera, quæ (vt dictum est) fecit, potuit miam hanc mereri, quoniā opera bona ex genere extra charitatē facta, sunt benē meritoria tēporalis prosperitatis & p̄longationis vitæ p̄sentis, cū Deus nullum bonū dimittat irremuneratū. q̄ Moraliter patet ex isto cap. qualiter innocentes ac iusti frequenter falsis testimonijs opprimunt̄, & q̄ graue crimen sit hoc, quomodō etiā superiores frequēt̄ iniuste inferioribus indignentur, eosq; p̄sequantur, eo q̄ non cōsentiant ipsi in rebus illi citis. In sup̄er qualiter viri sēpē ad magna & grauiā excitentur peccata à suis vxorib⁹, & quomodō iudice inferiorē mortuōs falsa p̄ferat iudicia ad cōplacendū maioribus suis, & ad instigationē ipsorum, vel ex inordinato eorū timore. Postremō, ex hoc quod sceleratissimus Achab ex cōminationibus tēporalium nocumētorum & ex timore eorum tantā p̄nitentiā egit, vestes suas scindēdo, cilicium induendo, ieiunādo & dormiēdo in sacco, inclinātq; capite incedendo, nō obfātē regio fastu & cōsueta mollitiē, declaratur, quāta sit iniq̄uorum p̄uersitas Christianorū, qui nec ex cōminationibus scripturarū sc̄larum æterna supplicia cōminatū, nec ex sermōcinationib⁹ deuotorū sup̄ hoc terribiliter exclamātū, nec ex terrore tā incōparabilem tormētōrū, neq; ex cōsideratiōe sempiternæ dānationis eorū q̄ iā perierūt, humiliat̄ semetip̄os, vel p̄nitentiā agūt, aut mēstū vultū ofidūt, sed abfq; timore p̄petrāt mala, imō gloriātur in illis. **Pro. 2.**

Expositio. Cap. XXII. Transierunt igitur tres anni abfq; bello. Arti. XXXII.

In isto cap. recitatur, qualiter punitio p̄nunciata regi Achab p̄cedenti cap. q̄ s. anima sua esset pro anima regis Syria, quē iniuste dimisit mortē euadere, sit impleta in ipso. [Transierūt] igitur tres anni abfq; bello inter Syriam & Iſrael, J propter scēdus pacis quod Achab & Benhadad inierunt, vt dictum est supra, & computantur tres anni isti à tempore paci illius. [In anno autem tertio,] sine eius appropinq̄ante, [descendit,] quia terra regni duarum tribuū altior situ fuit, quā terra decem tribuum, [Iosaphat rex Iuda ad regem Iſrael] visitandum. Nam filia Achab & Iezabel, nomine Athalia, fuit vxor Ioram filij Iosaphat regis, sicq̄; ad inuicē amicitiam contraxerunt. [Dixitq; rex Iſrael ad seruos suos:] Ignoratis quod nostra sit de iure Ramoth Iciuitas, si ta in terra [Galaad, & negligimus eam tollere.] Id est, recuperare [de manu regis Syria, qui iniuste vi] p̄lij abstulit eam nobis, cū tamen sit notabile oppidum, vt potē vrb̄s refugij pertinens ad tribum Gad, vt patet in libro Iosue, & Deuteronomij, & ciuitas sacerdotum. [Et ait ad Iosaphat:] Veniēsne mecum ad p̄liandum in Ramoth Galaad? Dixitq; Iosaphat ad regem Iſrael: Sicut tuos sum, ita & tuji. confederati atque vnanimēs sumus in tali bus. [Ipopulus meus & populus tuus vnū sunt, & eq̄tes mei & eq̄tes tui] per cōfederationē & amicitiam

4. Regum. 9. 3. Reg. 22.

3. Reg. 20.

Iose. lib. 8. an. lu. ca. 14. 3. Reg. 20. Iose. lib. 8. an. lu. ca. 15. 3. Reg. 22. 3. Reg. 17.

3. Reg. 19.

Eccle. 8. Pro. 2.

3. Reg. 22. 3. Reg. 20.

Iosue. 20. Deu. 4. Iosue. 12.

for. » intell. ctus istoru

Ioh. 1. 8.

3. Reg. 20.

Iob. 42.

Esa. 6. Daniel. 7.

ciat. Na & ideò Iosaphat vir pacificus fecit filiu suu cu filia Achab cotrahere, vt inter regnu suu & regnu Israel esset pax. [Dixitq; Iosaphat ad regē Israel: Quere, oro te, hodie sermone dñi. Ora- culu Dei per pphetas, qd sit expediens ac futurū in causa ista periculosa. sciuit etem Iosaphat, regē ac populū Israel esse supersticiosos atq; idololatrias, ideò periculosum esse eos iuuare. [Cōgre- gavit ergo rex Israel pphetas qdringentos circiter viros] q erāt ppheta Baal, sed iuxta morē lo- quēdi vocant ppheta, [& ait ad eos: Ire debemus in Ramoth Galaad, an qescere? Rñderūt: Ascen- de, & dabit eā dñs in manu regis.] Quidā ait, ppositionē hanc dubiā extitisse, qā intelligi poterat tam de rege Syria, q de rege Syria. Veruntū ex cōsequētibus, istorū Pseudō verborū manifestē ha- bes, q per regē intellexerunt regē Israel. [Dixit aut Iosaphat] falsos illos pphetas cultores Baal, abhorrens, & forsā ppheta illi per dñm intelligebāt deū suum Baal. [Nō est hic ppheta dñi q- p- iam, vt interrogemus per eū? Et ait rex Israel ad Iosaphat: Remāsit vir vnus per quē possemus in- terrogare dñm. Sed ego odi eū, qā nō prophetat mihi bonū,] i. prospera [sed malū] i. aduersa, [Micheas filius Iemla.] Ceteros putauit à Jezabel interfectos, sed qre siluit de Helia? forsā quia recesserat, & nesciuit Achab vbi iā esset. [Cui Iosaphat ait: Ne loqris ita rex.] non dicas te odire pphetam Dei, eo q vera tibi pdicat, siue sint prospera siue aduersa. [Vocauit ergo rex Israel eu- nichū quendā, & dixit ei: Festina adducere Micheā filium Iemla. Rex aut Israel & Iosaphat rex Iuda, se debat vnusquisq; in folio suo, vestiti cultu regio, in area iuxta ostiū portæ Samaria, & vni uersī pphetas ppheta bāt in cōspectu eorū. Fecit quoq; sibi Zedechias filius Chanaan.] i. de ge- nere Chanaan eorū, vel filius viri noie Chanaan, [sibi cornua ferrea, & ait: Hęc dicit dñs: His ven- tilabis Syriā, donec deleas eā] i. potestate & exercitu tuo designatis per cornua ista, disperdes & vinces Syros: vel hoc signū tibi oñdo, q illos fugabis, quē admodū aliqñ ppheta Dei ppheta- bāt per Iola verba, qñq; per verba & sensibilia signa seu gesta. sic & iste pseudoppheta plūm- pfit, vt magis authenticus videret. Oēs q; pphetae similiter ppheta bāt, dicētes: Ascende in Ra- moth Galaad, & vade prosperē, & tradet eam dñs in manus regis. Nūcius verō q ierat vt vocaret Micheā, loquutus est ad eū, dicens: Ecce sermones pphetarū ore vno regi bona pdicant, sit ergo & sermo tuus similis eorū, & loquere bona. Cui Micheas ait: Viuit dñs, qā quodcūq; dixerit mihi dñs, hoc loquar. Venit itaq; ad regē, & ait illi rex: Michea, ire debemus in Ramoth Galaad ad pti- andū, an cessare?] i. an expedit vt eamus ad ptiandū pro Ramoth recuperanda? [Cui ille rñdit: Af- scende & vade prosperē.] i. opto vt prosperē vadas, sicut cōmuniter dicimus abeunti: Vade in pa- ce. vel ironice dixit hoc zelo iustitię, qā rex impius indignus fuit vero rñso, quauis hoc postea datū sit ei, [& tradet dñs in manu regis.] nō dixit quos, vel in cuius regis manu, sed obscure loqu- tus est, vel qā rex potius voluit audire, pspira q vera, dedit ei irrisoriē rñsum huiusmodi: ac si di- ceret, taliter tibi rñdeo, vt mereris & dign⁹ es, quod Achab suspicās, dixit: [Dixit aut rex ad eum: Iterum atq; iterum adiuro te, vt nō loquaris mihi, nisi quod verum est in noie dñi. Et ille ait: Ve- rum dādo respōsum, ppter reuerentiā nois dei quo fuerat adiuratus, sicut & Chrus à pōtifice ad- iuratus, respondit, qui antea siluit. [Vidi] in visione imaginaria pphetali mihi ostēsa, [cunctum Israel] i. exercitum tuum, [dispersum in mōtib⁹,] quib⁹ terra illa abundat, [qñs] oues nō habentes pastorē, qñs dicar, sicut collecti vadunt bellatores ad prēlium, sic isti dispersi diffugiēt, & rex seu dux eorum cadet, aufereturq; eis. [Et ait dñs] mihi in visione, [Non habent dñm isti,] id est, rex eorum lœtali ter vulneratus, mox morietur. [Reuertatur vnusquisq; in domū suam in pace.] ex hoc aliq trahunt & dicūt, q nullus de exercitu Israel cecidit in prēlio illo, nisi rex Achab. suprā tamen dixerat dominus, q anima Achab esset pro anima regis Syrię, & populus Israel pro po- pulo Syrię, quod aliqui soluunt, q ideo populus Achab fuit pro populo illo, quoniam fugit de prēlio. [Dixit ergo rex Israel ad Iosaphat: Nunqđ non dixi tibi, qā non prophetat mihi bonum, sed semper malum?] quasi dicat, non verē, sed inuidiose loqtur mihi. [Ille verō addens, ait] Cla- rius exponendo suam reuelationem & seriem deceptionis perdidit regis: [propterea] i. ob tuam incredulitatē confutandam seu informandam, [Audi sermonem domini: Vidi dominum se- dentem super solum suum, & omnem exercitum cęli assistentē ei à dextris & à sinistris.] Cer- tum est q De⁹ in seipso sit incircūscriptibilis, immaterialis, simplicissimus, illocabilis, & intēpo- ralis, idcirco nec angeli in corporei sitaliter Deo assitūt, nec eū inter se termināt aut includūt, ideò visio ista Micheę fuit imaginaria, qua vidit Deū in similitudine, forma seu specie quadam ipsum representāte, siue fuerit similitudo illa tantūm in imaginatione illa pphete, siue formata exterius, prout sanctus Iob loqtur Deo: Auditū auris audiui te, nūc aut oculus meus videt te. Cō- munitē autem fiebant tales visiones ipsīs prophetis ab omni exteriori sensu alienatis, huicq; vi- sioni Micheę similis fuit visio Esaie protestantis: Vidi dominum sedentem super solum ex- celsūm & eleuatū. Ila quoq; Danielis, de qua ipse ait: Aspiciēbam in visione mea nōctę, donec throni positi sunt & antiquus dierum sedit. Millia millium ministrabāt ei, & decies millies cente na millia assitēbāt ei. Iuxta quem etiam modum Ezechiel in exordio voluminis sui, innuit sibi domi-

Ezech. 1.

Gregorius

Iob 2.

Matth. 20. Prouerb. 3. Cantic. 2.

Ezech. 14.

Esaie 63. Psal. 42. Deuter. 1.

Iob 1. 24.

Iob. 8.

Pet. Co. 12. Ito. lib. 3. Re. cap. 39. Iose. lib. 8. an. iu. ca. 14.

dñm apparuisse: Super firmamentū, inquiens, qñ aspectus lapidis sapphiri similitudo throni, & super similitudinē throni, similitudo qñ aspectus hois desuper. Potest quoq; huiusmodi visio fieri in vigilia & in somno. Porrò quod dictū est, oēm exercitum cęli assistentē ei à dextris & à sinistris, expōsitos cōmuniter sic explanant, q omīs exercitus cęli dicit Deo assistere à dextris, quantum ad angelos bonos: & à sinistris, quantum ad angelos malos: & in hoc sequunt Grego- rium, sicq; dicunt angeli mali Deo à sinistris assistere, quia frequenter sunt executores equita- tis diuina: nec aliqd possunt nisi altissimo permittente. Vndē scriptū est: Factū est cūm quadā die filij Dei venissent & starent corā dño, venissetq; sathan inter eos & staret in cōspectu eius. & quauis expositio ista sit cōmendanda, videt tñ locus iste aliter posse exponi, & magis cōsonan- ter ad formā textus. Loqur em propheta de Deo tanq de rege magno residentē in throno suo, & de toto eius exercitu lateraliter ipsum ambiente, prout milites solent principem circūstare. sic aut proprie nō circūstāt neq; assitūt, nisi milites boni aut serui fideles. Itē hoc loco per oēm exercitum cęli videt intelligendum totus exercitus cęli empyrei, ad quē non pertinent angeli tenebrarum. Ideò per oēm exercitum istum vident soli angeli sancti intelligendi, qā & hi qui in regno beatitudinis sunt, ad sinistrā regis beati sunt. Vndē mater filiorū Zebedai orauit, dic vt se deant hi duo filij mei, vnus ad dexterā, & vnus ad sinistram tuam in regno tuo. In Prouerbiorum quoq; lib. legitur: Longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra eius diuitiæ & gloria. Sponsa quoq; in Canticis: Læua eius, inqt, sub capite meo, & dextera illius amplexabit me. [& ait dñs: Quis decipiet Achab regē Israel, vt ascendat & cadat in Ramoth Galaad?] Loqur scriptura ista de Deo more humano, cūm omipotens Deus nihil ex ignorantia qrat, nec per se vocaliter sci- ficet, sed interna allocutione loqur supernis spiritibus, prout de hac re super Iob dictū est ple- niūs. [& dixit vnus verba huiuscemodi] intellectu aliter respondēdo, se q; ad Dei obsequia exhi- bendo paratū, [& alius aliter] nō q in ciuib⁹ cęli empyrei sit discordia vlla, sed oēs ad eundē finē vnanimiter tendebāt, quauis per media plura ac varia. Nec est intelligendū, q Deus, aut an- geli sancti voluerunt ipsum Achab direxerē & efficiēter decipere, aut falsa aliqua reuclare, sed permissiue duntaxat, iuxta quē sensum in Ezechiele scriptū est: Propheta cūm errauerit, ego dñs decepi prophetā illum. Nempē in tantum dependēt efficiēterq; procedunt à Deo omīs il- luminatio, grā, virtus, cōpunctio, directio & profectus, q etiā opposita horū dicunt esse ab ipso, qm non nisi ipso permittente cōtingunt. Vndē Esaia loqur Deo. Quare errare nos fecisti de vijs tuis in durasti corda nostra ne timeremus te? Et Psalmista: Declinasti, ait, semitas nostras à via tua. Hinc in Deuter. Moses loqur: Noluit Seon rex Hesebon filijs Israel dare transitū, quia indu- raui dñs Deus spiritū eip & obhrmauerat cor illius. [Egressus est aut spiritus, & stetit corā dño,] Iste fuit spūs malus, q exiuit de praua voluntate ad opus seu actū illicitū, stetitq; corā dño vbiq; pte, & in imaginaria visiope videbat de sua societate cōfurgere, & corā Deo sedente in solio apparere, tāq paratus implere iniquē, quod Deus permisit fieri iuste, nō q spiritus ille malignus vnquā empyreū intret cęlum, aut ibi inter angelos Dei cōsiliat: sed sicut angeli sancti paratos se exhibēt obsequi creatori & omī bono, sic ille in malo, vel etiam in executione diuitiū iustitię, tñ peruersa intentione & ex vitiosa radice. [Et ait: Ego decipiā illū. Cui loquutus est dñs: In quo? Et ille ait: Egre diar & ero spiritus mendax in ore omniū prophetarū eius. Et dixit dñs: Decipies & pualetis, egredere & fac ita.] Ista locutio Dei ad dāmonē, est iusta permissio eius, & colloca- tio per angelum bonū, cuius est refrenare & relaxare potestatem diaboli, sed spiritalia & inter- na non capiunt ab hominibus grossis, nisi per similitudines corporalitū exprimant more huma- no, tñ ad intelligendum hęc plenius, recurrendum est ad expositionē primī capituli libri Iob. [Nunc igitur ecce dedit dñs] permissiue spiritum mendacij in ore omnium prophetarum tuorū qui hic sunt] i. à spiritū diabolico, q est mendax & pater mendaciorum, permisit hos falsos ip- spirari, falli & prouocari ad prophetandum mendosē. Vndē elicitur error Hebræorū quorundā dicentium, q spiritus iste fuit anima Naboth lapidati ac mortui, quæ anima cū fuerit virtuosa atq; in sinu Abrahę posita, nō exiuit ad proferendū ista mendacia. [Et dñs loquutus est cōtra te malum. Accesit autem Zedechias filius Chanaan, & percussit Micheam in maxillam, & dixit: Me ne ergo dimisit spiritus dñi, & loquutus est tibi?] Zedechias iste superbus & laudis humanæ ac pprii cōmodi cupidus, q cornua fecerat sibi, præ ceteris, ægrē tulit, q dicebatur deceptor atq; deceptor, nec verum habens spm prophetiæ, [& ait Micheas] vir patiens, & percutientem non repercutiens, neq; cum turbulentiā loquens, sed modestē respondens, [visurus es] vera esse quæ dixi, [in die illa quando ingredieris cubiculum, intra cubiculū vt abscondaris,] videlicet cūm insonuerit rumor de regis occisione, quia tunc metues à filijs regis occidi tāquam falsarius & deceptor, cūm fuerint à bello regressi. Circa hęc magister in historijs Iosephum sequens, ad- dit: Vidit Zedechias regem dubitantem quid ageret, confortauitq; eū secretō, dicens: Si Miche- as esset propheta, aruisset manus mea in eum extensa, sicut aruit manus Hieroboam quam extē- dit

3. Reg. 13.
3. Reg. 21.

dit cōtra prophetā in Bethel, vt suprā patuit, & etiam loquutus est cōtra Heliā, q̄ dixit te moriturum, vbi lapī datus est Naboth prope Israel. Hic autē dicit, te moriturum in Ramoth, vnde vlt̄a cōclusit, q̄ nulli eorum esset credendū, quia inter se discreparēt, tunc rex audacior factus, ius sit in carcerari Micheam, sicut cōsequenter in textu describit: [Et ait rex Israel: Tollite Micheam, & maneat apud Ammon principē ciuitatis, & apud Ioas filium Amalech, & dicite eis: Hęc dicit rex: Mittite virum istum in carcerē, & sustentate eum pane tribulationis & aqua angustię, donec reuertat in pacto. Dixitq; Micheas: Si reuersus fueris in pace, nō est loquutus in me dñs. Et ait Micheas] q̄ iam apprehendebat, vt duceret ad carcerē. [Audite populi oēs] i. sitis memores corū q̄ dixi, vt cum fuerint ad impleta, perhibeatis testimoniū veritati. [Quidā dicunt, q̄ dixit hoc, volens plūs loqui, sed nō fuit permissus. Ascendit itaq; rex Israel, & Iosaphat rex Iuda in Ramoth Galaad. Dixit itaq; rex Israel ad Iosaphat: Sume arma] tua, i. regijs armis te muni, [& ingredere plium] tanq̄ dñs totius exercitus, [& induere vestibus tuis] i. regalē in due apparatus atq; vestitum, regalia assumendo in signa, q̄ ferre cōsueuit ad bella, & cōmunē vestē nunc deponendo. Hoc Achab lo cutus est, vel vt Iosaphat regi tanq̄ maiori deferret, vel ne ipse Achab cognosceret à Syris, sicq; mī nūs impugnaret ab illis, vel vt pondus belli super Iosaphat immineret. Hinc sequitur. [Porro rex Israel mutauit habitū suum] militari vestitu & armatura q̄si operis se. [& ingressus est bellū. Rex autē Syrię p̄cepit principibus curruū,] i. ex q̄bus qdam pugnabat [triginta duobus,] dicit: Nō pugnabit cōtra minorē & maiorē quempiā, nisi cōtra regē Israel solū. i. illū solū modō inuadētis, anq̄ incitatorē principalē totius huius negocij, & q̄ fœdus pacis, quod secum iniij, violat modō. Dicunt tñ quidā Hebręi, q̄ per exploratores fuos clam percepit, q̄ iter Micheas p̄dixit eum castitū ibidē, & ceteros euasuros, idē iussit eū duntaxat impugnari. [Cū ergo uisissent principes curruū Iosaphat, suspicati sunt q̄ esset rex Israel. Et impetu facto, pugnabat cōtra eū.] cōtra Iosaphat quē videbāt regio diademate decoratū, putantes q̄ esset Achab, & exclamauit Iosaphat] 2. Paral. habetur, q̄ clamauit ad dñm, i. Deū pro defensione & euasione rogauit, uocauit quoq; ad se auxiliarios suos p̄cipuos, & capitis sui cultodes. [Intellexeruntq; principes curruum, q̄ nō esset rex Israel, & cessauerunt ab eo. Vir autē quidā tetendit arcū, in incertū sagittā dirigēs, & casu per cussit] iaculo [regē Israel inter pulmonē & somachū.] Nō sine diuina p̄dinatione hoc cōtigit, imō respectu diuinę p̄uidentię omnia certissimē inuentis ac æternaliter p̄noscētis, nihil est ca suale, neq; fortuitū, imō sic certus est ordo causarū, q̄uis ex hoc nō tollantā re-

3. Reg. 20.

1. Paralip. 18

Ibidem

Ibidem

Ibidem

bis creatis libertas, fortuna & casus, vt experientia quoq; testat. Veruntū in Paral. legit, q̄ percussit regē Israel inter ceruicē & scapulas, pro quorum cōcordia rñdetur, q̄ sagittā a parte anteriori p̄pe pulmonē intrauit, & retrō circa scapulas exijt, q̄ tendendo in altius mouebat, vt potēta pedite missa, & regē in curru stantē tangēs ac perforās. ¶ Quōd si q̄rat, q̄liter regē armatū potuit perforare: Rñdetur ex eo, q̄ in Hebręo habetur, percussit eum inter squamas & loricā, videlicet, quia rex super loricā habuit armaturā, vt fertur de laminis ferreis inter squamas cōnexis, eleuatāq; vna earū a loco suo, sagittā per eum intrauit. [At ille dixit aurigę suę: Verte manū tuā, & eijce me de exercitu, q̄ grauius vulneratus sum. Epaulopōst̄ subdit: Rex Israel stabat in curru suo cōtra Syros, & in Paral. additur, vsq; ad vesperā, quomodō ergo iussit se de exercitu eijci? Rñdetur ex eo q̄ 2. Paral. asseritur, Educ me de acie. Itaq; sensus est, q̄ iussit se de prima acie reduci ad posteriorem in curru, in qua minūs impugnaretur, suamq; lætionē ampliūs occultaret: stetit autē in curru suo, ne exercitus suus cognita vulneratiōe sua territus fugeret. [Cōmissum est ergo plū in die illa. Et rex Israel stabat in curru suo cōtra Syros. Et mortu⁹ est vesperē. Fluebat autē sanguis plagę] regis [in sinum] hoc est, interiora ac fundū [currus, & p̄cō] insonuit in vniuerso exercitu, antequam sol occumberet, dicens: Vnusquisq; reuertatur in ciuitatē & in terram suā] ita vt populus Iosaphat cum ipso ad terram regni redeat Iudę, sicq; p̄cō iste iubente principe militię, primō insonuit buccina, deinde protulit verba ista rege iam mortuo aut penē defuncto. [Mortuus est autē rex, & perlatus est in Samariam. Sepelieruntq; regē in Samaria, & lauerunt] mulierculę [currum eius,] sanguinem de sinu currus extergendo, [in piscina Samarię, & linxerunt] canes sanguinē eius,] sic extersum in aqua. [& lauerunt] habenas eius] hoc est, lora seu retinacula freni sanguine regis adpersa, [iuxta verbum dñi quod locutus fuerat. Reliqua autē sermonum Achab, & vniuersa quę fecit, & domus eburnea, quam ædificauit, cunctarumq; vrbium quas extruxit, nōnē hęc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel?] Qui liber non superest, nec habetur. Nō em̄ est liber Paral. in quo de domo eburnea regis Achab nil legitur. [Dormiuit ergo Achab cū p̄sibus suis, & regnauit Ochozias filius eius, p. eo. Iosaphat verō filius Asa regnare cœperat super Iudā, anno quarto Achab regis Israel. Trigintaquinq; annorū erat, cū regnare cœpisset, & viginti quinq; annis regnauit in Hierusalem. Nomē matris eius Azuba, filia Salhi. Et ambulauit in omī via Asa patris sui, & nō declinauit ex ea. Fecitq; q̄d rectū erat in cōspectu dñi.] Iosaphat ergo regnauit anno quarto regni Achab, de cui⁹ verbi intellectū dictū est suprā diffusē.

[Veru-

[Veruntū excelsa nō abstulit.] Quid per excelsa intelligat, & q̄liter licuit, aut illicitum fuit in eis Deo immolare, dictū est suprā. [Adhuc em̄ populus sacrificabat & adolebat incēsum in excelsis. Pacēq; habuit Iosaphat cū rege Israel. Reliqua autē verborū Iosaphat, & opera eius q̄ gessit, & plia,] 3. Reg. 15. hęc scripta sunt in libro verborū dierum regū Iudę.] De opulentia, magnificētia, victorijs, deuotione, fama, iustitia, ædificijs, copiosis exercitijs regis Iosaphat, multa 2. Paralip. in diuersis capitulis sunt cōscripta, & tñ ante editionē libri Paral. scripta erāt & alibi. [sed & reliqas] hoc est, residuos cōfēminatorū q̄ remanserāt in diebus Asa patris eius, abstulit de terra. [Qui dicant effēminati, in expositione superiorū continēt. Nec erat rex tunc cōstitutus in Edom.] i. Idumæi quibus Dauid rex abstulit regiā dignitatē & principatum regalē, à tēpore illo vsq; ad tēpus Iosaphat nō constituerunt sibi regē, sed sub tributo seruiērūt regibus Iuda. Istud hęc tangit, ad insinuandū q̄ & Idumæi erāt subiecti Iosaphat regi, quanq̄ 2. Paral. nō legatur cū Moabitibus & Ammonitis cōtra Iosaphat cōuenisse, sed interierūt, & deceterō manserūt ei subiecti. [Rex verō Iosaphat fecerat classes] i. naues q̄ irent [in mari, q̄ nauigarent in Ophir] i. locū sic appellatū in India, [propter aurū] indē portandū, [& ire nō potuerunt,] i. vsq; Ophir, p̄cedere, [quā cōfractę sunt in Afiongaber] i. loco intermedio sic vocato, de quo loco & de Ophir dictū est suprā. De causa huius diffipationis nauis Iosaphat, habet 2. Paralip. videlicet q̄ amicitia iniij cū scelestissimo rege Israel Ochozia, cuius foror exiitit sua vxor. [Tūc] i. post primā nauis cōfractiōnē, [ait Ochozias filius Achab ad Iosaphat: Vadant serui mei cū seruis tuis in nauibus] pro auro. [Et noluit Iosaphat,] in hac secunda vice, qua misit pro auro neq; deinceps, q̄ vt in Paral. recitatur, increpatus fuit à dño per prophetam de amicitia & societate sua cū Ochozia, fuitq; ei p̄dicitum, q̄ idē naues suę dissiparent in via. Fuit nāq; in hoc ipso culpabilis, q̄ & antea fuit ab alio propheta correptus de hoc, q̄ impio Achab p̄buit opē, i. amicitia eius admisit. [Dormiuitq; Iosaphat cū p̄sibus suis, & sepultus est cū eis in ciuitate Dauid patris sui, regnauitq; Iosaphat filius eius p. eo. Ochozias autē filius Achab regnare cœperat super Israel in Samaria anno septimo decimo Iosaphat regis Iudę, regnauitq; super Israel duobus annis.] Præhabitu est, q̄ Achab regnauit annis viginti duob⁹, & itē q̄ quarto anno regni Achab, incepit Iosaphat rex regnare, ergo Achab regnauit vsq; ad cōsummationē decimo octauī anni regni Iosaphat. Vñdē seq̄ videt, q̄ Ochozias filius Achab cœpit regnare anno decimo nono Iosaphat regis. Ad quod rñdetur, q̄ primus & vltimus anni, in q̄bus Achab regnauit simul cū Iosaphat, nō fuerunt cōpleti, idcirco nec cōputant hoc loco, & vt in Scholasticis ferē historia, ex dictis & libris diuersorū p̄phetarum collectus est liber Regū. Hinc est q̄ alius aliud, & alius aliud assignauit initium inchoatiōis regni, tñ regum Iuda, q̄ regum Israel, secundū diuersitatē rōnum atq; respectuum. [Et fecit malum in cōspectu dñi, & ambulauit in via patris sui, & matris suę, & in via Hieroboam filij Nabat, q̄ peccare fecit Israel. Seruiuit quoq; Baal, & adorauit eū, & iriuit dñm Deū Israel, iuxta omnia q̄ fecerat pater eius.] videlicet Achab. Qualiter autē in cōmutabilis & tranquillissimus Deus iritari dicat, vt potē quantum ad similitudinē effectus, nō per veritatē affectus, iuxta quē modum attribuit ei furor, indignatio, ira, dictum est sēpē. ¶ Iuxta tropologiam, per Achab designant qui veritatē dicentibus & increpantibus indignant, quales sunt multi magnates & diuites ac potentes, de q̄bus loquitur Esaias: Dicit vidētibus, Nolite videre: & aspiciētibus, Nolite adspicere nobis ea q̄ recta sunt: loqmini nobis placētia, videte nobis erōres. De talibus ferē & in Amos: Odio habuerunt corripētē, & loquentē perfectē, abominati sunt. O q̄ multi nūc tales sunt, q̄bus si veritas nudē dicat, & iusta fiat correctio, non emēdant, sed persequunt dicentē: Adulatores autē amant ac audiunt, sicut Achab Sedechiam, p̄phetasq; Baal, per quos figurati sunt p̄dicatores, pastores & clerici, q̄ principibus & maioribus platis blandiunt, & prospera sermocinant, q̄rentes illis placere, & p̄pria comoda, p̄motiones, bñficia obtinere, nō p̄fantes illud sancti Hieronymi: Nil grauius in sacerdotē, q̄ personarū acceptio, quod Ambrosius quoq; fatet. Porro, per Iosaphat exprimunt, q̄ veros & iustos p̄dicatores, pastoresq; diligunt & regunt, & verba correptionis ac saluberrimę directionis audiunt patienter, & amplectuntur libenter. Tales demū iusti ac timorati p̄dicatores ac p̄sidentes, & amatores fratru, signati sunt per Micheam, q̄ omī humano timore postposito, & omī priorū cōmodorum affectiōe sopita, cōstantissimē dixit: Viuit dñs, q̄ quocunq; dixerit mihi dñs, hoc loquar. Sic boni & verē sapientes loquuntur ac p̄dicant tempore opportuno, quicquid dñs loquitur in scripturis, & quicquid conscientia dicit, ac spiritus suggerit veritatis. ¶ Postremō docemur ex isto cap. quantum vitanda sit iustis principibus ac ceteris timoratis familiaritas, societatesq; prauorum, quia ex ea in diuersa & magna labuntur pericula. Iterum constat ex præinductis, q̄ reges & principes q̄nq; succumbunt in p̄silijs, quanuis iustā habeant causam, quia aliunde sunt culpabiles, & id quod eis debetur ex iure communi, recipere sunt indigni ex crimine p̄ciali. siquidem Ramoth Galaad pertinebat de iure ad regnum Israel, non ad Syros: & tamen rex Israel in bello, quo vrbem illam conabatur recuperare, est victus.

3. Reg. 15.

2. Paral. 17. 18

19. 20. 21.

3. Reg. 15.

2. Paral. 20.

3. Reg. 9.

2. Paral. 20.

Ibidem

3. Reg. 16.

Pet. Co. h. sto. lib. 3. Re. cap. 40.

Esai. 30. Amos 5.

Hieronym. Ambrosius

In hoc libro agitur de casu regni Iuda & Israel, propter regum suorum prauaricationem. De captiuitate & transfmigratione populi, & de subuersione vrbs Hierusalem & templi in ea.

PROOEMIUM SEV PRAEFATIO.



Via post mortem Iosaphat regis virtuosus, & Achab nomine regis indigni, facta est notabilis mutatio, tam in regno Iuda quam Israel, id est post descriptionem mortis amborum regum, hic incipit nouus & quartus liber, tractans de posteritate successoribusque illorum. Hinc quidam scribit, postquam in tertio libro actum est de vtroque, bipartitum regno pro tempore illo quo floruit, hic agitur inde pro tempore quo cadere cepit: quod quantumvis forsitan aliquo modo possit saluari, non tamen videtur irreprehensibiliter dictum, cum constet regnum Iuda cadere incepisse tempore Roboam, sub quo decem tribus ei ablatae sunt, & ipse cum populo suo ad idololatriam lapsus, regi Aegypti tributarius effectus est, vt 2. Paralip. 12. legitur, & supra 3. Reg. 12. similiter regnum decem tribuum cadere cepit statim vt vitulos aureos adorare exorti sunt. Propter quod Abia rex Iuda occidit de eis (regnante Hieroboam) quinquaginta millia vna die, sicut 2. Paralip. 13. fertur, & iam diu ante mortem Achab, tempore Achab non nisi septem millia erant, qui processerunt secuti aduersus Syros, & ducenti triginta pueri principum provinciarum, vt patuit 3. Reg. 20. Denique regnum Iuda magis floruit postquam sub Ezechia, imò & sub Ozia ac Ioathan & Iosia, quam tempore Roboam & Abia, sicut ex dictis in tertio, & dicendis in hoc quarto libro monstratur. verum est tamen, quod regnum decem tribuum magis defecit post Achab quam ante.

4. Reg. 17. 18
15. 22. 23.
2. Par. 27. 18

4. Reg. 17. 18
15. 22. 23.
2. Par. 27. 18

ENARRATIO CAPITVLI PRIMI. PRAEVARICATUS est autem Moab in Israel. Arti. I.



Præuaricatus est autem Moab in Israel, i. rex ac populus Moabitarum renuerunt decem tribuum soluere consuetam tributam regi Israel, ad quam erant constructi. Postquam mortuus est Achab, qui filio suo Ochozia bellicosior fuit atque potentior, & magnos contra Syros habebat triumphos, idem eo viuente, non renuerunt tributum persoluere. Ceciditque Ochozias per cancellos cenaculi sui, quod habebat in Samaria, quia dum quadam die in deambulatorio superieris cenaculi domus suae incederet, lapsus est improuise per cancellos seu appodiamenta, vel

3. Reg. 20.
* Ahazias

1. Reg. 6.

2. Theff. 2.

Matth. 3.
Marc. 1.

3. Reg. 18.

* luridas eiusdem cenaculi, & ægrotauit corpore conuulsato ex lapsu. Misitque nuncios, dicens ad eos: Ite, consulite Beelzebub Deum Accaron, i. quem habitantes in vrbe Accaron nomine, pertinente ad Philistæos, colunt, utrum viuere queant. In possim curari, de infirmitate mea hac demones namque quique per idola dabant responsa atque remedia, vel ab afflictione quam intulerunt cessando, vel naturalia applicando, & hoc propter vitia hominum, Deus quique iusto permisit iudicio, sicut pro tempore Antichristi ait Apostolus, quod Deus mittet illis operationem erroris, vt credant mendacio, vt iudicent omnes qui non crediderunt veritati. Angelus autem domini locutus est ad Heliam Thesbiten, dicens: Surge, & ascende in occursum nunciatorum regis Samariae, & dices ad eos: Nunquid non est Deus in Israel, vt eatis ad consulendum Beelzebub deum Accaron? Quasi dicat, utique, in terra Israel est verus Deus, qui ubique est presens, & à multis in Israel colitur, ideo non debuistis ad Beelzebub habere recursum. Quamobrem hæc dicit dominus: De seculo super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris. Qui dixit eis: Cuius figura & habitus est vir ille, qui occurrit vobis, & locutus est verba hæc? & fecit reuerti vos. At illi dixerunt: Vir pilosus est, quia longos habuit pilos in capite, in barba, putam in tonsus, tanquam eremi cultor, vel vocat pilosus, quia hirsutum habuit tegumentum instar beatissimi Ioannis Baptistæ, qui de pilis camelorum habuit vestimentum. [& zona pellicea] i. de corio, taccinctus renes] i. circa renes. [Qui ait: Helias Thesbiten est] cum quo pater istius, videlicet Achab, frequenter habuit consiliū verborum. Misitque ad eum quinquagenarium principem & quinquaginta viros qui erant sub eo, quos misit armatos non ob reuerentiam sancti prophetae, sed vt vi faceret eum secum venire, si sponte venire abnueret, quæ ascendit ad eum, vsque

vsque ad pedem vel aliquantam altitudinem montis, [sedenti que in vertice montis] forsitan carmeli, ubi orationi & contemplationi erat intentus, [tunc] non ex deuotione, sed ironice, tanquam idololatra verum dei irridens cultorem, quem putauit sibi per violentiam posse subicere. [Homo dei, rex precepit vt descendas. Respondens. Helias dixit quinquagenario: Si homo Dei sum] verè per cultum condignum, non ridiculose vt putas, [descendat ignis de celo] acreo, [& deuoret te & quinquaginta tuos.] Hoc dixit Helias zelo iustitie & diuino instinctu, quo etiam nouerat, quo animo ille fuit loquutus, iuxta quem modum sacratissimus princeps apostolorum imprecatus est mortem Ananiae & cotrugus eius, vt in Actis narrat. [Descendit ergo ignis de celo, & deuorauit eum, & quinquaginta qui erant cum eo. Rursusque misit ad eum principem quinquagenarium alterum, & quinquaginta cum eo. Qui loquutus est illi: Homo dei, hæc dicit rex: Festina, descende. Respondens Helias ait: Si homo dei ego sum, descendat ignis de celo, & deuoret te & quinquaginta tuos. Descendit ergo ignis de celo, & deuorauit illum & quinquaginta eius.] Huic ergo successit, sicut & priori, quæ eodem animo loquebatur. Et mirum quod ex prioris & suorum combustione non fuit conuersus aut territus. An forsitan putauit se pretereundum virtute deorum suorum, & precedentem deos non inuocasse? utrum verò omnes isti fuerint vsque ad cineres deuorati ab igne, vel solum occisi, puto incertum, quæ admodum etiam reor incertum, an in terfectio horum contigerit ministerio angeli sancti, sicut Assyriorum, an ministerio angeli mali, vt occisio Ananiae & suæ vxoris, secundum Bedam super Acta apostolorum. Iterum misit principem quinquagenarium tertium qui credit fuisse Abdias prophetam, vel si fuit idololatra, iam exemplo priorum fuit conuersus. [& quinquaginta cum eo. Qui cum venisset, curauit genua contra Heliam] i. coram eo seu ex opposito situ, [& precatus est eum, & ait: Homo Dei, noli despiciere animam meam, & animas feruorum tuorum qui mecum sunt. Ecce descendit ignis de celo, & deuorauit duos principes quinquagenarios primos, & quinquagenos qui cum eis erant. Sed nunc obsecro vt miserearis animam meam. Loquutus est autem angelus domini ad Heliam, dicens: Descende cum eo: Ne timeas. Surrexit igitur & descendit cum eo ad regem, sicque Helias iuit cum quinquagenario tertio, ne ille sine Helia rediens, male tractaretur a domino suo. Helias quoque constanter corripuit regem, prædixitque ei mortem, quia mox regem inuadente, illæsus recessit Helias, vnde subditur: [& loquutus est ei: Hæc dicit dominus: Quia misisti nuncios ad consulendum Beelzebub deum Accaron, quasi non esset Deus in Israel, à quo posses interrogare sermonem, ideo de seculo super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris. Mortuus est autem iuxta sermonem domini quem loquutus est Helias, & regnavit Ioram frater eius pro eo, anno secundo Ioram filij Iosaphat regis Iudæ. Non enim habebat filium, Reliqua autem verborum Ochozias quæ operatus est, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel?] Circa hæc rursus oritur difficultas de computatione annorum istorum, cum dictum sit precedenti libro, ipsum Iosaphat regnasse annis viginquaque, & anno regni eius decimo septimo istum Ochoziam sumpsisse regnandi exordium, qui regnavit tantum annis duobus etiam incompletis, ita quod mortuus fuit anno Iosaphat decimo octauo aut decimo nono, sicque supererant adhuc sex aut septem anni de Iosaphat regno, non ergo Ioram frater Ochozias cepit regnare anno secundo Ioram filij Iosaphat, sed ante hunc Ioram per sex annos aut septem. Insuper infra in principio capituli tertij scriptum est: Ioram filius Achab regnavit super Israel anno octauo decimo Iosaphat regis, non ergo anno secundo Ioram filij Iosaphat. Ad ista vt recitat Lyra, rudent Hebraei, quod Iosaphat iturus ad bellum, Ioram filium suum instituit regem, qui Ioram regnavit cum Iosaphat patre suo octo circiter annis, qui anni aliqui deputantur in regno Ioram filij Iosaphat. Cuius hic dicitur, quod Ioram frater Ochozias cepit regnare anno secundo Ioram filij Iosaphat, accipitur hic annus secundus Ioram filij Iosaphat quo cepit cum patre suo regnare, qui annus fuit decimus octauus anni Iosaphat regis, vt infra legitur. Porro magister in historijs circa hæc scribit: Duo anni quibus regnare dicitur Ochozias, sunt quibus regnavit solus & sanus ante quem cecidit per cancellos. Reliqui verò vel octo vel nouem anni, quibus eo languente frater eius Ioram administrationem regni agebat, non sibi, sed fratri deputantur. Vnde in decimo octauo anno regni Iosaphat Ioram frater Ochozias regnasse perhibetur, quia tunc regni administrationem pro fratre languente suscepit. Scriptura verò quæ dicit, quod Ioram filius Achab regnavit anno secundo Ioram filij Iosaphat regis, attendit tempus quo solus cepit regnare fratre suo defuncto. Illa quoque scriptura quæ postea dicit, videlicet infra octauo cap. quod anno quinto Ioram filij Achab regnavit Ioram filij Iosaphat, attendit tempus, quod pro fratre suo adhuc viuente regimè administrare cepit. Moraliter docemur ex isto cap. in omni necessitate & infirmitate ad deum verum confugere, nec in incerto diuitiarum aut in rebus vanis consistere, nec sortilegorum aut diuinorum inuestigare consilia vel optare subfidia. Rursus patet ex dictis, quod enorme & periculosum sit, sanctos homines irridere, & qliter viri sancti aliquam suam iniuriam vlti sunt, in quantum eorum iniuria in Dei iniuria redundauit, quod & sequenti docet cap. per hoc quod Heliseus pueris ipsum subsannantibus maledixit, & mox ab vris sunt lacerati. Expofitio cap. 2. Factum est autem, cum leuare vellet dominus Heliam per turbinem.

4. Reg. 19.
Act. 5.
Beda.

3. Reg. 22.

4. Reg. 3.

Ibidem
Pet. Co. hi.
sto. lib. 4.
Re. cap. 1.

1. Timo. 6.

4. Reg. 2.

Post descriptiones virtutum & miraculorum magni & iusti Heliae, describit hic quaedam praemiatio eius. [Factum est autem cum leuare vellet dominus Heliam per turbine] hoc est, in petru quoque dam & per impulsum seu inuolutionem ventorum, in caelum aereum, quae per aerem volitando venit in paradysum terrestrem. Erant Helias & Heliseus de Galgalis. [Locum etem qui Galgala appellatur, Helias ante suam translationem voluit visitare tanquam sacrum, quoniam transiit Iordane, filij Israel circumcisus sunt tibi, & castra fixerunt in eo, ac pascha celebrauerunt ibidem, ut habet in libro Iosue. [Dixitque Helias ad Heliseum: Sede hic] puta in Galgala, quia dominus misit me] hoc est, ire iussit [Veni in Bethel] ad visitandum & consolandum filios prophetarum ibi morantes. [Cui ait Heliseus: Viuit dominus & viuit anima tua, quae non derelinqua te. Ii. a tua corporali praesentia separari non volo quae diu manes in terra hac. Non ex inobedientia aut pertinacia dixit & iurauit hoc Heliseus, sed ex charitate magistri sui praecipua. Cur ergo dixit ei Helias, sede hic? forsitan ad probandum & experiendum charitatem charissimi discipuli ad se, & ut Heliseus cum vehementiori affectu secum pergendo, maiorem gratiam mereret: vel ad designandum quod dona ac opera singularis excellentiae ac superrogationis, sint potius occultanda, quantum conuenienter fieri potest, & quantum est ex parte eius, cui talia condonantur, quantum propter aliorum profectum, quoniam aliter oporteat fieri. Helias autem iam erat eleuandus in caelum, quoniam tantam suam excellentiam, quantum in se erat, maluisse celare, quoadmodum Christus, per actus quosdam miraculis, praecipit ne vulgarentur. Itaque; Helias non praecipiendo, sed magis pie tentando, & secundum vnam considerationem hortando, locutus est. Sede hic. [Cumque dixit descendissent Bethel,] hoc est, ad urbem sic dictam, quae non fuit Hierusalem, quae & ipsa alio nomine Bethel vocatur, sed fuit in decem tribuum terra, egressi sunt filij prophetarum qui erant in Bethel, & dixerunt ei: Nunquid nos, quia hodie Deus tollet dominum tuum] Heliam scilicet? Qui respondit: Ego noui. [Ex quibus verbis elicitur, quod tam aliquid ex illis filijs seu discipulis prophetarum, qui ipse Heliseus, ex reuelatione nouerat Heliam mox transferendum, & gratia prophetali fulserunt. [Silete. Ii. de hac re non loquamini amplius, ne Helias hortetur me hic remanere. [Dixit autem Helias ad Heliseum: Sede hic.] iuxta sensum praedictum, [quia dominus misit me in Hiericho] ad visitandum filios prophetarum ibidem. [Et ille ait: Viuit dominus, & viuit anima tua, quia non derelinqua te. Cumque venissent Hiericho, accesserunt filij prophetarum, qui erant in Hiericho, ad Heliseum, & dixerunt ei: Nunquid nos, quia dominus hodie tollet dominum tuum a te? Et ait: Et ego noui. Silete. Dixit autem ei Helias: Sede hic quia dominus misit me vsque ad Iordanem. Qui ait: Viuit dominus, & viuit anima tua, quia non derelinqua te. Ierunt igitur ambo pariter, & quinquaginta viri de filijs prophetarum secuti sunt eos. Qui & steterunt e contra longum. Illi autem ambo] videlicet Helias & Heliseus reuersi ad Iericho, [stabat supra Iordanem. Tulitque] i. accepit Helias pallium suum, & inuoluit illud, & percussit aquas Iordanis, quae diuisae sunt in vtranque partem] sicut mare rubrum percussum Moyses virga. Diuisae sunt itaque; aquae Iordanis in virtute pallij Heliae, sed per omnipotentiam Dei, per intercessionem & merita gloriosi Heliae. [& transferunt ambo per siccum] secundum Iordanem, sicut & filij Israel tempore Iosue. [Cumque transissent] & aquae ad pristinum locum redissent. [Dixit Helias ad Heliseum: Postula quod vis, ut faciam tibi,] dando aut desuper impetrando, santeque tollar a te. Vnde elicitur, quod Deus iam reuelauit Heliae quod Heliseo daret diuinitus, quod rogaret, & item quod Helias iam sciuit suam translationem innotescere Heliseo. [Dixitque Heliseus: Obsecro, ut fiat spiritus tuus duplex in me.] Hoc dupliciter explanatur. Primo, quod Heliseus petiuit gratiam spiritualem Heliae concessam ad prophetandum, & ad faciendum miracula fieri dupliciter, seu duplicari in se, ita quod haberet eam in dupla proportione, respectu Heliae. sicque; exponunt quaedam Catholici & Hebraei, dicentes hoc esse impletum, quoniam Helias suscitauit mortuum vnum dumtaxat, Heliseus duos. Heliseus quoque; infra legit sedecim fecisse miracula, Helias octo iam antea, & iuxta hunc modum petiuit Banaias, ut Deus faceret solum Salomonis sublimis solio Dauid, sed quae presumptuosum videret fuisse, quod Heliseus petisset tanto prophetae ac suo magistro sic praeferi ac praefulgere in donis istis, saluatore dicente: Non est discipulus super magistrum, hinc alij tam Catholici quam Hebraei communiter sic exponunt, fiat spiritus tuus duplex, i. gratia spiritus sancti tibi concessa ad duo praefata, concedatur & mihi propter comune bonum populi nostri, quoniam te sublato, indigent simili tui. [Qui respondit: Rem difficile postulasti. Ii. magnam & arduam & difficulter impetrabilem, quae vtrunque; horum est supernaturalis, & praesertim ut habeatur aequaliter mihi. [Attamen si videris me quoniam tollat a te, erit quod petisti: si autem non videris] me in ipsa separatione a te, [non erit] quod postulasti. Istud totum sic fuit reuelatum Heliae a domino, sed quare non fuisset petitio Helisei impleta, si non vidisset Heliam in raptu illo? poterat namque; Helias meritis suis ac precibus succurrere Heliseo, quoniam in illo puncto ipsum non conspexisset. Ad quod dicendum videtur, quod inaccessibilis & diligentissima illa directio oculorum Helisei ad Heliam, fuit effectus & signum suae deuotionis ac charitatis ad Heliam, imo magis ad Deum: ideo illud intuitum continuando, ex tali radice capacem se praebuit gratiae tanta: a quo intuitu si torpisset, detrimentum huius gratiae sustinisset. [Cumque; pergeret, & incedentes sermocinarent] de diuinis & pertinentibus ad

Iosue 5.

Matth. 17. Marc. 9. Lucae 5.

Gene. 12. Iosue 18.

Exod. 14.

Iosue 3.

3. Reg. 17.

4. Reg. 4. 13.

4. Reg. 23. 4.

5. 6.

3. Reg. 1.

Matth. 10.

ad salutem, ipso Helia Heliseum ad profectum & ad directionem Israeliticam plebis hortante, & ut filijs prophetarum pesseret, ecce currus igneus & equi ignei diuiserunt vtrunque; Ignem illae similitudines currus atque; equorum angelico ministerio fuerunt formatae, quae admodum stella quae Magis apparuit, & columba ac nubes quae super Christum apparuerunt, & alij dicunt, quod in curru illo & equi angeli apparuerunt, sicut interdum apparet in aliarum similitudine rerum. [Et ascendit Helias per turbine in caelum] aereum, sicut expositum est. In Ecclesiastico dicitur ad Heliam, qui receptus es in turbine ignis in curru igneorum equorum. Vnde elicitur, quod igneo curru ascendit in turbine, transferebat eum angelus sanctus, sicut angelus transfudit Habacuc vatem de Iudaea in Babylonem. [Heliseus autem videbat] eum sic eleuari, non cessans eum inspicere timore terribilium, quod apparuerunt ibidem. [& clamabat: Pater mi, pater mi.] Repetitio, est charitatis indicium, confirmationisque; signum, vel doloris de separatione ostium, [currus Israel & auriga eius.] Hoc dixit non de igneo curru apparere aut eius auriga, de cuius turbine auriga textus nihil loquitur: sed ipsum Heliam vocat currum Israeliticam plebis, & auriga eiusdem plebis, quoniam instar currus populum illum sustentauit, & eius supportauit ac suppleuit defectus, direxitque; eam sicut auriga quaedam dirigam, & iuxta hunc sensum, haec eadem verba rex Israel in scriptura profert de Heliseo. [& non vidit eum amplius. Apprehenditque; Heliseus vestimenta sua, & scidit illa in duas partes] ex dolore separationis a charissimo suo magistro, [& leuauit pallium Heliae quod ceciderat ei,] quia Helias detecit illud pro consolatione dilecti sui discipuli, ut aliquid haberet quasi ex testamento patris sublato, atque; ut illo pallio vestiret, in signum quod magistro suo succederet in duplici gratia iam praefata, & per illud miraculum faceret, quoadmodum subditur: [Reuerfusque; stetit super ripam Iordanis, & pallio Heliae quod ceciderat ei] ex ordinatione diuina, [percussit aquas,] sequens in hoc ipsum Heliam, quod paulo antea sic fecerat, atque; ut meritis Heliae fieret aquae diuisio, [& non sunt diuisae] ut antea, ut per hoc Heliseus aduerteret se inferioris meritis sui magistri, sicque; humiliaret se, nec de subita superpromotione ac potestate extolleret. [& dixit: Vbi est Deus Heliae etiam nunc?] quod d. Nonne verum vbi que; praesens est atque; omnipotens hoc est, & non meritis meis, sed pietate & gratia Dei, meritisque; Heliae praecor hanc Iordanem impetrare diuisionem, [percussitque; aquas] Iesu ista humilitate, [& diuisae sunt huc atque; illuc, & transiit Heliseus. Videntes autem] haec [filij prophetarum qui erant] i. habitabant in Hiericho e contra,] i. stantes ex aduerso Iordanis, quae (ut antea in isto habet cap.) quinquaginta viri de filijs illis sequebantur Heliam & Heliseum, & steterunt e contra longum, [dixerunt: Requieuit spiritus Heliae super Heliseum,] quod ex tanto perpenditur miraculo, [& venientes in occursum eius, adorauerunt eum prout in terram] dulcia adoratu, [dixeruntque; illi: Ecce cum seruis tuis] s. nobiscum [sunt quinquaginta viri fortes, qui possunt ire & querere dominum tuum, ne forte tulerit eum spiritus domini, & proiecerit eum] spiritus domini [in vnum montium aut in vnum vallium] i. in aliquem locum, sicut aliqui contigit ei, quod transpositus fuit virtute diuina per angelum de loco ad locum. Vnde supra lib. 3. Abdias dixit Heliae: Cumque; recessero a te, spiritus domini absportabit te in locum quem ego ignoro. [Qui ait: Nolite mittere,] quoniam certus sum ad quem translatus sit locum, & quod non inuenietur a vobis nec reuertetur, nisi circa finem mundi ad praedicandum cum Enoch contra perfidiam Antichristi, quoadmodum Apocalyp. 11. & Malach. 4. continetur. [Coegeruntque; eum] i. importune rogauerunt, [donec acquiesceret & diceret: Mittere,] quod dixit, ne amplius pateretur importunitatis illius molestiam, & ne ipsi manerent in dubio, & ite ne suspicarent, quod ipse reditum abhorreret Heliae, ne maior eo esset in plebe illa. [Et miserunt quinquaginta viros. Qui cum quassissent tribus diebus, non inuenierunt. Et reuersi sunt ad eum. At ille habitabat in Hiericho, & dixit eis: Nunquid non dixi vobis, nolite mittere?] Consequenter describunt alia duo Helisei miracula. [Dixerunt quoque; viri ciuitatis] Hiericho [ad Heliseum: Ecce habitatio ciuitatis huius optima est] i. conueniens situs & pulcher locus, [sicut tu ipse prospicis, sed aquae pessimae sunt] i. valde nocivae, & forsitan morbum ingerebant potantibus seu ventibus ea, & terra fecit infertile. ideo subdit: [& terra sterilis,] non ex se, sed ex aquae illius irrigatioe. siquidem de terra, permixtio fuit valde fructifera, etiam in circuitu Hiericho. [At ille ait: Afferte mihi vas nouum, & mitte in illud sal.] Cur voluit vasculum nouum habere? Forsan ne aliquis suspicaret, quod in vase quo voluit uti, fuissent quaedam alia vim sanandi aquae habentia, sicque; curatio aquae ascriberetur causae naturali, non diuinae virtuti. [Quod cum attulissent, egressus ad fontem aquarum, misit in illud sal, & ait,] oratioe praemissa & certificatus de sua exauditione. [Haec dicit dominus: Sanauit aquas has] i. iam eas eripio a corrupta earum dispositione, [& non erit in eis vltra mors neque; sterilitas,] quae fuerunt in aquis non formaliter, sed causaliter, quae morbum laethalem inferebant potantibus & terram vicinam reddebant in fructuosam. Misit autem in eas sal, propter mysticas rationes quae inducent, & ut miraculum esset praclarum, quia ex salis admixtione aquae impotabiliores efficitur, & corruptum magis quam meliorant, & iuxta hunc modum iussit Esaias massam ficorum superponi vlceri Ezechiae. [Sanatae sunt ergo aquae vsque; in diem hanc, iuxta verbum Helisei quod loquutus est. Ascendit autem inde Heliseus in Bethel,] ad consolandum filios prophetarum de recessu He-

Matth. 2. Lucae 3. Ioan. 1. Eccl. 48.

Danic. 14.

4. Reg. 4.

3. Reg. 18.

forfecerit

Esaie 38.

lia. [Cumq; ascenderet per viam, pueri parui] tñ adu'ta' t'at' & ratione vtentes, ita q' mortali-
 ter peccauerunt, faciendo quod subdit, Egressi sunt de ciuitate, & illudebant ei, dicentes: Ascen-
 de calue, ascende calue.] erantq; pueri isti (vt credit) à parētibus suis idololatri in formati, vt fa-
 cerent istud, Qui cum respexisset, vidit eos, & maledixit eis in nomine dñi. Ji. mala p'nalialia eis
 imprecauit virtute diuina, & nomen dñi inuocando, vel iuxta beneplacitum Dei, & per nomen
 ipsius quod fecit zelo iustitiæ, ne pueri illi in tanta malitia cresceret, sed punirent in vita ista, &
 gratia sibi cōcessa à Deo, mani festaret hoibus signo sequente, nec alij pueri similia facere atten-
 tarent, ac vitiosos parentes in suis filijs, quos malè instruxerāt, castigarent. [Egressiq; duo vrsi de
 salu] i. sylua seu nemore ductu angelico & nutu diuino, [lacerauerunt ex eis quos quadraginta duos
 pueros] cæteris culpabiliores. Nec tñ eorum parētes audebant hoc in Heliseo vicisci, timentes
 plagari. Itaq; in isto sequutus est Heliam, q' quinquagenarijs maledixit, [Abijt aut indè,] visita-
 ris filijs propheta rñ, [in montem Carmeli,] in quo Helias consueuit orationi & contemplationi
 vacare, vt & ipse hoc faceret ibi, & amore magistri sui ac propter sanctitatem loci illuc accessit,
 [et indè reuersus est in Samariam] urbem regni metropolim, vt ibi communitati prodesset.

4. Reg. 1.

3. Reg. 18.

Matth. 20.

Marc. 10.

Lucæ 12. 19.

Lucæ 18.

Matth. 20.

Ioan. 13. 14.

Ioan. 15. 16.

Ioan. 14.

Ioan. 16.

Ioan. 14.

Psal. 103.

Philip. 3.

Psal. 83.

Iob 12.

¶ Expositio eiusdem cap. II. mystica.

Arti. III.

Helias in multis Chrm pfigurauit. Deniq; trāslatio Helie in paradysum terrestrē, designauit
 nō solum Chri, sed & oim electorū eleuationē de terrā in cælum summū, de exilio isto ad
 patriā, de miseria ad salutē. Quēadmodum aut in instante Helie trāslatiōe, iuit ipse cum Heliseo,
 & visitauit suos discipulos, sic saluator passione sua in instante, affiduē adiuuit suis apostolis, per am-
 bulauitq; Hiericho & visitauit Bethaniam, & sicut Heliseus chorū pfigurans apostolorū, nequaquā
 cōsensit ab Helia nō dum trāslato separari, sic beati apostoli de separatione Chri ab eis per pas-
 sionē, nec audire nec intelligere aliqd potuerunt, ob nimia & aliquāter sensualē eorū ad Chrm
 affēctiōnē, in tantū, q' dum dixisset eis dē, Ecce ascendimus Hierosolymā, & cōsummabunt ois
 q' scripta sunt per prophetas de filio hois: tradet em gentibus, & illudet, &c. ipsi nihil horū intel-
 lexerūt. Insuper sicut Helias cōsolabat suos discipulos de suo recessu, & specialiter Heliseum, ex-
 hortans eū ad deprecandū quod veller, & exaudiret, sic filius Dei suam passionē discipulis pñun-
 ciando, statim pro eorū cōsolatione se tertia die resurrecturū pdixit, & specialissimē in cena illa
 nouissima multipliciter cōsolabat apostolos, admonēs eos ad exorandū cum omni fiducia, & q'
 exaudirent promittēs, qbus & spm suū promisit & grām propheticæ reuelationis ac virtutē agen-
 di miracula cōtulit in tantū, vt dixerit: Qui credit in me, opera q' ego facio, & ipse faciet, & ma-
 iora horum faciet, qa ego ad patrē vado. Itemq;: Cū venerit (inqt) ille spūs veritatis, docebit vos
 oēm veritatē. Et denuō: Spūs sanctus quē mittet pater in noīe meo, ille vos docebit omnia, & sug-
 geret vobis omnia q' cūq; dixero vobis. At verò, per hoc q' Helias dixit ad Heliseum, si videris me
 qñ tollar à te, erit quod petisti: si aut non videris, nō erit, pñgnatū videt, q' ad recipiendū pmissa
 Chri, oportuit oculo fidei Chri ascensionē cognoscere. quēadmodum etiā Helias ascendens,
 pallium suū Heliseo proiecit, sic Chrs scandēs in alta cælorū, humanitatis suæ mysteria, in carna-
 tionisq; fidē & corpus ac sanguinē sub sacramenti velamine dereliquit, & sicut Heliseus pallio He-
 lie aquas diuisit, sic discipuli Chri per p'fata mysteria fecerunt miracula, fluctusq; seculi transi-
 erunt illæsi. Quid aut per igneū currū, equosq; igneos, nisi angelicę potestates signant, de qbus
 cantatur: Qui facis angelos tuos spūs, & ministros tuos ignē vrentē? quorum subsidijs eleuantur
 electi ad cōtemplandū diuina, ita vt cōuersatio eorū sit modò in cælis. Insuper sicut filij prophe-
 tarū viso Helisei miraculo, dixerūt: Requieuit spūs Helie super Heliseū, & occurrerunt ei, ado-
 rantes eundē: sic Christiani videntes signa apostolorū, nouerūt spm Chri inuenisse in eos, & ho-
 norauerunt eos vt Chri vicarios. Deniq; per Heliseum q' misit sal in aquas, vt sanarent à sua cor-
 ruptione & infructificatione, intelligit deus pater, q' sapientiā increatā, vniuersitatemq; filii suum
 misit in vas nouū, i. in mundissimā virginis vterū, vel in corpus purissimū quod assumpsit, sicq;
 sanauit aquas Hiericho, i. fluxum, instabilitatē, fomitē, secularē scientiā & inquietudinē mundi,
 generisq; humani, in fundendo hoibus sapientiā salutarē, qua reformata sunt mentes credentiū,
 & fructuosa effecta, & virtutes, qbus in Deo sunt stabilitate. Postremo, per pueros vitiosos Heliseum
 irridentes, expressi sunt ludæi, q' Christo in passione illuserūt. propter quod ab vrsis duo-
 bus, videlicet Tito & Vespasiano, sunt dilaniati. Itē, qm Bethel interpretat domus Dei, per Heliseum
 ascendente in Bethel, intelligit q' cūq; deuota persona, intrans ecclesiā aut cœnobii in-
 grediens, & de virtute in virtutē ascendens, q' à secularibus hoibus irridet, iuxta illud beati Iob:
 Deriderunt iusti simplicitas, lampas cōtemptra apud cogitationes diuitiū. ideo ab vrsis, i. malignis
 spiritibus deuoratur, q' rectē per vrsos sunt figurati, ob varias vrsi proprietates, quarū prima est,
 q' vrsus tenet fortissimē id quod capit, sic demones eos quos fallunt & vincūt, totis conātū vir-
 tibus retinere, imò & grauioribus vitijs implicare. Secunda, q' vrsus debilis fertur esse in capite,
 & robustus in renibus: ita diabolus in exordio suggestiōnis pestiferæ nō est fortis, sed nisi tunc
 pro-

protinūs repellatur, tentationē cōtinuando, & concupiscentiā inflāmando, amplius inualefcit.
 Tertia, q' caprus, eosdē frequēter reiterat passus, sic demon ab aliquo victus, multipliciter nitit
 qualiter iterū vincat illū: quod certū est de illo, quē vnusq; exercitatorē hēc asserit. Nam & di-
 abolus semel victus à Chro, adhuc eū bis tentare psumpfit, victusq; tertio, recessit ab eo ad tem-
 pus, vt Lucas testat Euāgelista. Ideo quod coiter dicit, & ab Origene sumptū videt, dæmōem se-
 mel ab hoīe victū, nunq' amplius tētare eundē, nō cōsetur magnæ esse authoritatis, & de hoc sup
 librū Iudicum plenius dictum est, vbi verba Origene ex sua Homilia sunt introducta. Quarta
 est, q' canes plurimū odit, sic diabolus virtuosos pdicatores, idoneosq; pastores, q' p canes defi-
 gnatur, odit grauissimē. Quinta est, q' in calido lebere cæcat, sic demon in corde feruido peni-
 tūs superatur. Sexta, q' dñs vrsi facit eum cucubare, i. caput in terrā defigere & pedes leuare: ita q'
 dæmōis victor est, facilliter ei illudit. Septima, q' tñ diligit mel, q' p eo occiditur, sic immūdi spi-
 rit' intātum cupit hominē virtuosum in Dño suauiter repaasantem, decipere & de eius casu gau-
 dere, q' ista ex causa multorios superatur, dum hominē talem tentare & vincere nititur.

¶ Expositio Cap. III. Ioram verò filius Achab.

Artic. IIII.

Hoc loco describitur gradus victoria regi Israel data, & quædā narratur Helisei pdigia. [Lo-
 ram verò filius Achab regnauit super Israel] Ji. decē trib' in Samaria, in qua tanq' metro-
 poli residebat. Janno decimo octauo Iosaphat regis Iudæ. Qualiter intelligēdum sit istud, in lite-
 rali expositiōe pcedentium dictum est. [Regnauitq; duodecim annis, & fecit malum corā dño,] 4. Regum. 1.
 aureos vitulos adorando, [sed non sicut pater suus] Achab, [et mater. Tulit enim] i. abstulit &
 confregit [statuas Baal quas fecerat pater eius. Veruntamen peccatis Hieroboam filij Nabat, qui
 peccare fecit Israel, adhefit, nec recessit ab eis.] p'puta à vitulorum cultura. Ex hoc aliqui trahūt,
 q' Ioram iste non solum abstulit idola Baal, sed & idola Chananaeorum, quibus (vt suprà habet)
 Achab seruiuit. [Porro Mesa rex Moab nutrebat pecora multa,] per suos ministros, quoniam
 terra regni sui abundat pecorū pascuis, [et soluebat regi Israel,] vt potē ipsi Achab, [centum mil-
 lia agnorum,] & cētum millia ouium, [et centum millia arietum cum velleribus suis,] lana oper-
 tis, itaq; non poterat satis facere, nisi soluendo pecora illa viua atq; lanata. [Cumq; mortuus fuisset
 Achab,] proteruarius est fœdus quod habuit cum rege Israel Ji. amplius soluere recusauit rex
 Moab magnum illud tributum. [Egressus est igitur rex Ioram in die illa de Samaria, & recessit
 vniuersum Israel. Misitq; ad Iosaphat regē Iudæ, cuius filij vxor fuit soror sua,] dicens: Rex Moab
 recessit à me, veni mecū contra eum ad plium. Qui respondit: Ascendā tecum, [qui me est, tuus
 est: populus meus, populus tuus. Ji. ad tuū auxiliū est paratus,] & equi mei, equi tui, [simili modo
 responderat Achab regi patri istius: Populus (inquies) meus & populus tuus, vnus sunt: & equi
 tes mei, equites tui, vt patuit suprà lib. 3. ¶ Quæri potest, an Iosaphat rex peccauit in isto? Videt
 q' imò, qa (vt dictum est) iā fuerat increpatus à dño per pphetā, q' auxiliū p'bit impio Achab,
 & rursus q' cum Ochozia amicitia habuit, sed Iorā iste fuit iniquus, sicut & illi. Achab quoq; vi-
 debatur iustam p'liandi causam habere, vt patuit. Ad quod dicendū videt, q' peccauit in isto, nisi
 forsā excusetur per hoc, quod Iorā non fuit tñ impius sicut Achab & Ochozias, qm abstulit sta-
 tuas Baal, sicq; tēporalem istā forsā pmeruit p' prosperitatē. [Dixitq;] Iosaphat [Per quā viā ascē-
 demus? At ille respondit: Per desertū Idumæ,] quod ex vna parte cōiungitur deserto Aegypti, p
 quod filij Israel tēpore Moisi prexerunt. [Perrexerūt] igitur simul [rex Israel] qui hic primò no-
 minatur, qm principalis fuit in causā istā, [et rex Iudæ, & rex Edom,] quē Iosaphat secū adduxit,
 vt magister in historijs ait, qa protūc Idumæa adhuc erat sub rege Iudæ, & tributaria ei, sed quo-
 modò rex Idumææ dicitur esse cum Iorā, cū tunc nondum rex fuerat cōstitutus in terra Edom
 à tēpore Dauid, qui abstulit Idumæis regium sceptrum? Vndē infra habet: In diebus eius, videli-
 cet Iorā filij Iosaphat recessit, Edom ne esset sub Iudæ, & cōstituit sibi regē. Responderet, q' sicut
 in scripturis rex sepē vocatur dux, ita hoc loco dux dicitur rex. [et circūierunt per viā septē die-
 rū, nec erat aqua exercitui, & iuxta quem aqua sequebatur eos. Dixitq; rex Israel,] deficiente eis aqua
 in eremo illa: [Heu heu heu,] vti vchemētia doloris ter ait, heu, [cōgregauit nos Deus tres reges,] J
 cum subditis suis, vt traderet [nos] in manu Moab, [Iqa Moabitæ iā perceperunt aduentum isto-
 rum regum, nec poterāt cōuenienter reuerti ex aquæ defectu. Quauis aut istud nō fuit verum,
 q' scilicet dñs cōgregauerit reges illos ob causam hanc, tñ rex Israel hoc timuit & putauit. [et ait
 Iosaphat: Estne hic] Ji. in aliquo loco nō multum remoto [propheta dñi,] vt potē verus & sanctus
 ppheta, [vt deprecemur dñm per eum? Ji. vt ille oret pro nobis, & impetret nobis aquam, & nos
 quoq; oremus pro causa eadē. In isto pater humilitas Iosaphat, q' licet esset vir valdē fidelis & vir-
 tuosus, nō tñ per seipsum psumpfit dñm pro miraculoso rogare effectū. [Et rñdit vnus de seruis
 regis Israel: Est hic Heliseus filius Saphat, q' fundebat aquam super manus Helie.] Ji. tño prophe-
 tē seruiuit, cuius spiritus sup istum quieuit. Quidā aliter interpretant, dicētes, q' in sacrificio quo
 Helias obtulit bouem in monte Carmeli, vt dictum est tertio lib. Heliseus fudit aquam sup mā
 PP 3 nus

Luc. 4. Origenes.

4. Regum. 1.

3. Reg. 18.

3. Reg. 22.

Pet. Co. hist. lib. 4. Re. ca. 4.

2. Reg. 8.

4. Reg. 8.

4. Reg. 1.

3. Reg. 18.

1. Cor. 6.

Hier. 23.

Pfal. 74.

Eccle. 48.

Rom. 13.
2. Petri. 2.

R. Salo.

Grego.

Iose. lib. 9.
an. Iu. ca. 3.

nus Helix, moxq; de digitis Helix tanq; ex fontib; aqua copiose manauit, vt in p[re]allegati ex-
 positioe libri tactu est. [Et ait Iosaphat: Est ne apud eu sermo dñi? & c[etera] dicit; ad eu rex Israel, &
 Iosaphat, & rex Edom. Dixit aut Heliseus ad regē Israel: Quid mihi & tibi est? Ii. quā coeuetio
 nobis, cum sis idololatra? Vnde Apostolus: Quā (ait) coeuentio luci ad tenebras? Et Hieremias:
 Quid paleis ad triticū? [Vade ad prophetas patris tui & matris tuæ] Ii. ad prophetas Baal, non
 cōsultorie, sed ironicē dixit hoc Heliseus. [Et ait ille rex Israel: Tuare cōgregauit dñs tres reges
 hos, vt traderet eos in manus Moab? Dixit ad eu Heliseus: Viuit dñs exercitū, in cuius conspe-
 ctu sto, q; si nō vultum Iosaphat regis Iuda erubescerē, Ii. reuererē, cum sit cultor Dei fidelis,
 propter quod etiam verecūdor me ab eo auertere, & eius desidiū nō implere, [non attēdissem
 quidē te, nec respexissem,] nō ex latioe, sed zelo iustitiæ dixit hoc sanctus vir, abominā imp-
 um vt talē, quē admodū de viro iusto fert in psalmo: Ad nihilū deductus est in cōspectu ei; mali-
 gnus. Hinc & philosophus in ethicis de pprietatibus magnanimi loquens, inter cætera ait, q; sit
 asp[er]natiur, quoniā asp[er]nati vitiosos in quārum tales. Meritō igitur in Ecclesiastico de Heliseo
 asseritur: In diebus suis non pertimuit principē. Veruntamē his obijci potest, quoniā principes,
 quanuis perfidi & iniqui, sunt honorādi, p[ro]pter sui dignitatē officii, & tanq; ministri Dei, sicut ad
 Romanos loquitur Paulus: Propter quod princeps apostolorū docet, esse obediendū etiā dycolis
 dñis. Respōdetur, q; superioribus in his quæ ad eorū cathedrā pertinet, sunt obediētia & reuerē-
 tia exhibendæ, in alijs nō oportet. [Nunc aut adducite mihi psaltem] Ii. peritum in citharizando
 aut ludēdo in organo. Cum q; caneret psaltes, Iga ludēdo in organo simul cātavit aliquid de lau-
 dibus Dei, quē admodū David fecere cōsuevit, [facta est super eum.] Itpotē Heliseum [ma-
 nus dñi] Ii. omnipotētia Dei mentē eius tetigit & illustrauit g[ra] reuelationis prophetica. Gratia
 enim prophetiæ, est donū actuale, non propriē habituale, quia nō adest cordibus prophetarum
 ad libitum, sed iuxta beneplacitū Dei, & secundum dispositionē & aptitudinē hominū, quia se
 possunt ad illuminationē talem per deuotionē & eleuationē mentis aptare: & qm̄ diuersā melo-
 diæ ac harmoniæ diuersas causant effectus in hominū cordibus, Heliseus videns sibi lumē pro-
 pheticæ g[ra]e non fulgere, voluit se ad illud per eleuationē animi p[re]parare, idē fecit psaltem co-
 ram se ludere & cātare, qm̄ melodia illa cum laude Dei ad eleuationē disponit, p[re]sertim in qui-
 busdā, qui ex naturali dispositione ad hoc magis dispositi sunt, quorū nōnulli ex discantū & con-
 sonātia melodiæ celerimē & intensē mouetur ad fieri, cōpunctionē & cōtemplationē. Deniq;
 quædā melodiæ excitant ad cōpansionē & planctum indē nascētē. Hinc tibicines in funeribus
 carnē lugubre cōcinebant, quædā verō ad audaciā prouocāt, vt tubæ in p[re]lijjs, quædā ad deuotio-
 nē, vt cantus & organa in diuinis. Refert Lyra, q; Rabbi Salomon aserat g[ra]m prophetiæ rees-
 sisse ab Heliseo, q; exasperatus fuit cōtra regē Israel, quod dictum reprobatur Lyra, q; ex zelo iusti-
 tiæ id processit. Veruntamē in exasperatione illa, sicut in ira per zelum, potius esse aliquis
 excessus, p[re]sertim cū secundum Gregoriū, etiā ira per zelum aliquātur turbet cordis oculus,
 idcirco ad tranquillationē cordis Helisei poterat harmonia illa cōferre. [Et ait: Hæc dicit dñs: Fa-
 cite alueum torrentis huius fossas & fossas] Ii. in alueo seu fundo huius exiccati torrētis p[ro]fundas
 aliquas foueas, in quibus aqua mox vētura recipiat. [Hæc em̄ dicit dñs: Nō videbitis] Ii. nō audietis
 [ventū, neq; icernetis] [pluuiā] in hac hora, [& alueus iste replebitur aquis, & bibetis vos & familia
 vestra, & tumēta vestra. Parumq; est hoc] Ii. cōspectu dñi, [Iqui frequēter, sicut & nūc, plūs largiet
 q; petitur. idē subditur: Insuper tradet Moab in manus vras, & pcutietis oēm ciuitatē munitā]
 Ii. habitatores fortiū ciuitatum Moabitici regni, [& oēm vrbe electā, & vniuersum lignū fructifere
 rum succidētis, cunctosq; fontes aquarū obturabitis, & oēm agrum egregiū operietis lapidibus.
 Factū est igitur manē, qn̄ sacrificiū offerri solet, & ecce aqua veniebat per viā Edom, & repleta
 est terra p[re]sertim alueus ille, [& aquis.] Circa hoc Iosephus p[re]testatur, quōd in superiorib; partibus
 Idumææ pluerat vehemētē tribus dieb; sicq; p[er] iter Idumææ descēdit aqua per alueū in fossata.
 [Vniuersi aut Moabitæ audiētēs q; ascēdissent tres reges, vt pugnaret aduersum eos, cōuo-caue-
 runt oēs q; accinētī erāt balteo desup, & steterunt in terminis] Ii. in extrematibus territorij sui, vt
 hostibus p[re]berent ingressum in suam regionē, & forsan in terminis illis erant loca angusta ad
 introeundum, sicq; facilius poterāt ibi resistere. [Primoq; manē surgētēs, & orto iam sole exad-
 uerso aquarū viderunt Moabitæ econtrā aquas rubras q̄si sanguinē, Iga aqua p[re]ferat radijs solis
 percussā, apparuerit turbidæ & quasi sanguine rubricatæ, vel supernaturaliter inerat color talis
 his aquis pro Moabitārum deceptione. [Dixeruntq;: sanguis gladij est.] Ii. gladio fufus, quasi di-
 cant, interfecerunt se inuicē. [Pugnauerunt reges cōtra se, & celi sunt mutū.] Nunc perge ad
 p[re]dam Moab. Perrexerūtq; in castra] Ii. ad exercitus seu tētoria] Israel. Porro cōsurgēs Iosaphat Ii. Iosaphat
 cum populo suo & adiutoribus suis, p[er]cussit Moab. At illi fugerunt coram eis] Ii. qui per-
 cussione euaserāt, fugā arripuerunt. [Venerunt igitur qui vicerāt, & percusserūt Moab, & ciuita-
 tes

tes destruxerunt, & oēm agrum optimum, mittentes singuli lapides, repleuerūt, & vniuersos fontē-
 tes aquarū obturauerunt, & oia ligna fructifera] Moabitārum succiderunt] Ioram cum suis, [ita vt
 murum si ciles] Ii. laterij remanerēt. Deut. 20. fuit p[re]ceptum: Non succides arbores de quibus ve-
 sci potest, nec securibus per circuitum debet vastare regionē, qm̄ lignum est, & non homo: ergo
 in isto facto trāsgressi sunt legē. Ad hoc aliq; dicunt, q; de licētia dei fecerunt hoc, q; Heliseus p[re]-
 dixit q; faceret illud, sicq; De; disp[er]savit in lege sua. Alij dicunt, q; lex loquit de arborib; q; erāt
 in terra p[er]missiouis, nō de his q; erāt extra eandē. [Et circundata est ciuitas] metropolis regni Mo-
 ab] p[er] fundibularijs, q; per gyrum posuerunt machinas bellicas ad proiciendū lapides magnos,
 [& magna ex parte percussa. Quod cū vidisset rex Moab, p[re]ualuisse s. hostes, tulit secū 700. vi-
 ros educentes gladios, vt irrumperent ad regem Edom] Ii. violenter & cum impetu exirent ac fu-
 gerēt per eam partem, in qua Idumæi vrberem circūderūt, q; ibi cōsidio fuit debilior, vel for-
 san ex speciali indignatione cōtra regem Edom, q; filijs Israel ferret p[re]sidium, voluerit percutere
 eum. [& non potuerunt, Iga ab hostibus fuerūt repulsi in vrbe.] [Arripiesq; filium suum primoge-
 nitum, q; regnaturus erat pro eo, obtulit holocaustū sup murum] deo suo, s. Soli, vt ferret, quem
 coluit, itaq; obtulit primogenitū suum in holocaustū, vt deus suus succurreret sibi in tāta angu-
 stia, vel vt aduersarij intuentes tantā suam necessitatē, cōpaterent atq; recederēt: idē super mu-
 rum in p[re]sentia hostiū immolauit. [Et facta est indignatio magna in Israel,] vel q; hi q; erāt cū re-
 ge Israel, detestati sunt factum illud inhumanū, s. proprij filij occisione, & cōtra hoc indignati,
 vel sibi inuicē indignabūt, q; ad tantā angustia perduxerunt aduersarios suos. [Statimq;] Iex cō-
 passionē recesserunt ab eo, & reuersi sunt in terrā suam. I vel Deus indignatus est filijs Israel, p[ro]-
 pter eorum peccata, quibus & ipsi iram meruerunt & vltionē diuinā, sicut & Moabitæ, cū tñ ad-
 uersarios suos tam grauitē opprimendo, non poeniterēt, nec castigaret seip[s]os, sicut tēpore Mo-
 us plagauit Deus filios Israel, q; carnes sibi dari petierūt ad edendū. Nam quis cōtulit eis carnes, Exo. 16. 17.
 tñ p[ro]pinus eos percussit, p[ro]pter eorum cōcupiscētia vitiosam, iuxta id Psal. 77. Adhuc escæ eorum
 erāt in ore ipsorum, & ira Dei ascēdit super eos. Præterea qdam hic scribit, non esse probabile
 nec rationabile, dicere q; populus Israel ex cōpassione ab obsidione recesserit, q; immolatio il-
 la fuit magis offensua dei, q; placatiua: & rursus, q; ex illa immolatione perpenderunt, q; Moabi-
 tæ non potuerunt diu resistere, sicq; ex hoc incitati fuissent ad cōtinuandum obsidionem: idē
 ponit & approbat expositionem R. Salomonis, dicentis q; rex Moab interrogauit sapientes suos R. Salomon
 cur Deus Israel ira iuaret Israeliticum populum, q; dixerunt, q; propter merita Abraham. R. Paulus
 scierunt, & alia multa inducit quæ non procedunt formaliter, addit tñ, potius esse credendum, q;
 sacerdotes Moabitæ dixerunt regi suo, q; filij Israel deos suos, s. Moloch & eiusmodi cum tanta
 coluerunt deuotioe, q; filios suos eis immolauerūt, quē admodū scriptū est Psal. 106. Immolau-
 erunt filios suos & filias suas dæmonijs. quo audito, rex obtulit filium suum, & tunc facta est indi-
 gnatio in Israel, qm̄ tam perniciosum exemplum p[re]buerunt gentilibus. q; Moraliter, ex isto ca-
 pit, edocetur, in omni tribulatione ad Deum confugere, deficiente nobis aqua sapientiæ salu-
 taris, de qua ait Saluator, Ioann. 4. Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum. Iac. 2.
 Fontem sapientiæ inuocare, iuxta quod admonet S. Apostolus Iacobus: Si quis vestrū indiget
 sapientia, postulet à Deo qui dat oibus affluenter, & non improp[er]at, & dabitur ei: postulet autē
 in fide nihil dubitans. Præterea ex cōsideratione propriæ defectuositatis, insufficiētiæ & in-
 dignitatis, debemus spiritualium & p[er]fectorum virorum pietatem rogare, vt orent pro nobis: &
 tam sanctos triumphantis ecclesiæ, quā virtuosas personas ecclesiæ militantis, in subsidiū im-
 plorare, secundum illud Iob 5. Ad aliquem sanctorum conuertere. Quod si aqua ista defuerit no-
 bis, trademur in manus Moab, i. diaboli qui superbus est valdē, qm̄ neminem diligit Deus, nisi q; Sap. 7.
 cum sapientia inhabitat. Si verō voluerimus aquam istam suscipere sine vento, i. clamore disce-
 ptationis humanæ & sine pluuiā informationis philosophicæ, faciamus in alueo, i. intimo fun-
 do cordis nostri fossas & fossas, id est, profundas cōsiderationes, ex quibus vera humilitatis ge-
 neratur, vt tam ex cōtemplatione maiestatis diuine & p[er]fectionis sanctorum ipsius, q; ex pro-
 priæ vilitatis, fragilitatis ac vitiositatis attentione, humiliemus nos iugiter valdē, sicq; fluentis sa-
 pientiæ desuper impleamur. Amplius exemplo Helisei discamus veræ mentis constantiam &
 omnem inordinatum timorem abijcere, nec homines formidare, nisi in deo: q; qui aliter timet, pro. 19.
 imō, p[ro] nihilo reputemus oēs auersos à dño, in quantum sunt tales. Postremō dum nobis diuina illu-
 minatio deest, studeamus cor nostrum sursum erigere per psalmorū & canticorū atq; orationum
 PP 4 de-

depromptionem, per pectoris tonfionem, corporis prostrationem, genuflexionem, per oculo-
rum ad caelum directionem, per manuum expansionem, per gemitum & singultum ac consimi-
lia, quae deuotionis sunt incitamenta.

Expofitio cap. 4. Mulier autem quaedam de vxoribus propheta-
rum. Art. 5.

Rosequitur iam scriptura miracula Helisei, & recitantur hic quatuor ipsius miracula. [Mu-
lier autem quaedam de vxoribus propheta-
rum, clamabat ad Heliseum.] Expofitores catholici &
Hebraei vnanimiter aiunt, foeminam hanc fuisse coniugem Abdiae prophetae, & erat multum de-
uota, ideo ad Heliseum tanquam ad Dei amicum, in necessitate sua confugit, [dicens: Seruus tuus vir
meus mortuus est, & tu nosti quia seruus tuus fuit timens Deum.] [filiali timore. Hoc vidua come-
morauit, vt Heliseus magis ad copaticendum sibi fleteretur, tum quia ipsa vidua erat, cui pferim
est succurrendum, tanquam personae humano solatio destituta, tum propter viri sui virtutes. [Et ec-
ce creditor venit, vt tollat duos filios meos ad feruendum sibi.] [pro debito viri mei, quod perfol-
uere nequeo. Fuit equidem Abdia indebitatus ex subuentione (vt creditur) qua centum propheta-
tas in speluncis nutriti, quibus necessaria procurando, debita haec contraxit. ideo piffimū fuit,
vuxori eius succurrere: quod sciens Heliseus, celerrime ei subuenit. [Cui & dixit Heliseus: Quid
vis vt faciam tibi? Dic mihi, quid habes in domo tua? At illa rōdit: Non habeo ancilla tua quicquam
in domo mea, nisi parum olei quo vngar.] [pro temperamento aethualis calor, iuxta illius consue-
tudinem regionis. Alii tñ exponunt, quo vngar, i. reficiat, illud in cibis pro condimento ponen-
do. [Cui ait: Vade, pete ab omnibus vicinis tuis vasa vacua nō pauca, & ingredere & claude ostium
tuum, cūm intrinsecus fueris tu & filij tui, & mitte in dē in omnia vasa haec. J. aliquid de oleo illo
funde in singula vasa ista,] & cūm plena fuerint, tolles. Iuit itaque mulier, & clausit ostium super se
& super filios suos. Illi offeriebant vasa, J. filij eius praesentauerunt vasa matri,] & illa infundebat.]
Cumq; infunderet parum quid olei in vasa, crevit oleum in quolibet vase & multiplicabatur in
femetipso sicut panes quinque, ex quibus Christus pauit 5. millia virorum, superfluentibus 12,
cophinorum fragmentis: quod qualiter factum sit, an s. per creationem, multiplicationem, augmen-
tationem, seu alio modo, doctores super tertium sententiarum inquirent. [Cumq; plena fuissent
vasa, dixit ad filium suum: Affer mihi adhuc vas. Et ille respondit: Non habeo, stetitq; oleum. J.
crescere & multiplicare sic desiit, omnibus vasis illis impletis. [Venit autem illa & indicauit ho-
mini Dei, gratias referens ei, & iuxta ipsius voluntatem volēs oleo vti. [At ille: Vade, inquit, ven-
de oleum, & redde creditori tuo. J. ex precio olei debitum illi persolue. [Tu autem & filij tui vi-
uite. J. vitam sensitiuam vestram] [de reliquo oleo non vendito, vel de reliquo precio debitum fu-
perfluo sustentate, ac si dicat, tñ vendatis de oleo, vt debita persoluat, & de residuo reficiatis
vos, vel etiam vendatis pro parte, prout conuenit vobis, vt de precio eius necessaria ematis. Se-
quitur aliud signum: [Facta est autem dies quaedam, & trāsibat Heliseus per Sunam ciuitatem.]
i. per vrbes sic nuncupatas. [Erat autem ibi mulier magna. J. multum notabilis, vipotē prudēs
virtuosa, diues ac nobilis, quā (vt refert Lyra) Rabbi Salomon dicit fuisse sororem Abisag, quam
Dauid ia senio suo accepit, quod verum non esse, satis ex litera probat Lyra, quia iam tempore
Helisei fuisset circiter 120. annorum: & si dicatur miraculose concepisse, ideo senium nō obsta-
re, obijcit q̄ in textu vir eius senex vocatur, & ob hoc ipsa nō habere filium insinuat. Verum-
tamē si Rabbi Salomon dicat eam sororem, i. cognatam illius Abisag, cassat obiectio: qm̄ sicut vi-
ri eiusdem cognationis frequenter vocātur fratres, sic foeminae eiusdem parētōe, sorores & praer-
fertim nobiles,] [quae tenuit eum] non violenter, sed rogando humiliter ac instanter,] [vt come-
deret panem.] cibum & potum acciperet. Omne etenim alimentū nocte panis exprimitur. [Qui cūm
frequenter in dē transiret, diuertebat ad eam, vt comederet panē. Quae dixit ad virum suum: Ani-
maduerto, q̄ vir Dei scitū est iste, q̄ transit per nos frequenter. Jhoc em̄ cōsiderauit ex moribus
eius, ex custodia visus, ex verborū modestia, apparatūq; vultus, ex sobrietate & maturitate ipsi.
per exteriora quippe noscunt interiora probabili saltem & coniecturali notitia. Vnde Prou. 17.
legitur: In facie prudentis lucet sapientia, oculi autē stultorum in finibus terrae. Et iterum Pro. 27.
fertur: Quō in aquis respicunt vultus prospicientium, sic corda hoim manifesta sunt prudenti-
bus. Hoc est quod Eccl. 19. scriptum est: Ex visu cognoscitur vir, & ab occurfu facie cognoscit
sentatus. Amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis, enunciant de illo. Rabbi Sa-
lomon, vt recitat Lyra, dicit, quōd mulier sanctitatem Helisei animaduertit ex hoc, quōd nulla
musca vel immunditia alia super mensam eius refedit, sed non videtur, quōd mulier in tantum
appropinquauerit mensae Helisei, quōd hoc adspicere quierit, q̄ nec ad alloquendum came-
ram eius intravit, in qua ipse seorsum comedit, vt statim patebit. sapissimē autem ponit R. Sala-
mon ille abusiua & friuola. [Faciamus ergo Jhoc est,] pparamus eum cenaculum paruum, & ponamus
in eo lectulū & mensam & sellam.] J. sedile,] & candelabrum, vt cūm venerit ad nos, maneat
ibi. J. vt possit seorsum comedere, & orationi insistere, & suas necessitates exercitationesque fa-

care. sic Rabanus alijq; exponunt. Facta est ergo dies quaedam, & veniens diuertit in cenaculum,
& requieuit ibi. Dixitq; Heliseus ad Giezi puerum suum: Voca Sunamitam. Jhoc est, femi-
nam de Suna vrbe Samarie oriundā, seu in ea manentē. [Qui cūm vocasset eam, & illa stetit co-
ram eo.] J. extra & prope ostium cenaculi Helisei, ita q̄ inuicem poterant se videre, non tñ intra-
uit cenaculum (Heliseo p̄sente) vt infra in nitur. Nam & protinus subditur: [dixit] Heliseus ad
puerum, Jhoc est, ministrum suum Giezi: Loquere ad eam: Ecce q̄ sanctus vir non loquebatur
immediatē ad illam. Vndē & satis conijctur, q̄ per notabilem distantia stetit ab Heliseo amota.
[Ecce sedulē J. assidue] ministrasti nobis: Quid vis vt faciam tibi? Nunqd habes negocium, & vis
vt loquar regi siue principi militie?] pro te, i. si egres auxilio meo, libenter te apud regem iuabō.
Sciebat quippe Heliseus se à rege Isoram & principe suae militie in honore haberi, tanq̄ succel-
forem Heliae, & quia procurauit regi & adiutoribus eius aquam, q̄bus & p̄dixit vitoriam, prout
praecedenti habetur capitulo. [Quae respondit:] Compendiose tanq̄ foemina prudens, quia non
deceat mulierem sine necessitate verba multiplicare, potissimē coram sapientibus viris. [In medio
populi mei habito.] i. inter consanguineos & propinquos, ita q̄ nullus mihi iniuriatur, idcirco
non indigeo ad regem recurrere, & si indigerem, propinqui mei loqui possent pro me. [Erat it]
Heliseus non ad mulierem, sed ad Giezi: Quid ergo vult vt faciam ei? Dixitq; Giezi: Ne quaeras. J
i. non oportet hoc quaerere, cūm certum sit & facile sine interrogatione queat perpendi, imō tu
posses hoc per te satis aduertere. [Filium em̄ non habet. J. cūm sit matrona tam diues & magna,
certum est, q̄ nihil terrenum sic optet vt prole, cūm & in lege sit scriptū: Maledicta sterilis. J. & vir
eius senex est, Jita q̄ p̄ senio eam non valet saecundare, deficiente in eo calore: ideo indiget sup-
naturaliter adiuuari ad p̄ficandū. [P̄cepit itaq;] ministro suo,] [vt vocaret eam. Vndē elicitur, q̄
honestissima mulier illa interim abiit, cōferentibus s. Heliseo & Giezi, nec ex curiositate roman
sit euidenter aut clam ad auscultandū, q̄ illi colloquerent, cūm tñ sciret, aut p̄babiliter estima-
re possent, q̄ loquerent de ea. [Quae cūm vocata fuisset, & stetit ante ostiū.] Ex quo palam est, q̄
cameram Helisei nō introiuit. [dixit ad eam:] In tempore isto, & in hac eadem hora si vita comes
fuerit, habebis in vtero filium. Jhoc est, anno reuoluto, si vixeris, habebis in vtero filium eadem
hora, quae nunc non numero, qm̄ tempus quod preterijt, idem numero non iteratur, sed species
similimodo angelus legitur dixisse ad Abraham, tempore isto vita comite habebit filium Sara
vir tua. J. Porro, vt in Scholasti. hist. dicit, In Hebraeo sic cōtinēti: In tēpore isto cūm tempus vi-
tae, subaudi, adhuc erit tibi, habebis filium: & cōcordat, quod Lyra asserit in Hebraeo haberi: In
tempore isto, sicut tempus] vitae amplexaberis filium, hoc est, anno reuoluto eris sana, & amplexa-
beris filium tibi natum, vt qdam exponunt Hebraei. [At illa respondit: Noli (quae) mi dñe vir
Dei, noli mē iri ancillae tuae. JCurialiter loquitur foemina ista, non q̄ putaret Heliseum esse men-
dace, aut fallere velle, sed ad insinuandum, id quod promisit Heliseus, esse impossibile per natu-
ram, atque implicite rogans, vt verificaret & obtineret à dño, quod sp̄opodit. Vndē vt fertur, He-
braei legunt: Noli deficere ancilla tuae. verbum enim hebraicum designat vtrūq; sic quōd cre-
didit verbis Prophetae, quīs ex admiratione prima facie ita locuta fuerit. [Et concepit mulier, &
peperit filium in tempore, & in eadem hora qua dixerat Heliseus. J sicq; quod ait, in tempore &
in eadem hora, refertur ad verbum hoc, peperit. Nec obstat, q̄ dixerat Heliseus, Habebis in v-
tero: quia infra vnam horam poterat habere in vtero prolem, & parere eam. JDeniq; supernatura-
le fuit, q̄ senex ille generauit, & item, q̄ Heliseus non solum praesciuit hoc, sed etiam horam de-
terminatam. Rufus supernaturale fuit, q̄ sciuit prolem dandam debere filium esse, non filiam.
[Creuit autē puer, & cū esset quaedam dies, & egressus esset ad patrē suū, & ad menses, ait patri suo:
Caput meū doleo, caput meū doleo.] Vndē patet, q̄ iam fuit adultae aetatis, & forsā calor inten-
sus lætū puerulū, sicut habet de marito Iudith, q̄ instabat super alligates manipulos in capo, &
venit aëtus sup caput eius, & mortuus est. [At ille dixit puero: Tolle, & duc eum ad matrē suam. Judit. 8.]
Qui cūm tulisset & duxisset eum ad matrē suā, posuit eum illa super genua sua vsq; ad meridia, &
mortuus est. Ascēdit autē & collocauit eum.] J. puerū mortuū mater sua] [super lectulū hoīs Dei, J
q̄ cameram illam alij nō intrabat ex facili causa,] [et clausit ostiū.] ne quis puerū mortuum inue-
niret, cuius mortē nec sito manifestauit marito, vt aliq̄ opinant. [Et egressa, vocauit virum suum,
& ait: Mitte mecum, obsecro, vnum de pueris.] hoc est, ministris nostris] [et asinam.] super quam
vehar,] [vt excurram.] Jhoc est, vt neciter pergā super asinam egredor vsq; ad hoim Dei, & reuer-
tar. Qui ait illi: Quam ob causam vadis ad eum? Hodiē non sunt calendae, neq; sabbatum. JIn Ca-
lendis seu exordijs mensū & sabbatis, tanq̄ in festis diebus, solēbat Iudaei ire ad audiendū doctri-
nam scribarū ac p̄pheta-
rum. [Qui rōdit: Vadam. Jhoc est, precor vt permittas me ire. JStrauitq;
asinam.] per ministrum,] [et p̄cepit puero: Mina & propera, JAsini nanq; & asinae non vadunt ve-
lociter, nisi ad hoc impellantur,] [ne mihi morā facias in eundo, & hoc age, quod p̄cipio tibi. Profe-
cta est igit, & venit ad virū dei] in mote Carmeli. Cūq; vidisset eā vir dei corā, ait ad Giezi puerū su-
um:

am. Ecce Sunamitis illa. Vade ergo in occursum eius, & dic ei: Recte ne agitur circa te, & circa virum tuum, & circa filium tuum? Sciuit enim Heliseus, quod mulier tam pudica, non venit ad se periter tamen sine ingenti causa. [Quae respondit: Recte.] Dicunt alii, quod in hoc sit meta, & quod non oporteat eam ad mendacio excusari. Verum tamen dici potest, quod verissime ita respondit. Recte etenim, iuste circa eam & filium eius acciderat, quoniam Deus iusto iudicio ita disposuit; & pro maiori suscipiens gloria & honore, & pro ampliori parentum pueri edificatione & gaudio. [Cumque; venisset ad virum Dei in monte] Carmeli, in quo sanctus ille continue exercitius vite contemplativa vacavit, apprehendit pedes eius quasi oblita cofuere femineique pudoris, necessitate compulsa & victa, affectu honesto, [& accessit Giezi ut amoueret eam.] Vnde pendit, quod Heliseus non solebat admittere mulierum contactum neque ad pedes. [Et ait homo Dei: Dimitte illam, Ine abstrahendo eam, augeas eius dolorum, quae non est afflicto addenda afflictio, nisi specialis & rationabilis exigat ratio: sicque; discretus & pius propheta ex compassione relaxauit suum rigorem, & tolerauit venerabilis matronae contactum, quod nequaquam ex carnali peccati affectu, sed ex vehementia quadam spiritalis amoris. Hinc subdit: Anima enim eius in amaritudine est, & dominus celauit me, & non indicauit mihi.] Mihi non reuelauit, quod vigeat eam. Non enim omnia reuelabant vni prophetae, nec donum prophetiae semper actualiter affuit prophetis, ut dicitur. [At ille ait ad Giezi: Accinge lumbos tuos,] disponendo te ad eundem velociter, [& tolle baculum meum in manu tua, & vade:] ut per baculum meum, loco mei, fiat miraculum. [Si occurrerit tibi homo, non salutes eum: & si saluauerit te quipiam, non respondeas ei.] Cum salutare, sit salutem optare, videtur quod alium non salutare, sit charitati contrarium: & quod salutanti non respondere, sit in gratitudinis & scandalizantium: cur ergo Propheta commisit haec Giezi, quatenus tanta intentione, deuotione, ac diligentia opus experlet sibi iniunctum, ut mentem nequaquam hinc inde effunderet, nec commisserit colloquia, iuxta quem modum Christus in Euang. Matt. 10. loquitur, missis a se ad praedicandum discipulis: Neminem per viam saluaueritis. [Et ponas baculum meum super faciem pueri:] ut diuina pietate, & fide ac precibus & meritis meis puer resuscitetur. [Porro mater pueri ait:] Heliseus: Viuit dominus, & viuit anima tua, non dimittam te, nisi veneris mecum. Habuit namque; ista matrona maiorem in Heliseo fiduciam, quam in eius ministro. [Surrexit ergo, & secutus est eam.] Giezi autem praecesserat ante eos, & posuerat baculum super faciem pueri, & non erat vox neque sensus. [Hoc est,] Puer non reuixit, quia nec Giezi tantum fuerat fidei, nec mater pueri in Giezi adibus confidebat, atque ut dicunt Hebraei quidam, ipse Giezi non impleuit in via Helisei praecipua. sed occurrentibus interrogantibusque; respondens, iactanter dixit se missum ad suscitandum defunctum. Est & mystica ratio, quoniam omnia illis in figura, teste Apostolo, contigerunt. [Porro, per baculum Helisei, tenor & rigor legis Moisaicae exprimitur: per ipsum autem Heliseum puero incubentem, Dei filius incarnatus, humano generi codefcendens: non ergo resuscitatus est puer, per superpositum sibi baculum: sed per incubentem super se Heliseum, ad designandum, quod non lex Moisi, sed virtus & gratia Christi spiritalem viuificationem hominibus est largita, ideo loquitur Paulus Hebr. 7. Nihil ad perfectum adduxit lex. Et rursus: Si data esset lex, quae posset viuificare, verum ex lege esset iustitia. Hinc & Euang. Ioan. 1. Lex, inquit, per Moisen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est.] Reuersusque; est in occursum eius, & nunciauit ei, dicens: Non surrexit puer. Ingressus est ergo Heliseus domum. Et ecce puer mortuus iacebat in lectulo eius. Ingressusque; clausit ostium super se & super puerum, & orauit ad dominum pro pueri suscitatione. [Et ascendit lectulum,] & incubuit super puerum, posuitque; os suum super os eius, & oculos suos super oculos eius, & manus suas super manus eius, & incuruauit se super eum, & calefacta est caro pueri. At ille reuersus a contactu corpusculi exanimis, [& deambulabat in domo,] hoc est, in camera illa, [semel huc atque; illuc.] Jexpectans an in defuncto illo aliqua signa vite inciperet apparere, quibus nondum ap parentibus, [& rursus ascendit & incubuit super eum, & oscitauit puer septies, aperuitque; oculos] in signum quod verum reuixit, imò & spiritualiter septem donis spiritus sancti esset viuificatus. Possent hic multa dici, cur Heliseus ita super puerum incubuit, seque incuruauit, & membra sua membris pueri

Gen. 25.

1. Cor. 10.

3. Reg. 17.

superpositum, & qualiter hoc agendo contraxit se, & de spuali significatiõne istorum quae supra in tertio lib. expositione sunt inducunt, ideo breuitati studendum est. [Et ille vocauit Giezi & dixit ei: Voca Sunamitẽ hãc.] Quae vocata, ingressa est ad eum. Qui ait: Tolle filium tuum. Venit illa, & corruit ad pedes eius, & adorauit super terram. Tulitque; filium suum, & egressa est, & Heliseus reuersus est in Galgala. [Circa hoc Magister in hist. scribit: Hunc locum saepe frequentauit Heliseus, tum propter loci religionem seu sanctitatem, de qua in expositione 2. cap. dictum est: tum quoniam ibi natus est, & in horto suo tale prodigium contigit ibi, ut vnus ex vitulis aureis acutè mugiret, quo auditio, in Hierusalẽ sacerdos diuino nutu ait: Propheta in Israel natus est, quod sculptilia deorum atque; fusilia destrueret. Sequitur tertium signum: [Erant autem fames] in cariliã in terra] Israel propter idololatrarum facinora. [& filij] prophetarum hoc est, discipuli eorum [habitabant coram eo.] Dixitque; vni de pueris: Ponẽ ollã grandẽ, & coque pulmentum filijs prophetarum. Et egressus est vnus in agrum, ut colligeret herbas agrestes, inuenitque; quasi vitem syluestrem, & collegit ex ea colognitidas agri, & impleuit pallium suum, & reuersus, cofcudit in ollã pulmentum. Nesciebat enim quid esset. Ji. cuius species & proprietatis atque; saporis. [Porro Colognitida sunt cucurbitae syluestres & amarissimae herbae, instar vineae se diffundentes in sepibus, habentes folia similia folijs vitis.] Infuderunt ergo socijs, ut comederet. Cumque; gustassent de coficiõne] pulmentum, [exclamauerunt, dicentes: Mors in olla viri Dei] hoc est, mortifera quidam amaritudo, [& non potuerunt comedere. At ille: Afferte, inquit, farina. Cumque; tulissent, misit in ollã, & ait: Infunde turbamẽtũ comedat, & nõ fuit amplius quicquam amaritudinis in olla.] Nec in pulmentum profato: quod factum est non virtute farinae, sed orationibus ac meritis Helisei, vel precibus eius data fuit supernaturaliter illi farina vis dulcorandi, amaritudinisque; pellendi. Sequitur quartum miraculum:] Vir autem quidam venit de Baal Salifa Ji. oppido sic vocato, vel (vt alij dicunt) sunt duae dictiones, & legunt sic, de Baal, hoc est, planitie aut regioe Salifa, i. vrbis sic dictae, sicque; Baal est hic nomen commune. [& deferens viro Dei panes primitiarum] i. panes triticeos primitiuos, hoc est, de primis frugibus anni illius. Nam quia fames fuit in terra, de tritico adhuc recente fecerat panes festinater vir iste, quos speciali deuotione detulit Heliseo. Hinc istud non est intelligendum de panibus primitiarum, quae offerebantur in Pentecoste, prout Num. 28. habet, nec de polenta quae offerebatur in Pascha, sicut in eodẽ lib. legitur. [Et 20. panes hordeaceos.] Nam hordeum in terra illa citius maturefcit, sicque; de hordeo plures fecerat panes. Alij tamen dicunt, quod os panes isti erant hordeacei, nec in Hebraeo haberi cofiunctiõne hãc, & nec eam esse de textu, [& frumentum nouum] Ji. grana cofricata. Vnde in Hebraeo fertur haberi, & granata. [in pera sua.] hoc est, in sacculo. [At ille] Ji. Heliseus dixit ministro: [Da populo ut comedat.] Responditque; minister eius: Quatum est hoc, Ji. d. valde modicum est. [vt apponã coram 100. viris?] Erant enim tam parui panes, vt vnus vix sufficeret viro vni. [Denique; alij dicunt, quod populus ille fuit 100. viri. Alij opinantur, quod populus erat plus quam 100. viri. ideo dixit minister, Quantum est hoc, vt apponam 100. viris? quasi dicat, non sufficiunt 100. viris, & per consequens minus sufficiunt populo, vel secundum quosdam, duos panes primitiarum posuit ante eum. [Rursum ille ait: Da populo ut comedat.] Haec enim dicit dominus: Comedat, & supererit.] Hoc est, fragmenta manebunt satiatis, quia panes fuerunt miraculose multiplicati, sicut de pleo dictum est in isto cap. [Panes itaque; coram eis qui comederunt, & superfuit iuxta verbum domini.]

Pet. Co. hist. li. 4. re. ca. 2.

4. Reg. 2.

Sap. 9. 1. Ioan. 5.

1. Pet. 2.

De spiritali eiusdem cap. 4. intellectu. Art. 6.

Mulier illa deuota, vna de vxoribus prophetarum, est figura ecclesiae filios duos habenti, scilicet diuos & contemplatiuos, seu conuersos ex iudaismo & paganismo, & quia ecclesia doctriinis atque; oraculis prophetarum est fecundata, bonorumque; operum fructibus fertilis facta, recte de vna de vxoribus prophetarum vocatur. Nam & synagoga olim fuit huiusmodi, quae nunc solam occidentem literam sequens, de semine vite concipit mortem. Creditor huius vxoris, est corpus corruptibile, aggrauans animam, seu mundus positus in maligno, a quibus ecclesia multa accepit, & quasi accommodauit obsequia, quoniam caro per sensus exteriores & interiores, & per singula quaeque; membra in multis deseruit fidelibus: similiter homines seculares ecclesiasticis obsequuntur. hic creditor, ut potest corpus, vult sibi a Christi fidelibus satisfieri pro suis obsequijs, & militat aduersus animam: ecclesia verò hunc aduersarium suum, omnes ecclesiae filios impugnantem, vt seruiant corrupticijs suis, non potest efficaciter refrenare ac regere, nisi diuino munere adiuuetur: ideo clamat ad Heliseum, i. Christi pietatem & gratiam obtinere precatur, asserens mortuum esse virum suum timoratum, i. chorum sanctorum pastorum & verè efficacium platorum, quod olim optime gubernauerunt, & direxerunt ecclesiam. Cui Christus respondet, vt hoc ipsum modici olei quod ipsa habet, i. vnicionem & doctrinam sibi concessam, mittat in vacua vasa, i. comunicet alijs, instruendo eos, pro posse, qualiter debeat conuersari, & carne domare: quod gratitudo & pietas ac obediẽter agẽdo, merebit caelitũs adimpleri, ac diuinis abundare charissimatis gratiosis, ita vt copiose queat instruere proximos, & corpori, quod ei tenet, impendere: quae

vt

vt ait Apostolus Rom. 8. Debitores sumus non carni, vt secundum carnem viuimus. ¶ Præterea,
Sunamitis illa mulier magna, designat animā verē fidelem, pferim cōtemplatiuā, quā verus He-
liseus, i. Christus, varijs modis misericorditer vifitat. ideō suggerit viro suo, i. intellectu q̄iam
habet dirigere, vt pparent Christo in se paruū cōcnaculum, i. cor humile ac deuotū, in quo salu-
uator cœnetur cum anima, quā admodū Apoc. 3. protestat: Ego sto ad ostium, & pulso: quis ape-
ruerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum eo, & ipse mecum. & fecit enim Christus
psal. 75. nobiscum, dum nostriscōgratulā, pfectibus, & ponā in isto cōcnaculo lectulum, i. pacem & tran-
Esa. 66. quillitatē internā, q̄ in pace est locus eius, q̄ super cœtum descendet, & demoratur in ipso. Lectu-
Cant. 1. lus quoq; est qes cōtemplatiōis, in qua sp̄sūs q̄scit cum sp̄sa, quā ait: Lectulus noster floridus,
& sellam, i. discretionem & veram virtutum ac veritatis examinationē. Nempe iudiciū, discre-
tio & iustitia, pparatio sedis eius, & mensam, i. diuinam scripturā, in qua quadruplex expositio,
est quadrupartita sp̄ualium ferulorum p̄bitio, & candelabrū, i. oculum mentis, seu rectam inten-
tionem, de qua loquit dñs Matt. 6. Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidū erit.
Huic mulieri cum qua filius Dei humiliter cōmorat, q̄dū p̄dīcta in ipso reperiunt, deest aliq̄
fructus internā fecūdationis, ita q̄ ad tēpus sterilis redditur, eo q̄ vir eius, videlicet intellectus,
inueterascit, i. vetustate peccati deicitur, & passionum squalore inficitur, ita q̄ animā nō guber-
nat, sed à sensualitate potius gubernatur, & corpori seruit: sed Christus animā quam elegit, misē-
ricorditer puenit, atq; in sperata fecūditate adimplet, & potest per Giezi p̄dicatorem verbi cœle-
stis intelligi. Cum q̄ fructus ex charitate pcedens, ex calore cōcupiscentiā & vitiōrum fuerit
mortificatus, Christus orante anima miseretur, & suum mittit ministrum cum baculo, i. cōmina-
tione scripturæ ac rigore iustitiæ, vel etiam cum sustentatiōe clementiæ, & cōsolatiōe paginæ
sacræ: quæ & clementia per baculū designatur, iuxta id psal. 72. Virga tua & baculus tuus ipsa me
cōsolata sunt. Verūm ministrū non sufficere ad suscitandū, dñs & saluator manum porrigit ad-
iutricem, & oculum suum ponit super oculum animæ, dum sapiētia sua intellectu animæ erudit.
Manum quoq; suam super manum animæ, dum sua oīpotentia virtutem animæ roborat, & os su-
per os animæ, dum eam ad loquendū salubriter dirigit. Dñs etenim q̄ gubernare linguā, &
ori adhibere custodiam. ¶ Præterea per filios pphetarum designant claustrales, & personæ deuotæ
in cōgregationib⁹ habitates coram Heliseo, hoc est, Christo, & eius vicarijs, q̄bus Christus &
eius vicarij iubēt necessaria corpori & animæ exhiberi, in q̄bus necessarijs decoctiōib⁹ ac refe-
cōlatiōib⁹ corporalib⁹ ac spiritalib⁹ frequēter cologntidā cōmiserent, i. paupertas, tenuitas victus
atq; vestitus, abstinentia, ieiunium, disciplina, subtractiō cōsolatiōis internæ, tentatiōnū & ad-
uersitatū amaritudinū, exercitatiōnū molestia, ita vt clament ad dñm: Mors est in cella, sed p̄ssimi-
mus dñs Iesus in fundo farinam, dando cōsolatiōem mentales, acritatem deuotam, patientiā for-
tem, illuminationē pijsissimā, amoris sancti feruorem, intm, vt oia quæ videbantur amara, reuten-
tur dulcissima, & gaudeatur in eis, sicut in oībus diuitijs, ac dicatur: Non sunt cōdignæ passiōes
huius tēporis ad gloriam illam futuram. Item q̄, sicut pro Christo abundat tribulatio nostra, ita
Rom. 8. per Christū abundat cōsolatiō nostra, & denud, secundū multitudinē dolorū meorum in cor-
2. Cor. 1. p̄sal. 93. de meo, cōsolatiōes tuæ latificauerunt animā meam. ¶ Insup̄, per virum q̄ Heliseo panes por-
tauit primitiarum, intelligunt gloriosi Apostoli & pphetæ, q̄ Christo humiliter ascripserunt,
quicquid gratiæ & virtutis fuit in eis, atq; primitias sp̄s sibi datas, quorum dona & opera, extēpla
Rom. 8. & documenta, fecit saluator toti Chrīano populo anteponi, vt reficerent illi, nec potuerunt
totum accipere, hoc est, imitando implere. ¶ Deniq; ex isto cap. multa sumunt saluberrima do-
cumenta, & primū ex hoc q̄ mulieri viduæ tam piē ac copiose ac miraculose subuentū est, eo q̄
maritus eius cōtraxerat debita, pphetas Dei seruos ac pauperes sustentando: cōtendit, q̄ salubre
ac placitum Deo sit, pauperibus & verē religiosis ac indigētibus domesticis ac deuotis necessa-
ria impartiri: quōm etiam hospitalitas piē exhibita, Deo cōplaceat, cōstat ex eo q̄ Sunamitis il-
4. Reg. 8. la Heliseum tam frequēter ac reuerēter hospitando meruit supernaturaliter fecundari, defun-
ctūq; filium suscitari, imō & cōtra futuram auifari caritatem, vt in frā haberetur. Opera enim pieta-
tis ac misericordiæ non in futuro duntaxat, sed in p̄senti quoq; p̄mianē copiose à dño. ¶ Deniq;
ex hoc, q̄ Heliseus & venerabilis mulier illa habuerunt se adinuicē tam custoditē ac sp̄ualiter, vt
reprehēsbiliter & deuotē, ita q̄ Heliseus cum illa seorsum nullū videtur, habere colloq; & per
intermediū ministrum verba direxisse ad illam, nec ipsam admisisse ac cœnacuuli sui ingressum,
Rabanus nec eam cognouisse ex noīe, quā non aliter q̄ Sunamitem, eam vocasse describitur. Non enim, vt Ra-
banus alijq; testant, tantā cum ipsa familiaritatem habebat, vt p̄prium eius sciuerit nomē. Hinc
(in quā) perpendit, q̄ timorate, pudicē & custoditē mutū debeāt se habere viri & femina, potissimē
sp̄uales personæ, & oēm incautū vitare intuitū, periculosum cōtrāctū, suspectū colloquiū,
separatam p̄sentiam, familiaritatem nociuam, & cuncta quæ ad vitiōsam possunt cōcupiscenti-
am excitare, & solo sp̄uali amore esse cōtēta. Ampliūs, quīs p̄clarissimi viri Helias ac Heliseus fu-
erint

erint magni valdē & gloriose pphetæ, nihilo minūs ad laudē omnipotentis, & cōmendationē &
cōfortationē euāgelicæ legis perp̄dere possumus, quāta sit beatissimorū excellētia Apostolorū
super Prophetas: siquidē in toto veteri testamēto nullus legit mortuū suscitasse, nisi Helias vnti, 3. Reg. 17
Heliseusq; duos, Apostoli autē plurius valdē suscitauerūt defunctos, nō vtiq; cū tāta difficultate, 4. Reg. 13
vt Helias & Heliseus, qui toties super defunctos incubauerūt, sed sola & breui ofone, imō inter-
dū cū quadā iussione. ¶ Demū sacratissim⁹ princeps Apostolorū, per baculum suū ad defunctos
discipulos per viuētē suos discipulos longē missum, tres mortuos suscitauit, vt in martyrologio
recitat sanctorū, quorū triū vn⁹ fuit S. Maternus, q̄ quadraginta dieb⁹ fuerat mortu⁹. ¶ Præterea,
si interdū exercitijs & refectiōnib⁹ nris color quintidie, i. tribulatiōes, desolatiōes, amaritudines
fuerint mixtæ, studeam⁹ has dulcorare, admiscēdo farinā, i. dñicę passiois acerbitatē, q̄ si ritē pen-
set, ois afflictiō mitigat, celestisq; patriæ iucunditatē, & quantus sit fructus aduersitatū equani-
miter peperissarū, & impleam⁹ illud Apostoli: Tristatur aliquis vestrum? oret, & quo animo? & Iaco. 5
psal. 72. psallat, atq; pensemus, quanta in futuro erit celeriter eorum dānatio, qui nunc in labore homi-
num non sunt, nec cum hominibus flagellantur. Quōd si ad ista non fuerimus sufficientes, roge-
mus summum Heliseum dñm Iesum Chrm, vt ipse cōsolatiōis suæ farinā dignetur infundere,
& interim ab omni negligentia, pusillanimitate, ac vili cōsolatiōe abstineamus sine cessatiōe.
¶ Elucidatio capituli quinti: Naaman princeps militiæ regis Syriæ, erat vir magnus, &c.

Articulus Septimus.

Describuntur hī duo Helisei miracula: Primum est, curatio viri gentilis à lepra. Secundū,
introducō lepræ in proprium vitiosum discipulum. ¶ Naaman princeps militiæ regis Sy-
riæ, erat vir magnus, i. magnæ reputationis ac audientiæ: capud dominum suum & honoratus, i.
Nam propter suam probitatem, fortitudinem atq; prudentiam, honorabatur à rege suo & satel-
litibus eius, præsertim quia erat cōmunitati valdē proficiuus. Vnde subiūgitur: Eper illum enim
dedit Deus salutem Syriæ: i. pacem temporalem & prosperitatem Syris, quoniam erat in præ- 3. Reg. 12
iij⁹ prudens ac strenuus, latrunculosq; vastauit, & aliqui dicunt eum fuisse, qui Achab regem
iaculo perforauit: quod puto aut incertum, aut falsum, quauis R. Salomon dicat hoc, qui cum R. Paulus
talibus dicitis curiosis incertis frequenter se occupat, vt R. Paulus testatur, & quauis Lyra videa-
tur hīc consentire huic R. Salomonis dicto, aut saltem illud non reprobare, tamē ex eo quod in
expositione libri tertij scribit, patet falsitas dicti istius. Ibi etenim scribit, q̄ is qui regē Achab
sic sagittauit, fuit incertus, certū est autē, q̄ princeps militiæ fuit equester, videtur autē Naaman Hierony.
iste fuisse vir bonus in genere suo & virtuosus, loquēdo de virtutibus acquisitis, propter quod
meruit tēporalem istā victoriā adiutorio Dei, eo modo quo Hieronymus asserit Deū Romanis
adhuc gētilibus cōtulisse monarchiā, propter eorū virtutes. ¶ Erat autē vir fortis: Ideo ap̄e ad mi-
litiā p̄cipatū, & diues, sed leprosus: & quīs leprositatem poterat ei ex naturali causa venisse, nō
tū sine speciali, p̄uidencia Dei, q̄ p̄ tā grauē corporis infirmitatē, voluit eū ad suā miam trahere,
quā & virtuosus erat modo p̄facto. ¶ Porro de Syria egressus fuerat latrūculi, & captiuam duxerat
de terra Israel puellā paruulā, q̄ erat in obsequio vxoris Naamæ. quæ ait ad dñm suā: Vtinā fuisset
dñs me⁹ ad p̄phetā q̄ est in Samaria, p̄fectū curasset eū à lepra quā habet. Ingressus est itaq; Na-
man ad dñm suū regē Syriæ, & nūciauit ei, dicens: Sic & sic locuta est puella de terra Israel, i. vti po-
tē q̄ p̄pheta ibi existit, posset me à lepra curare. ¶ Dixitq; ei rex Syriæ: Vade, & mittam literas ad
regē Israel. Qui cū p̄fectus esset, & tulisset i. p̄se Naamā i. X. talēta argēti, & sex millia aureos,
i. aureorū denariorū p̄ sumptū i. via, atq; ad dādum p̄phetæ, si curaret ab eo, & X. mutatoria ves-
timētōrū, i. X. paria vestiū, vel X. noua vestimēta q̄ mutatoria appellātur, quū p̄ veterib⁹ vestib⁹
recētes accipiunt. ¶ detulit literas i. p̄sona & noīe regis Syriæ, i. ad regē Israel in hac verba: Cūm
accepis epistolā hāc, scito q̄ miserim ad te Naamā seruū meū, vt cures eū, i. curari p̄cures p̄ p̄phe-
tam regiōis tuæ à lepra sua. ¶ vel q̄ si honorādō regē ait, vt cures eum à lepra. ¶ Cūq; legisset rex Is-
rael literas, scidit vestimenta sua, i. Rex em Israel ita accepit verba regis Syriæ, quasi rex Syriæ ab
ipso regeret, q̄ ipsēmet leprosum illū curaret. ideō scidit vestimēta sua, q̄ si tantā nō valēs susti-
nere blasphemā, & ait: Nūquid Deus ego sum, vt occidere possim & viuificare? quia iste? ¶ Asp-
natoriū loquitur de rege Syriæ, tanq̄ de homie tam erronee & infidiose sibi scribete, i. misit ad
me, vt curē hominē à lepra suā: cūm tū à lepra curare, sit sup̄natura, & soli Deo possibile, sic
ut mortuum suscitare. ¶ Animaduerte & videte, q̄ occasiones quærat aduersum me. i. q̄ mul-
tis calliditatibus conetur mihi nocere & prauale, quia & nunc nititur me inducere, vt vsur-
pem mihi quod Dei est, hoc est, leprosum curare attentē, sicq; Deum offēdā, qui irascēs tradit
me in manum regis istius. hanc catholicorum expositionē quidam improbare studēs, dicūt eam
non consonare literæ sequenti, in qua Heliseus regem Israel reprehendit de vestimēta scissione:
quod non fecisset, si rex Israel p̄pter reuerentiā nomis Dei vestimēta sua scidisset: & addit, ideō
aliter dicitur, quod si vestes scidit ex impatientia, putās q̄ rex Syriæ quæreret occasiōem mou-
uendi

Gene. 24. 2. Reg. 24.

Luc. 2.

Leui. 13.

Hiere. 23.

uendi guerram contra se, petendo à se rem impossibilem sibi. ¶ Circa hæc dico, q̄ præinducta catholicoꝝ expositione, vera est & textui cõsona, quia rex Israel dixit: Nunquid Deus ego sum? quasi dicat, ex dolore tantæ blasphemiæ vestes scindo. Quod aut sequenti huic expositioni non obuiet, mox patebit. [Quod cum audisset Heliseus vir Dei, scidisse videlicet regē Israel vestimenta sua, misit ad eū, dicens: Quare scidisti vestimenta tua? Nō dicit hoc reprehendendo, q̄ vestes suas ex detestatione blasphemiæ scidit, sed q̄ verba regis Syriæ aliter & meliùs intelligere potuit, quæ vel rex Syriæ ea sic intellexit, sicut rex Israel: nec intēdebat hoc malū, quod rex Israel suspicabatur eum intendere: sed potiùs, vt rex Israel ab Heliseo, tanq̄ ad vīro sibi subiecto, procuraret feruum suum curari. ¶ Deniq; interrogationis huiusmodi, quibus sic dicitur, quare hoc aut illud fecisti, non semper intelligendæ sunt repræhensiuè, sed quandoq; per modū admirationis, quādoq; per modum solatiij aut bonæ iocationis, vt cum in Genesi Laban ait ad Abrahæ feruum: Cur foris istas? Et supra libro secundo Areuna dixit ad Dauid: Quid causæ est, vt dominus meus veniat ad feruum suum? In Euangelio quoq; benignissima Christi fera virgo ait suo dilectio: Fili, quid fecisti nobis sic? Et iuxta hos modos verba Helisei possunt intelligi: Veniat ad me, & sciat per suæ curationis effectū, Jesse prophetam in Israel, Iad gloriam Dei conuersionemq; sui. ¶ Venit ergo Naaman cum equis & curribus, & stetit ante ostium domus Helisei. Misitq; ad eum Heliseus nuncium, dicens: Vade & laua te. Hoc est, nudum te laua, [Septies in Iordane, & recipiet sanitatem caro tua, atq; mundaberis.] Non solum in carne à lepra, sed etiam mente à lepra spirituali, id est, perfidia. Ob mysticam causam infra tãgendam, iussit hoc Heliseus ex diuino instinctu, & itē vt curatio illa mirabilior appareret, & tota Deo ascriberetur, cum certum esset, in aqua Iordanis nullam esse virtutē curandi lepræ, sicq; Naaman citius cõuerteretur, & crederet, sicut & factum est. Iratus Naaman, recedebat, dicens: Irrascebat, quia commissio vni iussio illa Helisei videbatur sibi omninō irrationabilis esse. Respexit enim ad naturalem vim aquæ, nō ad omnipotentiam Dei, quæ nondum sibi innotuit. [putabam q̄ egredere ad me, & stas inuocaret nomē domini Dei sui, & tãgeret manu sua locū lepræ, & curaret me.] Vndē videtur Naaman x̄li in masse, quod in persona Helisei fuerit virtus aliqua lepræ curatiua: idē misit eum propheta ad fluuētā Iordanis, quatēdus nō sibi, sed Deo suā attribueret curam. ¶ Præterea quanuis in lege prohibitu fuit tangere leprosum, non tñ his, qui suo tactu, Deo inspirante, curare poterant lepram. [Nunquid nō meliores sunt Abana & Bazar fluij Damasci, omnibus uisus Israel, vt lauer in eis & munder? Cum ergo vertisset se, & abiret indignans, accesserūt ad eum ferui sui, & locuti sunt ei: Pater, & si rē grandem dixisset tibi propheta, certē facere debueras. Ieã spe sanitatis recuperanda. Habuit aut Naaman se tam maturè, amorosè & piè ad seruos suos, q̄ vocabat eum patrē magis quàm dñm. ¶ Quanto magis, quia nunc dixit tibi, Lauare, & mundaberis? Descendit, & lauit septies in Iordane iuxta sermonē viri Dei. Nam quia vir prudēs erat, rationabili persuasione etiã subditorum suorum obtēperauit. [& restituta est caro eius, sicut caro pueri paruuli, & mundatus est.] Hoc est, pfectè curata est, & pura effecta instar infantilis corpusculi, quod tanto est purius, quanto minus habet de extraneis materijs, sibi adiunctū. quemadmodū enim vinum paulatim à sua puritate recedit, quanto plūs lymphatur, & tandē ex aquæ admixtione corrumpitur: sic caro ex alimentorū appositione pedetentim impurius redditur, quotiq; tandē omninō dissolutur, vt primo de generatione docet Philosophus. [Reuerfusq; ad virum Dei cum vniuerso comitatu suo, Ivt ei gratias ageret, ac munera largiretur, atq; vt Dei magnalia fateretur, se q; deceterō fidelē futurum protestaretur,] venit & stetit coram eo, Ivel q̄ domum Helisei intrauit, vel quoniam Heliseus exiit ad eum, & ait: Verè scio q̄ non sit alius Deus in vniuersa terra, nisi tantūm in Israel. q̄ nulla gens colat verum Deum nisi plebs Israel: quanuis enim in alijs gētibz fuerint aliqui boni Deū colētes secundum legē naturæ, cū fide Christi venturi, implicita aut explicita, illi tamen erant paucissimi: sed in Israel sub Heliseo fuerunt multi, & q̄ ait, in Israel, non est intelligendū de tribubz decē, sed de regno Iudæ, quod tunc sub Iosaphat pro maiori parte coluit Deum, q̄ populus decē tribuum. Itaq; quod ait, Scio q̄ non sit Deus in vniuersa terra, nisi in Israel: nō est intelligendū, q̄ Deus omnipotēs & immensūs, erat terminis terræ Israel circumscriptus, cum ipse vbiquē per essentiā, præsentiam, potentiamq; existat, sicut ait per Hieremiam: Nunquid nō cælum & terrā ego impleo? sed q̄ in populo Israelitico potissimè colebat, secundū sensum præhabitu. Obscuro itaq; vt accipias benedictionē i. munerum collationē q̄ seruo tuo. At ille rñdit: Viuit dñs, ante quē sto, quia non accipiam, ne videar vendere donum Dei, aut pro illo quicq; accipere. [Cūq; vim faceret, ipse Naamā instātiſsimè & cū importunitate quadā rogaret prophetā aliquid accipere,] penitus nō acquieuit. ¶ Si Naaman nondū pfectè instruet in his quæ sibi sunt, p̄bit tēporalia dona tanq̄ precij beneficij sibi exhibiti, illicite p̄bit, quibus pignorantiā excuset. Si aut p̄bit tēporalia illa tanq̄ sustentaculū vitæ, & tanq̄ liberale atq; gratuitū donū ex charitate, deuotione & gratitudine, benè egit: & illo modo Heliseus recipere poterat, vt di-

Sum est

Sum est in expositioe primi libri. Attamen, ppter maiorē perfectionē recipere noluit. Primò, ne Simoniaci daret aliquā occasionē Simoniacæ prauitatis. Secundò, ob maiorē adificationē illorū gentiliū, vt viderent feruū veri Dei tēporalia cūcta despiciere, & ex charitate & pietate, nō ex cupiditate, subuenisse infirmo, nec q̄rere propria cōmoda, sed aliorū subsidia. Tertio, ad insinuandū q̄ enorme sit crimē, in exhibitioe spiritualiū aliquid tēporale per modū pacti, conuersionis aut cōditionis, exigere, quando tantus ppheta etiã spontē oblata renuit acceptare. Ex quo cōstat, q̄ in cautē & periculose multo modō se habeat, qui sub paupertatis p̄textu, colore seu apparatus seu existētia, in exhibitioe spiritualiū tēporalia exigunt: quod nō solum iure diuini, sed facris quoq; canōibz ac patrū decretis districtissimè prohibet. Vndē ad vitandū huiusmodi scelus, religiosi p̄cipitur, ne vltra numerū perſoꝝarum, quē valent sustentare, recipiāt: & rursus ab Urbano papa quinto, Gregorioq; vndecimo iussum est, ne religioſæ perſonæ directē aut indirectē per se, in tēporali perſonā aliquid tēporale à recipiēda vel recepta q̄rant p̄fecto in eius receptioe, nec antea nec postea, sicut de hac re nuper in quibusdā plenius demōstrauit tractatulus. ¶ Veruntamē quæri potest, cum sanitas sit res corporalis, cur pro ea accipere aliquid tanq̄ precij sit Simoniaci? Rñdetur, q̄ sanitas in se, corporale qd est: sed taliter & supernaturaliter p̄stita, spiritalē sicut bonū atq; desuper gratuite datum. [Dixitq; Naaman: Vt visis.] secundū tuā fiat voluntatē. [Sed obsecro, cōcede mihi seruo tuo, vt tollā onus duorū burdonum de terra, i. de terra regni huius mecū faciā deportari, quantum queunt portare duo burdonum de terra,] Burdo. quæ sunt animalia genita ex equo & asina, quæ ad modū muli ex equa & asino generantur. Cur aut Naamā voluerit secū ferre de terra illa, subiungitur: [Non etiã faciet seruus tu' vltra holocaustū aut vicimā dijs alienis, nisi dño Ji. soli vniuersorum dñatori vero Deo. ac si dicat, De terra ista edificabo altare, super quod vero Deo deinceps sacrificabo. Aliqui tñ dicūt q̄ terra illā attulit secū, vt sterneret eā in phanis idolorum, q̄ tenus super eā stans, Deū Israel adoraret, sed primum veritū reputat, poterat tñ de terra & faxis Syriæ edificare altare: sed ex deuotionē ad Deū Israel, voluit de terra cultus sui illud cōstruere, reputans illā sanctā propter cultū Dei in ea.] Hoc aut solum est, de quo i. mihi ignoscēdo vel non imputādo ad culpā, [deprecis dñm pro] meo seruo tuo, quādo dñs meus Rex Syriæ i. greditur tēplo Remmon. i. idoli sui sic dicti, [vt adorēt] idolū illud, [& illo innitēte super manū meā,] quia tunc reges innitebātur super aliquē principē habentē officium sustentandi regē, sicut modō innitunt reginæ, prout in libro Hester de ipsa regina Hester habetur, q̄ super vnā famularū innitebatur, q̄ si corpus suū præ delictijs ferre non sustinēs, [si adorauero in tēplo Remmon, vt ignoscat mihi dñs seruo tuo pro hac re,] Illud à diuersis, varijs modis exponitur. quidā exponūt sic, si adorauero in tēplo Remmon, nō idolum illud, sed verū Deum, tñ si simulauero me idolū adorare, quia hoc sine offensa regis mei vitare nō valeo, vt hoc dñs mihi indulgeat & dicunt, q̄ Heliseus hoc sibi cōcessit, dispēdando secum ad hoc agendū. sed qm̄ simulatio idololatriæ, est culpabilis in se & scādalizatiua, & cōtra illud Aposto. 1. Thess. 3. li. Ab omī specie mali abstinet: & cōtra illud, Sic luceat lux vestra coram hoībus: idē alij asserunt, q̄ Heliseo nō potuit istud permittere, nec dispēdabile fuit, si adorauero in tēplo Remmon verum Deū, non simulādo idoli adorationē, sed quantum ad locum, cōmunicando cū rege idololatra, ita vt in eo phano Deū verum adorē, in quo ipse idolū suū: quod non est malū in se, q̄ vbiq; De' potest adorari & coli: & tñ potuit apud ignoscentes habere speciē mali, quā vidētes me illuc introire cū rege, poterāt estimare, q̄ pro ea causā illuc ingrederer, pro qua ipse: & quātūm ad hoc, indiguit dispēdatione quā facere poterat Heliseus, p̄sertim ex instinctu diuino: vel vt aliqui dicūt, solum declarauit, hoc ipse Naaman nō esse illicitū. Vndē aliqui astruūt, q̄ quanuis idololatria & eius simulatio fuerint vitiosæ de lege nature, non tñ id, quod habet speciē talis simulationis, dū modō non sit in eo idololatria aut simulatio eius. Præterea quidā exponunt sic, q̄ Naaman solum petiuit, vt suū officium, i. sustentare regē, posset licitè facere in phano, sicut & extra phanū, & vt ante suā curationē facere cōsuevit, & q̄ Heliseus cōcessit hoc, quia non fuit illicitū, sed istud nō videtur tēxtui cōsonare, in quo legitur Naamā postulasse, vt si adoraret in tēplo Remmon, dñs super hoc sibi ignosceret: nec ait, vt si sustentaret regem, de hoc sibi à Deo ignosceret. Circa hæc inter cætera redarguit Lyra quosdā, dicētes q̄ Naamā fuit neophytus, qm̄ p̄prie loquēdo, nō dicitur q̄ dñs de nouo ad aliquā legē cōuersus est. Naamā aut non fuit cōuersus ad Iudaismū, quia nō fuit circumcīsus. Verū cōtra hoc loquitur R. Paulus, licet Naaman nō fuit cōuersus ad Iudaismū, nec circumcīsus, fuit tñ neophytus, quia de nouo conuersus ad legē naturæ, secundum quā idololatria & eius simulatio sunt illicitæ. [Qui dixit ei: Vade in pace. Abijt ergo] Naamā ab eo. Heliseo, redeundo ad ppria, sanitate adepta, & petitionibus suis cōcessis. [Elecō] tērræ tēpore. i. tpe apud remeādū, vel electō, i. prospero tēpore terræ, qm̄ videlicet consecutus fuit desideria sua. Attamē, vt ait Petrus Comestor, Hebræus sic habet: Abijt ab eo aliquāto terræ spatio. Etenim legere vno modo vocatur trāsire, sicut cū dicitur, Nauta legit mare, sicq;

QQ 2 electo

electio capitur pro pertransito, & tēpus pro spatio tēporali. [Dixitq; Giezi puer viri Dei] videtur cupiditate: [Pepercit dñs meus Naaman Syro isti, vt non acciperet ab eo quæ attulit. Viuit dñs, quia curri post eum, & accipiā ab eo aliquid. Et sequutus est Giezi post tergum Naamā. Quem cum vidisset ille currentē ad se, desilijt de curru in occursum eius] propter reuerentiā Helisei, [& ait: Recte sunt oīa? Et ille ait: Recte. Dñs meus misit ad te, dicens: Modò venerit ad me duo adolēscētes de mōte Ephraim, ex filijs prophetarum. Da eis talentum argēti, & vestes mutorias duplices. Dixitq; Naaman: Melius est vt accipias duo talēta, & cogit eum.] Ex cupiditate finxit mendacium, imō ex avaritia oriuntur fraus, periuriū, mēdacium, furtū, rapina, traditio, homicidium, Simonia, [ligauitq; Naaman per suos ministros, [duo talenta argēti in duobus faccis] i. marsupijs magnis, [& duplicata vestimēta,] i. duo paria aut duo recētia vestimēta, sicut expositū est, [& imposuit duobus pueris suis] i. ipse Naamā iniunxit duobus de suis ministris, vt ista deferret ad locū quō Giezi vellet, & portauerunt corā eo. Cumq; venisset iam vesper, tulit de manu eorum, & reposuit illa in domo, dimisitq; viros] qui hęc portauerūt, reuertī ad Naaman dñm suū, [& abierunt. Ipse autē ingressus, stetit coram dño suo. Et dixit Heliseus: Vndē venis Giezi? Qui respondit: Non iuit seruus tuus quōquam] i. ad aliquem locum distātem. mala terrenorum concupiscentia victus, putauit se posse tantum latere atq; decipere vatem. [At ille ait: Nōne cor meum in præsenti erat] i. quasi præsentialiter intuebatur, considerationeq; affuit, [quando reuersus est homo de curru suo in occursum tuū?] quia hoc totum mihi ministerio angeli per imaginarias formas ostendebatur, sic & Apostolus protestatur: Nam etsi corpore absens sum, tñ mente præsens sum, gaudens & videns ordinē vestrum. [Nunc igitur accepisti argentum, & accepisti vestes, vt emas oliucta, & vineas, & oues, & boues, & seruos, & ancillas. Sed & lepra Naaman adhaerebit tibi & semini tuo vsq; in sempiternum.] i. lepra similis lepræ illius in specie, inficiet te & posteros, i. imitatores tuæ iniquitatis scēdabit & respertet lepra ac facinus Simonie, per leprā Naaman figuratā. Vndē qui spiritalia vendunt, propriē Giezitæ vocātur. similiter qui sine præuio pacto post spiritaliū exhibitionē temporale quid exigunt: & sicut in nouo testamento à Simone Mago, ita in lege Mosaisca à Giezi hoc scelus videtur fumpisse exordiū. Et ecce si tam grauius est punitus, qui spiritali prius exhibitōe, gratis petijt tēporale: qualis erit illorum damnatio, qui nondum facta exhibitione gratuita, paciscuntur? Porrò super illud, Melius est vt accipias duo talēta, dicit Lira in Hebræo haberi: Lira, scilicet q; te miserit Helisei, sed Rabbi Paulus contradicit, & benē, vt puto. Non em̄ est verisimile, quōd Naaman, qui cum tanta reuerentia obuiauit ipsi Giezi, & paratissimus fuit ad dandum, imō duplum dedit eius quod petebatur, exegerit à Giezi iuramētum, quasi non credēs verbis ipsius. [& egressus est ab eo leprosus,] sentiens etē plagam Dei, territus exijt, & mansit seorsum, Equasi nix] per quod insinuat fuisse valdē leprosus, quoniam albor in cute & color transpārens, signa sunt lepræ, vt in Leuitico scribitur. Vndē & in libro Numerorum legitur: Ecce Maria apparuit candens lepra quasi nix.

Coloss. 2.

Acto. 8.

R. Paulus

Leuit. 17. Nume. 12.

De spiritali intelligentia huius capituli quinti. Art. VIII.

PER Naaman Syrum leprosum, designatur plebs Gentilis, quæ lepra incredulitatis erat infecta, vitijsq; diuersis laborans: per regem Syriæ, sublimitas terreni imperij paganorum: per latrunculos Syriæ, deceptores & persecutores iustorum. Radiantibus ergo miraculis & doctrinis apostolorum, discipulorumq; saluatoris, admirati sunt plurimi infideles, reges & principes, qui à ciuili brachio Christianorum petierunt internæ remedij fanitatis: sed imperatores, reges, principesq; ciuiles, aduerentes sibi non esse commissum baptizandi obsequium, direxerūt paganorum legatos ad Christum & spiritalia eius vicarios, qui præceperunt gētilibus, intus curari optantibus, vt in Iordane septiens lauaretur, id est, in fonte baptismatis septiformi gratia spiritali regenerarentur: quod rudes gentiles prima facie abhorrebant, reputantes indignum, à corporeo elemento interiorem quærere opem, mentisq; sanitatem, in quam corporalia videntur non posse imprimere: veruntñ rationabiliter informati acqueuerunt, præsertim qm̄ baptizari, leue & modicum fuit respectu circuncisionis valdē pœnalis. Baptizata autē gentilitas, facta est pura instar corpusculi infantilis, i. ab omni labe peccati mundata, & tanq̄ modò primogenita, ad innocentiam est reducta: quo factō, ad Christum cum maiori virtutum profectū est reuerfa, & regatjata eidem ac confitens, q; in nulla natione, gente aut tribu sit verus Deus, nisi in populo Christiano, quia cognouit idololatriæ falsitatem, soliq; vero Deo decæterò sacrificare decreuit. [Insuper cōuersis paganis, multa tēporalia sanctis apostolis dare volentibus, ipsi nequaquā acqueuerunt, transitoria cuncta spernentes, atq; quod gratis acceperant, gratis dantes, sed Giezi, i. quidam posterī eorundē, à spiritali seruore dilapsi, & quæ sua sunt, cupientes, pro spiritalibus tēporalia quæ serunt, sicq; Simoniacæ prauitatis insecerunt se labe. Nihilominus impēdentibus spiritalia, licet tēporalia in stipendiū vitæ suscipere, cum dicat Saluator: Dignus est operarius mercede sua. Et Apostolus: Si nos vobis spiritalia seminauimus, magnū est si carnalia vestra metamus?

Matth. 10. Phil. 2.

Matth. 10. Luc. 10. 2. Cor. 9.

metamus: non tñ cum pacto talia percipiēdi, sunt spiritalia exhibēda, quemadmodū cū Naaman dispensatum videt, vt regi suo cōmunicaret modo præfato, sic in primitiua ecclesia in oī ciuitate, villa & domo, vno credente, & alio non credente, necesse fuit dispensari, vt fideles infidelibus cohabitaret, & cōmunicarent in multis, i. in rebus nō illicitis in seip̄sis, prout ad Cor. scribit Ap. 1. Cor. 7. stolus de cohabitatiōe coniugaliū fidelis ac infidelis. Postremò, per leprā Naamā, potest intelligi interior infectio atq; pueritas cuiuslibet peccatoris, p̄sertim pertinaciæ, p̄prijs sensus, immanitatis, p̄prijs voluntatis, quæ duplex pestifera lepra per descēsum in Iordanē curat, i. in cōsideratiōe humilitatis ac baptismatis Christi, q; in oibus exinanituit seip̄sum, nec solūm p̄f̄i eterno, sed & matri virginæ, imō & Ioseph fabro lignario subditus fuit, nec suā, sed patris venit facere voluntatē: & omni rationabili suggestioni ac petitiōi promptissimè acqueuit. Cumq; nulli esset obnoxius culpa, tñ propter nos dignatus est baptismū suscipere. De spiritali demū significatione hac lepræ, sanctus & gloriosus pater Bernardus optimè loquitur in sermōe 3. de resurrectiōe dñi.

Phil. 2.

Luc. 2.

Joan. 5.

Luc. 3.

Joan. 7.

Bernard.

¶ Elucidatio cap. 6. Dixerunt autem filij prophetarum. Art. IX.

Continuat hęc narratio mirabiliū Helisei. Dixerunt autē filij prophetarū ad Heliseū: Ecce locus in quo habitamus corā te, angustus est nobis] i. arctus & strictus. Multos etenim conuerterat Heliseus, & deuotarij illi numero ac merito creuerunt sub eius regimine. Dicuntq; aliqui, q; Giezi discipulus Helisei ex sua avaritia fuit filijs prophetarū Heliseū uisitantibus grauis, ne cōsumerēt ea quæ Heliseus dabātur, quæ ipse in p̄prium malebat cōuertere vsū & commodum: idē eo propter leprā remoto, plures ad sanctū virū sunt cōgregati. [Eamus vsq; ad Iordanem, & tollant singuli de sylua materias singulas] i. ligna, [vt ædificemus nobis ibi locū ad habitandū. Qui dixit. Itē. At vnus ex illis: Veni ergo tu cū seruis tuis. Respondit: Ego veniam. Et abiit cū eis. Cumq; venissent ad Iordanē, cēdebāt ligna. Accidit autē vt cū vnus materiā succidisset, caderet ferrū securis in aquā. Exclamauitq; ille & ait: Heu heu heu dñe mi, & hoc ipsum] quod sic perdidit, [mutnō acceperam.] quasi dicat, si meū fuisset, minūs curarem, sed nunc doleo vehemēt, cū non habē q̄ quod pro illo restituam. Vndē cōstat q; pauperes erant discipuli illi, & simplicibus habitaculis, quæ ip̄sime sibi cōstruebant, erant cōtenti, quo multorum etiā religiosorum curiositas sumptuosa arguitur. [Dixit autē homo Dei: Vbi cecidit? At ille mōstrauit ei locum. Præcidit ergo] Heliseus lignū, & misit illuc] i. in eum aquæ locū, in quem ceciderat ferrum, [natauitq; ferrum,] non virtute ligni in aquam proiecti, sed imperio Dei ac ministerio angeli, atq; vt ali qui opinātur, lignum illud in aquā missum, ad formā manubrij fuit redactū, & ferrū per se intrauit in illud. [& ait: Tolle. Qui extēdit manū, & tulit illud. Rex autē Syriæ pugnatibat cōtra Israel,] infestādo regnum decē tribuum. [Consiliumq; inijt cū seruis suis, dicēs: In loco illo & illo ponamus insidias] i. viros armatos insidiantes, qui occultè improuisq; nocēt Israelitis. [Misit itaq; vir Dei ad regem Israel, dicēs: Cauē ne transeas in locū illum, quia ibi Syrii in insidijs sunt. Misit itaq; rex Israel in locum quē dixerat ei vir Dei, & p̄occupauit eū] i. loca insidiarum Syrorū, capiēdo eos ibidem, vel præueniēdo eos, ita q; non poterant se ibi locare. [& obseruauit se ibi, non semel neq; bis] statūm, sed sæpiūs. [Conturbatumq; est cor regis Syriæ præ hac re. Et cōuocatis seruis suis, ait: Quare nō indicastis mihi quis proditor meī sit apud regē Israel?] reuelando ei secreta mea, hoc em̄ putauit rex Syriæ. [Dixitq; vnus seruorū eius: Nequaquam dñe mi rex] i. nō, vt putas, aliquis nostrūm pandit tua secreta regi Israel, [sed Heliseus p̄pheta qui est in Israel,] indicat regi.] Israel [omnia verba, quæcunq; loquutus fueris in cōclauī tuo] i. quædam de omnibus, quantum necessarium est regi Israel ea scire. [Dixitq; eis: Ite & videte vbi sit, vt mitam & capia eum.] Ite rex Syriæ credidit Heliseum cognoscere omnia verba à se etiā in conclauī prolata, frustra misit ad inquirendum vbi esset, cū Heliseus interrim, si vellet, fugere posset, sed tanta est excæcatio impiorū, vt cū vnū credant atq; cōsiderent, non cōsiderent aliud quod ex illo est cōsequens, sicut Herodes credidit puerū sibi à Magis denunciatum, esse Christum, in lege & prophetis promissum: & tñ misit ad occidendum eundem, putās se posse cassare oracula prophetarum de Christo prædicta. [Annunciauerunt ei dicentes: Ecce in Dothaim. Misit ergo illuc equos & currus, & robur exercitus: qui cū venissent nocte, circūdederūt ciuitatē. Consurges autē diluculo minister viri Dei, egressus est. Viditq; exercitū in circuitu ciuitatis, & equos & currus. Nunciauitq; ei, dicens: Heu heu heu dñe mi. Quid faciemus?] i. qualiter obfidionem hanc euademus. [At ille rōdit: Noli timere, plures enim nobiscum sunt,] scilicet angeli sancti ad nostra subsidia præparati, [quā cū illis.] Sic & Ezechias 2. Paralip. 32. loquutus est: Nolite timere. Multo enim plures nobiscum sunt, quā cum illo. Cum illō est brachium carneum, nobiscum est dñs Deus noster, qui auxiliator est noster. [Cumq; orasset Heliseus] pro bono cōmuni & subuentione diuina, [ait: Domine, aperi oculos pueri huius, vt videat.] i. da ei exterioribus oculis inueneri auxilia nobis parata, vt mente intelligat ea, quæ sine tua cooperatione & illuminatione videre non valet. [Et aperuit dñs oculos pueri] non solū solito modo, quo & omnia na

turalia principaliter sunt à Deo, quoniam prima causa plùs influit, quàm quęcunq; causa secun-
da, sed speciali manerie dando puero virtutem videndi, quę alij etiam astantes nõ videbant. Et
vidit: Et ecce mons Jciuitatis Dothaim, in qua Heliseus fuit, [plenus equorum & curruum igne-
orum in circuitu Helisei] per quos angelica agmina designabantur, quorum ministerio simili-
tudines illæ curruum & equorum igneorum apparuerunt in aere. [hostes verò] scilicet Syri, [de-
scenderunt ad eum] p̄puta ad Heliseum, vt caperent eum. [Porro Heliseus orauit ad dñm, dicens:
Percute, obsecro, gentem hanc cęcitate. Percussitq; eos dominus ne viderent, iuxta verbum He-
lisei] non omnimoda cęcitate, sed ea quę appellatur acrisia, qua aliquid videtur confusę & in-
distinctę, non autem distinctę cognoscitur: sic isti viderunt Heliseum & Dothaim ciuitatem, q̄
scilicet Heliseus esset homo quidã, & q̄ vrbs illa oppidum quoddã existeret: sed quodd homo ille
esset Heliseus, discernere non valebant. [Dixit autẽ ad eos Heliseus: Non est hæc via.] per quã itur
ad vrbe[m], in qua Heliseum inuenietis, [neq; ista est ciuitas.] in qua cõmoratur. Non enim in Do-
thaim, sed in ciuitate nomine Samaria habitauit communiter, vt infra in isto insinuat capitu-
lo. Vnde & præcedenti capitulo ait Puella: Vtinam fuisset dominus meus ad prophetam, qui est
in Samaria. [Sequitur] me, & ostendam vobis virum quem queritis. Duxit ergo eos in Sama-
riam. Cumq; ingressi fuissent in Samariam, dixit Heliseus: Domine, aperi oculos istorum vt vi-
deant. Id est, prædictam cęcitatẽ tollẽ ab eis, vt discernant ea quę vident. [Aperuitq; domi-
nus oculos illorum.] Ecce quanta fecit omnipotens ad instantiam Helisei. vnde constat, q̄ ma-
gnus erat amicus altissimi, & p̄pheta eximius. [& viderunt.] disceuerunt, [se esse in medio Sama-
riæ.] propter quod meritõ timuerunt, videntes se esse in medio hostium, ex præacta quoq; pla-
ga cęcitatẽ erant perterriti. Talis quoq; cęcitas contigit duobus discipulis, cum quibus in die
resurrectionis Christus transiit, quorum oculi tenebantur, ne eum cognoscerent, vt habetur in
Lucã: ac Sodomitis in foribus Loth, vt patet in Genesi. [Dixitq; rex Israel ad Heliseum, cùm vi-
disset eos: Nunquid percitiam eos pater mi?] qui tam paternaliter subuenis mihi & regno meo.
Et ille ait: Non percitias, neq; cepisti eos gladio & arcu tuo vt percitias. [hoc est, vt authoritatẽ
habeas iure belli ad occidendum eos. Ex isto probatur, quodd sancti veteris testamenti inimicos
suos dilexerunt, & benefecerunt eis] reddendo bonum pro malo, sicut subiungitur. [Sed po-
ne panem & aquam coram eis.] Id est, cibum & potum, quę nomine panis & aquę significari in
scripturis cõsueuerunt, quod etiam ex sequentibus innotescit. [vt comedant & bibant, & vadã
ad dominum suum. Appositãq; est eis ciborum.] haud dubium quin & potuum, [magna præpa-
ratio. Et comederunt, & biberunt, & dimisit eos. Abieruntq; ad dominum suum. Et vltra non
venerunt.] latrones Syriæ. [scilicet viri prædicti aut alij Syri, qui vocantur latrones, id est, iniusti
persecutores & vastatores Israeliticę plebis, in terram Israel.] ad nocendum propter humani-
tatem & gratiam eis exhibitam ab Heliseo & rege, & ne rursus cęcitate perciterentur, & tan-
quã ingratum occideretur. Sed his videtur obuiare quod subditur: [Factum est autem, post hæc
congregauit Benhadad rex Syriæ vniuersum exercitum suum, & ascendit & obsidebat Sama-
riam.] Responderetur, quodd in scripturis per talem modum loquendi designatur aliqua tempo-
ris mora præ solito diuturna, quauis non toto tempore duratura, iuxta quem sensum scriptum
est in Esaia: Non leuabit gens cõtra gentẽ gladium, nec exercebuntur vltra ad prælium, nec di-
scant vltra belligerare. Aliqui verò dicunt, quodd latrones Syriæ non venerunt vltra in Israel tem-
pore Helisei, quibus obuiat quod ista obsidia facta est Heliseo in Samaria existente, vt statim pa-
tebit. [Factãq; est fames magna in Samaria, & tam diu obsessa est Jciuitas à Syriis, donec venun-
daretur caput asini.] qui tamen est animal comestioni ineptum, nisi in necessitate, atq; immundum
secundum legem, [cõtoginta argenteis, & quarta pars cabi.] Id est, mensurę sic nuncupatę,
[stercoris columbarum] quinque argenteis [denarijs]. stercore illo columbino condiebant cibaria
sua pro sale, vt Iosephus refert. Aliqui tamen dicunt, per stercore columbæ intelligi eius vesiculã,
in qua recipit grana deforis sumpta, quę vesicula proijci solet, sed tunc reseruabatur, vt grana
ipsius venderetur famelicis. [Cumq; rex Israel transiret per murum.] ad considerandum custodias
eius, id est, propugnacula vel armatos in eis, [mulier quędam exclamauit ad eum, dicens: Salua
me domine mi rex,] Id est, succurre mihi. [Qui ait: Non te saluet dominus,] Id est, nec à me,
nec à Deo conseq̄uaris auxiliũ. Hoc dixit ex subita perturbatione & indignatione, putans quodd
mulier illa quereret sibi necessaria vitę dari, quibus & ipse indiguit, propter quod subditur: [Vn-
de te possum saluare de area vel de torculari?] quasi dicat, nec blada quę seruantur in area, nec
vinum quod in torculari exprimitur, tibi valeo exhibere, [Dixitq; ad eã rex: Quid tibi vis?] Quę
respondit: Mulier ista dixit mihi: Da] mihi filium tuum, vt comedamus eum hodiẽ, Id est, in-
fantulum, vt eum occidam & coquam, quia tu abhorres eum occidere, [& filium meum come-
damus cras. Coximus ergo filium meum, & comedimus. Dixitq; ei altera die: Da filium tuum,
vt comedamus eum. Quę abscondit filium suum,] contra conditum, volens eum morti sub-
trahere, aut sola forsan comedere. [Quod cùm audisset rex, scidit vestimenta sua,] rex vehemen-

4. Reg. 5.

Luc. 24.
Gen. 19.

Esa. 2.

Leuit. 11.

Iose. lib. 9.
an. iu. ca. 4.

ti dolore, quodd tanta esset in vrbe & plebe sua carisitia, & quodd tam inhumanum scelus contigit
ibi, [& transiit per murum. Viditq; omnis populus.] ibi præfens [cilicium, quo vestitus erat
rex, ad carnem] suam [intra] fecit, Ji. super nudum corpus, quod afflixit asperitate cilicij, vt misere-
cordiam impetraret à dño. Coluit em̄ dñm vnã cum aureis vitulis, sicq̄ue imitabatur Achab pa-
trem suum, q̄ audita cõminatione Helix, scidit vestem suam, & operuit cilicio carnem suam, ie-
iunauitq; & dormiuit in sacco, vt patuit supra 3. Reg. 21. [Et ait rex: Hęc faciat mihi Deus, & hæc
addat, si steterit caput Helisei filij Saphat super ipsum, Ji. super reliquã corporis sui partem,] [ho-
diẽ] Ji. per totam hanc diem. Hoc est, nisi hodiẽ fecero eum decapitari, Deus me puniat, & pœnæ
pœnam adiciat. Hoc iurauit, vel quã putauit Heliseum impetrasse hanc populi afflictionem, dñm
exorando in vltionem criminum populi, sicut Helias impetrauit pluuiarum subtractionem, vel
quia suis orationibus non impetrauit releuamen à tantis miserijs. [Heliseus autẽ sedebat in domo
sua,] in qua Samariz morabatur, [& senes sedebant coram eo,] quos Iosephus vocat discipulos,
sicq; sapientia & maturitate morum fuerant senes, ætate quoq; qdam eorum. [Præmisit itaq; vi-
rum.] Ji. rex misit ante se [speculatorem,] [& anteq; veniret nunciu] ille [Ivscq; ad domum Helisei,] [di-
xit] Heliseus [ad senes:] iam em̄ reuelatum sibi fuit à dño: [Nunqđ scitis, q̄ miserit filius homici-
dæ] huc? [Ioram rex filius ipsius Achab, q̄ in mortem Naboth cõsensit iniquẽ, sicq; Heliseus tam
asperranter loquutus est de Ioram & Achab non ex elatione, sed zelo iustitię propter illorum sa-
cra] [vt scidatur caput meum?] Videte ergo cùm venerit nunciu, Ji. videlicet speculator ad de-
collandũ me missus, [claudite ostium, & non sinatis eum introire.] Inon ex inordinato mortis ti-
more dixit hoc Heliseus, sed qm̄ vita sua adhuc tam necessaria fuit cõmunitati, & p̄pter id quod
subditur: [Ecce em̄ sonitus pedum dñi eius post eum est.] Ji. rex mox seq̄tur eum. Pœnituit em̄ Iora-
m de illa cõmissione, ideo voluit speculatorem de executione prohibere, & quis temerẽ id iu-
rauit, tñ ex discretione voluit reuocare, & ab Heliseo consiliũ auxiliũq; deposcere. [Adhuc il-
lo loquẽte eis, apparuit nunciu] q̄ veniebat ad eum, & ait: [rex] vel nunciu ex parte regis: [Ecce tñ
malum à dño est.] Ji. tanta aduersitas, vel etiam tñ crimen, si interfectio atq; comestio proprii filij,
à Deo accidit permissuẽ. [Quid amplius expectabo à dño?] q. d. non potest mihi peius succede-
re, ita vt desperatio posset me ad omne crimen precipitare. [Iuxta mysticum sensum, securis qua li-
gna ad ædificandũ p̄scinduntur, est sermo diuinus, quo hoses cõuertunt, & relicta vanitate, Chri-
sto ac eius ecclesię incorporant. Vnde beatus Chri p̄curator: lam] (in)q[ue] securis ad radicem arbo-
ris posita est. Huius securis ferrum, est cõminatio diuini iudicij ac æterni supplicij. Manubriũ ve-
rò, est cõsolatio æternorũ, spesq; p̄miorũ, q̄ tenet operatẽ in opere bono: q̄ (vt ait Apost.) debet
in spe, q̄ arat, arare: hoc ferrũ cadit in aquã & mergit, dũ p̄dicator de cõminationib; tormentorũ
& rigore diuinę iustitię immoderatẽ sermocinat, nõ admiscẽdo cõsolatoria verba, p̄pter quod
audientes magis ad quandã desperationẽ seu desolationẽ & pusillanimitatẽ, q̄ ad spiritalem p̄fectũ
mouent. quodd senties p̄dicator, clamat ad Chrm, q̄ dat p̄dicatori abundantiã verbi ad p̄dicandũ de
infinita misericordia creatoris, de pœnitentię fructu, de gaudijs beatorũ, de exẽplis eorũ q̄ post
p̄cã grauissima efficaciter pœnitẽdo, facti sunt magni scii, sicq; ferrũ ad manubriũ redit. In sup
regẽ Syriæ & ei in insidias, designãt diabol; & ei ministri, q̄ callidissimis modis conãt veros Israeli-
tas subuertere, sed Heliseus, i. sapiẽtes plati & p̄dicatores idonei, astutias dæmonũ nõ ignorãtes,
nõ cessant dei populũ auisare, p̄pter quod spũs illi neq̄ssimi summe conant ipsos q̄ p̄sunt ac p̄di-
cãt, vitulis cõstrigere vitiorũ, ac i suã redigere captiuitatẽ: sed excęcãt à dño, dũ nõ p̄mittũt secre-
tiora q̄q; opa bona electorũ cognoscere. Verũtũ interdũ tã diu ac validẽ obsidẽt & ipugnãt eccle-
siã, q̄ maxia spiritaliũ bonorũ penuria, defecit p̄dicationũ, ariditas cordis in ea est. Tũc ergo pla-
ti & p̄cipes debẽt intimẽ cõdolere, & sua corpora castigare, à scis quoq; hoib; implorare subsi-
diũ, p̄ferim à dño. ¶ Expositio cap. 7. Dixit autẽ Heliseus: Audite verbũ dñi. Art. X.

3. Re. 17. 18

Iose. lib. 9.
ant. iu. ca. 7.

3. Re. 21.

Matt. 5.
Luc. 3.

1. Co. 9.

Vã gratiosẽ & miraculosẽ, in speratẽ, incredibiliterq̄e celeriter Deus subuenit populo
Israel in tribulatione præfata, hic recitatur: & hoc potissimẽ ex propria pietate, precibus
quoq; ac meritis Helisei, discipulorumq; eius & aliorum bonorum in Israel, q̄ nec Baal nec vitu-
los adorauerũt, & etiam p̄pter qdam pœnitentialia opera regis, q̄ (vt p̄cedenti habetur cap.) por-
tauit cilicium, & forsitan alia fecit similia, quę non sunt scripta: quę quis non fuerint meritoria
gratię in p̄senti, & glorię in futuro, q̄a idololatra fuit, tñ tẽporalem merebant remunerationem.
[Dixit autẽ Heliseus] ex reuelatione diuina: [Audite verbũ dñi.] Hac dicit dñs: In tẽpore hoc cras
id est, crastina die, [& hora] quę nunc est] s. eadem specie, [modius similia] Id est, farina purissima,
[vno] statera erit, Ji. pro tali modica moneta seu pondere paruo emetur. [& duo modij hordei sta-
tere vno] in porta Samarię. Respondens vnus de ducibus Id est, principalib; seruis regis, [super
cuius manu rex incumbebat, homini Dei, ait: Si dominus fecerit etiam catara] ctas, Ji. fenestras seu
meatus, per quos imber descẽdit in cõlo aereo, in quo nubes volitat, aperiri, hoc est, si nẽ fecerit
mox copiosissimã pluuiã descendere, [nunquid poterit esse quod loqueris?] quasi dicat, nullate-
nũ

nus fieri poterit. sed quia caristia ista non fuit in vrbe Samaria ex defectu pluuiæ, sed obsidionis diuturnitate, qdam exponunt sic: Si Deus pluerit farinam & hordeum inflar aquæ, adhuc tñ non posset hoc fieri, quod tñ videtur manifestè falsum fuisse, sed dux ex mera incredulitate loquebatur ita peruersè. [Qui ait: Videbis oculis tuis] corporalibus, quod p̄dixi de emptione & venditione hordei ac farinæ, & inde non comedes. Quatuor ergo erant viri leprosi] qui, vt aliqui opinantur, fuerunt Giezi & tres filij eius, qui consenserunt ei in crimine. [iuxta introitum portæ].
Leuit. 13. extra & prope portam morantes, quia leprosi extra portam iubebantur manere. [qui dixerūt ad inuicem: Quid hñc esse volumus donec moriamur? Siue ingredi voluerimus ciuitatem, fame moriemur: siue manferimus hñc, moriendum nobis est. Venite ergo, & trāsugiamus ad castra Syriæ. Si pepererint nobis, viuemus: si aut occidere voluerint, nihilominus moriemur. Surrexerūt ergo vespere, vt venirēt ad castra Syriæ. Cumq; venissent ad principiu castrorū Syriæ, nullum ibidem repererunt: siquidē dñs sonitum audiri fecerat in castris Syriæ curruum & equorum & exercitus plurimi. Dicitū aliqui, q̄ sonus ille diuina virtute ministerio angelorū fuit solum in auribus Syrorum, deinde in imaginatione quasi ex sono foris exhibitio, sicq; in appetitu sensitio sequitur est maximus timor & fuga in corpore. Alij dicunt q̄ sonitus ille fiebat per angelos in aere, quod satis probabile est, quia vtroq; modo potuerit fieri. [Dixeruntq;] Syriæ ad inuicem: Ecce mercede conduxit aduersus nos rex Israel reges Hithæorum & Aegyptiorum, & venerunt super nos. Surrexerunt ergo & fugerunt in tenebris, & dereliquerunt tentoria sua, & equos, & asinos in castris, fugeruntq; animas tñ suas saluare cupientes. Ji. solum cogitantes, qualiter vitam suam possent ab imminente periculo, vt putabant, eruere. [Igitur cum venissent leprosi illi ad principium castrorum, ingressi sunt vnum tabernaculum, & comederūt, & biberunt. Tuleruntq; inde argentum, & aurum, & vestes, & abierunt, & absconderūt. Et rursum reuersi sunt ad aliud tabernaculum: & inde similiter auferetes, absconderūt. Dixeruntq; ad inuicem: Non rediē facimus. Hæc enī dies boni nunciij est. Si tacuerimus, & noluerimus nunciare vsq; manē, sceleris arguemur. Venite, eamus, & nunciemus in aula regis. Leprosi nō licuit aulā regis intrare, vt nunciauerunt custodibus portarum vrbs, & illi in palatio. hinc subditur: [Cumq; venissent ad portam ciuitatis, nauauerunt eis] Ji. portarijs, dicētes: Iuimus ad castra Syriæ, & nullum ibidem reperimus hoīem, nisi equos & asinos alligatos, & fixa tētoria. Ierunt ergo portarij, & nunciauerūt in palatio regis intrinsecus. Qui Ji. rex surrexit nocte, iudicio isto rumore, tñ non credidit, sed suspicatus est fraudem in Syris, qm̄ bellatores multis industrijs atq; versutijs vt solent, & interdum fugam simulare. [Et ait ad seruos suos: Dico vobis quid fecerint nobis Syri. sciunt quia fame laboramus, & idcirco egressi sunt de castris, & latitant in agris, dicētes: Cum egressi fuerint de ciuitate, capiemus eos viuos, & tunc ciuitatem ingredi poterimus. Rñdit aut vnus seruorum eius: Tollamus 5. equos q̄ remanserūt in vrbe, q̄ ipsi tñ sunt in vniuersa multitidine Israel: alij enī cōsumpti sunt. & mitētes, explorare poterimus. Adduxerūt ergo duos equos, misitq; rex in castra Syrorum, dicēs: Ite & videte. Qui abierunt post eos vsq; ad Iordanē. Ecce aut oīs via plena erat vestibus & vasīs, quæ p̄iecerant Syri, cum turbarētur. Reuersiq; nunciij, indicauerūt regi. Et egressus populus, diripuit castra Syriæ: Ji. oīa quæ reliquerūt in loco obsidionis, & in locis per quæ fugerūt Syri, acceperūt ipsi filij Israel. [Factusq; est modius simlæ statere vno, & duo modij hordei statere vno, iuxta verbum dñi. Porro rex ducem illum in cuius manu incubuerat, cōstituit ad portam, quem cōculcauit turba in introitu portæ, & mortuus est, iuxta quod loquutus fuerat vir Dei, qñ descenderat rex ad eum. Factumq; est secundū sermonē viri Dei, quem dixerat regi, qñ ait: Duo modij hordei statere vno erunt, & modius simlæ statere vno, hoc eodem tēpore cras in porta Samariæ, qñ responderat dux ille viro Dei, & dixerat: Etiam si dñs fecerit cataractas in cælo, nunqd poterit fieri quod loqueris? Et dixit ei: Videbis oculis tuis, & inde non comedes. Euenit ergo ei sicut p̄dicitum erat, & cōculcauit eum populus in porta, & mortuus est.]
Textus iste planissimus expositione non eget. ¶ Spiritually vero docemur ex isto cap. q̄ oīpotenter, multipliciter, piē & insperatē sciat dñs in se confidētibus subuenire, idcirco in ipso est semper sperandum. Quodd si in ecclesia quacunq; aut cōgregatione fuerit spiritualium alimētorum extrema inopia ac deformatio maxima, non tñ est diffidendum. Dñs enim interdum facit gratiam abundare, vbi abundauit iniquitas: & dum vult, p̄uenit gratiosē, atq; de infidelium ac reproborum damnatione suos ditat electos: quia vt ait scriptura, Pestilente flagellato, stultus (i. peccator) sapientior erit: sed fides requiritur, qm̄ infidelē sua conculcat perfidia. Postremō, sicut leprosi dixerunt, Ji. tacuerimus, sceleris arguemur, ita & nos nisi gratiam nobis concessam cōmunicauerimus proximis nostris tēpore oportuno, & Deum de suis mirabilibus ac bñficijs laudauerimus, ingrati Deo inueniemur & trāgressores apostolicæ iussionis, qua dicitur: Vnusquisq; sicut accepit gratiā, in alterutrum illam administrans. Nempe vnicuiq; mandauit Deus de proximo suo.
 ¶ Expōsitio cap. 8. Heliseus autem loquutus est ad mulierem, &c. Art. XI.

De-

Describuntur in isto cap. adhuc quædam magnalia Helisei, & quædam vitiosa de regibus Iuda & Israel. [Heliseus aut loquutus est ad mulierē, cuius viuere fecerat filiū]. à morte suscitauit, imò & cōcipi procurauit, filium, dicens: Surge & vade tu & domus Ji. familia, [tua & peregrinare vbicunq; repereris]. cōmodum tibi esse prospexeris inter gentiles. vocabit enim dñs filium Ji. venire iubebit in vltionē idololatriæ, aliorumq; scelerum Israel, & veniet super terrā Ji. super habitatores terræ istius, [7. annis.]
 Ide qua sicut super Iohel. i. scripsi, multi exponunt quod à Iohel de maxima caristia p̄nunciatur, & ita hæc famēs fuit etiam in regno Iudæ. imò si ibi non fuisset, verisimile est, q̄ Heliseus suggessisset huic deuotæ matronæ, potius se trāsferre ad terram Iudæ, q̄ ad gentiliū regionem. Deniq; q̄ hæc mulier sollicita fuit de puisione helisei in necessarijs vitæ, idcirco & ipse eidem vicem rependit in isto, ne pateretur penuriam. Tanta est eadem virtus misericordiæ, vt opera eius in p̄senti quoq; remunerari incipiāt. Quidā per famem intelligūt angelum p̄positū fami. Ex quo sumitur argumentū, q̄ sicut angelus aliquis p̄sedit regioni, & aliquis angelus malus alicui culpæ, sic & aliquis angelus alicui pœnæ. Vnde Apoc. 7. habetur, q̄ angelus ascendēs ab ortu solis, clamauit quatuor angelis, quibus datum est nocere terræ & mari. Veruntū penarum in flitio aliq̄ exercetur per angelum bonum, vt de Assyrijs cōstat, quorum 185. millia angelus bonus occidit, & angeli q̄ erant in domo Loth, percusserunt populū Sodomæ cæcitæ: aliq̄ verò fit per angelum malum, sicut de excōmunicato scribit Apostolus, tradet e huiusmodi satanæ in interitum carnis. [Quæ surrexit, & fecit iuxta verbum hoīs Dei. Et vadēs cum domo sua, peregrinata est in terram Philistijm diebus multis. Cumq; finiti essent anni 7. reuersa est mulier de terra Philistijm.]
 Vnde patet q̄ interim habitauit in regione Palestinorum, in qua, prout Gene. 20. & 26. recitatur, Abraham cum Sara, & Isaac cum Rebecca tempore famis morati sunt. [Et egressa est] de vrbe Suna, in quam rediēs primò intrauit, q̄ de ea fuit, [vt interpellaret] Ji. de iure suo alloqueretur regem] Israel, s. Ioram, s. pro domo sua & pro agris suis. Nam interim cōtribules ipsius aut alij inuaserāt & occupauerāt bona ipsius. Rex aut loquebatur cum Giezi puero viri Dei, dicens: Narra mihi oīa magnalia quæ fecit Heliseus. Occasione huius verbi, aliq̄ opinantur istud cōtrigisse anteq̄ Giezi lepram incurrit, cum non sit probabile, q̄ rex loquebatur cum leproso. In scripturis q̄ppe non semper seruatur ordo rei gestæ in narratione historiarū. Veruntū istud incertum est, q̄ nec in lege fuit, phibitum affari leprosum, nec Ioram iste fuit legem obseruans. Ex speciali quoq; causa reges & magnates qñq; loquūt leprosis, sicut iam patuit de rege Syriæ & Naaman leproso, sicq; accidere potuit q̄ rex Israel certitudinaliter cupiens edoceri de mirabilibus Helisei, personaliter alloq̄ voluerit Giezi. Aliqui verò putant, q̄ Heliseus ex pietate interim Giezi istum carauerit, non obstante, q̄ dixerat lepram Naaman ei perpetuē adhæsiram, quia quantum ad perpetuitatem illam fuit hoc comminatio, & de rigore iustitiæ aut mysticus intellectus, vt dicunt. [Cumq; ille narraret regi, quomodo mortuum suscitasset, apparuit mulier, cuius viuificauerat filium, clamans ad regem pro domo sua & pro agris suis. Dixitq; Giezi: Domine mi rex, hæc est mulier, & hic est filius eius, quem suscitauit Heliseus. Et interrogauit rex mulierem. Quæ narrauit ei vera esse. Deditq; ei Ji. id est, assignauit, [rex eunuchum vnum, dicens: Restitue ei omnia quæ sua sunt, & vniuersos redditis agrorum à die qua reliquit terram vsque ad p̄sens. Ji. omnia quæ ei debentur de iure, iube ei restitui] autoritate hæc. hoc fecit rex propter virtutes feminae huius, & ob reuerentiā mirabilium Dei, & qm̄ Heliseo hæc mulier erat tam chara ac familiaris. Sequitur aliud vaticinium Helisei. [Venit quoq; Heliseus Damascum, & Benhadad rex Syriæ agrorabat,] cuius agritudinis causam Iosephus tangit, dicendo, q̄ audiēs se ab obsidiōe Samariæ territū au fugisse cū tãto dño, nemine inuadente aut inuadere p̄parato, sed diuino miraculo, p̄tristitia & confusione, seu ira & indignatione, infirmitatem hanc incidit. [Nunciaueruntq; ei, dicentes: Venit vir Dei huc, & ait rex ad Hazael: Tolle tecum munera, & vade in occursum viri Dei, & consule dominum per eum, dicens: Si euadere poterò de infirmitate mea hac. Iuit igitur Hazael in occursum eius, habens secum munera, & omnia bona Ji. quædam de omnibus bonis] Damasci onera 40. camelorum] Estq; hyperbole, quemadmodum Pharaon iussit mandari Jacob: Omnia bona Aegypti, vestra erunt, oblitus videtur Benhadad, q̄ Heliseus nihil accipere voluit à Naaman curato. [Cumq; stetit coram eo, ait: Filius tuus Benhadad rex Syriæ] Ecce quantæ reputationis iam fuit Heliseus etiam apud Gentiles, p̄pter mirabilia sua. [mi sit me ad te, dicens: Si sanari poterò de infirmitate mea hac. Dixitq; ei Heliseus: Vade, dic ei: Sanaberis.] videtur Propheta in hoc cōmississe Azaeli, vt mentiret regi, & ipsum deciperet: q̄ subiungit, [Porro] pro sedq̄ ostendit mihi dñs, q̄ morte morietur. Istud aut non conuenit sc̄dō viro & vati Dei. Ad hoc diuersimodè rñdetur: primò, q̄ Heliseus dixit hæc verba per modum prophetice denunciationis, vt sit sensus, dic ei, i. dices, q̄ agnouit q̄ Azael dicturus erat regi q̄ esset curandus. Alij dicūt q̄ ironicè fecit ei hoc dici tanq̄ regi idololatræ indigno diuina rñsione ex zelo iustitiæ. Lyra verò t̄git quædā modū, iuxta quæ hic esset literè sensus, dic ei: Nō sanaberis, sed hoc non

Iose. lib. 9.
an. Iu. ca. 4Gen. 46.
4. Reg. 5.

non apparet, quia secundum hoc verba subiuncta iam tacita, videlicet porro ostendit mihi dominus, quia morietur, non differet a verbo phabito, scilicet die eius, sanaberis. [Stetitque, cum eo.] Heliseus cum Azazel, quem ut Magister in hist. ait, traxit ad partem, & dixit ei, quare sequuntur, secreta: & volens loqui cum Azazel, vix poterat ab erumpentibus lacrymis continere, ideo subditur: [Et conturbatus est vsque ad suffusionem.] i. triste ac lugubre apparatui. [Inquit, nec se poterat diutius refrenare, sicut subiungit: Fleuitque vir Dei, cui Hazael ait: Cur dominus meus flet? At ille dixit, quia scio quae facturus sis filiis Israel mala.] Idcirco ex compassione populi mei ploro. [Civitates eorum munitas igne succedes, & iuvenes eorum interficies gladio, quod fuit crudeliter: & paruulos eorum elides, quod fuit crudeliter: & pignantes diuides.] quod crudelissimum fuit. [Dixitque Hazael: Quid enim sum seruus tuus carnis, ut faciam rem istam magnam? Et ait Heliseus: Ostendit mihi dominus te regem Syriae fore.] i. futurum esse post Benhadad ad puniendum idololatrias Israel, ut supra 3. Reg. 19. legitur dominus dixisse Heliseo, & hoc ipsum insinuauit Heliseo. [Qui cum recessisset ab Heliseo, venit ad dominum suum.] Qui? Benhadad ait ei: quid tibi dixit Heliseus? At ille respondit: dixit mihi, recipies sanitatem. [In hoc videtur Hazael esse mentis, quoniam Heliseus dixit, Dic ei: sanaberis, nec dixit, sanabitur. tunc ut fertur, in Hebræo habetur, dic ei, viues viues.] Cumque venisset dies altera, tulit Hazael [stragulum] i. stratorium quod superponit lecto aut sedi, & infudit aqua. [Et ex expandit super faciem eius.] vel ad refrigerandum faciem regis, quod est uabat calore, siue ut Iosephus narrat, ad suffocandum regem, quem asserit strangulatū ab Hazaele ad regnum aspirante. [Quo mortuo, regnavit Hazael pro eo.] & forsitan non habuit filium saltem aptum ad regnum. Deinde narratur persecutio regni Iudae. [Anno 5. Ioram filij Achab regis Israel, regnavit Ioram filius Iosaphat regis Iuda. Triginta duorum annorum erat cum regnare cepisset, & 8. annis regnavit in Hierusalem.] patre suo defuncto. [Ambulauitque in vijs] i. vitijs & idololatrijs [regem Israel, sicut ambulauerat domus Achab, filia enim Achab] videlicet Athalia, erat vxor eius] quae patris sui idololatrias sequens, ad eas quoque suum traxit maritum. [Noluit autem dominus disperdere Iudam propter David seruum suum, sicut promiserat ei, ut daret illi lucernam & filijs eius cunctis diebus. In diebus eius recessit Edom ne esset sub Iuda,] i. populus Idumaeorum recessit a domino huius Ioram, & noluit ei solitum tributum persolvere, videns eum esse hominem disfortunatum, & patre suo impotentiorē. [Et constituit sibi regem.] Nam regem proprium quod soluebat tributa regibus Iuda, populus ille Edom occidit, ut Iosephus cōtestatur. [Venitque Ioram in Zaira,] i. ad locum aut oppidum sic vocatum. [Oisque exercitus cum eo.] Et surrexit nocte, percussitque Idumaeos quos circumdederat & principes currum] bellicorum. [Populus autem Edom, quod euadere potuit, fugit in tabernacula sua. Recessit ergo] pro cordis auersionem pacisque, violationem & rebellionem [Edom, ne esset sub Iuda, vsque in diem hanc.] tuncque impletur est, quod Isaac dixit ad Esau: tempus veniet ut excutias & soluas iugum eius de cervicibus tuis. [tunc recessit & Lobna in tempore illorum.] erat illa vrbs ad regnum Iudae pertinens, & tunc propter scelera Ioram, sicut ei rebellis, & aduersarijs eius se cōcederat. [Reliqua autem sermonum Ioram & vniuersa quae fecit, nonne haec scripta sunt in libro verborum dierum regum Iudae? Et dormiuit Ioram cum patribus suis, sepultusque est cum eis in ciuitate David.] Verum tamen non in sepulchro regum, ut 2. Paralip. 21. habetur, sed priuarum sepulchrum sine regalibus exequijs exhibuerunt, ut Iosephus adijcit, & hoc propter scelera eius, quae praellegato 2. Paral. 21. describunt. [Et regnavit Ochozias filius eius pro eo. Anno 12. Ioram, filij Achab regis Israel, regnavit Ochozias filius Ioram regis Iudae. Viginti duorum annorum erat Ochozias cum regnare cepisset, & vno anno regnavit in Hierusalem.] Hic etiam dicitur est Azarias & Ahazias, sicque videtur fuisse trinomius. [Nomen matris eius Athalia, filia Amri regis Israel. Iam dictum est saepe, quod vxor Ioram fuit filia Achab, cuius pater fuit Amri, quomodo ergo vocatur filia Amri? Respondet quod aui quandoque vocantur patres nepotum suorum ac neptium. Aliqui tamen dicunt, quod fuit immediata filia Amri, & soror Achab: sed filia eius asseritur, quoniam modò Amri defuncto, ipse Achab eam nutriti ut filiam.] Et ambulauit in vijs domus] id est, posteros ipsius Achab, & fecit malum coram domino sicut domus Achab, gener enim] id est, filius [domus Achab fuit. Abijt quoque cum Ioram filio Achab ad praeliandum contra Hazael regem Syriae, in Ramoth Galaad, & vulnerauerunt Syri Ioram, qui reuersus est ut curaretur in Iezrael: quia vulnerauerunt eum Syri in Rama praeliante contra Hazael regem Syriae. Porro Ochozias filius Ioram rex Iuda, descendit inuisere Ioram filium Achab in Iezrael: quia aegrotabat ibi.] Hic textus difficultates non habet.

Iose. lib. 9. ant. lu. ca. 4.

Iose. lib. 9. ant. lu. ca. 5.

Gen. 27.

Iose. lib. 9. ant. lu. ca. 5.

Expositio cap. 9. Heliseus autem propheta vocauit vnum de filijs prophetarum. Art. 12. Heliseus autem propheta vocauit vnum de filijs prophetarum, & ait illi: Accinge lumbos tuos, vt expeditus eas, & tolle lenticulam olei hanc. [Id est, vas istud continens oleum, sume in manu tua.] & forsitan erat quasi parua amphora seu ampulla. [Et vade in Ramoth] vrberem Iezrael. [Galaad.] Cumque veneris illuc, videbis Iehu filium Iosaphat filij Namfi. Et ingressus, suscitabis

bis eum de medio fratrum suorum] hoc est, ipsum Iehu vocabis ad te praeter ceteris cognatis & col legis atque principibus exercitus Israel, inter quos eum inuenies, & introduces] eum in interius cubiculum] i. cameram secretiorem. [tenesque] lenticulam olei, fundes super caput eius, & dices: Hec dicit dominus: Vnxi te regem super Israel. Aperiesque ostium & fugies, & non ibi subsistes. [Voluit enim Heliseus ipsum Iehu clam vnxi, nec eius vnctionem ab exercitu sciri, quousque iuuenis ille quod vnxi, abisset, ne quis posset de fautoribus Ioram regis in iuuenem illum insurgere, ne Ioram perciperet ista, & item ne iuuenis videretur aliquid proprii querere emolumentum.] Abijt ergo adole scens puer propheta in Ramoth Galaad, & ingressus est illuc. Ecce autem principes exercitus sedebant. Et ait, Verbum mihi ad te, o princeps. Dixitque Iehu: Ad quae ex oibus nobis? At ille dixit: Ad te o princeps. Et surrexit, & ingressus est cubiculum. At ille sudit oleum super caput eius. Et ait: Hec dicit dominus Deus Israel: Vnxi te regem super populum domini Israel. Et percussit domum Achab domini tui. Et vlcis car sanguinem seruatorum meorum prophetarum, & sanguinem omnium seruatorum domini de manu Iezabel, perdamque omnem domum Achab, & interficiam de domo Achab mingentē ad parietem, & clausum, & nouissimum in Israel. Et dabo domum Achab sicut domum Hieroboam filij Nabath, & sicut domum Baasa filij Abia. Iezabel quoque comedent canes in agro Iezrael, nec erit qui sepeliat eam. Aperuitque ostium, & fugit. Iehu autem ingressus est ad seruos domini sui Ioram, id est, ad ceteros principes. [Qui dixerunt: Recte ne sunt omnia? quid venit insanus iste ad te?] Ecce quod homines illi carnales, idololatras ambitiosi, iuuenem illum deuotum discipulum Helisei, temporalia asperrantem, reputabant insanum. Carnalis etenim homo non sapit ea quae sunt spiritus, sed stultitia est illi. Vnde in sine dicitur impij: Nos insensati, vitam illorum aestimabamus insaniam, vel dicebant illum insanum, quia aufugit celerrime. [Qui ait eis: Nostis hominem] id est, ex habitu eius potestis perpedere quod sit de filijs prophetarum, qui religio humilique vtebantur vestitu. [Et quid loquutus sit] vt potest aliquid de verbis & negocijs prophetarum. [At illi responderunt, falsum est] quod certitudinaliter & determinate sciamus quid dixerit, sed magis narra nobis. Qui ait eis: Haec & haec loquutus est mihi. Et ait: Haec dicit dominus: Vnxi te regem super Israel. Festinauerunt utique, & vnusquisque tollens pallium suum, posuerunt sub pedibus eius, in similitudinem tribunalis, & cecinerunt tuba, atque dixerunt: Regnabit Iehu. Coniurauit ergo Iehu filius Iosaphat filij Namfi contra Ioram, id est, ipse & alij principes condixerant cum iuramento delere posteritatem Achab. [Porro Ioram obfederat Ramoth Galaad, ipse & omnis Israel contra Hazael regem Syriae, & reuersus fuerat, ut curaretur Iezrael propter vulnera: quia percusserat eum Syri praeliante contra Hazael regem Syriae.] Dixitque Iehu: Si placet vobis, nemo egrediatur profugus de ciuitate, ne vadat & nunciet regi in Iezrael] vnctionem meam in regem pro eo. [Et ascendit Iehu] cum suo exercitu, & profectus est in Iezrael, id est, viam illuc ducentem cepit incedere, speculator qui stabat super turrim Iezrael] ad speculandum an aliqui venirent illuc, quatenus rex se obseruaret. [Ioram enim aegrotabat ibi, & Ochozias rex Iuda descendit ad visitandum Ioram. Igitur speculator qui stabat super turrim Iezrael, vidit globum Iehu venientis] id est, exercitum Iehu instar globi coadunatum & solidum. [Et ait: Vnde ego globum.] Dixitque Ioram: Tolle currum, & mitte in occursum eorum, & dicat vadens: Recte ne sunt omnia? Abijt ergo qui ascenderat currum, in occursum eius, & ait: Haec dicit rex: Pacata ne sunt omnia? Dixitque Iehu] nuncio Ioram regis venientis ad se in curru: [Quid tibi & paci?] id est, pax tibi non debetur, cum sis fautor eius qui turbator est communitatis, & iam ex Dei praeepto est occidendus. [transi & sequere me] id est, vade post tergum meum, nec praesumas ante me ad dominum tuum reuerti. [Nunciauit quoque speculator, dicens: Venit nuncius ad eos, & non reuertitur] solus & ante alios ad denunciandum tibi, qualiter stetit inter exercitum tuum & Syros, quoadmodum ei commissum est. [Misit etiam currum equorum secundum.] Venitque ad eos, & ait: Hec dicit rex: Nunquid pax est? Et ait Iehu: Quid tibi & paci? Transi, & sequere me. Nunciauit autem speculator, dicens: Venit vsque ad eos, & non reuertitur. Est autem in cessus quasi in cessus Iehu filij Namfi. Praeceps enim gradus] Hoc dixit, vel de persona Iehu, quod speculator quasi principaliter inter alios constituerat, & iuit praiceps, i. cum impetu atque velociter, vel de toto exercitu, qui instar ipsius Iesu, cum festinantia veniebat. [Et ait Ioram] rex Israel: [Iungite currum] i. currum meum disponite, & equis applicate, vt in curru illis occurrat, similiter rex Iuda suum currum parari praecipit. [Iunxeruntque] currum eius. Et egressus est Ioram rex Israel, & Ochozias rex Iuda singuli in curribus suis] i. vnusquisque eorum in curru suo. [Egressique] sunt in occursum Iehu, & inuenerunt eum in agro Naboth Iezraelite. Cumque vidisset Iosaphat Iehu, dixit: Pax est Iehu?]. sunt ne inimici nostri deuicti, quia redi ab obsequio? At ille respondit: Quae pax? Jac fac dicat, nulla pace est digna, nec pace temporis, nec pace pectoris, nec pace aternitatis. [Adhuc fornicationes Iezabel matris tuae] i. idololatrie eius quae sunt spirituales fornicationes, & maximae auersiones mentis a Deo, & veneficia] i. maleficia] i. in scititia] multa vigent: quibus aut consentis, aut non debito modo resistis, ideo pax vera esse non potest

sub

sub tali regimine. [Cōuertit aut Ioram manum suam, [quam forsan extēdit ad Iehu ad cōtingen- dum manum ipsius, vel signum insidiarum ostendendo suis cum manus eleuatione, [& fugiens ait ad Ochoziam: In sidia Ochozia. Porro Iehu tetendit arcum suum, & percussit sagitta Ioram inter scapulas.] à parte dorsi, quia erat in fuga, [& egressa est sagitta per cor eius] fumendo cor pro membro corporali, quod in aialibus est primum viuēs, & vltimum moriēs.] Itamq; corruit in curru suo. Dixitq; Iehu ad Badacher ducē: Tolle, proijce eum in agro Naboth Iezraelitā. Memini enim qñ ego & tu sedentes in curru, sequebatur Achab patrem huius, qñ dñs leuauerit onus hoc super eum.] per Heliam pdixit hanc pœnam insigendā ipsi Achab, hoc est, ei in filio suo, qñ filius est aliqđ sui patris. Cōgruenter aut seruat Iehu metaphoram, dicēdo: Leuauit onus hoc, qñ sicut pœnam ob eius grauitatem nominat onus, sic pœnæ inflictionē vocat leuationem.] dicit:

3. Reg. 21. Si non pro sanguine Naboth, & pro sanguine filiorum eius, quem vidi heri, ait dñs, reddam tibi in agro isto, dicit dñs.] vtiq; in vltionem effusionis sanguinis ipsius Naboth filiorumq; eius oc cisorum de pcepto Iezabel, & cōsensu ipsius Achab, puniā te in agro ipsius Naboth, quem vidi heri,] approbauit pterito tēpore qñ vixit, qñ cōplacuit mihi. Hinc elicitur, qđ & filij Naboth fue- runt fecum, aut citō post eum occisi.] Nunc ergo tolle & proijce eum in agro iuxta verbum dñi. Ochozias aut rex Iuda, vidēs hoc, fugit per viam domus horti.] per viam quandā occultam do- mus hortum habentis notabilem.] [persecutusq; est eum Iehu, & ait: Etiam hūc percutite in curru suo, cūm sit de semine Achab ex parte matris.] Et percusserunt eum in ascensu Gaber.] loci sic dicti,] qđ est iuxta Iezrael. Qui fugit in Mageddo, & mortuus est ibi.] Primō aut ipse Ochozias fuit in Iezrael, & metuēs ibi inueniri à Iehu, fugit in Samariam: ac ibi inuentus, ductus est ad Iehu in ascēsu Gaber, & læthaliter vulneratus est ibi, ac indē deuenit in Mageddo vrbem, ibiq; obiit,

2. Par. 22. prout in expositione libri 2. Paralipom. dictum est plenius.] Et imposuerūt eum serui eius super curru suum, & tulerunt in Hierusalem, sepelieruntq; eum in sepulchro cum patribus, in ciuita te Dauid. Et in anno 12. Ioram filij Achab regis Israel, regnavit Ochozias super Iudam.] Quō ve- rum sit istud, cūm scriptū sit pcedenti cap. anno 12. Ioram filij Achab, regnavit Ochozias. Rñde- tur qđ ipso Ioram rege Iuda grauissimē agrotante, prout 2. Par. 21. habetur, cœpit Ochozias iste filius eius secum regnare, quod fuit 12. anno regni Ioram filij Achab, & ita loquitur istud capitu- lum. pcedens verō capitulum loqur de tēpore, quo cœpit regnare, patre suo defuncto, quod fuit 12. anno regni Ioram filij Achab.] Venitq; Iehu in Iezrael. Porro Iezabel introitu eius] I. ipsius Iehu in Iezrael] [audito, depinxit oculos suos sibi,] I. tali vnguento seu ceruā qua meretrices p oculos vtūtur ornauit,] & ornauit caput suum.] vultum suum compsit ac decorauit, ac caput suis ornamentis fulciuit. Nam & sibi facies sit rubea. Vndē & Hier. 4. habetur: Cūm vestieris te cocino, & ornata fueris monili aureo, & pinxeris sibi oculos tuos, frustra cōponeris. Hinc vna filiarum B. Iob, ob suam ingenitam pulchritudinem, Cornustibi est vocata. sic aut ornauit se Iezabel iam satis antiqua, vt inuentibus pulchrior appareret, ob aliam quoq; causam mox in- ducēdam.] Et respexit per fenestram, ingredientē Iehu per portam.] Nempe vt Iosephus ait, ipsa stetit tunc supra turrim iuxta portam,] & ait: Nunqd pax potest esse Zamri, qđ interfecit dñm suum?] Suprà 3. Reg. 16. legitur, qualiter Zamri interfecit Hela filium Baalā, regem Israel, qđ Zamri regnavit 7. diebus, & vidēs se capiendū ab Amri, qđ post eum regnavit, succendit se cum palatio. Est itaq; sensus, tu Iehu, qđ per neqtiā, rebellionem & proprij dñi occisionem, factus es similis Zamri tyrāno, non poteris pacem habere, nec regnare aut prosperari, sicut nec ille. sic exposito- res catholici exponunt hunc passum. ¶ Circa quod scribit Lyra: Hęc expositio non cōcordat li- terā pcedenti, qñ Iezabel, vt inueniret gratiam apud Iehu, ornauit se, ideō non est verisimile, qđ dixerit ei verbum pungitiuum, idcirco Hebræi exponunt sic: Nunqd pax est? & ibi sit punctus, & est sensus, rogo vt habeas pacem secum, & sequitur, Amri interfecit dñm suum. q. d. Istud non est nouum, qđ tu interfecisti Iorā dñm tuum, qđ Amri similiter fecit, & tū regnavit in pace, & post eum filius eius Achab. q. d. sic poterit esse tibi. Sed cōtra hęc loqur R. Paulus: Amri non interfecit dñm suum, qđ ipse Zamri nō fuit dñs eius, qñ pditoriē vsurpauit sibi regnū. Vndē expositio Hebræorū hoc loco non valet. Primō, qđ fundat sup fallā litterā, qñ Iezabel non dixit, Amri in- terfecit, & c. sed Zamri. ideō expositio doctorū nostrorū, putā catholicorū, tenēda est. Nec discor dat à literā pcedenti. Nam Iezabel caput suum ornauit, nō vt appareret gratiosior ipsi Iehu, sed in eius cōtempiti, & ex quadā desperatione atq; superbia. Vidēs enī qđ nō esset locus pacificandi, vo luit ipsum Iehu cōtempnere & vituperare in facie, induendo se honorabili habitu, & pñosticēdo ei qđ raliter sibi cōtingeret, quēadmodū cōtingit ipsi Zamri. Nec est mirandū de audacia Iezabel, qđ secundū Vegetiū lib. de re militari, cūm nihil spēi superest, arma sumit formido: qđ sēpe con- tingit desperationis, vt prum pat in verba ignominiosa cōtra affligētēs, licēt nō possint euadere ma nus ipsorum, pñertim dñm tales superbi sunt, vt Iezabel. His verbis R. Pauli cōsentiedū videtur.

Iosep. lib. 8. an. Iu. ca. 9.

R. Paulus

Vegetius Iosep. lib. 8. an. Iu. ca. 6.

nam & consonat Iosepho, qđ sic refert: Iezabel dixit, bonus seruus qđ occidit dñm suum. q. d. non

Pet. C.6. hist. li. 1. x. ca. 14

bonus est, sed pessimus. Hinc Magister in hist. quasi in oibus Iosephum sequens, exponit sic: Sic- ut Zamri non habuit pacem, ita nec tu habebis. Idcirco nec verum est, qđ oēs Hebræi punēt uēt & exponāt, vt recitat Lyra. Insup̄ puto, qđ Iezabel ita ornauit se, non quasi blandiēdo regi Iehu, sed vt incuteret ei quēdā reuerentiālē timorē, vt sipse Iehu vidēs eam in tāto decore & appa- tu, expaueret eum in eam extēdere, quēadmodū in gestis legitur Romanorū, qđ dum Lon- gobardi quadā vice obtinuissent, intrassentq; Romam, ac passim Romanos occidēt, ipsi sena- tores se omī suo decore & glōria vestierūt: sed itq; vnusq; eorū in sede sua in propria domo. ad quos Longobardi ingressi, reuerbant eos, nec audebāt occidere, imō adorabant eos vt deos, atq; cū vnus Longobardorū manu sua attrectaret barbā vltimi senatoris, ille non ferēs hoc, baculo suo impedit in illum. quo factō indignati Longobardi, primū interemerūt illum, de- indē per ordinem alios.] Leuauitq; Iehu faciem suam ad fenestram, & ait: Quē est ista?] secundum Lyram, in Hebræo habetur, Quis mecum, quis hoc est, quis est de parte mea?] & inclinauerūt se ad eum duo vel tres eunuchi,] factō ostendētēs, qđ vellēt ei obedire. Veruntū huic dictō nō vide- tur cōcordare narratio Iosephi, sic narrantis: Iehu ad eam respiciēs, interrogauit quē esset, & for- san sermo Hebræus vtrūq; designat,] & dixerūt: Hęc est illa Iezabel. At ille dixit eis: Precipita- te eam deorsum. Et pcepitauerūt eam iuxta imperium Iehu, qđ incitauerat virum suum ac filios ad diuersa idolorū criminā, & interfecit prophetas.] ad persusū: est sanguine paries, & quo- rum vngula cōculcauerunt eam. Cumq; introgressus esset vt comederet, biberetq;, ait ille, & vi- dete maledictā illam, & sepelite eam, qđ filia regis est. Cumq; issest vt sepelirēt eam] secundū pce- ptum Iehu, eo qđ fuerit filia regis, vtpotē regis Sidoniorū, vt patuit 3. lib.] non inueniunt nisi caluariam,] i. supremū os capitis eius,] & pedes & summas manus] i. manū summities, vt Iose- phus tangit.] Keuerūq; nunciauerūt ei. Et ait Iehu: Sermo dñi est,] i. impletio verbi Dei per He- liam prolata, ideō subditur,] quem] sermonem] loquutus est per seruum suum Heliam, dicit: In agro Iezrael comedit canes carnes Iezabel.] Vndē elicit, qđ canes ora sua de carnibus Iezabel ad- implentes, fugerūt & comederūt eas in agro Iezrael ciuitatis.] Et erunt carnes Iezabel sicut ster- cus super faciem terrā in agro Iezrael, ita vt ptereuntes dicāt,] p admirationē & aspersionē ipsi- us.] Hęc enī est illa Iezabel, qđ est ne misera ista sic à canib⁹ deuorata, Iezabel illa, olim tam pom- patica & ornata? Porro, vt Iosephus scribit, Iehu his auditis, valdē obstupuit prophetiam Helix, id est, tam miram & euidentem, atque inopinatam impletionem ipsius.

¶ Declaratio cap. 10. Erant autem Achab septuaginta filij in Samaria. Art. 13.

Hic refert, qualiter reliqui de femine & familia atq; obsequio regis Achab, occisi sunt.] Erāt autē] ipsi Achab 70. filij in Samaria.] in vrbe illa habuit tot filios habitantes: quo cōstat, quōd multas habebat vxores aut cōcubinas. Aliqđ tñ dicunt, qđ vocant filij eius, qđ erant nepotes ipsius, i. filij Ioram filij sui, & forsan aliqđ erāt filij sui immediati, aliqđ mediati. Deniq; & Iudic. 18. legitur Gedeon 70. filios habuisse, eo qđ plures habuerit coniuges.] Scripsit ergo Iehu literas, & misit in Samariam ad optimates ciuitatis] hoc est, honorabiliores,] & ad maiores natu] ciuitatis Samariæ,] & ad nutricios Achab.] Secundū Iosephum, misit literas duas, vtpotē vnā post aliam, sicut & in isto habetur cap. dicens: Statim vt acceperitis literas has, qđ habetis filios dñi vestri, & currus, & equos, & ciuitates firmas & arma, eligite meliorē, & eum qđ vobis placuerit de filiis dñi vestri,] I. Achab aut filij eius Ioram,] & eum ponite super solium patris sui,] I. constituite eum regem. Hęc scripsit, volens (vt Iosephus ait) mentes Samaritanorum cognoscere,] & pugnate pro domo dñi vestri,] pro defensione filiorum & domesticorum ipsius Achab seu Ioram. Nō inten- deat Iehu illos hortari, vt facerent hęc, sed potius voluit eos sua audacia perterrere ac significa ca Idem. re, qđ eis restaret agendum, nisi sibi obtemperarent. Hinc subditur:] Timuerunt illi vehemētē & dixerunt: Eccē duo reges non potuerunt stare coram eo, & quō nos valebimus resistere? Mife- runt ergo ppositus domus, & pfectus ciuitatis, & maiores natu, & nutricij ad Iehu, dicentes: Serui tui sumus: qđ cunq; iusseris, faciemus: nec cōstituemus nobis regem. Quācūq; tibi placuit, fac. Rescripsit aut eis literas secundū, dicit: Si mei estis, & obeditis mihi, tollite capita filiorum dñi vestri, & venite ad me hac eadem hora cras in Iezrael. Porro filij regis 70. viri apud optimates ci- uitatis nutriebantur.] Ex hoc appāret, qđ iam erant virilis ætatis virilis, siquidem Iosephus vocat eos infantes.] Cumq; venissent literæ ad eos, tulerunt filios regis, & occiderunt 70. viros.] eos de- collando,] & posuerunt capita eorum in cophinis,] & miserunt ad eum in Iezrael. Venit aut nun- eus ad eum, & indicauit ei, dicens: Artulerunt capita filiorum regis. Qui respondit: Ponite ea ad duos aceros iuxta introitum portæ vsq; manē,] i. ex vtraque parte facite ex capitibus illis cumu- lum.] Cumq; diluisset, egressus est, & stans dixit ad oēm populum:] Iustus estis,] inquantū interfe- ctioni horum præbetis consensum, & mihi fauetis.] Si ego coniueraui contra dñm meum] Ioram regem, & interfeci eum, quis percussit oēs hos?] hoc est, si ego tyrannicē & iniuste regem occidi,

Iose. lib. 8. an. Iu. ca. 6.

3. Reg. 18. 3. Reg. 16. Iose. lib. 9. an. Iu. ca. 6 3. Reg. 21.

Iose. lib. 9. an. Iu. ca. 6.

Iose. lib. 9. an. Iu. ca. 6.

Idem.

Idem.

RR quis

4. Reg. 9. quis istos eius filios interfecit? ac si dicat, ex eo ipso quod optimates Samariae occiderunt filios regis ac domini sui timore mei, constat, quod ego non nisi diuina virtute, auctoritate, & commissi one occidi dñm meum: idēd Samaritanos non audebat resistere mihi, quā Deus corda eorum perterruit intuitu mei. Itaq; Iehu non negauit se coniurasse cōtra dñm suum, occidisseq; illum, cūm hęc precedenti cap. de eo legatur, sed negauit se hoc iniuste aut vsurpatoriē peregrisse. idēd subditur: Videte ergo nunc, qm̄ non cecidit de sermonibus dñi in terram, quos locutus est dñs super domum Achab, & dñs fecit quod locutus est in manu serui sui Helia: .i. omnia quę de eradicatione Achab & domus suę, per Heliam prędixit, impleuit effectu. Percussit igitur Iehu os qui reliqui erant de domo Achab in Iezrael, & vniuersos optimates eius, & notos, & sacerdotes, donec non remaneret ex eo reliquię. Iquod hęc dicitur de sacerdotibus, quidam dicunt hęc per anticipationem narrari, quia postea sacerdotes Baal occidit, potest tñ simpliciter intelligi de sacerdotibus aureorum vitulorum ministris Achab aliorumq; idolorum, quę Achab rex coluit, q (vt 3. Reg. 16. pręhabuit est) tam abominabilis fuit, q etiam Chananaeorum coluit deos. [Et sur exit & venit in Samariam. Cumq; venisset ad cameram pastorum in via, Iad quam (vt fertur) pastores consueuerunt concurrere ad vescendum & quiescendum prope iter, quod forsan de pastribus regis aut magnatum sic fuit. Inuenit fratres Ochozię regis Iuda. 2. Paralip. 22. habetur, q inuenit principes Iuda & filios fratrum Ochozię, quo constat, q isti vocantur hęc fratres Ochozię, quia nepotes & consanguinei eius erant. [Dixitq; ad eos: Quinā estis vos? Qui responderunt] Iehu regit: Fratres Ochozię regis sumus, & descendimus ad salutandos filios regis & filios reginę. Ignorabat em̄ ipsum Ochoziam iam esse à Iehu occisum. [Qui ait: Compręhēdite eos viuos. Quos cūm compręhēdisset viuos, iugulauerunt eos in cisterna iuxta cameram, 42. viuos, & non reliquit ex eis quenquam: Iqm̄ erant ex parte matris de femine Achab, sicut & Ochozias, Cumq; transisset inde, inuenit Iehu rex] ipsum Ionadab filium Rechab in occursum sibi. Et benedixit ei: hoc est, bona ei imprecabatur. [Et ait Iehu ad eum: Nūquid est cor tuum rectum cum corde meo, sicut cor meum cum corde tuo?] Ionadab iste, vt Iosephus narrat, fuit vir bonus ac iustus, & olim ipse Iehu amicus, laudauitq; ipsum Iehu, q iuxta Dei voluntatem domum Achab exterminasset. De Ionadab isto & posteris eius, habetur Hiere. 35. vbi Rechabitar nati ex femine Ionadab, dicunt: Ionadab filius Rechab, pater noster pręcepit nobis, dicens: Non bibetis vinum vos & filij vestri vsq; in sempiternum, & domum non ædificabitis, & semetē non seretis, sed in tabernaculis habitabitis. Vndē innotescit, quod erant viri valde religiosi, terrenorum omnium cōtemptores, atque vt expositores fatentur, erant ex femine Iethro cognati Mosis, qui Iethro ad legem Mosis fuit conuersus. [Et ait Ionadab: Est. Si est, inquit, ad mihi manum tuam. Qui dedit ei manum suam. At ille leuauit eum ad se in currum, dixitq; ad eum:] hoc est, Ionadab: [Veni mecum, & vide zelum meum pro domino, .i. qualiter zelo diuini amoris idololatrias Baal necabo, cultumq; Baal exterminabo ex Israel, & vt Iosephus loquitur, optima nimis ac gratissima erat inspectio ista viro bono ac iusto. [Et impositum currui suo, duxit in Samariam. Et percussit os qui reliqui fuerant de Achab in Samaria, vsque ad vnum, iuxta verbum domini, quod loquutus est per Heliam. Congregauit ergo Iehu omnem populum, & dixit ad eos] in dolo: [Achab coluit] ipsum Baal parum] respectu cultus, quem ego ei impendam, [ego autem colam eum amplius. Nunc igitur omnes prophetas Baal & vniuersos seruos eius, & cunctos sacerdotes ipsius, vocate ad me. Nullus sit qui non veniat. Sacrificium enim grande est mihi Baal. Quicumque defuerit, non viuet. Porro Iehu faciebat hoc in insidioso, vt disperderet cultores Baal. Et dixit: Sanctificate] id est, sacrificijs deputate] solennem diem Baal. Vocauitq; & misit in vniuersos terminos Israel, & venerunt cuncti serui Baal. Non fuit residuus ne vnus quidem, qui non veniret. Et ingressi sunt templum Baal. Et repleta est domus] id est, templum [Baal à summo vsq; ad summum] id est, ab vna extremitate eius vsque ad aliam. Refert Iosephus, quod Baal fuit deus Tyriorum. Achab ergo volens placere focero suo Iobal tunc regi Tyriorum atque Sidonis, templum fecit Baal in Samaria, & sacerdotes ei instituit, ipsosq; omni religionis cultura venerabatur. [Dixitq;] Iehu his qui erant super vestes, .i. sacrarum vestium superstitionis illius custodibus seu matricularijs: [Proferte vestimenta vniuersis seruis Baal,] quibus in sacris Baal vti solebant, vt sic decernerentur à cæteris, tamen secundum Iosephum, Iehu pręcepit pōtiffici cultus Baal, vt daret omnibus vestes. Vndē elicitur, quod iussit hoc tam supremo inter illos, quām inferioribus custodib; huiusmodi vestium. [Et protulerunt eis vestes. Ingressusq; Iehu & Ionadab filius Rechab templum Baal, ait cultoribus Baal: Perquirite & videte, ne quis forte vobiscum sit de seruis domini: sed vt sint serui Baal soli. Ingressi sunt igitur vt facerent victimas & holocausta. Iehu autem pręparauerat sibi foris 80. viros, & dixerat eis: Quicumque fugerit de hominibus his, quos ego adduxero in manus vestras, anima eius erit pro anima illius. Factum est autem cūm completum esset holocaustum, pręcepit Iehu militib; & ducibus suis: Ingreddimini & percute eos, nullus euadat.

Iose. lib. 9. ant. Iu. ca. 6

Exo. 18.

Iose. lib. 9. ant. Iu. ca. 6

bid.

Ibid.

dat. Percusseruntq; eos, .i. videlicet seruos Baal serui Iehu in ore gladij, & proiecerunt milites & duces. Et ierunt in ciuitatem templi Baal, & protulerunt statuam de phano Baal, & cōbuserunt & cōminuerunt eam. Destruerunt quoque ædem .i. templum Baal, & fecerunt pro ea latrinas] in loco phanifillius in cōtemptum] Baal, .i. subterraneos cuniculos ad mūdandas vrbis vias, [vt] que in diem hanc. Deleuit itaque Iehu Baal de Israel. Veruntñ à peccatis Hieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel, non recessit] Iehu, [nec dereliquit vitulos aureos, qui erant in Bethel & in Dan. Iude Iosephus dicit eum impium fuisse in Deum, enormiterq; peccasse, q permisit Israelitas adorare vitulos illos. [Dixit autē dñs ad Iehu,] per aliquem pphetarum, & forsan per eum à quo fuit vnctus in regem: [Quia studiose egisti, quod rectum erat, & placebat in oculis meis, & omnia que erant in corde meo, fecisti contra domum Achab, filij tui vsque ad quartam generationem] in clusuē] sedebunt super thronum Israel. .i. reges decem tribuum erunt. Deus etenim nullum bonum deserit irremuneratum. Iehu autē cuncta quę fecit, fecit extra charitatem existens, videlicet vitulorum cultor aureorum: idēd non æternam, sed temporalem est sortitus mercedem. Porro Iehu non custodiuit, vt ambularet in lege dñi Dei Israel, in toto corde suo. Non em̄ recessit à peccatis Hieroboam, q peccare fecerat Israel. In diebus illis cepit dñs tædere] .i. per modum nauſeantis & abominantis se habere] super Israel. .i. circa decem tribus propter diuturna, multa & maxima eorum facinora, & quia nequāq; à tam diuturno vitulorum cultu cessabant, iuxta hęc modum scriptum est & Hiere. 44. Non poterat vos dñs vltrā portare propter malitiam studiorum vestrorum. Esa. quoq; 45. Prębuiſti mihi laborem in iniquitatibus vestris. [Percussitq; eos Hazael in vniuersis finibus Israel, à Iordane contra orientalem plagam, omnem terram Galaad, & Gad, & Ruben, & Manasse, ab Aroer, quę super torrentem Arnon, & Galaad, & Basan, Iqa diuino erant auxilio destituti, nec poterat Iehu resistere Hazaeli, quia ingratus fuit Deo, vitulos adorando. [Reliqua autē verborum Iehu, & vniuersa quę fecit, & fortitudo eius, nōne hęc scripta sunt in lib. verborum dierum regum Israel? Et dormiuit Iehu cum patribus suis, sepelieturq; eum in Samaria, & regnauit Ioachaz filius eius pro eo. Dies autē quos regnauit Iehu super Israel, 20. & 8. anni sunt in Samaria.] Possent hęc quærri, an Iehu peccauit sic mētiendo, & dolose ac iniuste agendo? Et videtur q non, quia scriptura de his eum cōmendat. Ad quod potest quis dicere, q laudatur de verbis & factis suis ex radice qua operabatur, quia ex zelo Dei & propter finem intentionum, quia vt eradicaret cultores Baal, & tñ in verbis & factis eius poterant venialia peccata esse admixta: tñ simulatio eius & alia quę videntur in factis eius culpabilia fuisse, vt q miseris illos sic animauit & inflammauit ad cultum Baal solennem, excusatur siue in toto siue in tanto, qm̄ aliter non valebat intentum perficere. Denique patet ex dictis, qualiter Deus per vnū reprobū punit peccata alterius reprobi, & interdum is per quem alium punit, est minus iniustus q ille: qñ; est peior eo, secundum imperscrutabilem abyssum iudiciorum altissimi. Postremo per Iehu possunt intelligi hi qui zelum Dei habent, non tñ debita discretionē: qui alios corrigunt, & tñ ipsi in aliquibus vitijs perseuerant; & subditos suos ab aliquibus culpis emundāt, corrigunt & castigāt, & nihilominus in aliquibus vitijs deserunt eos, & quosdā sic corrigūt, q quosdā in suis permittunt peccatis tabescere ac perire, imō & ipsi simul pereunt cum eisdem, non pensantes illud Iac. 2. Quicumq; totam legem impleuerit, offendit autē in vno, factus est omnium reus.

Ibid.

4. Reg. 9.

Iose. lib. 9. ant. Iu. ca. 7.

Explanatio cap. 11. Athalia verò mater Ochozię. Art. 14.

DE Athalia ambitiosissima regni imperatrice, & de Ioas vero regni hærede nunc agitur. Athalia verò mater Ochozię regis Iudę, [videns] .i. cognoscens] mortuum] esse] filium suum] id est, interfecit eum à Iehu, [surrexit & interfecit] per suos ministros] omne semen regium] .i. posteros natos ex femine Dauid, quibus poterat ius regnandi competere, quatenus ipsa sola regnaret. Vndē Iosephus ait: Studuit vt nullū de domo Dauid relinqueret, vt nullus ex eis ad regnum vltimū perueniret. Veruntñ quod ait scriptura, Interfecit omne semen regium, intelligendum est eum aliquantula exceptione. Nam vnus euasit infantulus, sicut subiungitur: [Tollens autē Iosaba filia regis Ioram, soror Ochozię, Ioas filium Ochozię. Inconuenienter ergo quidam ait, q Iosaba ista fuit soror Ioram. Nam & Iosephus & Magister in historijs dicunt, q Ochozias ex vno patre habuit sororem nomine Iosaba. idem asserunt 2. Paral. 22. Ioas filium Ochozię iuniorem ac minimum, imō anniculum, [furata est eum de medio filiorum regis] Ochozię, [qui interficiebantur.] Ecce quanta fuit crudelitas atque ambitio impijssimę Athalię huius, quę regnandi libidine interfecit filios filij sui, cūm tñ auizę soleant valde diligere filios ac filias filiorum & filiarum suarum, [& nutricem eius de trichinio] .i. cenaculo, [& abscondit eum à facie Athalię, vt non interficeretur. Eratq; cum ea in domo dñi clām] .i. occultē] [sex annis.] Circa hæc Lyra allegat & approbare videtur R. Salomonem, dicentem, q Ioas & nutrix sua fuerit custoditi in solario templo, ad quod nemo audebat accedere, nisi sacerdotes & Leuitę custodientes vasa sancta ibi reposita: idēd meliūs poterant ibi celari, & quantum secundum legem non licuerit ibi esse infantulo &

Iose. lib. 9. ant. Iu. ca. 7.

Ibid. Pet. Co. hist. li. 4. re. ca. 16

R. Salomon.

nutricij, tamen in tali ac tanta necessitate id licuit, propter quod Ioiada pōtīfex ita disposuī, sic
 2. Reg. 21. ut Abimelech pōtīfex dedit Dauid & pueris eius panes ppositionis ad māducandū. Sed his ob-
 uare videtur quod 2. Paral. 22. cōscriptum est, q̄ abscondit puerum cum nutrice sua in cubicu-
 lo lēctulorum, hoc est, in dormitorio sacerdotum in templo ministrantū, vt etiā Hebraica glo-
 fa exponit. Hinc Iosephus p̄statur, q̄ portauit eum in cubiculum, & clausit ibidem. In Schola-
 Iose. lib. 9. ant. lu. ca. 7. Per. Co. hist. li. 4. re. ca. 16
 stica quoq; fertur hist. q̄ abscondit eum in domo dñi, i. in domunculis sacerdotū hebdomadari-
 orum, quæ erant circa tēplum. Veruntū pro horum cōcordia aliq̄ opinant, q̄ primū fuit absco-
 ditus in cubiculo lēctulorum, deinde pro maiori cautela in p̄fata templi solaria. Porro Atha-
 lia regnauit super terram 7. annis. Anno autē 7. misit Ioiada pōtīfex, i. cuius vxor p̄fata Iosaba
 fuit. Etem tribus sacerdotalis ac regia, tanq̄ cæteris digniores, frequēter erāt matrimonio iuncte;
 Quō autē & ad quos ac p̄pter qd miserit Ioiada, non hic, sed 2. Paral. 23. recitatur, quo legitur: As-
 Iosep. lib. 6. sumpsit cēturiones Azariam & Ismael & Maasiam, q̄ circūeuntē Iudam, cōgregantes Leuitas, &
 an. tu. ca. 7. vt adicit Iosephus, etiā sacerdotes de cunctis vrbibus Iuda, & principes familiarum Israel, vene-
 runtq; in Hierusalem. Et assumēs cēturiones & milites cēturionibus illis subiectos, & erāt 7. cen-
 tiones, vt Iosephus scribit, & p̄legatus Paral. liber cōsonat. Introduxit eos ad se in tēplum
 dñi Ji. in partem templi quam poterāt introire, putā in atrium, vel forsan ex necessitate & dispen-
 satione in primam & exteriorē templi partem, quæ dicitur sancta. Ep̄pigitq; cum eis scodus Ji.
 padum inijt de modo cōstituēdi ipsū Iosabam in regem. Et adiurās eos in domo dñi, vt f. s. deli-
 ter sibi adstaret, & ea quæ dixit eis, in secreto tenerēt, quousq; res fortiret effectum, super quo
 exegit ab eis iuramentū, ipsiq; iurauerunt, cōstēdit eis filium regis, videlicet ipsū Iosabam filium
 Ochoziaz, & p̄cepit illis, dicens: Iste est sermo quem facere debetis: Tertia pars vestrū introcat
 sabbato, in quo puer iste Iosabam vngetur in regem, & obseruet excubias domus regis, Ji. vigiliis
 teneat, & iter custodiat quod ducit ad palatium, ne quis de domesticis Athaliae ex palatio eru-
 mpens, posset regem inuadere. Porro 2. Paral. 23. legitur: Tertia pars vestrū q̄ veniunt ad sabbat-
 um, sacerdotum & Leuitarum & ianitorum, erit in portis. Quolibet etenim sabbato intravit vnus
 de 24. supremis sacerdotibus, in sub pontifice cōstitutis: & cum vno illo intrauerunt 24. sacerdo-
 tes existentes sub eo, turbæq; Leuitarum & cantorū ac ianitorum deputatæ eidem, & tunc popu-
 lus cōfluxit ad templum, prout hæc 1. Paralip. plenius describit, & ibi exposita sunt. Tertia autē
 pars vestrū sit ad portam Seir, p̄per quam ascendebat de ciuitate ad regiam domum, ad custodi-
 endum ne ex illa parte aliquis violentiā regi aut nobis queat inferre. Et tertia pars sit ad portā,
 quæ est post habitaculum scutariorum, i. quorū officium erat vel facere scuta, aut ante regem ea
 portare. Et custodietis excubias domus Mesa, Ji. custodiam regis, per quam domum seu portam
 ascendebat de palatio regis in tēplum. Duæ verō partes ē vobis, videlicet oēs egredientes sab-
 bato Ji. tam sacerdotes, Leuitæ, cantores ac ianitores, q̄ expleto officio suæ hebdomadæ, exeunt
 sabbato tēplum, q̄ illi q̄ egrediunt domos suas, vt ingrediant tēplum diluculo sabbati, quo alij
 exeunt ad ministrandū in templo per suam hebdomadā, custodiet excubias domus dñi, Ji. in
 templo erunt vigilantes & intenti, circa regem, & vallabitis Ji. circūdabitis eum p̄o eius mu-
 nimine, habentes arma in manibus vestris. Nemp̄ sabbato illo pontifex retinuit secum eos q̄
 expleuerāt suæ septimanæ officium, q̄ aliās solebāt abire, sed p̄ maiori subūdio tunc manserūt.
 Et si quis aut ingressus fuerit septem templi, interficiatur. Ji. si quis aduersariorum intrare p̄sum-
 pserit ambitum templi, mox educatur & extra tēplum ac atria eius necetur. Et tertia pars cum rege
 introeunte & egrediente. Et fecerunt cēturiones iuxta oīa quæ p̄ceperat eis Ioiada sacerdos. Et
 assumēs singuli viros suos Ji. singuli cēturiones subiectos sibi milites, vel singuli sacerdotes mi-
 nistros inferioris gradus eis subiectos, q̄ ingrediebant ad sabbatum, i. ad ministrandū in tēplo
 in sua hebdomada, & cum his q̄ egrediebant sabbato, suo (vt dictum est) impleto obsequio, vne-
 nerunt ad Ioiadam sacerdotem Ji. pontificē, q̄ dedit eis arma & hastas regis Dauid, quæ erant in
 Iose. lib. 9. ant. lu. ca. 7. domo dñi. Ji. in armamentario à Dauid cōstituto in templo, vt Iosephus dicit, i. quod Dauid per
 Ibid. Iosephus addit. Cā parte templi dextera vsq; ad partē sinistram altaris & ædis Ji. in exteriori parte
 tēpli, in qua erat altare incensū per gyrum, occupantes per ordinē spatium illud vsq; ad sinistram
 altaris ac ædis seu templi, & circa regem. Produxitq; filium regis, & posuit super eum diadema
 & testimonium, feceruntq; eum regem, & vnserunt Ioiada pontifex & filij eius, vt 2. Paral. 23. di-
 citur, & plaudēs manu Ji. signa lætitiæ cum manuū agitatione mōstrantes, dixerunt: Viuat
 rex. Naturale est eodem hoibus, libētē habere verum & hereditarium principē, & malle subef-
 se viro q̄ sceminæ. Ideo vidētēs regem in unum & diademate coronatum, & de loco suæ abscon-
 sionis p̄ductum in medio, & testimonium positum super eum, i. librum legis in manu eius, iuxta
 illud 2. Paral. 23. Dederunt ei in manu eius tenēdam legem, vt scilicet iugiter exerceretur ac mer-
 di-

Iose. lib. 9. ant. lu. ca. 7. Per. Co. hist. li. 4. re. ca. 16

Iosep. lib. 6. an. tu. ca. 7.

Iose. lib. 9. ant. lu. ca. 7.

Ibid.

ditaretur in ea, iuxta illud Deut. 17. Postq̄ rex sederit in folio regni sui, describet sibi Deuterono-
 mium legis huius in volumine, accipiens exemplar à sacerdotibus, legetq; illud oibus diebus vi-
 tæ suæ, vt discat timere dñm Deum suum. Hæc, inquam, videntes, gauisi sunt valdē, & vociferari
 sunt in altum. Et audiuit autē Athalia vocem populi currentis, & ingressa Athalia ad turbas in tem-
 plum dñi, Nam de industria permisit eam intrare vt caperetur: & in p̄cepto Ioiadæ, q̄ man-
 dauit, ne quis permetteretur intrare in tēplum vel atrium, ipsa intelligebatur excepta. dicitq;
 Lyra, q̄ permisa fuit intrare cū sua comitū. Porro Iosephus scribit, q̄ sacerdotes eam mox accē-
 perunt, armatos verò qui eam sequebantur, intrare prohibuerūt, quod verius reor. [vidit regem
 Iose. lib. 9. an. lu. ca. 7.
 stantem super tribunal iuxta mozem Ji. super solium iudiciale, in signum, q̄ esset populi iudex,
 2. Paral. 23. legitur: Cumq; vidisset regem stantem super gradum in introitu. De folio isto dictum
 est 3. Reg. 10. in his quæ de tēplo Salomonis introducta sunt ibi. Et cantores & turbas prope eum.
 Oēmq; populum terræ canentē tubis Ji. quosdam de oibus quos pontifex conuocauit. Et scidit
 vestimenta sua, clamauitq; Coniuratio coniuratio. 2. Paral. 23. fertur clamasse, Insidia infidiæ, q̄
 coniuurationem & insidias appellauit conpirationem & p̄acticam contra se factam. P̄cepit
 autē Ioiada centurionibus qui erant super exercitum, & ait: Ioiada: Educite eam extra septem tem-
 pli Ji. extra circuitum & clausuram ipsius, & quicumq; eam sequutus fuerit ad ferendum ei auxi-
 lium, feriatur gladio. Dixit em̄ sacerdos: Non occidatur in templo dñi. Imposueruntq; ei ma-
 nus, & impeerunt Ji. impulerunt eam per viam introitus equorum iuxta palatium: quæ via sic
 vocabatur, qm̄ nobiles & potentes, veniendo ad templum, poterant vsq; ad locum illum venire
 equestres, sed inde processerunt pedestres. Et interfecta est ibi. Prohibuit quippe pontifex oc-
 cidit eam in sacro loco, ne sanctum violarent, occidendo in ea veneficam, vt Iosephus loquitur. Pe-
 pigit ergo Ioiada scodus inter Deum & inter regem & inter populum Ji. regem ac populum hor-
 tabatur, obligauit & adiurauit, vt Deo fideliter deseruirent. ideo subditur: vt esset populus dñi
 per cultum & obedientiam, & inter regem & populum, vt regi essent fauorabiles & subiecti,
 rex quoq; eos debite gubernaret. [Ingressusq; est oīs populus terræ templū Baal, quod Iosepho
 referente, Ioram rex & vxor eius Athalia construxerant Baal, ad Dei iniuriam & ipsius Achab ho-
 nozem, & destruxerunt aras eius, & imagines contriuerunt valide. Jm̄d & totum templum illud
 sacrilegum, vt 2. Paral. 23. legitur. [Matthan quoq; sacerdotem Baal occiderunt coram altari. Et
 posuit sacerdos custodias in domo dñi Ji. custodiam ac diligentiam templi ac regis in eo, cōmi-
 sit Ioiada sacerdotibus ac Leuitis, tulitq; centuriones, & Cerethi & Phelethi legiones, & oēm po-
 pulum terræ, de duxeruntq; regem de domo dñi. Et venerunt per viam portæ scutariorum in pa-
 latium, & sedit super thronum regum. Lætatusq; est oīs populus terræ, & ciuitas cōp̄suevit. Atha-
 lia autē occisa est gladio in domo regis septemq; annorum erat Iosabam cum regnare cōp̄suevit. Quid
 autē per Cerethi & Phelethi desiḡnetur, diffuse expositum est supra, 3. Reg. 1. sicq; cōuersi ad epu-
 las, festiuitatem multis diebus, secundum Iosephum, p̄regerunt. Moraliter docemur ex isto ca-
 pit. quanta mala operetur ambitio, quæ nec propriæ parcit proli. Deniq; personæ quæ p̄funt
 cum ambitione, & suam verentur p̄sidentiam perdere, frequenter occidunt spirituales filios suos,
 q̄bus vel blandiuntur, vel debitam correctionem & correptionem non exhibent, ne fortē illos
 offendant, aut proprio cōmodo & honore priuentur, aut de suæ stationis p̄sidentia expellantur.
 Insuper hic docemur, qualiter pontifices & sacerdotes debent instruere reges ac principes ad di-
 uinæ obseruantiam legis, utq; vt inuicem ordinatē se habeant hi qui p̄sunt & qui subsunt, & supe-
 riores inferioribus suis debitam directionem, defensionem, sollicitudinemq; impendant ac in fe-
 riores superioribus suis obedientiam, gratitudinem & honorem exhibeant, & oēs in visceribus
 charitatis se amplectantur, sicq; dissident templum Baal, hoc est, oēm vitiosam adhesionem, oc-
 cupationem & affectionē ad vana sensibilia & caduca, ne venter, aut nummus, aut Venus, aut ho-
 normundanus, sit deus & idolum alicuius.]

Ibid.

Ibid.

Ibid.

Expōsitio cap. 12. Anno 7. Iehu regnauit Iosabam.

Art. 15.
 N Vne de regno & actibus Iosabæ regis Iuda, fit mentio, & historia huius cap. 2. Paralip. 24. ple-
 nius cōtinetur, atq; ibidem exposita est. Anno 7. Iehu regis Israel regnauit Ji. regnare in-
 cepit Iosabam. Quadraginta annis regnauit. Nomen matris eius Zibea de Beer Seba. Fecit Iosabam re-
 coram dñi Ji. iuste vixit cunctis diebus quibus docuit eum Ioiada sacerdos Ji. q̄ diu Ioiada pon-
 tificem secum vixit ac ipsum direxit. Veruntū excelsa non abstulit, quia nec Ioiada ad hoc agen-
 dum infligasse eum videt, sed ea ratione permisit in excelsis offerri, qua & Asa ac Iosaphat iusti
 reges Iuda, vt in expositione tertij Reg. dictū est sæpē. Adhuc em̄ populus immolabat & adole-
 bat in excelsis incensum. Dixitq; Iosabam ad sacerdotēs: Oēm pecuniam sanctorum Ji. ordinatam vel
 deputandam ad vsum diuinum, quæ illata fuerit in templum dñi a p̄tereuntibus, Ji. quam p̄-
 tereuntes peregrinantes, & per loca tēpli transeuntes causa orationis ac immolatiōis obulerint
 in templo, quæ offertur pro precio animæ, & quam spontē & arbitrio cordis sui inferunt in tem-
 plum

2. Reg. 15. 2. Par. 17

plum dñi, accipiant illam sacerdotes iuxta ordinem suum. I. secundum dispositionem eis conuenientem, & iuxta ordinationem eis præfixam, & instaurant fartatecta domus, si quid necessarium videant in instauracione. I. innovent & reforment seu reparent ea quæ in textis templi quæ plana erant, aut in alijs templi partibus reparatione egebant. Verunt templum à Salamone cõstructum, non fuit adhuc multum antiquum, sed (vt Iosephus refert) Ioram & Athalia vxor ipsius, eorumq; filij fecerunt multas læsiones ac destructiões hinc inde in partibus templi, & ornamenta eius abstulerunt, & applicuerunt ea ad structuram & decorem phani Baal. [Igitur vsq; ad 20. annum Ios regis, non in instaurauerunt sacerdotes fartatecta templi. Vocauitq; rex Ios Ioiadā pontificem & sacerdotes, dicens eis: Quare fartatecta non instauratis templi? Inegligētis em̄ egerunt sacerdotes in hac re, vt 2. Paral. 24. legitur. [Nolite ergo amplius accipere pecuniam iuxta ordinem vestrum] à populo ad vsū p̄tactum eam colligēdo, sed ad instauratiōem templi reddite. I. exponite eam] his, q de illa pecunia em̄t necessaria in instauratiōe, I. prohibitiq; sunt sacerdotes vltra accipere pecuniam à populo, ad reponendū eam eo modo quo antè, & instaurant fartatecta domus. [Et tulit J. accepit Ioiada p̄t̄ifex gazophylacium vnum. I. arcam seu repositorium oblationum, caperuitq; foramen desup̄, I. vt per illud mitterentur oblata in arcam illam, & posuit illud J. gazophylaciū iuxta altare, I. vel holocausti, quod erat in atrio: vel thymiamatis, quod erat in exteriori & prima parte templi, tum q̄ subiungitur, ad dexteram ingredientis domum dñi, videtur quibusdam de altari, quod erat in atrio, intelligendū: q̄ in atrium intrabant vulgares, non in ipsum templū, i. in sancta vel in sancta s̄a d̄orum. Vndè 2. Paral. 24. legitur, q̄ posuerūt arcam iuxta portam dñi extrinsecus. [Mittebatq; in eam] i. in gazophylacio illo, [sacerdotes q̄ custodiebant] ostia templi. Nam ostia atriorum custodire, fuit officium ianitorum, cōm̄ pecuniam quæ deferēbāt ad templū dñi] pro instauratiōe p̄dicta. Vndè sup̄ in isto cap. dicitur, oēm pecuniam quæ illata fuerit in templū dñi, quæ offertur, p̄ precio animæ, i. quam qlibet virilis etatis, q̄ potest ad bellum p̄cedere, offert pro sua persona, q̄ p̄cepit rex, vt qlibet talis offerret pro hoc vsu dimidium siclum argenti, vt Iosephus refert, & quam spontè, i. etiam illam pecuniam quam ditiones & deuotiores vltra hoc obtulerunt ex libero arbitrio & specialis deuotione. [Cumq; viderent pecuniam nimiam], i. valde copiosam, [esse in gazophylacio, ascendebat scriba regis & pontifex] ad afferendū gazophylaciū per manus Leuitarū, vt 2. Paral. 24. additur. [Esse viderunt q̄ numerabāt pecuniam quæ inueniebatur in domo dñi] corā rege, Iosepho teste, vt nulla esset suspitio fraudis. [& dabāt eam iuxta numerum atq; mēsūrā, i. cum certo numero & cōgruente mēsurā, in manu eorum q̄ cāmētarij domus p̄erant], i. in manus magistrorū operū q̄ p̄erant reparatoribus murorū, tectorūq; templi, [q̄ magistri operū] imp̄debāt eam in fabris lignorū, & in cāmētarijs his q̄ operabant in domo dñi, & fartatecta faciebāt: & in his q̄ cādēbāt saxa, & vt emerent ligna & lapides, q̄ excidebant, ita vt impleretur instauratiō domus dñi, in vniuersis quæ indigebāt exp̄sa ad muniedā domū] i. exhibebāt pecuniam fabris lignarijs, ceterisq; artificibus, vt potē cāmētarijs & saxorum cæsoris ad emendū ac p̄parandū necessaria, s. ligna, saxa, cemen tum, &c. Verunt non fiebat ex eadem pecunia hydryj. I. vasa aquatilia, & fuscinalæ. I. triden tes ad carnes extrahendas de caldaria, [thuribula & tubæ & om̄e vas aureum & argenteum de pecunia quæ inferebatur in templū dñi], nulla vasa seu instrumēta cultus diuini in templo, quod intelligendum est sic, q̄ directè & ex intentione primaria non fiebat huiusmodi vasa de illa pecunia, quia non fuit oblata, nisi ad fartatecta instauranda: sed quā multūm ex ea superfuit instauratiōe de illo residuo, in cidētaliter facta sunt aliqua vasa sacra, prout 2. Paral. 24. recitatur. [His em̄ q̄ faciebāt opus, dabatur vt instauraretur templum dñi. Et non fiebat ratio his hoibus q̄ pecuniam accipiebāt, vt distribuerēt eam artificibus, sed in fide tractabāt eam]: i. ratio non exigebatur ab eis qualiter exp̄sissent pecuniam, quia eorum fidelitati hoc cōmittebatur, qm̄ erant fide condigni. [pecuniam verò pro delictis, & pecuniam pro peccatis, non inferebāt in templum domini]. pecuniam oblatam pro remissione culparum ommissionis & cōmissionis non posuerunt cum præfata pecunia in gazophylacio, [quia sacerdotum erat, I. sicut & sacrificia, i. ideo eis dabatur. [Tunc] i. tempore illo, & cum Ios à via iustitiæ recessisset, mortuo Ioiada p̄sule, [ascendit Hazael rex Syriæ, & pugnabat contra Geth] i. vr̄bem Philistij, [cepitq; eam, & direxit faciem suam vt accederet in Hierusalem]. I. Ios porterritus, misit ei munera copiosa, vt textus conuenienter dicit. Quamobrem tulit Ios rex Iuda omnia sanctificata, quæ consecrauerat Iosaphat, & Ioram & Ochozias patres eius reges Iuda, & quæ ipse obtulerat, & vniuersum argenti quod inueniri potuit in thesauris templi domini, & in palatio regis, I. vt hæc omnia conuerterentur in vsu cultus Dei ac templi, propter quod non erant decetero humanis vsibus applicanda, nisi forsitan in necessitatis articulo, vel prius comminuerentur, licet & nunc aliquādo fit de sacris vasis. Vndè & infra legitur Ezechias talia regi Assyriorū misisse, [misitq; Hazaeli regi Syriæ, & recessit ab Hierusalem]. Reliqua autē sermonum Ios, & vniuersa quæ fecit, nōne hæc scripta sunt in libro verborum dierum regum Iuda? Surrexerunt autem serui eius, & cōiurauerunt inter se, I.

quorum vnus fuit Ammonites & alius Moabites, sicut in Paralip. legitur. [percuferuntq; J. occiderunt] Ios in domo suā] Mello] de quo dictum est sup̄ lib. 2. & 3. in descensu Sela, in Paralipo. dicitur, quod interfecerunt eum in lectulo suo. Vndè videtur, q̄ domus Mello fuit sita in descensu Sela. [Iosachar nanq; filius Semath & Iosabad filius Somer serui eius percussurunt eum, & mortuus est. Et sepelierunt eum cum patribus suis in ciuitate David,] nō tamen in sepulchris regalibus, sicut in Paralip. legitur, quia diuinæ religionis extitit inimicus, vt Iosephus loquitur. [Regnavitq; Amasias filius eius pro eo.] Multa ad expositionem huius cap. pertinētia & de sensu eius morali cōtinetur in expositione secundi libri Paralip. idcirco hæc omittuntur.

¶ Declaratio cap. 13. Anno viceſimo tertio Ios filij Ochozias regis Iudæ. Art. XVI.

¶ Gitur hic de duobus regibus decē tribuum atq; de morte Helisei. [Anno 23.] regni [Ios filij Ochozias regis Iudæ, regnavit Iosachaz filij Iehu super Israel in Samaria decē & septem annis, & fecit multum coram domino, sequutusq; est peccata Hieroboā filij Nabat, qui peccare fecit Israel, & non declinauit ab eis, iratusq; est furor domini]. rigor diuinæ iustitiæ, cōtra Israel]. I. contra ipsum regem & populū eius iniquum in vitijs comunicātes, & tradidit eos in manu Hazael regis Syriæ, & in manu Benhadad filij Hazael cūctis diebus, deprecatus est autem Iosachaz faciem domini]. diuinæ pietatis respectum seu pijsimum Deū omnia inuenientem, quia vidit sibi nō prodesse cultum, inuocationēq; vitulorū, idcirco ad Dei inuocationē conuertit se. [Et audiuit eum dñs,] dādo sibi tēporale subsidū, quis iniquo. Nam opera bona ex gñe facta extra charitatē, possunt tēporalia bona mereri. [Vidit em̄ angustia Israel, quia attriuerat eos rex Syriæ,] I. ex quo elicitur, q̄ Deus exaudiuit preces regis magis, p̄pter angustias & pressuras atq; miserias subditorum, q̄ propter merita regis. Nā & in populo illo erant aliqui boni, p̄sertim Heliseus sanctissimus & eius discipuli, qui orabāt pro bono cōmuni, & dedit dñs saluatore Israel, & libe ratus est de manu regis Syriæ. [Quidam per saluatore istum Israeliticę plebi tunc datum, intelligunt angelū bonum regni illius, cuius virtute & ope repressus fuit rex Syriæ ab impugnatione Israelis maioris: vel saluator iste fuit beatissimus vir Heliseus, cuius oratiōe ac meritis Deus populū illum à Syriæ p̄texit: vel ipse rex Iosachaz, cui dñs inspirauit sic ad Deū verum cōfugere, & per hoc miam impetrare p̄fatam. [Habitaueruntq; filij Israel in tabernaculis suis, sicut heri & nudius tertius]. [Verunt non recesserunt à peccatis domus Hieroboā, qui peccare fecit Israel, sed in ipsis ambulauerunt. Si quidē & lucus permāsit in Samaria]. i. locus arboribus cõstitus, in quo consueverunt colere Baal, & exercere luxuria, & ita hoc erat de quibusdā ipsius Baal reliquis. I. ex autē p̄cepit destrui lucos,] & nō sunt derelicti Iosachaz de populo, nisi quinquaginta equites, & decem currus, & decē millia peditū. interfecerat em̄ eos rex Syriæ, & redegerat quasi puluerē in tritura aræ]. supplantauerat ac destruxerat decē tribus vt puluerē, & sicut puluis cõteritur in excussione granorū in horreo, sed modo p̄tactō reparatus est populus ille sub Iosachaz rege. Hinc Iosephus scribit: Cūm Iosachaz his anxietatibus teneret, ad preces Dei cōfugit. Deus autē p̄nitentiā pro virtute suscipiens, & corripere magis q̄ perdere huiusmodi hoīem volens, cōcessit ei belli pericula declinare, pace itaq; potita, puincia rursus ad statum pristinū, copijsq; est reuersa. Sequit de alio rege Israel. [Reliqua autē sermonū Iosachaz, & vniuersa quæ fecit, & fortitudo eius, nōne hæc scripta sunt in libro sermonū dierum regū Israel? Dormiuitq; Iosachaz cum patribus suis, & sepelierunt eū in Samaria, regnavitq; Ios filius eius pro eo. Anno tricesimo septimo Ios regis Iudæ, regnavit Ios filius Iosachaz super Israel in Samaria sexdecim annis. Et fecit quod malum est in conspectu dñi. Non declinauit ab omnibus peccatis Hieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel, sed in ipsis ambulauit. Reliqua autē sermonū Ios, & vniuersa quæ fecit, & fortitudo eius, quod pugnauerit cōtra Amasiam regem Iuda: nōne hæc scripta sunt in libro sermonū dierū regū Israel? Et dormiuit Ios cū patribus suis. Hieroboam autē sedit super folium eius. Porro Ios sepultus est in Samaria cum regibus Israel. Heliseus autē egrotabat infirmitate, qua & mortuus est.] Ios rex Israel, & flebat corā eo. Idolens se ac regnū suum tanto patrono priuandū, tanto cõsiliario & auxiliario destituendū, tam sanctissimo ac fidelis, mox cariturū tutore, propheta ac patre. [Dicebatq; Pater mi, pater mi, currus Israel & auriga eius.] Tanq̄ diceret, O pater mi p̄dilecte. Et enim q̄ bis ait, pater, & addit mi, signū fuit p̄cipuæ ac specialis dilectionis suæ ad sanctū virū. Itaq; pater mi, cūm sis auriga & currus Israel, i. director & sustentator Israeliticę plebis, qd defuncto te faciemus? Hinc Iosephus refert: Cœpit Ios flere ac ingemiscere, ac patrē eum vocare, & dicitur q̄ respexit suū sub ipso fuisse securū, & propter ipsum se nunq̄ armis cōtra hostes indiguissē, sed illos p̄p̄ter sine dimicatiōe vicisse, & q̄ ipse Heliseus decedēdo relinqueret filios Israel Syriæ ac alijs hostibus captiuādos, idcirco vitā suam ac populi sui decetero nō esse securā, sed grātū sibi esse, vt simul cū ipso à p̄senti luce recederet. Itaq; eodē sensu, quo sup̄ Heliseus dixit Verba hæc: Pater mi, pater mi, currus Israel & auriga eius: etiā Ios hæc Heliseo loquutus est, quæ verba

supra magis exposita sunt. Et ait illi Heliseus volens triste consolaris. Affer arcum & sagittas. Cuique attulisset ad eum arcum & sagittas, dixit ad regem Israel: Pone manum tuam super arcum. Et cum posuisset ille manum suam, superposuit Heliseus manus suas manibus regis, & ait: Aperi fenestram orientalem, quia in plaga orientali respectu terrae Israel erat Syria sita, cuius deiectione voluit propheta predicere. Cumque aperuisset, dixit Heliseus: Iace. Ii sagittatio emittit sagittas per fenestram praefatam, & iecit. Et ait Heliseus: Sagitta salutis domini. Sagitta haec & eius proteritio, signum est & figura salutis seu prosperitatis atque victoriae tibi desuper conferendae. Et sagitta salutis contra Syriam. Syrorum deiectione designat. Percutiesque Syriam in Aphee, donec consumas eam. Pars Syriae, videntur Syros commorantes in parte sua regionis, quae vocatur Aphec, superabis omnino. Denique Heliseus manus suas superposuit manibus regis, ut meritis suis ac precibus dare regi victoriam. Et ait: Tolle. Ii offer Heliseus. Qui cum tulisset, rursus dixit ei: Percute iaculo terram. Sagittatio in eis, & cum percussisset tribus vicibus, Ii tres sagittas emisisset ex arcu in terram, ut Iosephus ait, & Iosephus ait. Sagittatio cessasset, Ii ait est Iira per zelum viri dei contra eum, Ieo quod tam cito deserat ab executione sua commissionis, qua continuare debuerat, quousque Heliseus ei insinuasset in inde cessaret. Et ait: Si percussisset terram iaculis quinque, aut sexies, sive septies, percussisset Syriam usque ad consumptionem. Syros totaliter superando, & regnum eorum eradicando, hoc est, totius eius vicissis, quoties iaculo terram percussisset. Nunc autem percutes eam tribus vicibus. Ii in tribus praesidiis, sicut & terram ter iaculis percussisti. sed quare Heliseus non commisit regi, ut sexies aut septies terram percuteret iaculo? Ad quod quidam respondunt, reuelatum fuisse prophetam, quod si rex percussisset illam terram cum iaculo saepe continueret, Syros exterminaret omnino, non tamen concessum sibi fuit a Deo, ut hoc ipsum regi manifestaret, nec sibi fuit reuelatum quoties esset rex terra iaculo percussurus, sed cum percussisset ter ea, statim fuit reuelatum prophetam, quod rex ter percuteret Syros: siquidem spiritus sanctus variis modis agit aias prophetarum, & nunc istud, nunc illud eis reuelat, & iam in generali, iam in particulari sicut voluerit. Sed rursus quaeri potest, cur toties vicem Syros quoties terram percussit? Ad quod dicitur potest illud apostoli: Quis cognouit sensum domini? & rursus, Quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & quod loquitur Hieremias: Quis affuit in consilio eius? Verum tamen dicit non posse, quod rex Iosias obediendo prophetam in re illa, quae prima facie videbatur inutilis, aut etiam ridiculosa, aliquo modo triumphare, pmeruit: sicut & de tanti prophetam decessum tamen vehementer dolendo, gemendo ac flendo, consolationem istam aliquid mereretur, sicut quoties punire, quoties obediens sancto viro, terram percussit. Praeterea quod dictum est, tolle sagittas, quidam exponunt sic, remoue sagittas a te, & percutere iaculo, i. cum lancea terram, quae expositio non consonat Iosepho. Mortuus est ergo Heliseus, & sepelitus est eum, Iosephus ait. De quo Iosephus constat: Defunctus est in iustitia famosissimus, & in Dei studijs valde praclarus, & apud Hebraeos memoria clara ac sepultura magnificata habere pmeruit, qualem viro ita religioso decebat impedi. Latrunculi autem de Moab venerunt in terram Israel in ipso anno. Quidam autem sepelientes hominem, viderunt latrunculos & praecerunt cadaver in sepulchrum Helisei, Iu pientes se expedire de corpore sepeliendo timore latronum, ne caperentur ab eis. Iquod dum tetigit ossa Helisei, renixit homo, & stetit super pedes suos, Ii virtute ac meritis Helisei, ad declarandam excellentiam meritorum ipsius, & quod verus fuerat Dei propheta. Hinc in Ecclesiastico ferunt de Heliseo: Mortuum prophetauit corpus eius, in vita sua fecit morsum, & in morte mirabilia operatus est. Igitur Hazael rex Syriae afflixit Israel octidies diebus Iosachaz. Et misertus est dominus eorum, & reuersus est ad eos, propter pactum suum, quod habebat cum Abraham & Isaac & Iacob, & noluit disperdere eos, neque percipere penitus usque in praesens tempus. Mortuus est autem Hazael rex Syriae, & regnauit Bethadad filius eius pro eo. Porro Iosias filius Iosachaz tulit Ii. vi filij abstulit de manu Bethadad filij Hazael vrbes, quas Hazael tulit de manu Iosachaz patris sui iure praesidij. Tribus vicibus percussit eum. exercitum regis Syriae Iosias rex Israel, sicut Heliseus praedixit, & reddidit ciuitates Israel. Iuxta spiritualitatem ex isto capitulo, commendat nobis immensa pietas dei, qui aueris ac indignis tot bona impendit, tam gratiose succurrit, & per intercessionem ac merita sanctorum, tam viatorum qui comprehendunt, beneficia multa largitur, atque de visibilibus & inuisibilibus aduersarijs praestat triumphum. Ii super per Heliseum intelligit Christus, qui iubet principibus ac platis afferre arcum & sagittas, i. scripturam sacram assumere, & eius auctoritatem & exemplis se munire, & mulisque suae salutis resistere. Iubet quoque, aperire fenestram orientalem, i. mentem aptare ad illuminationes supernas, sicut sagitta salutis contra Syriam mittere, i. per verba ofonis, praedicationis, ac opera sanctae relictaria in inimicis salutis ac pacis, & iaculo percuti terram praecipit, i. per verba condemnationis, correptionis ac castigationis excitare corda carnalia terrenis in fixa, quod faciendum est, non solum ter ad gloriam super beatissimam trinitatis, per fidem, spem & charitatem ipsius, sed quoties, sexies aut septies, quae qui pfeuerat, saluat: & quicquid sensus oportet reprimere, per fecit omnia, operum, qui senario designat, vacare, atque ad septiformem spiritum sancti gratiam peruenire. Postremo, latrunculi Moab sunt spiritus maligni, atarum interfectores quas vincunt, quorum timore debemus cadaver sepeliendum in sepulchrum praecipere Helisei, i. corpora nostra vitij mortua, virtute & fide passionis ac sepultura Christi

Iose. lib. 9. an. iu. ca. 8.

Roma. II. Abidem Hierc. 23.

Iose. lib. 9. an. iu. ca. 8. Ibidem

Ecc. 48.

Matt. 16.

Christi ad agendum poenitentiam suscitare, ut staret supra pedes suos rationi ac legi Dei viriliter obediendo, aliorum quoque sanctorum exemplis & meritis nos debemus applicare per considerationem & charitatem, ac ossa eorum contingere, i. virtutes participare ac imitari, sicut viuificari in Deo.

¶ Elucidatio cap. 14. In anno secundo &c. Art. XVII.

Recitatur in isto capitulo, quod Amasias rex Iuda praefuerit, & quod super decem tribus praesidebat Hieroboam filius Iosias regis Israel. In anno 2. Iosias filij Iosachaz regis Israel, regnauit Amasias filius Iosias regis Iuda viginti quinq; annorum erat, cum regnare cepisset, viginti autem & nouem annis regnauit in Hierusalem. Nomen matris eius Ioaden de Hierusalem. Et fecit rectum coram domino. Verum non ut Dauid pater eius immediatus, quia non perseuerauit in cultu Dei ad tempus colendo. Verum non ut Dauid pater eius immediatus, quia non perseuerauit in cultu Dei, nec tamen perfectus seruauit Deo ut Dauid. Iuxta omnia quae fecit Iosias praesuis immediatus: quoniam sicut Iosias ille ad tempus sub Iosada fuit deicola, postea autem idololatra, ita & iste: nisi hoc quod excelsa non abstulit, uterque eorum, quia nec Iosias, nec Amasias abstulit ea, etiam tunc quoniam Deum colebat: vel quod dicitur, nisi hoc tantum &c. refertur, non ad verba immediate praehabita, sed ad illud, & fecit rectum coram domino, ut sit sensus, quod ad tempus iustus se habuit, hoc depro, quod excelsa non destruxit. Adhuc enim populus a solebat, & immolabat incensum in excelsis. Cuique obtinisset regnum percussit seruos suos, qui interfecerat regem patrem suum. Filios autem eorum qui occiderat patrem suum, non occidit, iuxta verbum quod scriptum est in Deuteronomio, imo & in Ezechiele & Hieremia. In libro legis Moysi, sicut praecipit dominus, dicens: Non morietur praesens pro filijs, Ii. propter filiorum praesentium non occidetur parentes eorum. Enec filij pro patribus praesentim in foro humani iudicij, qualiter autem secundum equitatem diuini iudicij, quoadquod, aliter accidat, dictum est saepe. Nam & in Threnis loquitur Hieremias: Patres non ostendit peccauerunt, & non sunt, & nos iniquitate eorum portauimus. In Exodo quoque dominus testatur: Ego sum Deus zelotes, visitas iniquitatem patrum in filios usque in tertiam & quartam generationem, sed vnusquisque in peccato suo morietur. Neque qui peccat mortaliter, sic peccato, occidit seipsum morte culpae, & meretur mortem damnationis aeternae. Et iuxta legem in multis casibus merebatur occidi, quoadmodum ad Hebraeos ait apostolus: Irrita quis faciens legem Moysi, absque vlla contradictione duobus aut tribus testibus moritur. Ipse percussit Edom. Idumaeos, in valle salinarum hoc est, sal habere seu producere. Decem millia, & apprehendit praedam. Ii. spolia occisorum in praedio illo. Vnde Iosephus ait, quod praedam & in finibus diuitias abstulit ex gentibus viginti, videlicet Idumaeis & Amalechitis. Aliqui libri habent, apprehendit petram in plio, & per Petram quidam intelligunt vrbem sic dictam. Vnde magister in historijs scribit, apprehendit Petram nobilissimam Arabiae ciuitatem. Aduertendum quoque, quod ista historia hic breuiter tracta, secundo libro Paralip. diffusius recitatur, quo inter caetera legitur, quod percussit filios Seir, i. Idumaeos decem millia & alia decem millia cepit, & adduxit ad praecipitium cuiusdam petrae, praecipitavit eos, & ita per petram intelligi potest petra illa rupta. Vnde & Iosephus, deducens (inquit) eos ad magnam petram, quae est in Arabia, ex ea praecipitavit. Vocauit nomen eius Ioktheel usque in praesentem diem. Ioktheel, secundum aliquos, interpretatur auxilium Dei, quia diuino subsidio recondignouit se pualuisse, quod per illam appellationem voluit designare ac iugiter recolere ad gloriam Dei. Alij dicunt, quod interpretet aere dento, quoniam interfecit ibidem, praesentis illius horrore atque dolore detibus suis stridebat. Tunc misit Amasias nuncios ad Iosias filium Iosachaz filij Iehu regem Israel, dicens: Veni, & videamus nos. Secundum Iosephum, quem magister in historijs comuniter sequitur, Amasias scripsit Iosias regi Israel, ut ipse cum populo obediens sibi, sicut patres eorum obediunt patribus suis Dauid ac Salomoni, alioquin bello terminum causam perciperet. Cui Iosias respondit: Rex Iosias regi Amasias: Erat in Libano monte cypressus, ad quam misit carduus &c. hoc est quod in textu subiungitur: Remisitque Iosias rex Israel ad Amasiam regem Iuda, dicens: Carduus Libani misit ad cedrum, quae est in Libano, dicens: Da filiam tuam filio meo uxorem, transieruntque bestiae saltus, quae sunt in Libano, & coculcauerunt carduum. Iper carduum, quae est herba spinosa, mordax, auctera & vilis, intelligi potest quae cumque vilis persona, sicut per cedrum persona sublimis: & per bestias saltus, homines bellicosi. Iosias ergo per carduum designauit Amasiam, per cedrum autem seipsum, & per bestias saltus, pugnatores suos: sicque per istam parabola insinuauit, ipsum Amasiam presumptuosum aliqd attetare, velut si vilis persona petat filio suo dari in coniugem alicuius viri nobilissimi, ideo ipsum Amasiam cum suis esse vincendum a se, & a pugnantibus suis. Quidam dicunt, quod Iosias per carduum intellexit ipsum Emor, qui fuit infidelis praesens Iosias. Sichem, qui petijt a cedro, i. a Iacob patriarcha dari filiam suam Dinam uxorem filio suo Sichem, atque per bestias saltus significari Simeonem & Leui, qui occiderunt ipsum Emor & Sichem, sicut in Genesi legitur. sicque affirmat, quod Iudaei consueverunt isto puerbio uti, dum quis conabatur presumptuosum quid agere, & ita applicabat Iosias puerbum istud ad Amasiam. Percutens in ualuisi super Edom Iocidendo Idumaeos, & subleuauit eum. cogitatio cordis sui extollit, ita quod cupis ampliore victoria. Contemptus esto gloria hoc est, fama & laude quam habes de Idumaeorum prostratione, & sede in domo tua. Quare pro-

4 Reg. 14.

Deut. 24. Ezech. 18. Hierc. 23.

Thren. 5. Exod. 20.

Hebrc. 10.

Iose. lib. 9. an. iu. cap. 8.

Pet. Co. hist. lib. 4. Re. cap. 9. 2. Para. 25.

Iose. lib. 9. an. iu. cap. 8.

Iose. lib. 9. an. iu. ca. 10. Pet. Co. hist. lib. 4. Reg. cap. 19.

uocas malum, Ji, cur tam imprudenter incitas me ad pugnandum aduersum te, [vt cadas tu &] tri-
 bus Iuda tecum in prelio? [Et non acquieuit Amasias. Circa quod Iosephus fatur: Hæc, s. epi-
 tostâ regis Iosæ, relegendæ Amasias, ad bellum potius incitatus est, Deo (vt arbitror) ad hoc impellen-
 te, scilicet permissiue, vt pro his quæ fecerat, penas exoluere, quia iam deos Idumeorum cœperat
 adorare. [Ascenditq; Iosæ, & viderunt se inuicem hi duo reges ipse & Amasias rex Iuda in Beth-
 fames oppido Iudæ. Iprimò tñ pugnauerunt in campo. [Percussusq; est Iuda corâ Irael. Ji, popu-
 lus regni Iudæ, à populo Irael est cæsus, imò à Deo primò percussus est. Iosæ coram populo Iudæ: q̄,
 vt Iosephus refert, anteq̄ pugnare exorsus fuit, repetens horrorem & stuporem inualit milites Amasias,
 qualem Deus nõ propicius, hoc est, iratus immitteret, & antequam venerunt ad hostiu manus,
 in fugâ pauore animi sunt cõuersi, [et fugerunt vnusquisq;] eorum qui de exercitu Amasias effu-
 gere potuit, [in tabernacula sua. Amasias verò regem Iuda filium Iosæ filij Ochozie cepit Iosæ rex
 Irael in Bethfames, & adduxit eum in Hierusalẽ. Et interrupit Iosæ rex [murum Hierusalẽ] à per-
 ta Ephraim vsq; ad portâ anguli quadringentis cubitis. [Cum enim cepisset Amasiam, cõminas
 tus est ei mortem, nisi sibi promitteret quoddam persuaderet Hærofolymitis, vt se Iosæ cû suo exer-
 citu in ciuitatẽ intrare permitteret. [Tulitq; omne aurum, & argentum, & vniuersa vasa quæ in-
 uenta sunt in domo dñi, & in thesauris regis, & obsides, & reuersus est in Samariam. Reliqua autẽ
 verborum Iosæ quæ fecit, & fortitudo eius, qua pugnavit cõtra Amasiam regẽ Iuda, nõnne hæc
 scripta sunt in libro sermonum dierum regum Irael? Dormiuitq; Iosæ cum patribus suis, & se-
 pulchrum eius in Samaria cum regibus Irael, & regnavit Hieroboam filius eius pro eo. Vixit autem
 Amasias filius Iosæ rex Iuda, postquam mortuus est Iosæ filius Ioachoz regis Irael, vixit quinq;
 annis. Reliqua autẽ sermonum Amasias, nõnne hæc scripta sunt in libro sermonum regum Iudæ?
 Facta q; est cõtra eum cõiuratio in Hierusalem. [Quia maiores & alij ciues Hierusalẽ, viden-
 tes se tot aduersa perpeffos propter facinora Amasias, cõspirauerunt inter se, & decreuerunt eum
 occidere. [At ille fugit in Lachis. Miseruntq; post eum in Lachis, & interfecerunt eum ibi, & absor-
 tauerunt in equis, sepultusq; est in Hierusalẽ, cum patribus suis in ciuitate Dauid. Tulit autẽ vni-
 uersus populus Iudæ Azariam, annos natum sedecim, & constituerunt eum regẽ, pro patre eius
 Amasias. Ipse edificauit Hailam, & restituit eam Iudæ, postq̄ dormiuit rex cum patribus suis. Anno
 quintodecimo Amasias filij Iosæ regis Iuda regnavit. Ji, cepit regnare Hieroboam filius Iosæ regis
 Irael in Samaria quadraginta & vno annis, & fecit quod malum est coram Dño. Non recessit
 ab omnibus peccatis Hieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Irael. Ipse restituit terminos Irael. Ji,
 hoc est, loca ac oppida Iraelitis ablata per Syros aut alios, recuperauit eis per bella, [ab introi-
 tu Hemath. Quæ secundum Rabanum Epiphania nuncupatur, & etiã Antiochia, [vt]q; ad mare
 solitudinis. Ji]d est, mare mortuum, [iuxta sermonem dñi Dei Irael, quẽ loquutus est per seruum
 suum Ionam filium Amathi.] hoc est, veritatis prophetam. Qui fuit puer quem suscitauit Helias,
 iuxta præhabita, & dictus est filius Amathi, qm̄ eo suscitato, mater sua dixit Helias: Nunc in isto
 cognoui, quoniam vir Dei es tu, & verbum dñi in ore tuo verum est. [Qui erat de Geth, quæ est in
 Hephher, [vel] Ophir, hoc, vt in Scholastica habetur historia, dicitur ad differentia alterius Geth
 quæ est in Palæstina, & est vrbs Philistinorum. hic autẽ nomen est regionis, vel [vt] aliqui asserit
 oppidi in terra promissionis. Ophel verò seu Ophir hoc loco, nomen est turris nebulosæ, quæ
 erat nõ longè à templo Hierusalẽ, quæ turris secundum Gloffam erat enormis magnitudinis
 ac altitudinis, vnde vocata est Ophir, hoc est, nubes, quia ad nubes videbatur pertingere, de qua
 habetur apud Michæam: Et tu turris gregis nebulosa filia Sion, ad te veniet potestas prima regum
 filia Hierusalẽ. [Præterea q̄itur, qualiter Ionas iste dicitur de Geth, si filius sui viduæ in Sare-
 pta vrbe Sidoniorum. Ad quod poterit responderi, quoddam forsan ex parte patris fuit de Geth, vel
 ratione habitationis, vel [vt] aliqui dicunt] quia sepultus est ibi. Veruntamen non apparet, quoddam
 ratione sepulture diceretur de Geth. [Circa hæc Iosephus scribit: huic Hieroboam propheta
 tauit Ionas, q̄ oportet eum vincere Syros, & regnum propriu dilatare, in partibus quidẽ aequo-
 nis vsq; ad Hemathi ciuitatẽ: à meridie verò vsq; ad Asphaltidẽ, i. mortuu mare. Antiquitus em̄
 hi erant termini Chanæeorum. Veruntamẽ ista propheta Iona non habetur in libro ipsius, qui
 est inter libros duodecim prophetarum, quia non oia eius verba & gesta conscripta sunt. Patet
 quoq; ex his, q̄ Iona propheta diutissimè vixit, vt elici potest ex numero annoru regum Irael,
 quia à tempore Helias & Achab vsq; Hieroboam istum fuerunt plurimi reges. [Deniq; tantam
 prosperitatem contulit Deus regi Hieroboam, eiusq; populo, nõ propter eorum merita, sed ex
 sua benignitate immensa, qua afflictissimæ Iraeliticæ plebi condoluit, & propter crudelitates Sy-
 rorum in eam, fecit ipsos à Ieroboam deuastari. Hinc subditur: Vidit em̄ dñs afflictionẽ Irael ama-
 ram nimis, & quoddam consumpti essent, vsq; ad clausos carceris & extremos, & non esset qui auxi-
 liaretur Irael. Nec loquutus est dñs, vt deleteret nomen Irael de sub cælo, sed saluauit eos in ma-
 nu Hieroboam filij Iosæ. Reliqua autẽ sermonum Hieroboam, & vniuersa quæ fecit, & fortitu-
 do eius

do eius, qua præliatus est, [Hæc plana sunt, nisi q̄ sequitur, [et quomodo] Hieroboam rex [restitit]
 Damascũ & Hemath Iudæ in Irael. Vrbes illas præcipuas Syriæ regno Irael subdidit, quan-
 tus non diu regnũ illud tenuerit eas, [nonne hæc scripta sunt in libro sermonu dieru regu Irael?
 Dormiuitq; Hieroboam cû patribus suis regibus Irael, & regnavit Zacharias filius eius pro eo.]
 [Moraliter ex isto docemur capitulo, ad quanta vitia & aduersa precipitet hostem dñandi libido,
 & cordis elatio, vt patet in Amasias p̄fato, quẽ multi sequunt, qui in principio sui principatus ac
 prioratus, sunt virtuosii & humiles: sed cũ cœperunt p̄serari & exaltari, ingrati Deo efficiuntur,
 & ad altiora aspirant, quibus tanq̄ in quietis dicendũ est, Esto cõtentus gloria & p̄sidentia tibi
 cõcessa, vt tibi subiectos efficaciter regas, & sede in domo tua deuotioi virtutibusq; vacãdo, nec
 aliena vsurpãdo, sed atredẽdo ad quẽ & quãta sis obligatus, & q̄liter Deo pro te ipso, & tibi com-
 missis valeas r̄dere, sicq; diuini rigorẽ iudicij intuẽdo salubriter expauescas. Cur puocas malũ
 aduersum te, iniusta plia assumẽdo, vt cadas tu & populus tu tecu? O q̄ metuendũ instat iudiciũ
 ambiciosi principibus, qui ex sua superbia seipsos ac alios tot & tantis exponunt periculis, &
 propter quos occidũtur tot hoies. [Deniq; multi ex vili aut mediocri p̄sapia nati, ad altiora cõ-
 nãtur, & dignitates atq; diuitias infatigabiliter sortiri nituntur, atq; cũ nobilioribus sociare cõnu-
 bia, idcirco benè p̄ carduum designãtur, qm̄ instar cardui sunt impotẽtoribus duri ac pũgitiui,
 & mittit ad cedrum Libani, ad magnates, ac dicunt, da filiã tuam filio meo vxorẽ, hi tales regi-
 bus ac magnis principibus cõplacere, blãdiri, cohabitare solliciti sunt, vt illorũ suffulti auxilio,
 desideratos queant obtinere honores & facultates. [Insuper per Amasias regẽ Iuda, rectè intelli-
 gunt principes Chřiani, qui cum adhuc vitijs pleni sint, ac Deo displiceat, indiscreto zelo perlis-
 dos impugnature præsumunt. Propter quod sæpẽ vincuntur, & vrbes eorum dissipantur ab illis.]
 [Elucidatio cap. XV. Anno vicesimoseptimo Hieroboam regis Irael & c. Art. XVIII.

De duobus regibus Iuda, de sex vitiosis regibus Irael, præfens tractat capitulum. Anno vi-
 cesimoseptimo Hieroboam regis Irael regnavit Azarias. Iqui alio nõte vocatur Ozias, sicq; Math. 1.
 vocatur apud Matheum: filius Amasias regis Iuda. [Circa hoc oritur quæstio, qm̄ dicitur est 4. Re. 14.
 p̄cedenti capitulo Anno decimo quinto Amasias regis Iuda, regnavit Hieroboam rex Irael qua-
 draginta & vno anno, ex quo elicitur, qd Amasias in Iuda, & Hieroboam in Irael pariter regna-
 verunt quindecim circiter annis: quõ ergo nunc dicitur, qd anno vicesimoseptimo Hieroboam
 regis, regnavit Azarias in Iuda, cũ ipse Amasias regnavit in toto nisi vixit innoeuem annis, vt
 in principio p̄cedentis fertur capituli? Azarias ergo siue Ozias cepit regnare anno decimo-
 quarto aut decimo quinto regis Hieroboam, non anno regni eius vicesimoseptimo. Ad hoc in hi-
 storijs r̄ndet magister: Fortè quindecim annis regnũ Iuda sine rege fuit, qm̄ Amasias adhuc vi-
 uis, regnum dimisit, & Ozias adhuc paruulus regnare nõ potuit: mortuo autẽ patre suo, cũ ipse
 sedecim esset annoru, cepit regnare anno regni Hieroboam vicesimoseptimo. q̄liter autẽ istẽ atq;
 cõsimiles discordantiã ac difficultates valeat multipliciter solui, p̄habitu est. [Deniq; ipse Hiero-
 boam vt credidi cepit regnare, & regnavit duobus aut tribus circiter annis, viuẽte adhuc suo patre,
 qm̄ à morte Iosæ p̄ris Hieroboam, vsq; principiũ regni Azarias, fluxerunt anni vixit quinq; tñ,
 numerãdo annos regni Azarias seu Ozias, quibus post mortẽ p̄ris sui regnavit. Ois autẽ hęc difficultates,
 in sine Scholasticæ historię de materialib; Reg. tractatis soluunt. [Sedecim annoru erat, cũ
 gnare cepisset, & 52. annis regnavit in Hierusalẽ. Nomẽ m̄s eiẽ Iechelia, de Hierusalẽ. Fecitq; qd
 erat placitũ corâ dño, iuxta oia quæ fecit Amasias pater eius. Veruntamẽ excelsa nõ est demoli-
 tus. Adhuc populus sacrificabat & adolebat in cõsum in excelsis. Percussit autẽ dñs regẽ
 Oziã le- 1. Par. 26.
 pra, quãdo vsurpauit sibi sacerdotale officiu, prout secundo Paralipomenon libro recitatur, &
 ibi expõsitum est, de qua re Iosephus scribit diffusè. [Et fuit leprosus vsq; in diem mortis suæ, &
 habitauit in domo libera seorsum]. in domo separata, quæ à cohabitatione aliorum, & nego-
 ciji regi libera fuit & quieta, atq; vt Iosephus narrat, extra ciuitatem morabatur ad tempus, &
 ibi mœsitia faciẽte defunctus est. [Ioathan verò filius regis gubernabat palatium, & iudicabat
 populum terræ. Reliqua autem sermonum Azarias, & vniuersa quæ fecit, nõnne hæc scripta sunt
 in libro verborum dieru regum Iudæ? Et dormiuit Azarias cum patribus suis, sepelieturq; eum
 cum maioribus suis in ciuitate Dauid, & regnavit Ioathan filius eius pro eo.] Qui & pater suo sic
 percussio gubernauit ad tempus palatium. Sequitur de regibus Irael, qui post mortem Hiero-
 boam regis, multis calamitatibus sunt oppressi, tã se inuicem, quàm ab extraneis regibus, putã
 Assyriorum, quousq; regnum illud decẽ tribuum omninò defecit. Nam sub Hieroboam habuit
 maximam prosperitatẽ, vt p̄cedenti est narratum articulo: sed quia ingratisimo Deo fuerunt tã
 reges q̄ populus Irael, statim post mortẽ Hieroboam cœperunt oinò deficere, sicut in isto con-
 sequẽter capitulo declaratur. [Anno tricesimo octauo Azarias regis Iuda, regnavit Zacharias filius
 Hieroboam super Irael sex mensibus. Jhic rursus nascitur quæstio de cõputu horũ annoru, q̄ sol-
 uit per vacationẽ regni, qm̄ per principes, non per reges d̄ gubernatũ, vel per congregationẽ, vel
 quod

Rabanus
 3. Reg. 17.
 Ibidem
 Pet. Co. hist. lib. 4.
 Re. ca. 13.
 Mich. 4.
 Iose. lib. 9.
 an. iu. ca. 11.

Math. 1.
 4. Re. 14.
 Ibidem
 Pet. Co. his-
 to. lib. 4.
 Re. ca. 14.
 Pet. Co. his-
 to. lib. 4.
 Reg. ca. 47.
 1. Par. 26.
 Iose. lib. 9.
 an. iu. ca. 11.
 4. Reg. 14.

quod propter malitiam cuiusdam regis, aliqui anni quibus regnavit, ei non deputantur. [Et fecit quod malum est coram domino, sicut fecerant patres eius. Non recessit a peccatis Hieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel. Coniuravit autem contra eum Sellu filius Iabes in vno de principibus eius, [percutitque eum palam] in presentia aliorum, ex quo patet quod multis placuit interfectio Zacharie filij eius, quod fuerat valde malus, vel quod Sellu habuit assentientiam magnam. [Et interfecit, regnavitque pro eo. Reliqua autem verborum Zacharie nonne haec scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel? Ille est sermo domini, quem loquitur est ad eum, dicens: Filij tui vsque ad 4. generationem sedebunt de te super thronum Israel. Factumque est ita. In isto Zacharia impletum est, quod dominus promissit Iehu regi, quod filij eius vsque ad quartam generationem regnarent post eum, ut legitur supra. Iam enim successerant ei per ordinem Iochaz, Ioas, Hieroboam, & iste Zacharias. Sellu filius Iabes, regnavit tricesimo anno Azariae regis Iuda. Regnavit autem vno mense in Samaria impius ille Sellu, & sicut fecerat domino suo, sic contigit ei. Unde subiungitur: [Et ascendit Manahem filius Gaddi, de Thersa, venitque in Samariam, & percussit Sellu filium Iabes, & interfecit eum] videlicet Sellu, regnavitque pro eo. Manahem iste ut recitat Iosephus, erat princeps militiae Zacharie, & cognovit eum, quod Sellu commisit in regem, venit cum omni militia in Samariam, commisitque praeratio ipsum Sellu peremit, atque seipsum constituit regem. Reliqua autem verborum Sellu, & coniuratio eius, per quam tetendit insidias, nonne haec scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel? Tunc percussit Manahem rex Thaphsam id est, habitatores vrbis sic dictae, quae erat in terra Samaria, & oes qui erant in ea, & terminos eius de Thersa. Id est, ea quae extra civitatem erant, & pertinebant ad eam, depopulatus est. Noluerunt enim aperire ei, nec eum in regem accipere, ideo firmissima obfessione tandem obtinuit eam, prout haec omnia in Iosepho plenius referuntur. qui etiam ait, quod Manahem iste fuit saevissimus, immo crudelior in contribules vrbis sic dictae, cui narrationi concordat quod subditur: [Et interfecit oes praegnantem eius, & scidit eas] quod profus crudelissimum fuit, ut potest mulieribus foetum in ventre habentibus, partumque vicinis non parcere, hac demum crudelitate voluit alijs timorem suscitare. [Anno XXXIX. Azariae regis Iuda, regnavit Manahem filius Gaddi, super Israel decem annis in Samaria, fecitque quod erat malum coram domino. Non recessit a peccatis Hieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel, cunctis diebus eius, videlicet Manahem regis. Veniebat Phul rex Assyriorum, id est, Phul ille, ad libitum suum, sive ad libitum Manahem, intravit Thersa vrbem regni Israel. Primum equidem, ut Iosephus & author Scholasticae historiae referunt, cepit Phul venire ad impugnandum Manahem regem, ac populum eius. Cui Manahem, non audens ei resistere, misit munera, scilicet mille argenti taleta, & insuper praestitit ei tributum magnum, ut se confirmaret in regno, & esset sibi praesidio. Propterea subditur: [Et dabit Manahem Ipsi Phul mille talenta argenti, ut esset ei in auxilium, & firmaret regnum eius, indixitque Manahem Ipsi Phul mille talenta argenti super Israel cunctis potentibus & divitibus, ut daret regi Assyriorum quinquecenta siclos argenti per singulos] id est, unicuique, potenti ac diviti, iniunxit dare omni anno tantam pecuniam summam in subsidium tributum regi Assyriorum solvendum. [Reversusque est rex Assyriorum, & non est moratus in terra. Reliqua autem sermonum Manahem, & universa quae fecit, nonne haec scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel? Et dormiuit Manahem cum patribus suis, regnavitque Phaceia filius eius pro eo. Anno quinquagesimo Azariae regis Iuda, regnavit Phaceia filius Manahem, super Israel in Samaria biennio, & fecit quod erat malum coram domino. Non recessit a peccatis Hieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel. Coniuravit autem aduersus eum Phacee filius Romeliae, dux eius, & percussit eum in Samaria, in turre domus regiae, iuxta Argob, & iuxta Ariei, & cum eo quinquaginta viros, de filijs Galaaditarum, & interfecit eum, regnavitque pro eo. Ille Phacee, secundum Iosephum, chiliarchus fuit, id est, millenarius ipsius Phacee. Reliqua autem sermonum Phacee, & universa quae fecit, nonne haec scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel? Anno LII. Azariae regis Iuda, regnavit Phacee filius Romeliae super Israel in Samaria xx. annis, & fecit quod erat malum coram domino. Non recessit a peccatis Hieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel. In diebus Phacee regis Israel, venit Theglath Phalasaar rex Assur, & cepit Abion & Abel domum Maacha, & Ianoe, & Cedee, & Asor, & Galaad, & Galilaea, & universam terram Neptahalij, oppida sic vocata, vastavit etiam duas tribus cum media ultra Iordanem, & citra Iordanem tribus Neptahalij & Galilaea, & transtulit eas in Assyrios, ut serviret eis ibidem ad placitum suum. [Coniuravit autem & tetendit insidias Osee filius Ela, contra Phacee filium Romeliae, & percussit eum & interfecit, regnavitque pro eo anno viceesimo Iothan filij Oziae. Iothan, ut ait scriptura, xv. annis regnavit: qualiter ergo anno regni eius xx. regnavit Osee? Respondetur, quod xv. annis regnavit, patre suo defuncto, sed ante per aliquot annos regnaverat, illo vivente atque leproso. Reliqua autem sermonum Phacee, & universa quae fecit, nonne haec scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel? Anno secundo Phacee filij Romeliae regis Israel, regnavit Iothan filius Oziae regis Iuda. XXV. annorum erat cum regnare coepisset, & xv. annis regnavit in Hierusalem. Nomen matris eius Ierusa filia Sa-

4. Reg. 10.

Iose. lib. 9. an. iu. ca. 11.

Idem.

Idem. Pet. Cor. hist. lib. 4. Re. cap. 22.

Iose. lib. 9. an. iu. ca. 9.

doc, fecitque, quod erat placitum coram domino, iuxta omnia quae fecit Ozias pater suus, operatus est. Unde Hieronymus super Esaiam, vocavit eum iustissimum, & 2. Paral. magnificentiam, prosperitatem, fortitudinem, & iustitiam eius scribuntur, de quibus & Iosephus magnifice scribit. [Veruntamen excelsa non abstulit. Adhuc populus immolabat & adolebat incensum in excelsis. Ipse edificavit portam domus domini sublimissimam] Circa hoc scribit quidam: dicunt communiter doctores nostri, quod ista est porta quae in Actis vocatur porta templi speciosa, sed hoc non videtur verum, quoniam Nabuzardan incendit templum & domum regis, & civitatem Hierusalem: ideo porta de qua in Actibus, fuit diu postea edificata, & Iosephus velle videtur quod fuit constructa ab Herode Ascalonita. Verum his obviat quod Magister in hist. loquitur: Haec est quae in Actibus apostolorum speciosa vocatur, & ab Hebraeis porta Iothan dicitur, haec sola remansit in eversione facta per Chaldaeos. Reliqua autem sermonum Iothan, & universa quae fecit, nonne haec scripta sunt in libro sermonum dierum regum Iuda? In diebus illis cepit dominus mittere in Iudam Razin regem Syriae, & Phacee filium Romeliae ad castigandum per eos quaedam peccata populi Iudae, qui a tempore Salomonis & deinceps, non cessavit immolare & adolere seu cremare in caesa in locis sublimibus, quod, templa constructo, non licuit, quibus fieret ad Dei honorem. [Et dormiuit Iothan cum patribus suis, sepultusque est in civitate David patris sui, & regnavit Achaz filius eius pro eo.] Spiritu hinc docemur, qualiter inter superbos semper sunt iurgia, & quanta facinora gignat ambitio, & qualiter regnum in se diuisum, celeriter desoletur. Nam & regnum Israel in praesens tyrannicis regibus habuit finem. Tales autem reges raro aut nunquam habent cordis tranquillitatem, sed insidias assidue suspicantur, vixque alicui credunt, quia nec ipsi fidelitatem servarunt. ideo scriptum est: Sonitus terroris semper in auribus impij, & cum pax sit, ille insidias suspicatur. In libro quoque Sapientiae legitur: Semper praesumit saeva perturbata conscientia. Nihil enim est timor, nisi praesumptionis auxilium. Contra innocentes & recti, qui sibi consilij non sunt quod nocuerunt alijs, magna securitate latantur. Postremo, per Oziam qui sibi sacerdotale usurpavit officium, bene intelliguntur principes seculares, quae de ecclesiasticis beneficijs ac dignitatibus conferendis, aut alijs procurandis, ultra suam se intromittunt mensuram, sicque cupiditatis & elationis incurrunt lepra, & innumerabilibus atque grauissimis iniunguntur peccatis.

Hieronymus. 1. Para. 29. Iose. lib. 9. an. iu. ca. 15.

Acto. 3. 4. Reg. 25. Pet. Co. hist. li. 4. Re. c. 24.

Pro. 13. Mat. 23. Luc. 11.

Iob. 15. Sap. 17.

Esa. 7.

Iose. lib. 9. an. iu. ca. 13.

Ibid.

Expositio cap. 16. Anno 17. Phacee filij Romeliae &c. Art. 19.

Regnatio, transgressio atque punitio regis Achab, hic describitur, de quibus etiam 2. Paral. 28. tractatur, & ibi pro magna parte exposita sunt quae hic scribuntur. [Anno 17. Phacee filij Romeliae, regnavit Achaz filius Iothan regis Iuda. Viginti annorum erat Achaz, cum regnare coepisset, & 16. annis regnavit in Hierusalem. Non fecit quod erat placitum in conspectu domini Dei sui, sicut David pater eius, sed ambulavit in vijs regum Israel: quia pravissimus fuit idololatra, nec S. Esaias prophetae audire voluit monita. Insuper & filium suum consecravit, transferens per ignem, secundum idololatriam, quae dissipavit dominus coram filijs Israel, immolabat quoque vitimas, & adolebat incensum thymiama seu thura cremavit ad idolorum honorem. In excelsis & in collibus & sub omni signo frondoso & in valle Ben Ennon, fuit vir nomine Ennon, ad quem vallis illa extra & prope Hierusalem pertinebat. inde dicta est vallis Ben Ennon, i. vallis filij Ennon, & iustitiam, i. purgavit filios suos in igne, trahendo eos per ignem, iuxta ritum gentium] credens in igne esse vim purgativam etiam spiritualium rerum. Iosephus ait, quod vnum de filijs suis obtulit dijs suis in holocaustum more Chanaanorum, ex quo aliqui putant, quod filium illum fecit igne consumi & mori. Et tradidit eum dominus in manu regis Syriae. Manibus quoque regis Israel traditus est, quod totum in praer allegato 2. Paral. 28. fuit expositum, & ibi est requirendum, ex quibus patet quae in isto sequuntur cap. [Tunc ascendit Razin rex Syriae, & Phacee filius Romeliae rex Israel, in Hierusalem] i. ad eam. [ad plandum] i. ad obsidendum eandem, quam tamen obtinere non poterant, quia triplici muro fortissimè fuit circumdata. Hinc subditur: [Cumque obsiderent] ipsum [Achaz] in Hierusalem existentem, non valuerunt superare eum. Tamen in bello rex Israel contra Achaz pualuit, sicut 2. Paral. 28. recitatur. [In illo tempore restituit Razin rex Syriae Ailam] i. vrbem sic dictam [Syriae] i. regno suo, & eiecit Iudaeos de Aila. Et Idumaei & Syri venerunt in Ailam, & habitauerunt ibi vsque in diem hanc. Nempe ut Iosephus narrat, videtur rex Syriae se non posse Hierusalem capere, recessit ab eius obsidione, oppugnauitque Ailam ad mare rubrum positam, eamque cepit, & habitatores eius occidit, alijs quoque civitatibus in circuitu similiter fecit, Iudaeos vbi que occidens, ac magnam inde reportans praedam, cum suo exercitu in Damascum reuersus est. [Misit autem Achaz nuncios ad Theglath Phalasaar, regem Assyriorum, dicens: Seruus tuus & filius tuus ego sum. Ascende, & saluum me fac de manu regis Syriae, & de manu regis Israel, quod cōsurrexerunt aduersum me. Et cum collegisset argentum & aurum, quod inueniri potuit in domo domini & in thesauris regis, misit regi Assyriorum munera. Qui & acquivit voluntati eius. Ascendit rex Assyriorum in Damascum, & vastavit eam, & transtulit habitatores eius Cyrenen. Razin autem

statione & retrocessionem solis & prolongationem diei inde sequentē, & presertim de statione solis sub Iosue. solutio autē quam ad hoc assignat R. Paulus, imperitijs plena est, siquidem asserit, q̄ tēpore Iosue nondum ars astronomiæ fuit inuenta. Ad quod dico, q̄ per multa annos cetera naria ante Moſen & Iosue fuit inuenta. Nam & Iosephus recitat, & multi catholici expositores testantur, q̄ ipse Abrahā patriarcha fuit excellēs astronomus, docuitq; Aegyptios astronomiæ scientiā, prout etiam Hugo in suo tangit Didascalon. ¶ Deniq; 18. de ciuitate Dei loquitur Augustinus: Atlas magnus fertur fuisse astronomus, idē fabulose dicitur est celi portare. Atlas autē diu ante Moſen & Iosue fuit, quia sicut ibi p̄sequitur Aug. Mercurius fuit nepos Atlātis, post quem fuit Hercules, qui tēpore Moſis legi fuisse. In libello quoq; Methodij martyris inuenitur, q̄ Iornithus post diluuiū mox existēs, p̄cipuus fuit astronomus. Idē vt t̄git Hugo, narratur de Nemroth gigāte. Insuper dico, q̄ etiā ante diluuiū fuit, & vigit ars a studiū astronomiæ. Vnde magister in historijs ait, q̄ Cham filius Noe, vocatus est alio noīe Zoroastri, qui fuit magister astro rū, q̄ & septē liberales artes scripsit in quatuordecim colūnis, videlicet in septē æreis, & in septē lateritijs totas in vtrifq; septenis, vt tēpore diluuii nō periret. Augustinus quoq; testatur, q̄ ante diluuiū scripsit eas, & post diluuiū eadē curiositate q̄sui. dicit etiā magni doctores, est q̄ p̄babile, q̄ Adā, cui naturaliū rerum sciētia fuit infusa & cōcreata, docuit posteros suos bonos, natos ex Serā astrologiā, vt ex cælestiū cōsideratione motuū & astrorū accēderentur ad reuerentiā & amorē creatoris. Ratio demū R. Pauli, q̄ probat tēpore Iosue nō fuisse inuentā artē astronomiæ, eo q̄ Ptolemē, q̄ fuit tēpore Machabgorū, in Almagesti nō allegat, nisi eos q̄ p̄r trecentos annos & in frā ante eū fuerunt, nō valet. Nō em̄ sequit̄, nō allegat vetustiores, igit nō fuerunt: nec Ptolemæus scripsit solūmodo Almagesti, sed & alia multa. Nec ipse solus magister fuit astronomiæ, sed inē Albumasar, Ananias, Albategnus, Alfraganus, ac alij, q̄ allegat in libris suis antiquissimos quosdā astronomos, similiter Aristoteles. Nec etiā verū est, q̄ R. Paulus dicit hoīes tempore Ezechie cōpisse inuestigare siderū cursus, nec vt ipse allegat, hoc in Esaia inuenit, sed Babyloni dicitur ibi Stēt & saluēt te augures celi, qui cōtemplabātur sidera, & supputabāt mēses, vt ex eis anticiarēt tibi futura. ¶ Præterea, argumēta q̄bus & R. Paulus sua p̄bat expositionē, nil obtinēt, q̄uis em̄ hīc & in Esaia dicatur, vis vt ascēdat vmbra? & rursus, reduxit vmbra, ac q̄dam similia: tñ per reductionē & reditū vmbrae per lineas decē, apertissimē insinuat retrocessio vera solis, sicut causa designat per p̄prium suū effectū: nec ipse Esaia id tacuit, sed exp̄ssit. Reuerus est (ingens) sol decē lineis per gradus quos descēderat, & q̄ hoc verē de corpore solis intelligat, cōstat etiā ex eo, quod in Eccō fertur de Esaia: In diebus ipsius retrō redijt sol, nec fit ibi de vmbra lineæve additio. & quīs liber ille nō sit in canōe, est tñ satis authenticus, & maioris autoritatis est, q̄ R. Paulus, atq; à sapientissimo viro cōscriptus, similiter nō facit p̄ R. Paulo, quod in Paral. dē delegatis regis Babylonis, q̄ missi sunt, vt interrogarēt de p̄digio quod acciderat super terrā. Nam p̄digii illud cōiugit & in terra, quātūm ad reditū vmbrae in horologio Achaz, & quātūm ad prolongationem diei seu lucis diurnæ in terra. Nec verum est, q̄ rex Babylonis nō habuit causam quaren di de isto portēto ab Ezechia, propter hoc quod accidit super totam terram, atq; in horologijs alijs. imō si non accidisset, nisi in horologio Achaz, vt hic Paulus opinatur, rex Babylonis parūm aut nihil inde sciuisset, & si percipisset, non credidisset, aut modicum reputasset, q̄m ascripsisset alteri causæ, aut magicæ arti, sed quia in totā apparuit terra, inductus est ab Ezechia interrogare, ex motiuis iam præinductis. Nec obiectionem de statione solis, tēpore dominicæ passionis posset soluere Paulus p̄ hoc, quod astronomia tunc non fuit inuenta, sicut soluit pro tēpore Iosue, quauis ineptē. Ptolemæus quoq; non fuit astronomiæ inuentor, nisi in parte, sed potius reparator, vt in Didascalō ait Hugo. ¶ Postremō, qualiter possit saluari, quod dies illa sub Ezechia nō fuit longior, imō breuior die illo quo sol stetit sub Iosue, etiam dato quod dies illa tempore Ezechia fuerit per viginti horas prolongata, super Iosue & Esaia elucidauit. [Reliqua sermonum Ezechia, & omnis fortitudo eius, quomodo fecerit piscinam & aqueductum, & introduxit aquas in ciui tatem, nōne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Iudæ?] ¶ De claratio cap. 21. Dormiuitq; Ezechias cum patribus suis &c. Art. XXIII.

Agitur hic de regnatione Manasse & filij eius Amon. [Dormiuitq; Ezechias cum patribus suis, & regnavit Manasse filius eius pro eo. Duodecim annorū erat Manasse cum regnare cōpisset, & quinquagintaquinq; annis regnavit in Hierusalē. Nomē matris eius Haphisiba. Fecitq; malum in conspectu domini, iuxta idola.] secundum ritum culturæ idolorum, [gentium quos deleuit dominus à facie filiorum Israel, Ji. Chanaanorū, quorum in idololatriā Manasse exercuit. [Conuersusq; est Jid est, verēs se à bono, quod sperabatur facturus, ad mala ac pessima, [Et ædificauit excelsa] hoc est, phana atq; altaria in locis sublimib; ad exercēdā idololatriā in eis dē, [Equæ Ji. quorū similia in specie, [disparauerat Ezechias p̄ eius, & erexit aras Baal, & fecit lucos.] Ji. loca vmbrosa arborib; cōstita, ad exercēdū in eis lasciuia carnis i deorū honorē. [Et sicut fecerat Achab

Achab rex Israel, & adorauit oēm militiā celi Ji. ordinem & vniuersitatē planetarū, qui scipuum habent influxum & actionē in ista inferiora. Interdū verō militia celi accipitur pro angelis, qui in caliginoso aere cōmorantur, de q̄bus loquitur Ezechiel: Visitabit dñs super militiam celi in excelsō. Aliquando verō accipitur pro acie ciuiū supernorū, seu turma angelicorū spiritū, de quibus in Nehemia dicitur Deo, Exercitus celi adorat te. atq; in Iob: Nunq̄ est numerus militū eius? [Et coluit eā, extruxitq; aras.] Ji. altaria deorū suorum sacrilega, [in domo dñi Ji. in tēplo,] dē qua dixit dñs: In Hierusalē erit nomen. [Et extruxit altaria vniuersæ militiæ celi in duobus atrijs templi dñi: Iquod fuit detestabile sacrilegiū,] Deo altissimo cōtumeliosum, cuius tēplum cōuertit in phanum. [Et traduxit filium suū per ignem,] sicut expositum est de Achaz. [Et hariolatus est] cōsulendo diuinis, idololatriamq; exercēdo in aris, [Et obseruauit auguria.] Ji. diuinationes, quæ sunt aduertēdo garritus, catusq; auium, [Et fecit pythones, Ji. magos,] sciscitantes veritatē & quid sit agendū, à mortuis, quos arte sua videbātur suicitare, prout de hoc plenius dictum est in expositione primi libri. [Et multiplicauit aruspices] qui diuinant in extis aialium dijs immolatorum, vel dies ac horas obseruāt pro agēdis negocijs suis, quasi tēpora sint inaususta, [vt faceret malum coram dño, & iriraret eū. [Posuitq; idolum luci] quod in luco à se factō voluit specialiter venerari,] quæ fecerat in tēplo dñi, su per quo loquutus est dñs ad Dauid, & Salomonē filium ei: In tēplo hoc, & in Hierusalē, quam elegi de cūctis tribubus Israel, ponā nomen meū in sempiternum, & vltiā nō faciā cōmoueri pedē Israel de terra quā dedi patrib; eorū, si tñ custodierit opere oia quæ præcepi eis, & vniuersam legē quā mandauit eis seruus meus Moſes. Illi verō nō audierūt, sed seducti sunt à Manasse: qui cōminatione & pœnarū in flititione, ex p̄lo & persuasib; pessimera, traxit suū populū ad idololatrias multiformes, & ad alia p̄cā enormia, [vt facerent malū super gētes quas cōtriuit dñs à facie filiorū Israel.] Ji. grauius peccauerunt q̄ Chananai, qui nec legē à Deo datā, nec p̄phetas habuerunt, isti verō fuerūt Deo prorsus ingrati, nec acquieuerunt p̄phetis. [Loquutusq; est dñs in manu seruorū suorum p̄phetarū, dicens: Quia fecit Manasse rex Iuda abominationes istas pessimas, Ji. abominatissimas idololatrias & scādaloſissimas impietates, in quibus populus suus ei cōmunicauit,] [super oia quæ fecerūt Amorrahæi ante eū, & peccare fecit etiā Iudā in immunditijs suis, propterea hæc dicit dñs Deus Israel: Ecce ego inducā mala.] Ji. vltiones & pœnas grauiſsimas super Hierusalē & super Iudā, Ji. super totū populū regni sui, [vt tuncq; audierint,] tinniat ambæ aures eius. Ji. tā formidabiles, vt audientes præ admiratione & horrore tantarū aduersitatum, q̄si tinnitum in auribus sentiant, sicut ex percussione metalli intensā, gñatur tinnitus in aurē. [Et extēdam super Hierusalē funiculū Samaritæ, Ji. rigorē iustitiæ] exercebo in habitatoribus Hierusalē, in mēsurā equitatis qua rigorē illum exercui in habitatoribus Samaritæ. [Et pondus domus Achab, Ji. talē grauitatē vindictæ, qualē feci in Achab rege ini-] 4. Reg. 17. quo, & in domesticis ac cognatis ipsius, [Et delebo Hierusalē sicut delentur tabulæ, Ji. sicut] litem scriptæ in tabulis abſergūtur oīdō, ita quod nulla litera manet in tabulis, sic per Chaldæos destrua vrbē Hierusalē, [Delēs vrbē, & ducā crebrius stilū super faciē eius. [Ista est metap̄horica locutio: ac si dicat,] sicut quis sæpius mouet planitiē capitis styli super cerā tabulę ad cōplanādū cerā, sic fręquētē castigabo Hierusalē, inducēdo super eā Chaldæos ad prosternēdū eandē. [Di] 4. Reg. 19. mittā verō reliquias hereditatis meæ, Ji. quosdā Iudæorū euadere faciā manus Chaldæorū, ita q̄ nō occident. de populo autē Iudæorū dñs ait in Esaia: Hereditas mea Israel. Fuit etem peculiaris populus Dei, & semper erāt aliq̄ boni & electi in populo illo, currēte veteri lege. [Et tradā eos] 4. Reg. 17. in manus inimicorū eius [scilicet Chaldæorū,] quia vt infra habet, qui interſe cū non erāt, in captiuitatē sunt traditi & abducti. [Eruntq; in vastitatē & rapinam] cunctis aduersarijs suis Ji. ab hostibus suis vastabuntur, opprimētur ac spoliabuntur, [eo q̄ fecerint malum coram me, & perseuerauerint iritantes me.] Ji. opera mihi displicētia facientes. [ex die qua egressi sunt patres eorū de] Aegypto vsq; in diem hanc] non q̄ semper & omnes fuerint vitiosi, sed pro maiori parte & sæpius fuerint iniq̄ni. Aliqui verō reges cum subditis suis fuerunt iusti, vt patet ex dictis. [Insuper] & sanguinē innoxii fudit Manasse multum nimis, donec impleretur Hierusalē vsq; ad os, [hoc est,] plateas Hierusalē sanguine innocētum & iustorum irrigaret, & quasi implere videretur has sanguine vsq; ad summum, i. quātūm facere quiuuit, sicut amphora dicitur vsq; ad os, [ad os repleti,] quando plus capere nequit. Vel est hyperbolica locutio, tanq̄ dicat, tantūm iustorum sanguinē fudit, vt ambulantes, viderentur quasi vsq; ad os in pede eminentis in sanguine pedes suos intinge re. Sub Ezechia quippe fuerunt valdē multi boni & iusti ciues in Hierusalē, qui noluerunt huic Manasse cōsentire in vitijs memoratis. idē eos occidit, [ab] q; peccatis] hoc est, idololatrijs & superstitionibus ac diuinationibus, alijsq; sceleribus suis, [in quibus peccare fecit Iudā, vt faceret malū coram dño. Reliqua autē sermonum Manasse, & vniuersa quæ fecit, & peccatū eius quod peccauit, nōne hæc scripta sunt in libro sermonū dierum regū Iudæ?] Dormiuitq; Manasse cum patribus suis, & sepultus est in horto domus suæ, in horto Oza] sic vocato. Multa hīc omittuntur de Manasse,

a. Para. 33. Manasse, quæ 2. Paralip. recitantur, & ibi exposita, f. qualiter propter sua facinora captus sit, gra uiterq; punitus, & in captiuitate durissima ad cor pœnitentiãq; cõuersus, atq; in regnũ suum re uersus, ac multa bona de cetero operatus. Ibi quoq; ofo eius exposita est, & in isto Manasse deus altissimus miam suã verè immensam inenarrabiliter misericauit. Vnde & Iosephus refert: Præsum psit tẽplum, vr̃bem Hierusalẽ, & oẽm regionem polluere. Nã spernendẽ Deũ ad hoc vsq; deue nit, vt oẽs Hebr̃gorum iustos occideret, neq; pphetis parceret, quoruã quotidie singulos perime bat, & eoruã sanguine Hierosolymoruã plateas irrigabat. Captus autẽ & incarcerationatus à rege Baby lonioruã, & ad libitũ illius affictus, supplicauit neq; vt hostẽ suum faceret sibi clemẽtẽ & miser cordẽ, cuius ofonem dñs exaudiuit, & à rege Babyloniõruã ad sua remissus est. Hoc quoq; notan dum, qd in veritate rex ille fuit rex Assyriõruã, qui exosum habuit Manassen, eo qd sub Ezechia fue runt Assyrij in terra Iuda diuinitus interfecit. Vnde 2. Paralip. legitur, superinduxit eis principes & exercitus Assyriõruã. ¶ Cur autẽ dicatur fuisse rex Babyloniõruã seu Chaldecõruã, super Paralip. dictũ est. Dicunt autẽ doctores coiter, qd sanctissimum Esaiã prophetã fecit lignea ferra secari, qui tñ fertur fuisse auunculus Manasse ex parte mris. Sequit de filio huiã Manasse, & regnavit Amõn filius eius pro eo. Viginti duoruã annoruã erat Amõn, cum regnare cœpisset. Duobus quoq; annis regnavit in Hierusalẽ. Nomen mris eius Messullemath, filia Harus, de Iothea. Fecitq; malum in cõspectu dñi, sicut fecerat Manasses pater eius, & ambulauit in oia via, per quã ambulauerat pater eius, seruuitq; Idiolatrijs, & idololatrijs, [quibus seruebat pater eius, & adorauit eas. Idiolatriã obiecta, videlicet falsos deos, & sicut in Paralip. additur, nõ est reueritus faciẽm dñi, sicut pater eius, hoc est, Deũ per pœnitentiã non honorauit, sicut Manasses, sed multo maiora deliquit, & mirum, qd in fra biennium, quo regnavit, multo peiora fecit, quã pater suus in pluri bus annis. Veruntũ Climachus ait: Nullum inuenio, ita seu tam grauiter peccasse, sicut Manassen. Vnde appãret, qd absolute loquendo, Amõn non cõmisit grauiora, quã pater suus, nec enim legitur occidisse prophetas aut iustos. Dicitur tñ grauius deliquisse, non pœnitendo, & perseuerando in vitijs vsq; in finem. Delinquere enim, propriè spectat ad peccata omisisionis, [& deliquit dñm Deum patrum suoruã, & non ambulauit in via domini. Tetenderuntq; ei insidias serui sui, & interfecerunt regem in domo sua. Percussit autem populus terrã oẽs qui coniu rauerant contra regem Amõn, & constituerunt sibi regẽ Iosiam filium eius pro eo. Reliqua autẽ sermonum Amõn quæ fecit, nõne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Iuda? Se pelieruntq; eum in sepulchro suo, in horto Oza, & regnavit Iosias filius eius pro eo.]

¶ Expositio cap. 22. Octo annorum erat Iosias, cum regnare cœpisset &c. Art. XXIII.

Traçatur in isto ac sequenti capitulis de sancto ac pijsimo rege Iosia. [Octo annoruã erat Iosias cum regnare cœpisset, & triginta vno anno regnavit in Hierusalẽ.] Nec tñ ob id mi serum fuit regnũ ipsius, nec ibi fuit impletũ, quod ait scriptura: Vã tibi terra, cuius rex puer est. Iosias etẽm moribus annos vicit, & in hereditaria regum successione vitari nõ valet, quin interdũ pueri regnẽt: quibus si assint cõsiliarij boni & virtuosij officiales, suppletur per illos defectũ regnantiuã pueroruã. Omnipotens autẽ in quibus sibi cõplacet, supplet per gratiã quod deest natu ra, sicut in electo isto Iosia, de quo 2. Paralip. asseritur, qd octauo anno regni sui, videlicet sexto decimo anno vite suæ, cum adhuc puer esset, cœpit quærere dñm, imò Iosephus refert de eo, qd erat natura benignus, & ad virtutẽ vtiliter præparatus, atq; in studijs intentione ac regula David regis oinõ intentus. Cumq; ad duodecimũ ætatis annum venisset, pietatẽ & iustitiã in se mirabi lem esse ostendit. Cunctũ nanq; populum suũ corripuit, vt derelicta idolorũ seña, Deum patrũ suoruã coleret. Nomen matris eius Idida, filia Adaia, de Beseath. Fecitq; quod placitũ erat coram dño, & ambulauit per omnes vias David patris sui. Nec declinauit ad dexterã suã ad sinistram. Anno autem octauo decimo regis Iosias, misit rex Saphan filium Afaie, filij Messullã, scribam tem pli dñi, dicens ei: Vade ad Helchiã sacerdotem magnũ. Pontificẽ, denunciãdo ei ex parte meã, [vt cõflet. I. simul accipiat, pecuniã quæ illata est.] deportatẽ. [In tẽplum domini,] i. in tem plum, [& quã collegerunt anitores tẽpli.] ostiarij domus Dei [& populo.] Nam sicut in Paralip. tangitur, & Iosephus plenius narrat, Iosias misit in vniuersãm prouinciã regni, & ad reliquias de cem tributũ quæ remanserãt, vt vnusquisq; offerret ad reparatiõem tẽpli quantum vellet, sicq; ad piũ vllum illum oblata fuit magna pecunia, [deturq; fabris.] artificibus lignarijs, ferrarijs, aut in simili materia operãtib; [per præpositos domus dñi.] per magistros operum tẽpli, & per offi ciatos eius præcipuos, qui in Paralipomenõn & Iosepho exprimentur. [Qui & distribuẽt eam his qui operantur in tẽplo dñi.] artificibus, [ad instauranda facta tecta tẽpli dñi,] vt recta ac aliã eius partes reparatiõem indigentes, instaureret, & innouetur. [tignarijs videlicet & cœmẽtarijs.] carpẽtarijs, operarijsq; murorum, [& his quæ interrupta componunt,] i. collapsa reformãt, [vt & emant ligna & lapides de lapidicinis.] de loco, vbi lapides præcinduntur, [ad instaurãdum tẽplum domini. Veruntamen non supputetur eis argentum quod accipiunt.] i. non numeretur

Eccle. 10.

2. Para. 34.

Iose. lib. 10. an. iu. cap. 4

2. Para. 4. Iose. lib. 10. an. iu. cap. 4

2. Para. 34. Iose. lib. 10. an. iu. cap. 4.

turnec ponderetur eis, ita vt teneantur reddere rationẽ de ea, qualiter & vbi exposita sit, [sed in potestate habeant & in fide,] i. libertati & fidelitati eorum committatur expositio ista, vt viden tes se honorari, atq; benè de eis sentiri, prouocentur ad meliora, & grati sint atq; fidelitius agant. Hæc eadem scripta sunt suprã de Iosæ rege Iuda. [Dixit autẽ Helchias pontifex ad Saphan scribam: Librum legis reperi in domo domini. Deditq; Helchias volumen Saphan scribã, qui & le git illud. Venit quoq; Saphan scriba ad regem: & renunciauit ei quod præceperat, & ait: Con flauerunt serui tui pecuniam quæ reperta est in domo dñi, & dederunt vt ditribueretur fabris ac præfectis operi tẽpli dñi. Narrauit quoq; Librum legis dedit mihi Helchias sacerdos] quẽ librum inuenit in tẽplo. Circa quod narrat Lyra, qd cum Achaz quæreret libros legis ad com burendum, iste fuit in muro absconditus. sed nõ videtur qd tempore Ezechiaẽ filij Achaz, defue rit regi ac populo liber legis. Dicit etiam Rabbi Salomon, qd pontifex inuenit hũc librum, cum muri tẽpli repararentur. Verũ in Paralip. legitur: Cumq; efferrent pecuniã, quæ illata erat in tẽplum dñi, reperit Helchias librum legis, sicq; videtur potius alibi qd in muro fuisse absconditus, tñ in historijs ait Magister, qd forsan inuenit eum in arca, in qua eum Moyses repositũ. [Quẽ cum legisset Saphan corã rege, & audivisset rex verba libri legis dñi, scidit vestimenta sua:] præ dolore transgressiõnum populi & patrum suorum, & ex timore pœnarum, quẽ in libro Numerorum ac Deuteronomio prænuiciatur transgressoribus legis. [& p̃cepit Helchias sacerdoti, & Ahicam filio Saphan, & Achobor filio Michaiã, & Saphan scribã, & Afaia seruo regis, dicens: Ite, & con sulte dñm super me, & super populo, & super omni Iuda, de verbis voluminis istius quod inuen tum est.] i. inuestigatẽ ad Deo per aliquẽ prophetã, quid immineat mihi ac populo, & quid nobis restat agendũ, vt euadamus pœnas cõminatas in lege. [Magna em ira dñi succensa est con tra nos.] i. grauis vltio imminet nobis, nisi Deus eã piã auertat. Loquitur autẽ Iosias de Deo mo re humano, quasi de homine, in quo ira causatur ex succensione sanguinis circa cor, quõ tamen inuariabilis Deus nullatenus in sua alteretur natura, sicut per Hieremiã testatur: Nunquid me ad iracundiam puocant? quia non audierunt aure obedientiã, [patres nostri verba libri huius.] i. præcepta libri legis Moisaicã nõ impleuerunt. ¶ Circa hoc quærere potest, cur cõtra Iosiam & ple bem ipsius fuerit ira Dei succesa, eo qd patres eoruã fuerint Deo inobedientes, cum filius non por tet iniquitatẽ patris ad quod frequenter rñsum est. [vt faceret omne quod scriptũ est nobis.] qd non sufficit ad salutẽ ob seruare quædam præcepta, sed oia. Nempẽ si quis totam legẽ seruauerit, offendat autẽ in vno, factus est omnitũ reus. & rectè adiunxit optimus ille Iosias, nobis: quia quẽ Moyses ex ore Dei scripsit ac iussit, non solum pro his qui erãt tempore suo, scripsit iussitq; sed & pro posteris eorundẽ. Hic quoq; est effectus serui verè fidelis, vt id quod Deus æternus vniuersis p̃cepit, quasi sibi soli ac specialiter reputer esse iussum. [Terũ itaq; Helchias sacerdos & Ahicam, & Achobor, & Saphan, & Afaia, ad Holdã prophetẽ vxorẽ Sellum] iqui secũdũ Iosephũ, fuit vir insignis ac nobilis, de quo in Scholastica fert histõria, qd fuit patruus Hieremiã, & pater Ana neel, cõsobrini eiusdem pphetæ. [filij] Thecuã, filij Harahã custodis vestiũ, [forsan sacrarum, ad vñum spectantiũ cultus diuini,] i. quæ habitabat in Hierusalẽ in secunda.] i. in secũdo ambitu vr bis, quæ fuit triplici muro circũdata: seu in secunda ciuitatis mansione, quod idẽ est. [loquiturq; sunt ad eam:] quæ rex iussit inquiri ab ea. ¶ Circa hæc duplex oritur quæstio: Primò, cur Iosias rex non cõsuluit dñm per pontificẽ, prout David facere cõsuevit, imò ipsum Helchiã pontificẽ cum cæteris misit ad sceminã prophetissã. Secundò, cur non misit ad Hieremiam aut Sopho niã, qui eius prophetauerunt tẽporibus, vt in eorũ ostẽditur libris. Ad primũ horum Epiphanius ait, & magister in historijs refert, qd die qua Iosias fecit Zachariã filium Ioiadã lapidari in tem plo, dñs vltã nõ dedit solito more rñsa. Ad secũdũ Lyra respondet: Dicunt expositores nostri coiter, quod hoc fuit, qd adhuc valdè iuuenis erat, nec habebatur in autoritate. quibus verbis subiungit, sed istud nõ videtur, qm Hieremias cœpit pphetare decimotertio anno regni Iosie, vt patet in libro eius. Liber autẽ legis inuentus decimo octauo regni Iosia anno, & ita Hieremias tũc pphetauerat quinq; annis, & per cõsequens in autoritate tũc erat. Propter quod R. Salomon rñdet secũdũ duas Hebræorum opinionões: Vna est, qd Iosias querebat cõsiliũ pietatis diuine. Fœminã autẽ solẽ esse misericordiores qd viri, ideò misit ad sceminã prophetissã. Alia est, qd Hieremias tunc iugis ad exhortandũ decem tribus. Circa hæc dico, qd catholicorum rñso tacta, vera rationalisq; cõsistit. quanũ em Hieremias exorsus sit vaticinari decimotertio anno Iosia, tñ sub Iosia nõ fuit ita celebris ac famosus, vt postea, imò in toto libro suo nõ legitur ad Iosiam, aut cum Iosia loquitur, sed frequenter ad posteros eius, atq; vt dicunt multi, Hieremias non nisi pri mas duas visiones suas vidit sub Iosia, tñ de tertia dubitatur, sub quo rege viderit eam, & illẽ non erant sub Iosia cõplenda, idcirco sub Iosia non fuit adhuc multũ famosus, sicut forsan nec So phonias. ¶ In super secunda responsio R. Salomonis etiã à catholicis dudum fuit inducta, dicen tibus, qd Hieremias tũc forsan non erat præsens. ¶ Porrò prima R. Salomonis responsio videtur

4. Reg. 14.

2. Par. 34. Pet. Co. hist. li. 4. Regum, ca. 36.

deuter. 34.

Hiere. 4.

Ezech. 18.

Iacob. 2. Chrysof.

Iose. lib. 10. an. iu. ca. 4. Pet. Co. hist. lib. 4. ca. 36.

2. Re. 2. 8. 24. Hier. 1. Sopho. 1. Epipha. Pet. Co. hist. lib. 4. R. ca. 36. 2. Para. 24.

Hiere. 1.

incepta, quoniam em feminae sint communiter pie & misericordes magis quam viri, tñ Iosias nō voluit, vt femina illa daret rñsum secundum ppriam inclinationē, sed iuxta reuelationē diuinam, quæ potuit esse t clemēs per virū, sicut per femina. [At illa rñdit eis: Hæc dicit dñs Deus Israel] qui iā reuelauit huic mulieri, quid responderet: [Dicit viro, q misit vos ad me:] Ecce q magnanimis fuit hæc femina sancta, regē cōmuni noīe virum significās. Etem spūs sanctus animas sc̄ōrum suorū in grandi cōstituit libertate, in qua tñ humilitas & magnanimitas sibi inuicē nō repugnant. [Hæc dicit dñs: Ecce ego adducā mala p̄cōnē super locum istū & super habitatores eius, oīa verba legis, quæ legit rex Iuda.] cuncta aduersa significata per verba, quæ Iosias audiuit legi, vt dictū est, & forsā postea pro maiori sua informatiōe personaliter legit ea. [Ira dereliquerunt me, & sacrificauerunt dijs alienis, iritātēs me in cunctis operibus manuum suarū. Et fucce detur indignatio mea in loco hoc.] vltio meā iustitiæ hic seruebit, & per ignē complebit, quia Chaldæi vrbe & templum postea incēderunt. & nō extinguetur. [I. ad sua persecutiōe non impeditur, quasi dicat, p̄phetia de hac vltiōe prolata, nō est tñ p̄phetia cōminationis, sed infallibilis p̄uisionis. Hinc Iosephus narrat: Audiens prophetissa quæ à rege erāt mādata, iussit, vt remanentes dicerent regi, quod diuinitatis decretum, quodiā contra eam ptulerat, p̄cibus infirmari nō posset. Veruntñ contra istud argui posset, q sicut in Hieremia habet, dñs per ip̄sum Hieremiā promisit Iudæis, quod si verē p̄citeret, se q̄ corrigeret, parceret eis, & p̄cnas cōminatas auferret. Ip̄si aut̄ cum liberi essent arbitrij, poterāt p̄citerere: ergo & mala illa p̄nunciata euadere. verum ad hoc super Hieremiā rñsio est inducta. [Regi autē Iuda qui misit vos, vt cōsuleretis dñm, sic dicitis: Hæc dicit dñs Deus Israel: Pro eo q̄ audisti verba voluminis legis] auribus cordis ac corporis, [et perterritum est cor tuū] nō solum seruli timore, [et humiliatus es corā dño] culpa tuam ac populi tui recognoscēdo, veniam q̄; poscēdo, audiens, [audisti sermonibus cōtra locū istū, & habitatores eius, q̄ videlicet fierēt in stuporē & in maledictū.] tātis calamitatibus sint subdendi, q̄ ip̄si & alij super hoc mirabūtur, ip̄sq; aduersariorū maledictionibus & maledictis in lege prolatis subijciētur, atq; ab ip̄sis in exēplum maledicēdi alijs assumētur, sic q̄ vnus volēs maledicere alteri, dicit: Contingat tibi sicut Iudæis. [et scidisti vestimēta tua, & fleuisti coram me.] Oīa ista regē Iosiam fecisse, videtur hæc p̄phetissa ex reuelatiōe diuina nouisse. Non em̄ apparet, q̄ missi à rege, retulerunt ea illi. [et ego audiui, ait dñs:] hoc est, desi deria tua p̄ suscepti, & p̄cnam hanc infictionē differre decreui. [et dicit dñs colligā te ad patres tuos.] mediante morte, adunabo animā tuā animabus patriarcharum & p̄phetarum ac Regum sanctorum, de quibus exortus es, in limbo patrū sinuq; Abrahæ. [et colligēris ad sepulchrū tuū] hoc est, cum patribus tuis sepelieris saltē in loco sepulturæ cōmuni, videlicet in Hierusalē aut propē. [in pace.] Qualiter verū est hoc, cum Iosias sequēti capitulo legatur à rege Aegypti occisus, sicq; morte violēta, nō naturali, occubuit. Rñdetur primō, q̄ in pace p̄ctoris obiit, q̄a & suam occisionē pro culpis suis saltē venialibus, & pro gloriæ incrementō æquanimiter tulit. Secūdo, q̄ collectus est in pace populi sui, vt potē illis adhuc pacificē in terra sua morātibus. Tertiō, q̄ collectus est ad p̄ses suos in limbo in pace, i. ad participandā pacē & securitatē, quā existēs ibidem habebāt, quia de sua æterna salute erāt securi. [vt nō videant oculi tui oīa mala quæ inducūrus sum super locū istū.] Q. d. Melius est tibi in terim mori, q̄ mala hæc intueri, quæ admodum Machabæorū fortissimus Iudas testatur: Melius est nobis mori, q̄ videre mala gentis nostræ & sanctorū. Propter quod antea dixerat Matthias pater ipsius: Quō nobis adhuc viuere? Hinc quoq; vt recitat Iosephus, dum tēplo & Hierusalē per Romanos cōbustis, sacerdotes peterēt sibi à Tito vitā conseruari, nō tolli, dixit eos esse ignobilis atq; degeneris animi, eo q̄ tēplo ac numini super viuere affectarēt, & iussit eos occidi. Sp̄ūaliter possunt ex isto capitulo multa salubria elici documenta, videlicet, vt fideles, p̄sertim qui p̄sunt, exēplo Iosias discant diuini zelo honoris accēdi, atq; in iuuentute & adoleſcentia sua quærere dñm ac bonum cōmune, & verbis ac exēplis cum oī constantia & feruore vitia extirpare, lapsa & deformata plenariē reformare, per regā viam salutis abſq; diuerticulis p̄ficisci, materiales quoq; resarcire ecclesias, verba euāgelicæ legis cum oī diligētia semper aduertere, atq; ex eius p̄sare tenore, quātum deficiāt à statu salutis, à via spiritalis p̄fētus, à debito sūe uocationis, & p̄pter proximorum ac subditorū p̄cā vehementissimē cōtristari, pro ipsorū venia deprecari, flere, gemere, lamētari, & ad sanctorū ac deuotorum cōsugere p̄ces, cōsilia, ac succursus, quæ per veram mentis cōtritionem, humiliationē ac sctum p̄cipiē obtinentur.

¶ Declaratio cap. 23. Et renunciauerunt regi quod dixerat &c. Art. XXV.

Hic recitatur reformatio facta in populo per Iosiam, & qualiter sit occisus, atq; successio filij eius in regno. [Et renunciauerunt regi] Iosif legati eius, [quod dixerat] Holda prophetes. [Qui misit] nuncios per totū territorium suū, [et congregati sunt ad eum] oēs fenes Iudæ. [totius regni Iudæ, &] vrbis [Hierusalē,] sicut significauit eis per nūcios siue epistolas, & specialiter cōuocauit sacerdotes & Leuitas, vt Ioseph⁹ ait, & maiores natu, p̄out in Paralip. fertur, [Ascēditq;] rex

Iose. lib. 10.
an. iu. cap. 4

Hiere. 18.

4. Reg. 13.

1. Mach. 3.

1. Mach. 2.

Iose. lib. 10.
an. iu. cap. 4.
a. Par. 34.

rex templum dñi & omnes viri iuda, vniuersiq; qui habitant in Hierusalē sacerdotes & propheta, & oīs populus à paruo vsq; ad magnum, legitq; cunctis audientibus omnia verba libri fœderis, qui inuentus est in domo domini.] cuncta verba Deuteronomij in tēplo reperti, quæ verba legit, vel per seipsum, vel per aliquē sacerdotum aut scribarum, nec est verisimile q̄ totum illum legerit librū, sed quaedam capitula ad p̄positum magis spectantia. [Stetitq;] rex super gradum.] i. 2. Par. 6.
solum regium, de quo illud 2. Paralip. accipitur: Fecerat Salomon basim æneam, & posuerat eā in medio basilicæ, stetitq; supra eam. Porro in Paralip. legitur, q̄ stans in tribunali suo. Idem habetur in Iosepho. Nam in p̄fato folio sedēs rex, solebat aliquas causas iudicare, & fœdus percussit coram dño, [i. pactum iniit, pmisit, iurauit, vt ambularēt post dñm, imitando ac implem de diuina p̄cepta, adhærendoq; Deo. idē subditur, [et custodirent] per recordationē & executionem, [p̄cepta eius] moralia, [et testimonia.] ea quæ credi iubentur, firmiter crederēt, [et cæremonia] i. mandata cæremonialia, [in oī corde.] intellectu & voluntate, vel tota cordis attentione, [et in tota aīa.] totis inferioribus animę viribus, [et suscitarent verba fœderis huius, quæ scripta erant in libro illo.] eloquia & mādata legis, quæ iam antē fuerunt neglecta & quasi mortua, renouerent ac obseruarent. [Acquieuitq;] populus pacto. [Nam adiurauit populus super hoc, vt in Paralip. recitatur, atq; vt Iosephus addit, illi promptissimē iurauerunt, & p̄cepta legis promiserunt implere. [Et p̄cepit rex Helchię pontifici.] In veteri etenim testamēto, cuius sacerdotium fuit quasi carnale, & circa carnales hostias versabatur, rex erat maior & altior p̄fule: idē potuit ei p̄cipere, & sacerdotibus secundi ordinis, qui immediatē sub pontifice erāt, ac 24. extiterūt, quos Dauid instituit, quorum quilibet in sua ministrabat hebdomada, habens sub se viginti quatuor sacerdotes, totidemq; Leuitas & cantores ac ianitores, prout primo Paral. scribitur. [et ianitoribus, vt proijcerent de tēplo dñi omnia vasa facta fuerāt Baal & in luco.] i. ip̄si Baal busco plantato circa altare Baal, vt ibi coleretur per vasa suo cultui dedicata, [et vniuersæ militiæ celi, & cōbussit ea foris Hierusalē,] quasi indigna cōburi in vrbe cultus diuini. [in conualle Cedron, & tulit puluerem eorum in Bethel.] ad oppidum istud, in quo stetit vnus aureorum vitulorum, quatenus dispergendo ibidem puluērē illum, prophanaret (hoc est, abominabile esse oñderet) locū ipsum propter idololatriæ vitia ibi cōmissa. [Et deleuit haruspices,] de quibus supra dictū est, [quos posuerant reges Iuda ad sacrificandum in excelsis per ciuitate] Iudæ, & in circuitu Hierusalē, & eos qui adolebāt incensum Baal & Soli & Lunæ & duodecim signis, & omni militiæ celi. [Hoc fecerit ergo quidam idololatræ, vt Amon & Manasses ad tempus, & Achaz, nō q̄ haruspices ab illis cōstituti, idem numero vixerint sub Iosia, sed similes specie, aliqui tñ illorum adhuc viuere poterāt. Hos ergo deleuit nō solum à suis officijs, sed etiā interfecit, vt Iosephus scribit, apertius quoq; de illis videtur intelligendū, qui conueriti nolebāt. [Et efferrī fecit lucum de domo dñi.] arbores in atrio tēpli plantatas & consecratas idolo Baal, iussit excidi & exportari, forās Hierusalē, in cōuallem Cedron, [vbi cedri nascūtur, & combussit eum ibi,] q̄a fortassis inde fuerunt arbores speciei illius, [et redegit in puluērē, & proiecit supra sepulchra vulgij.] vulgariū, qui forsā coluerunt aliquando Baal, quod fecit in contemp tum idololatriæ huius. [Destruxit quoq; ædículas effeminatorū.] paruulas ædes seu mansiunculas quorūdam mollium seu sacerdotum castratorum: & specialiter sacerdotes Cybeles matris deorū, effeminati vocantur. [quæ erant in domo dñi,] i. per circuitum tēpli & infra septa atriorum ipsius. [pro quibus mulieres tētebant quasi domunculas luci.] pannos quosdam ad faciendum quasi papilionēs pro cōmorātibus ibi, atq; cortinas ad faciendum ibi loca cōcupiscentiarū deliciosa, ad exercendum ibidem immunditias carnis in deorū honorem, & q̄a sacerdotes castrati afferentes talia dijs placere, erant impotentes ad ea agenda, idē eis in hoc credebatur, quia vi debantur inducti ad talem assertionē, non ex cōcupiscentia propria, quemadmodum Aristoteles in Ethicis recitat de Eudoxo philosopho, summū bonū in delectationibus Venereis constituentē, quod sibi eo plūs credebatur, quo minūs videbatur volupatū amator: sicut & Epicurus qui felicitatē in delectationibus gustus constituit, eandem vitauit, & frugaliter viuens, oleribus fuit cōtentus, vt sanctus quoq; refert Hieronymus. [Cōgregauitq;] oēs sacerdotes de ciuitatibus Iudæ, & Jcis p̄sentibus cōtaminatū excelsa vbi sacrificabāt sacerdotes.] loca sublimia, in quibus etiā templo constructo consueverunt sacerdotes Deo vero sacrificare, [de Gabaa] ciuitate [vsq; Bethabee] ciuitatē, quæ à se inuicē valdē distabant. quasi dicat, de vna regni sui extremitate vsq; ad aliā fecit hoc. [Et destruxit aras portarū.] altaria sita in portis, [in introitu.] iuxta ingressum [ostij] * Iosif principis ciuitatis.] qui principatū quēdam habuit in Hierusalē, vel in alia vrbe forsan erat p̄fectus, iuxta cuius ostium erant sacrilega illa altaria, super quæ nō licuit immolare, [quod] ostiū Iosif erat [situm] [ad sinistrā portæ ciuitatis.] in qua p̄ærat. [Veruntñ non ascendebāt sacerdotes excelsorum,] [qui Deo in locis excelsis (vt dictū est) sacrificabant,] [ad altare dñi in Hierusalē.] super altare holocausti positū in atrio tēpli, nō permittebāt

2. Par. 6.
2. Par. 34.
Iose. li. 10.
an. iu. ca. 4

2. Par. 34.
Iose. lib. 10.
an. iu. ca. 4

1. Pa. 25. 26.

4. Reg. 21.
Ibidem.
3. Reg. 16.

Iose. lib. 10.
an. iu. ca. 4

Hierony.

Iosue.

offerre ob culpā, qua contra legē extra templum pręsumperunt offerre, [sed tñ comedebāt azy ma in medio fratrum suorum, Ji. inter alios sacerdotes seu Israelitas sinebantur comedere azy mos panes, vel etiā aliqua de oblatīs, ad quorū esum admittēbantur, sicut in Leuitico patet de do mesticis sacerdotīs. Contaminauit quoq; Ji. fecerunt abominabileq; mōstrauit. Thopheth Ji. idolum Moloch, [quod est in cōuale filij Ennon, Jga in valle sic dicta colebat Moloch idolum Am monitarum, Jvt nemo cōsecraret filium suū aut filiam per ignē] Idolo [Moloch,] cuius cultores solebant infantes suos ad honorē ipsius Moloch per ignē transferre ac ducere, vt purgaretur in igne. imō interdum offerre bant in fantulos suos ipsi Moloch in holocaustū, ponendo infantem inter brachia idoli aēni intūs incēsi, sic q; ex ardore ignis qui arsit in idolo, infans moriebatur, tunc sacerdotes Moloch sonum grandē fecerunt cū tympanis, ne parētēs audiendo planctum & clamorē pueri taliter moriētis, mouerētur ad cōpassionem, aut de tali oblatione dolerent. Abs tulit quoq; equos, quōs dederant reges Iudę Soli in introitu tēpli dñi iuxta exedram Ji. iuxta adē seu mansionē Nathan Melech eunuchi, qui erat in Pharuarim, J qui vt fertur ianitor fuit. Dicūt aliqui, q; erant veri & viuentes equi, quos quidā reges idololatrę obrulerunt Soli, quatenus sole diluculo oriētē, quidā cultores Solis super equos cum curru equitarēt per spatium versus orien tem, quasi obuiantes Soli ad eius honorē. Alij dicunt, q; erant depictę aut sculptę equorum ima gines, quia idololatrę Solem colentes, fecerunt similitudinē eius vnā cum equis & curribus. De hoc in Scholastica historia sic narratur: Equos & currus Solis quos depinxerāt reges Iudę in in troitu tēpli iuxta exedram Nathan Melech, omniñō destruxit. Fecerant nanq; ibi Iudæi idolum Solis quasi puerum imberbē, quia Sol nullum patitur senium, sed quotidie renouatur, i. de nouo quasi recēs exoritur. Fecerant etiā equos & currum, putantes q; sol in hunc modū transfuisset He liam. Hęc ibi. Sed contra hoc vltimū dictum obijci potest, q; etiā pagani, qui de Helię trans latione nū sciebant neq; credebāt, fecerunt idolum seu imaginē Solis cum curru & equis, vt in Legenda quatuor Coronatorum refertur, atq; vt aliqui pbabiliter dicunt. Iudæi idololatrę ab illis paganis traxerunt modū hunc depingendi, colendiq; Solē. Ideo aliter dici potest, q; poetę magistri idololatrę gentilium, dicebant Solem tanq; regem & patrē deorum, vbi in curru per orbē suum. Vndē & vltā sinxerunt Phaetontē Solis filium, cūm patris sui vallet ducere currum, exorbitasse, cælumq; incendisse, de qua fabula in primo Timæi multa narratur, idē Solem cū quadriga pinxerunt & equis. Currus aut Solis cōbussit igni, Inon in contumeliā Solis, sed per fidorum cultorum ipsius. Altaria quoq; quę erant super tectā cenaculi Achaz Regis quę fece rant reges Iuda. J Tectā em Iudęorum in Istar Palęstino rē erat plana, sicq; super tectā stātes, sacri ficabant super altaria illa planetis, præsertim Soli, vt sic stantes in alto, magis accenderēt in ritibus suis deuotiōe sua sacrilega. J altaria quę fecerat Manasses in duobus atrijs templi dñi, de struxit rex. J Mirum q; Manasses cōuersus & pœnitens, personaliter illa à se facta altaria non de struxit, imō ea destruxisse videtur, iuxta illud 2. Paral. Aras quas fecerat in mōte domus dñi & in Hierusalē, abstulit & proiecit oīa extra Hierusalē. Iosephus quoq; fatetur: Cūm à captiuitate sua redisset Hierusalē, studebat etiā memoriā priorum delictorum quę cōtra Deum gesserat, si effect possibile, ab aīo suo repellere, & ad oēm cultum diuinę religionis accedere, tēplumq; pur gare & ciuitatē. Ad hoc dicēdum videtur, q; alijs per Manassen eradicationis, ista forsā quacuq; occasione manserunt, vel forsitan à Manasse erant destructa, sic tñ, q; aliqua ex eis remāserunt re liquię, quas dissipauit Iosias, ppter quod altaria illa scribitur destruxisse. sic nanq; in simili magister in historijs scribit: Vestigia quędam serpētis aēni, quę confregerat Ezechias, Iosias redēgit in puluērē, propter quod in plogo Sophonię Iosias eū legitur cōtriuisse. Et cucurrit indē, Jga cū seruire & mira agilitate fecit oīa bona ista. J & dispersit cinerē eorum, J tanq; profus inuulē, quo tñ cinere idololatrę putabant se sanctificari, J in torrentē Cedron, J vt nec puluis de illo ci nere maneret residuus: Currebat autē torrens per vallē illam. J Excelsa quoq; Ji. phana, seu altaria aut loca sacrilega in sublimi locata, J quę erāt in Hierusalē Ji. prope eam, J ad dexterā partē mon tis offensionis, quę ædificauerat Salomon rex Israel, Ji. mōtis oliuarum, quę mōs offensionis vo catur, q; in eo cōstituit Salomō phanum Chamōs idolo Moab, quę admodum 3. lib. habetur, & ad dexterā montis illius cōstruxit alia phana, vt hic narratur. J Altaroth idoli Sidoniorum, J pro fato tertio libro recitatur, q; Salomon coluit Astarthen deam Sidoniorum, J & Jipsum Chamōs idolum offensionis Moab Ji. in cuius idoli cultu Moabitę deum specialiter offenderunt, q; ido lum istud specialiter coluerunt, J Melchon abominationis filiorū Ammon Ji. ipsum Moloch idolum Ammonitarum, qui illud colendo abominationē fecerunt, J polluit rex, J oīa mortuorū aut alia qdam fordētia projiciendo & spargēdo in locis phanorū ac idolorū illorū, sicq; idolola tria, ad suam præcipuā grauitatē, vocatur hoc loco abominatio atq; offensio. J & contruit sta tuas & succidit lucos Ji. nemora in quibus fiebat idololatria, J repleuitq; loca eorū ossibus mor tuorum, J ad designandū, q; per idololatriam facta erant scēda & vilia. J Insupēr altare quod erat in

Pet. Co. hist. lib. 4. Re. ca. 36.

Plate.

2. Par. 33.

Iose. lib. 10. an. iu. cap. 4

Pet. Cor. hist. lib. 4. Re. cap. 36.

3. Reg. 11.

Mich.

3. Reg. 18.

in Bethel, Jvbi constituerat ipse Hieroboam vnum duorum aureorum vitulorum altare, J & ex celsum Ji. phanum, J quod fecerat Hieroboam filius Nabat, qui peccare fecit Israel, & altare illud excelsum destruxit atq; combussit, & comminuit in puluērē, succiditq; etiā lucum. Et conuer sus Iosias Ji. vertens se vndiq; ad videndum, si aliquid spurcitæ idololatrię cerneret, J vidit ibi sepulchra idololatrarum, J quę erant in monte, misitq; & tulit Ji. extrahi iussit ossa J illorum tē sepulchris, & cōbussit ea super altare J præfatum Hieroboā regis in detestationem idololatrarum & idololatrię eorundem, J & polluit illud iuxta verbum dñi, quod loquutus est vir Deij Ji. propheta qui venit de regno Iudę, J qui prædixerat verba hæc J ad Hieroboam stantem super altare illud, vt dictū est. J ait: Quis est titulus iste quem video? J Specialiter interrogauit de titulo illo, quia (vt in historijs ait magister) ipse Iosias legit in sepulchro præfati prophete titulum eius. Et aliqui dicunt, q; falsus propheta de Samaria, qui se iusserat sepeliri iuxta sanctū illum prophetā, ordinari ibi fieri signum quoddā præcipuum & scripturā, per quę postea recoleretur, q; illud esset sepulchrū sancti prophete, quatenus ossa sua cū ossibus illius manerēt intacta. J Rñderūtq; ei ciues vrbis illius Ji. Bethel: Sepulchrum est Ji. titulus ille est signū, quod illud sit sepulchrum hois Dei, qui venit de Iuda, & p̄dixit verba Ji. opera ista, J quę fecisti super altare Bethel. J Deniq; vt Iosephus scribit, à tēpore quo ppheta ille prædixit hæc, vsq; ad tēpus quo Iosias hæc fecit, fluxerunt anni trecenti sexagintaunus. J & ait: Dimitte eū: Ji. ossa eius. J Nemo cōmoueat ossa eius. Et intacta māserunt ossa illius cū ossibus prophete, qui venerat de Samaria. Insupēr & oīa phana excelsorū, quę erāt in ciuitatibus Samarię, Ji. in terra regni decē tribuum, J quę fecerāt reges Sa marię ad iritandum dñm, abstulit Iosias: Jga (vt Iosephus ait) persuasit reliquijs decē tribuū, quę captiuitatē Assyriorum euaserunt, vt colerēt verū Deū, & forsā prophetę tunc existētes, vt Hie remias & Sophonias, idipsum admonuerunt. J & fecit ei secundum oīa quę fecerat in Bethel. Et occidit vniuersos sacerdotes excelsorū, qui erāt ibi super altaria, & cōbussit ossa humana super ea. Reuersusq; est Hierusalē, & præcepit oīo populo suo, dicēs: Facite phasē dño Deo vestro, secun dum quod scriptum est in libro fcederis huius. Ji. festū paschale celebrate iuxta oīa, quę de hoc in Exodo p̄cipiuntur, quod & statim iudicerrimē impleuerunt. J Nec etiā factū est tale phasē Ji. festū paschale ita solēne, J in diebus iudicū, qui iudicauerunt Israel, & oīo diuerum regum Israel, & regū Iuda, sicut in octauo decimo anno regis Iosie factū est phasē istud dño in Hierusalē. J De solennitate ista & eius expēsis ac numero animalium, quę Iosias & principes ac superiores sacer dotes dederunt populo ac Leuitis, multa habētur 2. Paral. Vndē & Iosephus loquitur: Donauit Iosias populo in pascha nouellos hæcos & agnos triginta millia, & ad holocaustum tria millia, multaq; alia desupēr Iosephus. J Sed & pythones & hariolos, & figuras idolorū, & immunditias & abominaciones, quę fuerunt in terra Iuda & Hierusalē, abstulit Iosias, vt statuerat verba legis, quę scripta sunt in libro, quē inuenit Helchias sacerdos in tēplo dñi. J Ista iam frequētē sunt ex planata. J Similis ei nō fuit ante eū rex in Hierusalē, & multo minū post eū, J qui reuertetur ad dñm, J non q; ante fuit auersus à dño, sed dicitur reuersus ad dñm, q; assidue mentē suā ad ipsū cōuertit cū seruire maiorī, J eum oī corde suo, & in tota anima sua, & in vniuersa virtute sua, iuxta oēm legem Moisis, neq; post eum surrexit similis illi, J prout in via huius exillij fieri potest, non tñ instar beatorum in patria, sicut semper Deo intētus actualiter, & iuxta suę possibilitatis extremū, quod p̄priū est beatis. Huic autē simile est quod sup̄ narratur de Ezechia, & iuxta sensum ibi expositū intelligendū est istud, q; in multis sanctus Iosias præfulsit, præsertim in innocētia. De ipso quoq; in plogo Sophonię habetur, Iosiam regē Iudę, præ oībus regibus Iudę Deo placuisse, hi storia 4. lib. Regum, & 2. Paral. demonstrat. Vndē in Eccō asseritur: Memoria Iosie in cōpositi one odoris facta, in omni ore quasi mel indulcabitur, & quasi musica in cōuiuio vini. J Veruntā nō est auersus dñs ab ira furoris sui magni, quo iratus est furor eius Ji. rigor suę iustitię cōtra Iu dam Ji. populū regni Iudę, J propter iritationes, quibus puocauerat eum Manasses Ji. ppter ido lolatrias & ceteras transgressiones Manasse regis. Jam præallegatū est, quē admodum Manasses verē pœnituit, ita q; sceleris sua fuerunt ei dimissa, & mīam finalē est cōsequutus: quomodo ergo Deus propter ipsius p̄cā iratus est populo Iudę, qui tot annis fuit post mortē Manasse, nec ei vi detur cōmunicasse in crimine? Deniq; cūm p̄priū sit Deo misereri & parcere, quō non prior fuit ad placādū & ignoscēdū ex tātis meritis sancti Iosie ac populi sub eo deuoti? & vbi est quod dñs loquitur rotēs in pphetis, Vnusquisq; in peccato suo morietur? & cūm culpā debeat pœna, quę est ista iustitia, vt propter peccata vnus, alij puniantur, & p̄cā dimissa denuō impentur, etiā his qui ea non cōmiserunt? Itaq; videtur locus iste obscurus, sic intelligendus, q; dñs non est auersus à p̄posito puniendi populū Iudę propter transgressionē Manasse, i. propter peccata & sceleris ac idololatrias, in quibus populus ille sequutus est præfatum Manassen in vitijs, quod fuit post mortē Iosie. Interdum tñ posteri & in corporalibus puniuntur propter parentū facinō ra, prout frequētē expōsitū est, sed nisi Iudæi post mortē Iosie Deum tā grauter offenderent,

3. Reg. 13. Pet. Co. hist. lib. 4. Re. ca. 36. 3. Reg. 13.

Iose. lib. 10. an. iu. ca. 4.

Ibidem.

Exodi. 12.

2. Par. 35. Iose. lib. 10. an. iu. ca. 4.

4. Reg. 18.

Eccō. 49.

Hiere. 31. Ezech. 18.

Hiere. 18.

a. Par. 35.

Iosep. lib. 10. an. iu. ca. 5. 4. Reg. 16. 21.

2. Par. 36. Pet. Co. hist. li. 4. Reg. 16. cap. 38. Iosep. lib. 10. an. iu. ca. 5.

Iosep. lib. 10. an. iu. ca. 6.

Ibidem.

1. Tim. 2.

Col. 3.

non fuissent propter peccata personalia ipsius Manasse tam dire puniti. Dixit itaq; dñs: Et iā iudā auferā à facie mea. Ji. à terra quā contuli ei, & à pio respectu ac defensione gbus hac tenus populū illū adspexi, cōseruādo eū in terra pmissiois. P̄gredit etē dñs, q̄ grauitur populū ille fuit post Iosā obitū trāsgressurus, idē p̄nā eius p̄dixit, & tñ per Hieremā frequenter plebē illam hortabatur ad emēdatiōē, promittēs ei op̄e ac veniā, si veraciter p̄citeret, sed q̄ p̄ciuit ipsius induratiōē, imp̄cēnitiamq; futurā, idcirco quādōq; absolutē p̄dixit ei p̄nitiōē. [Sicut abtū li Israel, & proiēciā ciuitatē hanc quā elegi Hierusalē, & domū de qua dixi, erit nomē meū ibi. Reliqua autē sermonū Iosā, & vniuersa quæ fecit, nōnne hæc scripta sunt in libro verborū dierum regū Iudā? In diebus eius ascēdit Pharo Necho, rex Aegypti cōtra regē Assyriorū ad flumē Euphraten. Er abijt Iosias rex Iudā in occursum eius. Et occisus est in Mageddo cūm vidisset eum. Et portauerūt eum serui sui mortuū de Mageddo, & pertulerunt in Hierusalē, & sepelierūt eum in sepulchro suo. Hic describit, qualiter occisus & sepulcrū sit virtuosus & pius Iosias, & quicquid de hoc scribitur in hoc loco, 2. Paral. diffusē expositiū est, vbi de ista materia introducta sunt multa. Iosephus quoq; testatur: Dum Iosias in pace atq; diuitijs & gloria super oēs excelleret, iaculo est occisus. Sequitur de filio Iosias, qui ei primō successit in regno. [Tulit quoq; populū terrę Iochaz filiū Iosā, & vnixerunt eū & cōstituerunt eū regē] per manus pontificis [pro p̄e suo. Vigintiū annorū erat Iochaz cūm regnare cōpisset, & tribus mēribus regnauit in Hierusalē. Nomē m̄ris eius Hamital, filia Hieremā, de Lobna. Et fecit malum coram dño, iuxta oīa quæ fecerāt patres eius.] iniqui idololatrā, s. Amon, Achaz, & Manasses ad tēpus, cuius p̄nitentiā nō est sequutus, vinxitq; eum Pharo Necho in Reblata Ivrbes quæ est in terra Hemath, ne regnaret in Hierusalē. Circa hoc recitat Lyra, q̄ Pharo Necho, victa Syria, vocauit ad se Iochaz regē in Reblata: ad quam cūm venisset Iochaz, vinctus est ibi à Pharaone, & missus sit in Aegyptum. Illud quoq; super Paral. tetigi, & ibi cōtra illud argui, eo q̄ 2. Paral. cōscriptum sit, Amouit eum rex Aegypti cūm venisset Hierusalē. Vnde apparet q̄ Pharo in Hierusalē venit, & ibi Iochaz istū depoluit, quod etiam magister in historijs tenet. Veruntū verbis Lyra cōsonare videtur narratio Iosephi, qui affirmat: Rex Aegyptiorum dum fuisset à pugna reuersus, euocauit Iochaz ad semetipsum de ciuitate Syriæ, quæ dicitur Hemath. Qui dum venisset, eum rep̄tē vinxit. Pro horum cōcordia quis forsā dicere posset, q̄ rex Aegypti venit Hierusalē, non in propria persona, sed per legatos quos misit, & in Hierusalē amouit Iochaz regem, quia ea intentione misit ad eū illuc. [Est imposuit] Pharo mulctam Ji. tributum [terrę] Iudę [centum talentis argenti, &] vno talento aurij. In tanta collecta seu summa quæ ei omni anno persolueretur à rege Iudā, quæ pro Iochaz fecit regē, de quo subditur: [Regemq; cōstituit Pharo Necho Eliachim filiū Iosā pro Iosia patre eius, veritq; nomen eius Ji. mutādo imposuit ei nomen hoc] Ioakim, [quatenus mutatio nominis, esset memoriale ac signū promotionis suæ in regē à Pharaone, sicq; maneret ei subiectus. Deniq; Iosepho teste, Ioakim primogenitus fuit Ioseph, sicq; regnum debebatur ei de iure cōmuni ratione primogenituræ, dicuntq; aliqui, q̄ populū ipsum Iochaz fecit regem ex instigatiōe cōsanguineorum eius ex parte matris, qui erant potentes. [Porro Iochaz tulit, & duxit in Aegyptum: argentum autē & aurum dedit Ioakim Pharaoni, cūm indixisset terrā per singulos, vt conferretur iuxta p̄ceptum Pharaonis. Et vnum quēq; iuxta vires suas exegit tam argētum q̄ aurum de populo terræ, vt daret Pharaoni Necho. Vigintiūq; annorū erat Ioakim cūm regnare cōpisset, & vndecim annis regnauit in Hierusalē. Nomen matris eius Zebida, filia Phadaia de Ruma. Et fecit malum coram dño, iuxta oīa quæ fecerant patres eius.] Nempe vt Iosephus t̄git, erat iniustus & valdē nequissimus, & nec circa Deum sanctus, nec circa homines māsuētus. ¶ Mo raliter ex isto cap. instruantur p̄lati ac principes, qualiter debeant pro Dei honore zelari, vt Deo, à quo omnis p̄latio ac potestas, sint grati, totisq; viribus pro diuini cultus augmento, pro subditorum reformatione plenaria, pro vitiorum extirpatione cōpleta inardescant ac enitantur atq; incorrigibiles acriter puniant, vt alijs cedat in exemplum, sicut ait Apostolus: Peccantes coram omnibus argue, vt ceteri timorē habeant: sicq; oēm spiritalē idololatriam infatigabiliter studeant propulsare, ne alicui dominetur cupiditas aut auaritia, quæ est seruitus idolorum: nec voluptas, ne Venerē magis colat q̄ Deum: neq; elatio, ne magis intentus sit p̄p̄riæ honoratiōi, q̄ diuinæ maiestatis honoris: nec creaturis magis q̄ creatori inhæreat. Insuper magos, diuinos, harolos, nigromanticos, & omnes supersticiosos expellat, castiget, cōpescat, sicq; subditis reformationis, celebret pascha cum eis, i. ad sacramentorum Christi cōmunionem accedat. Ampliūs, sicut virtuoso Iosā prauissimi filij successerūt in regno, sic sæpē cōtingit, q̄ bonis principibus ac p̄latis succedant iniqui, qui regibus Aegypti ac Babylonis soluent tributū. Nam animas quas lucrificare Christo tenentur, per reproba vitam, negligentia & scandalosum processum exponunt dæmonibus, atq; in barathrū mittunt perditionis. Idcirco qui exēplarem & bonū habent p̄sidentem, grati sint Deo, & superioris sui correptiones & correctiones suscipiant gaudiosē, neque faci-

4. Reg. 17. 4. Re. 21. 20.

Iosep. lib. 10. an. iu. ca. 7.

4. Reg. 23.

4. Reg. 21. 23.

Pet. Co. hist. li. 4. re. c. 39. Iosep. lib. 10. an. iu. ca. 9.

faciliter iudicent illum. Postremō, ex dictis patēt imperscrutabilia iudicia Dei, qualiter vberim ex optimis parentibus generentur filij pessimi, sicut ex Iosia filij eius p̄fati, & econuersō, sicut ex impijssimo Achaz natus est pijsissimus Ezechias, & ex sceleratissimo Amon sanctissimus iste Iosias. sic quoq; in nouo testamento, ex reprobissimis nati sunt multi electissimi vtriusque sexus, quod in martyribus sanctis apertius innotescit. Multoties tamen contingit, q̄ ex virtuosis parentibus gignitur proles electa. Nemo igitur de parentum sanctitate p̄sumat, aut negligentior fiat, neque ob p̄decessorum suorum impietatem desperatione frangatur.

¶ Elucidatio cap. 24. In diebus eius ascendit Nabuchodonosor. Art. 26. Hic refert scriptura, qualiter Ioakim filius Iosia regnauerit, & de filio Ioakim. [In diebus eius] videlicet 8. anno regni Ioakim filij Iosia, [ascendit Nabuchodonosor rex Babylonis] ad regnum Iudæ, & in eo cum ingēti exercitu fixit castra. Cūm em̄ superasset Pharaonem Necho regem Aegypti & totam Syriam cepisset vsq; Pelusium, p̄ter Iudæam, voluit quoq; eam suæ subicere ditioni, cuius potestatem ac minas metuens Ioakim, q̄ cūm impius esset, non confidit in Deo, & pacem cum rege tam potente habere desiderans, subiecit se illi, p̄mittens ei dare tributum, sicut subiungit: [factus est ei Ioakim seruus] tributarius tribus annis: & rursus rebellauit contra eum Ji. regi Babylonis tributa soluere renuit 3. anno aut 4. quia vt Iosephus refert, percepit q̄ Pharo Necho rursus disponderet se ad pugnandum contra Babylonis regem, idē sperās quod Aegyptij p̄ualerent, & cupiens regi Aegypti, à quo factus fuit rex, complacere atq; à tributo exonerari, negauit illi tributum. [Immisitq; ei dominus latrunculos Chaldæorum, & latrunculos ex Syria, & latrunculos Moab, & latrunculos filiorum Ammon, & immisit eos in Iudæam: Ji. in populū regis Iudæ, vt disperderet eum Ji. varijs modis affligeret tam regem q̄ plebem ad vlciscendum transgressiones eorum, iuxta verbum domini quod loquutus fuerat per seruos suos prophetas. Factum est autem hoc per verbum domini Ji. non sine p̄auia p̄nuntiatione Dei, q̄ per prophetas istud frequenter p̄dixit, [contra Iudam, vt auferret eum] de terra sua in Chaldæam coram se, Ji. ipso domino intuentē peccata regni Iudæ ad puniendum hoc modo, [propter peccata Manasse vniuersa quæ fecit, & propter innoxium sanguinem quem effudit, & impleuit Hierusalē cruore innocentium, occidendo prophetas & alios iustos in Hierusalē, vt habetur supra. Hic rursus oritur difficultas, qualiter propter peccata & homicidia Manasse Deus punierit populū Iudæ post mortē Ioakim, & de hoc in p̄cedenti articulo est aliquis data responsio: quia & populū post Iosiam sequutus est peccata Manasse, & etiam propter peccata p̄cedentium Deus detestabatur locum & urbem. Ioakim quoque occidit vnam prophetam à quo corripiebatur. Hieremiam quoque voluit sæpē occidere, sed dominus eum abscondit, sed & alios iustos persequebatur, atq; in tot criminibus populū suū sibi communicauit, sicq; imitabantur oēm impietatem Manasse, non autē p̄nitentiā eius: [ob hāc rem noluit dñs propiciari Ji. ipsoꝝ peccatis ignoscere, relaxando debitam p̄nam, culpam tñ p̄nitentibus verē indulsit, imō q̄ pro maxima parte duri, incorrigibilesq; fuerunt, sicut Manasses ad tempus, idē tam dire puniit, & dñs noluit eis propiciari. [Reliqua autē sermonum Ioakim & vniuersa quæ fecit, nōnne hæc scripta sunt in libro sermonū dierum regum Iudæ? Et dormiuit Ioakim cum patribus suis Ji. defunctus est, non tñ in pace, imō violenta occisus est morte à Nabuchodonosor rege, quē admodum in Scholast. hist. fertur ex Iosepho. Ioakim em̄ Nabuchodonosor regem sub specie & iure fœderis permisit intrare ciuitatē Hierusalē, quā ingressus, fidem & fœdus mox fregit, ipsūq; Ioakim interfecit, & corpus eius extra muros proiēci iussit, sicut p̄dixerat Hierē. 22. Sepultura, inquam, asini sepelietur. Occidit quoque simul cum Ioakim iuuenes fortissimos ac famosos, & idē non seruauit huic Ioakim fidem, qm̄ ipse Ioakim iam ei fidelitatem non seruauit negando tributum. [Et regnauit Ioachin filius eius pro eo. Jōcciso etē Ioakim, rex Nabuchodonosor filium eius nomine Ioachin constituit regem. [Et vltra non addidit rex Aegypti vt egredere de terra sua. Jā impugnandum territoria aliena, nec etiam ad repugnandum Babylonis regi. [Tu lerat em̄ Ji. frustulera] rex Babylonis omnia quæ fuerant regis Aegypti à riuo Aegypti Ji. Nilo, vt aliqui dicunt, vel alio riuo qui ex vna parte terminat illud regnum, vsq; ad flumen Euphraten] quod currit per Chaldæam & per medium vrbis, nomine Babylon discurrebat. Currit quoq; (vt legitur) per Armeniam minorem & Persiam, prout super Gene. 2. dictum est. Itaq; terras quas rex Aegypti bellando obtinuerat, abstulit ei per p̄lia rex Babylonis, & tandem abstulit ei terram Aegypti, sicut de hoc Hierē. 46. & Eze. 26. & 30. multa scribunt. [Decē & 8. annorū erat Ioachin cūm regnare cōpisset, & tribus mēribus regnauit in Hierusalē. Nomē matris eius Nehotha, filia Elnathan, de Hierusalē.] Nabuchodonosor namq; cūm cōpisset reuerti, cepit in via suspicari ac formidare, q̄ Ioachin iste fieret sibi infidelis atq; rebellis, eo q̄ patrē suū occiderat, idcirco decreuit redire, sicut textus narrat. [Et fecit malū corā dño, iuxta oīa quæ fecerāt p̄es ei]. In illo tēpore ascēderunt serui Nabuchodonosor regis Babylonis in Hierusalē Ji. vsq; ad eam. Rex em̄ Babylo-

nis pmisit illuc suum exercitū, vt Iosephus insinuat videt. [Et circūdata est vrbs munitio[n]ibus] id est, bellicis machinis, [venitq; Nabuchodonosor rex Babylonis ad ciuitatē cum seruis suis,] q; secum remanserūt, [vt oppugnarēt eam. Egressusq; est Ioachin rex Iuda ad regem Babylonis.] hoc fecit Ioachin ex admonitionib; Hieremias, ne ob suam resistentiā cōtra regem Chaldææ, ciuitas & tēplum & totus populus suus periclitarent. [Ipse & mater eius & serui eius & principes & eunuchi eius] q; oēs vnā cum Ioachin rege suo exierūt & tradiderunt se regi Chaldæo, tñ vt Iosephus narrat, Ioachin ita se p̄sentauit Nabuchodonosor regi, accepto iuramēto a rege illo, q; nec ipse nec ciuitas nec existentes secum paterent mali aliqd ab ipso Nabuchodonosor & Chaldæis, q; iuramentū suum mox violauerūt, prout in textu subiungit. [Ipse & suscepit eum rex Babylonis anno 8. regni sui. Et protulit. i. exportauit Nabuchodonosor] indē oēs thesauros domus dñi. i. templi, [et thesauros domus regis & cōcidit. i. cōminuit & cōfregit] vniuersa vasa aurea, que fecerat Salamon rex Israel in templo dñi, iuxta verbum dñi. i. qdam de omnibus vasis templi, non simpliciter oia illa, imò multa posuit in templo Dei sui in Babylone, quæ diu p̄st per Eisdram sunt reportata, vt. Efd. 1. habetur. [Et transtulit oēm Hierusalē, & vniuersos principes, & oēs sortes exercitus.] Istæ distributiones accōmodæ sunt & intelligendæ de gñibus singulorum, non de singulis generum, q; non penitus oēs habitatores Hierusalē & principes ac robustos, sed quosdā de illis oibus transtulit, ad quod insinuandū subiungit. [70. millia in captiuitatem & oēm artificem & inclusorem.] Scientē gēmas includere auro atq; argento, [in nihilq; relictum est, exceptis pauperibus populi terræ.] Non est hoc intelligendū vt sonat, quasi nulli potentes, diuites, nobilesque remanserint in Hierusalem & Iudæa post istam captiuitatē, cum statim subdatur, q; rex Babylonis pro Ioachin isto regem cōstituit Sedechiam, cum quo postea multi principes, nobiles ac potentes fuerunt & capti sunt, vt sequenti narratur cap. sed intelligendū videtur q; isti q; remanserunt, quasi pauperes erant cōparatione p̄decessorum suorum. [Transtulit quoq; Ioachin in Babylonem, & matrem regis, & vxores regis, & eunuchos regis, & iudices terræ duxit in captiuitatem, de Hierusalē in Babylonē, & oēs viros robustos 7. millia, & artifices, & inclusores mille, oēs viros fortes & bellatores duxitq; eos rex Babylonis captiuos in Babylonē.] Qualiter verum est istud, cum iam dictum sit, q; erant 10. millia? Ad quod dicendū, q; sicut in Scholasti. hist. ionense. scit, in toto fuerūt 10. millia, imò & 832. vt Iosephus addit. Erāt em̄ cum rege & cum regina circiter duo millia, & de principibus ac viris bellatoribus ac robustis circiter 7. millia, mille quoque artifices & inclusores, ac alij qdam secūdū Iosephi relationē, & inter hæc millia fuerunt Ezechiel adhuc iuuenis & Mardocheus, & qm̄ isti quodāmodō sp̄tē se tradiderūt Chaldæis, propriē nominant transmigratione Iudæ: q; aut postea sub Zedechia trāslati sunt, propriē appellant captiuitas Iudæ. Deniq; 70. annos captiuitatis Iudæ, de qbus Hiere. p̄dixit: Quidā cōputare incipiūt à tempore trās migrationis istius, purā ab anno 8. regni Nabuchodonosor, alij verò à tēpore captiuitatis factæ sub Zedechia. [Et cōstituit Mathaniam patrum eius] regem [pro eo] i. pro Ioachin, q; Mathanias fuit iunior inter filios regis Iosæ, erat quoq; 8. annorum qñ Iosias defunctus est, impositusq; ei nomen Zedechiā: Primò, vt ex nominis immutatione recordare se à rege Nabuchodonosor exaltatum, & sic ei fidem seruaret. Secundò, vt ex nominis sui interpretatiōe hoc ipsum pensaret ac ageret. Zedechias q; ppe interpretatur iustitia Dei, idē sic appellauit eum, q; accepto ab eo iurandū, q; sibi sub tributo fideliter deseruiret, prout 2. Paralip. 36. describitur, quod implere exegit iustitia. [Vicesimū & primum annum ætatis habebat Zedechias cum regnare cepisset, & 11. annis regnauit in Hierusalem. Nomen matris eius erat Hamital, filia Hieremias de Loabna. Et fecit malum coram dño, iuxta oia quæ fecerat Ioachin. Iracebatur em̄ dñs cōtra Hierusalem & cōtra Iudam,] p̄propter ipsorum peccata, idē iusto iudicio subtraxit regibus Iuda iam dictis ac plebi eorum dona gratiæ suæ, qua eis deficiente, peccauerunt grauissimē. Idonec projiceret eos à facie sua. i. in captiuitatem & mortem ac transmigrationem redigeret. [Recessitq; Zedechias à rege Babylonis,] p̄ rebellionem & negationem tributi, violationemq; iuramenti. Vndē Ezechiel de ipso disseruit: Nunq; d; dissoluit pactum, effugiet? Ecce existo pensatur cap. qualiter Deus per vnum principem iuste puniat peccata alterius. Cū em̄ reges Assyriorum diu tribulassent & oppressissent regna terrarum, cœperunt a rege Aegypti grauiter impugnari. Cumque rex Aegypti Syriam & regnum Iudæ vastasset, a rege Babylonis deuictus est, à quo etiā regnum Iudæ est dissipatum. Cū verò completa fuisset Chaldæorum malitia, destructa est à Persis ac Medis eorum monarchia. Monarchia quoq; Persarum à Græcis, hoc est, ab Alexandro Magno destructa est. Præterea ex pharibitis elucefcit, q; verē Salamon sit loquutus: Cōsidera opera Dei, q; ne mo possit corrigere quem ille despexerit. Nam quis vexatio dare solet intellectū, tñ cūcti p̄sati filij regis Iosias in tot vexationib; & pressuris māserunt in sua malitia: vidēs q; postior p̄decessoris sui deiectionē ac populi vastitatē, nō se correxit nec credidit, nec verbis Hieremias cœquerūt, idcirco oportet nos iugiter esse timoratos ac huiles, formidādō occulta Dei iudicia, & cōsiderādō, de-

desendo, ac deinceps sollicitē deuitando propria vitia, ne (quod absit) relinquamur à gratia & induremur, atque in propria cæcitate ac pertinacia, imò & cordis insensibilitate relictī, æternaliter pereamus.

¶ Expositio cap. 25. & vltimi: Factum est autē anno 9. regni eius &c. Art. 27.
FInis regni Iuda, quod ad lōgum tempus defecit, hoc loco describitur. [Factum est autē anno nono regni eius] videlicet Zedechiæ, [in mēse decimo, decima die mēsis, venit Nabuchodonosor ipse, & omnis exercitus] Iesus Hierusalem, & circūdederunt eam, & extruxerunt in circuitu eius munitio[n]es [hoc est, bellica instrumenta & machinas ad vrbe[m] demoliedam.] [Et clausa est ciuitas.] Id est, portas eius clauserunt ciues, ne eam Chaldæi intrarent [atq; vallata] foris ab hostibus [vsque ad vndecimum annum regis Zedechiæ, nona die mēsis. Jscq; quasi per tres annos fuit obfessa, ex quo patet fortitudo, & quasi inexpugnabilitas ciuitatis, quādiu habitatores eius victualia habuissent. Iosephus tamen dicit, quōd decem & nouem mensibus fuit obfessa, & rursus ex tam diuturna obsidione claret feruor, crudelitas, animositas regis Babylonis ad obtinendum hanc vrbe[m], atque ad p̄ualēdum aduersarijs suis. Nempe Zedechias à tributo regis Chaldæorum cupiens releuari, misit ad regem Aegypti, vt inuicē[m] se iouarent, quatenus à iugo regis Babylonis se possent excutere: quo cognito, rex ille cum grandi exercitu venit obsidere Zedechiam in vrbe Hierusalem. [Præualuitque fames in ciuitate,] hoc est, in habitatoribus Hierusalem, quia infra totum tempus præfatæ obsidionis nemo poterat victualia in vrbe[m] illam perducere. [Nec erat panis] id est, alimentum [populo terræ.] Quia & in alijs vrbe[m] regni Iudæ fuit caristia, eo quōd Chaldæi omnia occupassent, & vastassent in territorio illo. [Et interrupta est ciuitas.] Hier. 39. habetur: Aperta est ciuitas, non vtique à ciuib; suis, sed violentia Chaldæorum, qui in muris & portis Hierusalem fecerunt cum machinis suis aliquas aperturas. Vndē Iosephus narrat, quōd rex & exercitus Babylonis, obfessionem grauius inferebat, faciens turres cum edificijs magnis, aggeresque ingentes exaltans, ex quibus resistebat ciuib; nrentibus pugnare de muro, multasque machinationes erexit, æquans eas muris ciuitatis per circuitum eius. Illi quoq; qui intra vrbe[m] erant, fortiter ac promptissimē resistebant. [Et omnes viri bellatores nocte fugerunt.] Nam circa mediam noctem ciuitas capta est, [per viam portæ quæ est inter duplicem murum.] hoc est, inter duos muros Hierusalem [ad hortum regis. i. iuxta hortum palatii], & per viam illius horti fugerunt. [Porro Chaldæi obsidebant in circuitu ciuitatem.] Fugit itaque Zedechias per viam quæ ducit ad campestria solitudinis, hoc est, per campestrē viam tendentem in eremum. Hinc Iosephus refert, quōd fugit per desertum valdē tutissimum. Quidam tamen Hebræi dicunt, quōd fugit per subterraneam viam, & quōd dominus fecit apparere & currere super viam illam extrinsecus ceruum ac capream, donec rex cum suis à Chaldæis insequētibus est inuentus in loco, vbi de subterranea via exiuit, quod ex scripturis authoritatem non habet, nec textui multum consonare videtur. Idē alij dicunt, q; quidam Iudæi à Chaldæis capti in ciuitate, vel q; antē vitrò exierunt ad Chaldæos, monstra uerunt eis viam, per quam rex inijt fugā. Iosephus verò testatur: Capta ciuitate circa mediam noctem, & principib; Chaldæorum ingressis templum, cognoscens hos Zedechias rex, sumptis vxoribus, & filijs, & principibus, & amicis, fugit per desertum: quod dum à quibusdam traditijs, principibus Chaldæorum indicatum fuisset, diluculo eum persequuti sunt, & oēs bellatores qui erant cum eo, dispersi sunt, quia non poterant eum iuuare, metuebantque capi, qui tñ mox à Chaldæis eos insequentibus, sunt compræhensi, prout à Ieremia satis inuuit. [Et persecutus est exercitus Chaldæorum regem,] compræhenditq; eum in planitie Hiericho, & omnes bellatores qui erant cum eo, dispersi sunt, & reliquerunt eum. Appræhensum ergo regem, duxerunt ad regem Babylonis in Reblatha. J quæ aliō nomine legitur Antiochia nuncupari, in qua Nabuchodonosor erat tunc. [Qui loquutus est cum eo iudicium,] hoc est, rationally ac iudicialiter eum increpauit & accusauit: quia vt Iosephus refert, mox vt vidit eum, cepit eum in fœlicem, impiumq; vocare, & iuramēti sibi facti immemorem, atque ingratum de hoc, quōd eum constituerat regem, & addit: Magnus Deus odio habens tuam nequitiam, subiugauit te nostro imperio. [Filios autem Zedechiæ occidit coram eo,] quod fuit ei graue nimis videre, [et oculos eius effodit,] vinxitq; eum catenis, & adduxit in Babylonem. J quæ oia per alios ei fieri iussit. tunc ergo sicut prædixit Ezechiel, Zedechias Babylonem intrauit, & eam non vidit: atq; vt Hieremias fuit vaticinatus, os eius cum ore regis Babylonis locutum est. Refert Iosephus, q; Ezechiel ex Chaldæa misit epistolam Iudæis in Hierusalem, prænuicians eis calamitates instantes: pseudo verò propheta persuaserunt regi ac populo, non esse credendum Ezechiel nec Hieremias, quia inter se discordarent, eo q; Ezechiel scripsit, q; Zedechias Babylonē non videret, Hieremias autē prophetauit, q; ducendus esset in Babylonem. [In mēse quinto] 11. anni quo captus est Zedechias, [septima die mēsis, ipse est annus 19.] regni [regis Babylonis.] Veruntamen Hiere. 52. scriptum, ipse est annus decimus octauus, quod facilliter concordatur, dicendō,

Ioseph. lib. 10.
ant. lu. ca. 10.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Hiere. 52.
Ioseph. lib. 10.
ant. lu. ca. 10.

quod vltimus illorum annorum, non fuit ex toto completus, ideo in Hieremia non computatur. Venit Nabuzaradan princeps exercitus, seruus regis Babylonis in Hierusalem, & succendit domum dñi. Vnde Ezech. 9. fuit pdictum: A sanctuario meo incipite. Iussit aut rex Babylonis templum incendi, non ex cōtempriu Dei Israel, quasi putaret illum cultu indignum, sed qm̄ reputauit Iudæos templo Dei indignos. Vnde vt Hiere. 25. habetur, princeps militiæ dixit ad Hieremiam: Dñs locutus est malum super locum istum, & factus est vobis sermo hic. Peccastis em̄ dño. & domum regis & domos Hierusalem, oēm̄q; domum combussit, & muros Hierusalem in circuitu destruxit om̄s exercitus Chaldæorum, qui erant cum principe militum: Ine habitantes in ea, amplius rebellarent imperio Chaldæorum. Reliquam aut partem populi q remanserat in ciuitate Hierusalem, & profugos q transfugerat ad regem Babylonis, Iantēq; vi caperent, & ante incendium vr̄bis, & reliquum vulgus transtulit Nabuzaradan princeps militiæ. Ide Iudæa in Chaldæam. Porro perfuga appellatur, q fugit de vna parte, vr̄be, aut regione ad aliam. & de pauperibus terræ reliquit vinitores & agricolas, Iq vineas agrosq; colerent, ne terra in solitudinem redacta, sterilisq; effecta, rex Babylonis nullum ex ea consequeretur emolimentū nec tributū. Columnas aut aereas quæ erant in templo dñi, & bases & mare æneum, quod erat in domo dñi de quibus oibus dictum est in expositione 3. Reg. 7. cōfregunt Chaldæi vt fracta conuenientius secum in Babylonem deferrent, & transtulerunt as om̄e in Babylonem. Ollas quoq; aereas, in quibus carnes coquebant oblata, & trullas, instrumenta quibus cineres cōgregabant aut eruebant de sub altari holocaustorum, & tridentes hoc est, fuscinulas & scyphos, & mortariola, & om̄ia vasa aerea, in quibus ministrabant, tulerunt, nec non & thuribula & phialas: de quibus oibus prælegato tertio lib. dictum est satis, idcirco non decet hic immorari, sed illuc est recurrendū. Quæ aurea, aurea: Ii. aurea vasa collocavit, & secum portauit inter aurea instrumenta atq; clinodias: & iuxta eundem sensum, quæ argentea, argentea tulit princeps militiæ, colūnas duas, mare vnum, & bases quas fecerat rex Salamon in templo dñi. Nō erat pondus aëris oīm vasorum. hoc est, in cognito fuit præ mole magnitudinis ac multitudinis suæ: vel per hyperbolē dictum est hoc, Decem & octo cubitos altitudinis habebat columna vna, & capitellum æreum super se altitudinis trium cubitorum, & retiaculum, & malogranata super capitellum columnæ, om̄ia aerea. Similem & columnam secundam habebat ornatam. Istud intelligēdum est de duabus præcipuis templi columnis, de quarum materia, forma, ornatu, quantitate, & eminentia dictum est præfacto 3. Reg. 7. vbi & concordata sunt, quæ de hac re vidētur in diuersis scripturæ locis ab inuicem dissimulare. Tulit quoq; hoc est, captiuauit & secum duxit, principes militiæ Saraiam sacerdotē primum, pōtificem, & Zophoniam sacerdotem secundū, hoc est, secundi ordinis vel proximum in dignitate post præfulem, quem Iosephus vocat sacerdotem secundarium, & tres ianitores, & de ciuitate eunuchum vnum, qui erat præfectus super bellatores viros. Sicq; vocatur eunuchus non ratione castrationis, sed ex dignitate officij, sicq; in Genesi Ioseph legitur veditus Putiphari eunuchō Pharaonis principi exercitus, vel tales principum officij, ratione castitatis & honestatis dicebant eunuchi. & tres ianitores, q a Ieremia dicitur tres custodes vestibuli, & in Iosepho custodes templi. & quinq; viros de his q steterant coram rege, tanq; ei familiares. In Hieremia autem scriptum est: Et septem viros q videbant faciem regis, i. ei familiaris atq; frequentis aderat, sed numerus minor non excludit maiorem, & forsitan quinq; erant principales, propter quod exprimunt, q steterant coram rege. Quos reperit in ciuitate, & Sopher principem exercitus, qui probabat Tyrones de populo terræ, & sex viros è vulgo, qui inuenti fuerāt in ciuitate. Quos tolens Nabuzaradan princeps militum, duxit ad regem Babylonis in Reblatha, percussitq; eos rex Babylonis, & interfecit eos in Reblatha, in terra Hemath. Et translatus est Iuda, hoc est, populus regni Iudæ, videlicet tribus Iuda, tribus Benjamin, tribusq; Leui de terra sua. Populo autem qui relictus erat in terra Iuda, quem dimiserat Nabuchodonosor rex Babylonis, f. præfatis pauperibus, operarijsq; Iudæis, præfecit Godoliam filium Ahicam, filij Saphan. Iqui vt Iosephus protestatur, fuit vir iustus & mansuetus, & præpositus fuit, vt plebem superstitem gubernaret, regi q; Babylonis tributa solueret regionis sibi ab illo commissæ. Quod cum audissent omnes duces militum, qui sub principe militiæ erant, & inter milites præcipui ac præidentes quibusdam, vt potē millenarij, quinquaenarij, ipsi & viri qui cum ipsis erant, Iqui scilicet manus euaserant Chaldæorum, videlicet quod constituisset rex Babylonis Godoliam tanquam principem, cui terra fuit commissæ, vt sub eo essent securi, vel ad inquirendum & considerandum, qualiter negocia se haberent, venerunt ad Godoliam in Maspha, Ismael filius Nathanias, & Iohanan filius Cariah, & Saraia filius Thenheth, Netophathites, & Iazonias filius Maachati, ipsi & socij eorum. Iuravitq; Godolias ipsis & socijs eorū, dicens: Nolite timere seruire Chaldæis. Manete in terra, & seruite regi Babylonis, & benè erit vobis. hoc est, cum iuramento promisit eis securitatem, dummodo subesse vellent Chaldæis. Factum est autem in mense septimo, venit Ismael filius Nathanias filij

Ioseph. lib. 10. ant. Iu. ca. 10.

Gen. 39.

Hiere. 12. Iose. lib. 10. ant. Iu. ca. 10.

Hiere. 52.

Ioseph. lib. 10. ant. Iu. ca. 10.

lij Elisama de semine regio, hoc est, de progenie regum Iuda, & decem viri cum eo, Jimō & plures, vt creditur, sed decem fuerunt principales. Percusseruntq; hoc est, occiderunt Godoliam. Qui & mortuus est. Sed & Iudæos & Chaldæos qui erant cum eo in Maspha, Ivel quia Godolias principatui inuidebant, cum ipse esset de semine Regum, non Godolias, vel ex odio regis Babylonis. Nam & Chaldæos qui erant cum Godolia, occidit. Refert Iosephus quod Godolias Ismael & suos splendide refecit, & sæpè ab Ismaele inuitatus, vino se inebriauit, atq; ex ebrietate in soporem resolutum occidit. Ista historia, sed & sequēs, in Hieremia diffusè habetur, & hic nō nisi breuissimè tangitur. Consurgensq; omnis populus Iudæorum ibi residuus, I paruo vsque ad minimum, & principes militum, I. duces præfacti, venerunt in Aegyptum, timentes Chaldæos. Timebant enim à Chaldæis malè tractari, propter Godolig & Chaldæorum, qui secum erant, interfectionem. Hieremias tamen consuluit eis oppositum, & cum nolent suo consilio obtemperare, perrexit cum eis in Aegyptum. Consequenter recitatur, qualiter Euilmerodach rex Babylonis, qui patri suo Nabuchodonosor successit in regno, eleuauit, exaltauit, & gloriose tractauit ipsum Ioachim, qui ex cōsilio Hieremiæ se tradidit Nabuchodonosor regi, quod faciendo, istam quoque promeruit prosperitatem. Factum est verò in anno 37. transfugationis Ioachin regis Iudæ, mense 12. vicesima & septima die mēsis, subleuauit Euilmerodach rex Babylonis anno quo regnare cœperat, caput Ioachin regis Iuda de carcere, & locutus est ei benigne. Et posuit thronum eius super thronum regum, qui erant cum eo in Babylone, & mutauit vestes eius, quas habuerat in carcere, & comedit panem semper in cōspectu eius cunctis diebus vitæ suæ. Annonam quoque constituit ei sine intermissione, quæ & dabatur ei à rege per singulos dies, omnibus diebus vitæ suæ. Hęc litera satis plana est. Dicunt quoq; aliqui, q Nabuchodonosor rege in amenciam verso, Euilmerodach filij eius regnum assumpsit, & multa commisit flagitia, propter quod pater eius curatus, & in regnum reductus, præfatum suum filium in carcerauit, sicq; cum Ioachim in carcere amicitiam quandam contraxit, ex qua postea sublimatus in regnum, patre suo defuncto, ipsum Ioachim exaltauit, vt dictum est. Iosephus verò tangit, q ideo fecit hoc, quoniam pater suus Nabuchodonosor non seruauit fidem & pactum huic Ioachim, qui ad eum ea conditione exiuit, quod nec sibi nec suis noceret, quod Nabuchodonosor non impleuit. Præterea, vt Iosephus scribit, Templum à Chaldæis cōcrematum est post 370. annos, & menses sex, diesq; 10. ex quo à Salomone fuit constructum. Ab ingressu autem populi in terram promissionis, tunc erant anni mille 60. duo menses, decemq; dies. A diluuiō verò vsque ad vastationem templi, omne tempus fuit annorum mille 957. sex mensum, decem dierum. ex quo factus est Adam, vsque ad ea quæ contigerunt templo, anni sunt tria millia 513. menses sex, dies 10. Veruntamen computatio illa ab aliorum quorundam enumeratione in aliquibus discrepare censetur.

Iose. lib. 10. ant. Iu. ca. 10. Hiere. 4. 43.

Ibid.

Ioseph. lib. 10. ant. Iu. ca. 10.

Idem.

Expositio eiusdem 25. cap. spiritalis. Art. 28.

Testante Apostolo, Omnia in figura contigerunt illis, vt potē populo Iudæorum in veteri testamento, & sicut in populo illo fuit frequens deformatio & ruina, ita & in Christi ecclesia: & sicut Deus omnipotens populum synagogæ per deuotos reges ac sacerdotes & sanctos multoties reformauit, atque ad pristinum gratiæ decus reduxit, sic & ecclesiam sæpè collapsam, sæpè reformare dignatus est per sanctos prælatos, per sacros religiososq; viros, per principes virtuosos. Kursus quemadmodum in veteri testamento maxima causa ruinæ ac deformationis in synagoga, fuit regum, aliorumq; præsentium detestabilis vita, negligentia, in exemplaritasq; aperta, ita planè in tota ecclesia Dei, causa potissima totius dissolutionis, corruptionis, carnalitates lapsus, est. prælatorum principumq; ruina, præsertim episcoporum, quorum est vniuersam eis commissam diocesim efficaciter gubernare, deformata & lapsa mox reparare, bona conseruare atque perficere, præceptum fraternæ correctionis sine personarum acceptione infatigabiliter adimplere. Iterum, sicut populus Israel paulatim & successiuè est victus, captus, translatus, quousque regnum eius omnino desecisse videtur ad longum tempus, ita quod non nisi paucissimi in ea manserunt Israelite, ita ecclesia ab inuisibilibus hostibus ac visibilibus inimicis persecutoribus, & tyrannis, Saracenis, hereticis, ac cæteris perfidis frequentissimè & acerrimè est impugnata, & pro magna parte deuicta, suisq; terris ac regionibus destituta. Adhuc aut sicut populus Israel in duo diuisus regna, contra se inuicem asiduè dimicauit, quousque per extraneos gmulos est abducta: sic Christianorum reges ac principes & subiecti, frequenter nimis & lamentabiliter contra se inuicem præliantur: & sicut ab Assyrijs & Chaldæis grauius sunt oppressi Israelite, sic Christiani fideles à Teucris & Sarracenis vehementius sunt vastati, & terris suis, imò & terra sancta priuati. Itaque per reges Iuda virtuosos, signantur electi, idoneiq; prælati, & reges ac principes timorati. Porro, per reges Iuda iniquos, præfigurati sunt prauis & scandalosis, carnales & negligēs pastores, reges ac dñi temporales: & sicut in veteri lege nō solum iniqui reges ac prauis Iudæ: ab inuisibilibus impugnabatur Gentilibus, sed etiam iusti, vt constat de Dauid, Afa, Iosaphat, Ezechias: &

1. Cor. 10.

2. Reg. 8. 15. 2. Par. 20. 4. Reg. 17. vs.

veruntamen diuersimodè, exituque diuerso, quoniam boni præualuerunt, iniqui succubuerunt: sic prælati & præfides Christianorum, & ipsi fideles eis subiecti, non solum prauis ac reprobis, sed item electi & virtuosus, ab inuisibilibus ac visibilibus æmulis impugnantur. Itaque per obsidionem Hierusalem à Chaldæis, præfiguratum est, quod ecclesia militans hostibus suæ salutis vndique circumuallatur, & varijs machinis impugnatur, ita quod interdum panis deest populo terræ, dum fideles tentationibus superantur, passionibus & vitijs obruuntur, calliditate ac fraudibus circumueniuntur, sicque interumpitur ciuitas dei, de qua gloriosa sunt dicta, dum virtutum integritas dissipatur, & prælatorum peruegil sollicitudo, pastoralis custodia, munitio exemplaris deficient. Tunc hostes ingrediuntur ad populum, atque ad libitum debacchantur in plebe Christi. Rex demum & principes fugiunt, dum prælati, prædicatores, & quorum est alios defendere, per vitiorum deuia gradiuntur, nec hostibus se opponunt, sed propria commoda cupientes, in fernalibus lupis animarum & ouium Christi deuoratoribus non reluctantur: sicque & ipsimet damnabilius pereunt, & grauidis strangulantur in anima, eorumque oculi interiores eruantur à rege Babylonis, quia diabolus princeps confusionis, ita eorum obtenebrat corda, quod nec propria, nec subditorum aduertuntur pericula, nec diuini intuentur rigorem iudicii, nec in illam venentur pertrahi terram, in qua nullus est ordo, sed sempiternus horror inhabitat: sicque miserissimi isti nunc feruiunt regi Babylonis, quoniam iugo peccati & seruitute diaboli sunt detenti. In quorum animabus est infelix euersio, & fœda prorsus confusio, dum carnalitas præualet rationi, caro spiritui, concupiscentia voluntati. ¶ Amplius, rex Babylonis filios Zedechiæ, ipso cernente nec resistente, occidit, dum maligni spiritus subditos ad vitia trahunt, ac publice præuaricari suadent: & tamen qui præsumunt, non corripiunt, nec castigant peccantes, siue ex negligentia, siue ex carnali timore, siue ex priuata & inordinata affectione. ¶ Porro exercitus Chaldæorum, est ciues dæmonum, catena vitiorum, congeries peccatorum. Princeps huius exercitus, est dæmon intemperantiæ, spiritus fornicationis, seruo cupiditatis. Iste incendit templum domini, dum congregationem fidelium à veræ charitatis igne in frigidatam, æstu accendit libidinis, appetitu gula, auaritiæ flamma: sicque vasa templi Dei diripiuntur, dum corda diuino obsequio dedita, ad iniquitatem flectuntur, & membra corporis, quæ primò seruiuerunt munditiæ ac virtuti in sanctificationem, exhibentur arma iniquitatis peccato in perditionem. Tunc omnis spiritalis decor auferitur fidelibus, & cadunt columnæ, dum qui alios sustentabant, à sua labuntur cõstantia, & vel aduersitate franguntur, vel prosperis extollunt, aut voluptatibus gustus & tactus emolliuntur, & iacent miserabiliter viliterque prostrati, qui in omni virtute & sapientia spiritali deberent esse erecti, stabiles, atque immobiles à medio virtutis, nequaquam deficientes, & abundantes in opere domini semper. ¶ Præterea, transfertur Iuda de terra sua, dum populus Christianus confessioni diuinæ laudis, & accusationi propriæ culpæ deputatus, ac Christo incorporatus, ac cuius sanctorum atque domesticus Dei factus, cadit à statu salutis, & fit Deo ingratus, sicque incorporatur diabolo, & membrum ecclesiæ malignantium, cuius Babylonis, & socius tenebrarum efficitur. Tunc quoque pauperibus terræ qui omnino nihil habent, nisi proprias passiones, peccata & vitia, quibus sunt pleni, in quibus nulla est spiritalis opulentia, hoc est, ambitiosis, carnalibus, & vanis hominibus committitur regimen populi, quorum promotionem desiderat & procurat rex Babylonis, putà diabolus, qui de nulla re amplius gloriatur, quam de promotione carnalium, vitiosorumque hominum ad regimen animarum. Caueant ergo prælati ac principes ouium Christi, vicarij Dei, animarum custodes, ne ista & his similia ipsis contingant, ne aditum præbeant inimicis ad Christi oculos, ne perfodi sinant domus suas, ne prauis exemplis hos perdant, quos Christo lucrari tenentur, ne parvipendant precium sanguinis vnigeniti filij dei, negligendo illorum custodiam ac salutem, pro quorum saluatione sapientissimus ille mercator, tam preciosissimum sanguinem sudit, tam incomparabilem thesaurum expendit, tantum assumpsit laborem, & tam amarissimam pertulit mortem, sed eius accendantur amore, zelo exardescant salutaris fraternæ, ac debitum sui persoluant officij: Ad laudem & gloriam omnipotentis, qui est rex regum & dominus vniuersorum, mutans tempora & ætates, transferens regna atque constituens, qui est super omnia Deus sublimis & benedictus, Amen.

psal. 86.
Iob. 10.
Rom. 6.
1. Cor. 15.
Eph. 2.
Luc. 12.
Apoc. 10.
Dan. 2.

D. DIO.

¶ PRO O E M I V M.



DEVS fecit ex vno omne genus hominum inhabitare super vniuersam faciem terræ, definiens statuta tempora & terminos habitationis eorum. Creator omnipotens, cuius sapientiæ non est finis aut numerus, qui ad imaginem & similitudinem suam condidit hominem, in hoc quoque; assimilauit sibi eundem, quod sicut tota vniuersitas creaturæ ab vno prodijt creatore, sic cuncta hominum multitudo ab vno manauit parente homine, scilicet protoplasto, de cuius costa formata est mulier prima, quod etiam propter mysticam factum est significationem sacramentalem, atque; ob id vt inter homines maior consistat charitatis connexionis, firmitasque; cõcordiæ. Ideo de ciuitate Dei cap. 10. loquitur Augustinus: Ad humanum genus non solum nature similitudine sociandum, verum etiam quadam cognationis necessitudine in vnitatem concordis pacis vinculo colligendum, ex homine vno voluit Deus instituire genus humanum. Quauis autem in Genesi plenius describatur, qualiter factum sit istud, tamen etiam in volumine isto hoc ipsum monstratur. Vocatur quippe hic liber Paralipomenon. Et vt sexto Etymologiarum ait Isidorus, græcè παραλειπομένων, interpretatur Latine, prætermisforum aut derelictorum. Circa quod scribit magister Adam Parisiensis, παραλειποὺν verbum græcum est, significans idem quod relinquo aut præmitto. Et secundum Hieronimum dicitur ἐπὶ τῷ πρῶτῳ, quod est præter, & ἐπιπλεῖς, quod est suppleo, & μὴν, quod est defectus, quasi prætermisforum suppleo defectum. Quoniam ea quæ in lege, & præsertim quæ in libris Regum omissa sunt, vel non plenè relata, summam ac breuiter in isto exprimentur volumine. Propter quod secundum Hieronimum liber hic, dici potest χρονολόγιον totius sacræ scripturæ, ad cuius intellectum plenius obtinendum præcipuè confert. Hinc rursus scribit S. Hieronymus in epistola ad Paulinum, quæ est prologus totius scripturæ diuinæ: Paralipomenon liber instrumenti veteris epitome, tantus ac talis est, vt absque illo, si quis scientiam scripturarum sibi voluerit arrogare, seipsum irrideat. ¶ Porro ἐπιπλεῖς dicitur abbreviatio sermonis, ab ἐπι, quod est supra, & πλεῖς, quod est seorsum siue diuisio, quasi præciso abbreviatioque; sermonis, quoniam compendiosè colligit prætermismissa. Itaque; liber Paralipomenon existens epitome, scilicet abbreviatio veteris instrumenti, scilicet veteris testamenti, quod dicitur instrumentum, vel quoniam instruit in fide & moribus, vel quia vitimur eo ad noui testamenti probationem, est tantus ac talis, scilicet tam sententiosus & utilis, quod seipsum decipiat, si quis voluerit sibi arrogare, scilicet superbè attribuere scientiam scripturarum absque; illo, scilicet sine intellectu libri illius. ¶ Denique; specialiter in duobus Paralipomenon libris suppletur ac describitur ea, quæ in libris Regum omissa fuerunt de Dauid, Salomone, successoribusque; eorum vsque; ad Zedechiam. Idcirco in præfata epistola addit Hieronymus: Per singula quippe noia iuncturasque; verborum, prætermismissæ in libris Regum tanguntur historiae, & innumerabiles euangelij explicantur quæstiones. Nam circa descriptionem genealogiæ Christi, quam S. Lucas ascendendo perssequitur vsque; ad Adâ, Sanctus verò Matthæus descendendo ab Abraham vsque; Ioseph, possunt plurimæ quæstiones moueri, quæ ex libro hoc Paral. partim sumunt occasionem, & partim solutionem. Interdum namque; nominant alij præses à Luca, & alij à Matthæo, & prim illorum alia exprimentur vocabula in hoc libro, sicut hoc super Matthæum & Lucam plenius scriptum, de clarauit ac soluit. ¶ Præterea; liber iste Hebraicè nominat Dibre Haiamim, scilicet verba dierum seu χρονολόγιον, scilicet temporale, & ἐπὶ τῷ χρονοῖς, quod est tempus, quia cõplectitur totum tempus ab Adâ vsque; ad finem Regum Iuda. Terminatur quoque; hoc nomè Dibre Haiamim in m, non in n. Ait enim Hiero. & habetur in glossa super Gen. Errat qui putat, quod Beniamin filius dierum interpretet. Dextera namque; dexteræ laminæ, & terminat in n. Dies verò appellatur Iamim, & finit in m. Cum itaque; Dibre haiamim interpretetur verba dierum, & nõ verba dexteræ, cõstat quod terminet in m. ¶ Quærentur, quis librum istum ediderit. Ad hoc alij dicunt, incertum esse quæ cõposuerit eum. Vnde & status Adâ: Quis (inquit) scripserit Dibre haiamim, ignoratur, propter quod inter apocrypha deberet cõputari. Tamen inter Agiographa cõputat. Alij verò dicunt, quod sicut Hieremias cõposuit seu in vno cõpexit libros Regum, quod inde patet, quoniam id est finis libri Hieremij & libri Regum: sic author Paral. fuerit Esdras. Nã finis 2. lib. Paral. est idem cum principio lib. Esdræ. Hinc scribit Lyra: Quauis alij dicant authorẽ huius libri nesciri, tamen R. Salomõ Hebræus dicit, quod Esdras ipsum cõscripsit, ad perfectionem veteris testamenti, quod postremò, pro certo tenendum est, quod principalis author huius voluminis fuerit spiritus sanctus, qui per aliquem sanctum virum edidit librum istum, qui inter scripturas canonicas ab ecclesia cõputatur.

A. Cor. 17.

Psal. 144.

Psal. 146.

Gen. 1.2.

Gen. 2.

Augustinus.

Gen. 1.23.4.

Hiero.

Idem.

Idem.

Luc. 3.

Matt. 1.

Hieronim.

Gen. 35.

Hiero. 54.

4. Reg. 25.

R. Salomõ

Continet liber iste gesta aliqua tēporum ab exordio mūdi vsq; ad Babylonicā captiuitatē, idēd author incipit ab Adā, & descēdit per intermedios p̄ses vsq; ad Dauid, quāq; & alia describit gñationes diuersas, & ea quæ in Genesi scripta sunt, replicat. Incipit ergo ab Adam, & per ordinē nominat decē viros, quorum primus est Adā, à quo alij nouē per lineā generatiōis & successiōis ordinē descēderunt, ita q̄ Noe est decimus ab Adam, includēdo tam ipsū Adam q̄ Noe, quia oīa duntaxat inter eos in ordine successiōis gñatiū fuerunt. [Adam, Seth, Enos, Cainan, Malaleel, Jared, Enoch, Mathusale, Lamech, Noe] Sensus est, q̄ Adam genuit Seth, & ipse Seth genuit Enos, Enos verò genuit Cainan. Sicq; deinceps vsq; ad Noe. ¶ Porro quod subdit, [Sem, Cham, & Iaphet] Non taliter intelligitur, quia vnus eorum non genuit aliū, sed fuerunt simul tres filij Noe. De diurnitate vitæ prefatorum decē, & de cōcernētibus eos, scriptum est in Genesi. ¶ Deniq; post Adam nominauit filiū eius Seth, qui tū p̄ Cain & Abel est natus, sed duos illos dimisit intactos, qm̄ de Abel iusto nullus est natus, & de stirpe Cain noluit loqui aut profecū. Nā & ipsa tota fuit deleta diluuiō. ¶ Consequenter exprimitur septem filij Iapheth, filij Noe. [Filij Iapheth, Gomer, Magog, Madai, & Iauan, Thubal, Mosoch, Thira.] Hoc ipsum scriptum est in Genesi, de Gomer dicti ac geniti sunt Galatæ, secundū Iosephū, quod & Glossa insinuat, de Magog secundum Hieronymum nati sunt Scythæ, qui & Massagetes, vt aliqui opinantur. Veruntū Magog in Ezechiele & Apocalypsi nomē est populi, de Madai orti sunt Medi, de Iauan Græci, de Thubal Hispani, de Mosoch Cappadoces, de Thira Trachæi seu Thraces. Hæ septem gentes ad aquilonem morantur secundum Glossam. [Porro filij Gomer Ascanes & Riphath, & Thogorma] Istud quoq; in Genesi scriptū est, tamen in Genesi dicitur Riphath, Ascanes, hos Græci nominant Rheginos, de Thogorma nati sunt Phryges. [Filij autē Iauan Helisa] à quo descēderūt Helisei, i. Græci, qui p̄dit (vt legitur) vocati sunt Aeolides. [& Tharsisa,] de quo nati sunt secundum Iosephū Cilices, quorum metropolis dicitur Tharsus, de quo Paulus apostolus natus se perhibet. [Cethim & Dodanim.] de quo Rhodij. Sic em̄ 70. trāstulerunt. ¶ Circa hæc fertur in Glossa: Legamus libros de antiquitatibus, & videbimus penē omnes insulas, & totius orbis littora terrasq; maritimas Græcis accolis occupatas, quia ab Amano Tauro oīa possederunt, vsq; ad mare Britanicum. Sequitur descriptio gñationis Cham filij Noe. [Filij Cham Chus] à quo Aethiopes. Nā vsq; in præsens Aethiopia ab Hebræis Chus appellatur. [& Misraim] à quo Aegyptij nati sunt. [Phuth] à quo Libyes seu Phuthæi, [& Chanaan] à quo Chanaanæi. [Filij autē Chus] fuerunt [Saba] à quo Sabæi, [& Heuila] à quo Getuli in remotiori maioriq; Africa, iuxta eremum commorates. [Sabatha] à quo Sabatheni, qui & Astabari dicuntur. [& Regma & Saba] bathacha. Porro filij Regma, & Saba, & Dadan. ¶ Posteritates horum, sicut & aliorum plurimum, secundum Hieronymum ignorantur, qm̄ bellis attritæ sunt vel depulsa, & pristina nomina perdidit. [Chus autem genuit Nimrod.] iste cœpit esse potens in terra. [Oīa ista in Genesi diffuse exposita sunt, Nimrod iste, vt Iosephus scribit, in consuetudine tyrannidē arripuit, & noua cupiditate regnandi, plurimos sibi attraxit ac subdidit, quos à diuino retrahens cultu, instigauit ad Babylonicæ ædificium turris. [Misraim verò genuit Ludim, & Ananim, & Laabim, & Nephthuhim, Phetrusim quoq; & Chasluhim.] Ponuntur hic nomina sex filiorum Misraim, quorum posteritates ex causa prædicta ignorātur, nisi q̄ vt i textu dī, de Phetrusim & Chasluhim [gressi] hoc est, nati [sunt Philistim & Caphturim] i. duæ gentes sic dictæ, ex duobus fratribus illis progenitæ. [Chanaan verò genuit Sidonem primogenitum suum] à quo cōdita est vrbs nomine Sidon in regione Phœnicis. Sicq; Sidon interdum est proprium nomen viri, aliquādo vrbs, quandoq; autem est nomen cōmune populi nati ex præfato Sidone. [Methæum quoq; & Iebusæum, & Amorrhæum, & Gergesæum, Heuzumq; & Arachæum & Synæum, Aradium quoq; & Samaræum & Hemathæum.] Sicq; habuit vn decim filios, qui & in Genesi exprimitur. Et nomina ista interdum accipiuntur cōmuniter pro populis natis ex viris istis. ¶ Porro Arachæus ædificauit vrbem Archas ex opposito Tripolis in monte Libani. Synæus verò oppidum nomine Syn & Samaræus vrbem Samariam, à qua prouincia nomen sortita est, quia Samaria nuncupatur. Hemathæus autē vrbem Hemath, quam Macedones qui post Alexandrum regnauerunt, Epiphaniam nominauerunt, quæ (vt legitur) alio nomine Antiochia est vocata. Horum territoria Deus filij Israel contulit. Ab Aradio quoq; Aradij nati sunt, qui insulam Aradum, seu Aradiā possederunt, angusto freto seu paruo pelago à Phœnicis littore separatam, secundum Hieronymum. Sequitur generatio Sem. [Filij Sem] fuerunt [Elam] à quo Elamitæ & principes Persidis processerunt, qui & vrbem Mitium legitur construxisse, [& Assur] à quo Assyrij, [& Arphachad] à quo Chaldæi, [& Lud] à quo Lydij, [& Aram] à quo Syri, quorū metropolis est Damascus, iuxta illud in Esaiâ: Caput Syriæ Damascus. [Hi sunt filij Aram, Hus & Hul.] Ita habent aliqui textus, q̄ & in Genesi sic habetur. Veruntū verior textus non habet cōplexum hoc, filij autem Aram, quia nec in Hebræo

Gen. 4.5.
Gen. 4.
Gen. 7.
Gen. 10.
Ios. lib. 1.
an. iu. ca. 12.
Hieronym.
Ezech. 39.
Apo. 10.
Gen. 10.
Iosa. lib. 1.
an. iu. ca. 11.
Ato. 22.
Hier.
Gen. 10.
Ios. lib. 1.
an. iu. ca. 12.
Gen. 11.
Gen. 10.
Esa. 7.
Gen. 10.

bræo habetur hoc loco. Nihilominus verum est, q̄ Hus & Hul fuerunt filij Aræ. sed author voluminis huius, nominat eos inter filios Sem, cuius erāt filij mediati seu nepotes. At verò Hus construxit vrbes Trachonitidem atq; Damascū, vbi & tenuit principatum, & ab ipso nominata est terra Hus, quam Septuaginta interpretes Aufitidem, i. australē appellant. nunc in Iob, vbi habemus, Vir erat in terra Hus, transfugerunt, vir erat in terra Aufitidis. de femine huius Hus creditur Iob fuisse. De Hul autē Armenij sunt nati, qui Asiæ partē tenent, ab Euphrate vsq; ad Indiæ mare. ¶ Et Gether & Mosoch. In Genesi dicitur, Gether & Mes, sicq; per Mosoch nunc intelligit Mes. De Gether autē nati leguntur Acharij, & de Mes Messij, qui à Septuaginta vocatur Mosoch, à qui huiusdam Mæones. [Arphachad autē genuit Sale, qui & ipse genuit Heber,] à quo Hebræi nomen sumperunt. [Porro] Ipsi Heber nati sunt filij duo, vni nomen Phaleg, quia in diebus eius diuisa est terra, i. distinctio terræ per regna atq; puincias, diuersaq; noīa ac idiomata facta, cum postea Noe cessassent cōstruere turrim Babel, iuxta illud Gene. Diuisit eos Deus ex illo loco in vniuersas terras. Itaq; Phaleg interpretat diuisio, & si ipse Heber imposuit filio suo hoc nomē ante præfata diuisionem, videtur spū prophético radiasse, quod & Hebræi fatētur, dicētes, q̄ diuisionem istā præuidit in spū, & in signum futuri, filiū suū sic appellauit. Fuit etenim Heber iustus, nec ædificationi turris consensit, propter quod pristina seruauit loquelam, putā Hebræā, quæ mansit in eo & in familia eius, quæ à principio mundi vsq; tunc fuerat cunctis cōmunis, & dicebatur humana. Sed ex tunc cœpit vocari Hebræa, quia māsit in domo Heber. Porro si diuisio illa facta fuit ante natiuitatē Phaleg, tunc dicēdum, q̄ Heber istud nomen imposuit filio suo in signum & rememorationē rei præteritæ. Deniq; Glossa ait: Heber vaticinio quodā filiū suū vocauit Phaleg, qm̄ in diebus eius lingua in Babylone diuisa sunt. Narratq; Philo in libro quæstionū super Genesim, q̄ ex filijs Noe ipso viuentē, nati sunt viginti quatuor millia virorū & cētum, extra mulieres & parulos, & filij Sem habuerunt super se duce Iectan fratrem prædicti Phaleg: filij Cham, Nimroth: filij Iaphet duce habuerunt virum noīe Suphene, qui duces, defuncto Noe, cōuenērūt cum suis agminibus in cāpo Sennaar, vt ibi turres construerent. Cum autē ædificaret, diuisit deus linguas eorum, & mutauit effigies, & non cognouit quisq; fratrem suum, nec audiuit linguā proximi sui. Cum ergo magistri lapides quærebāt, ministri aquā afferebāt: & cum illi quærebant aquā, attulerunt hi stipulam. sicq; cogitatione frustrata, cessauerunt ædificare. Hæc Glossa. [& nomē fratris eius Iectan. Iectan autē genuit Elmodad, & Salech, & Hasformoth, & Iare, Aduram quoq; & Vsal, & Decla, Ebal etiam, & Abimael, & Saba, necnon & Ophir, & Heuila, & Iobab. Oēs isti filij Iectan.] Sicut isti nominatim hic exprimitur in litera, sic & in Genesi, de quibus ait Hieronymus, q̄ nomina posteritatum eorum inuenire nequiuim, qm̄ procul à nobis sunt, & possederunt India regionem, quæ vocatur Iberia. Insuper Alcuinus super Genesim ait: Sem (vt existimāt) sortitus est Asiam, Cham Africam, Iaphet Europā. Iosephus verò apertius: Filij (inquit) Iaphet enauerunt septentrionalem plagam à Tauro & Amano mōtibus Ciliciæ & Syriæ vsq; ad fluiuium Tanaim. In Europa autē vsq; ad terrā Gadirorum. Porro filij Cham à prouincia Syria & Amāo ac Libano montibus, vniuersas terras obtinuerūt, quæ ad mare sunt positæ, & apprehenderunt etiā eas quæ sunt ad Oceanum. Filij autem Sem habitauerunt seorsum, ab Euphrate facientes initium. Amplius, vltimus filiorum Iectan in textu vocatur Iobab, circa quod refert Lyra, Dicunt aliqui, q̄ iste fuerit Iob. Sed aduertendum, q̄ illi, qui dicunt Iob alio nomine dictum Iobab, communiter intelligunt hoc non de isto Iobab, sed de Iobab qui regnauit in Idumæa, & fuit de femine Esau, de quo Esau dicunt sanctum Iob descēdisse, de quo etiam Iobab paulō p̄dī agitur. Consequenter in textu decē viri per ordinem nominatim exprimitur, qui sibi in linea generatiōis successerunt vsq; ad Abraham, qui inter istos est decimus, quem admodum in exordio huius capituli ab Adam vsq; ad Noe, decē expressi sunt: [Sem, Arphachad & Sale, Heber, Phaleg, Ragū, Serug, Nachor, Thare, Abram: iste est Abraham.] quasi dicat, iste est famosus vir ille & patriarcha precipuus, qui primò vocatus est Abram, quod interpretatur, pater excellus, quē postea dominus vocauit Abraham, quod interpretatur pater multarum, & subauditur gentium, quoniam Deus ei prædixit, q̄ multe nationes & gentes ac populi nascituri essent ex eo. Vndē in Genesi scriptum est, Deo loquente ad eum, appellaberis Abraham, quia patrem multarū gentium constituit te. [Filij Abraham] fuerunt [Isaac & Ismael,] inter quos Ismael primogenitus fuit, sed Isaac ei præponitur, quoniam erat magis electus & sanctus, atq; de libera natus, & hoc supernaturaliter atq; per repromissionem, & quia de ipso Christus fuerat nasciturus. [Et hæc generationes eorū. Primogenitū Ismaelis, Nabaioth & Cedar, & Adbeel, & Mabfam, & Masma, & Duma, Massah, Addar, & Thema, Iatur, Naphis, Cedma. Hi sunt filij Ismaelis,] de quo dominus prædixerat Abraham: Duodecim duces generabit. Vnusquisq; enim filiorum Ismaelis, fuit princeps, caput & dux tribus suæ. Dicit quoq; Hieronymus: Omnis regio ab Euphrate vsq; ad mare rubrum, Nabaiothena vocatur, quæ Arabia pars est. De his Genesim 25. plenius scripsit. Filij autē Cethuræ con-

Iob. 1.
Gen. 10.
Gen. 11.
Philo.
Gen. 10.
Hierony.
Alcuinus
Ios. lib. 1.
an. iu. ca. 11.
Gen. 17.
Gen. 12.
Gen. 17.
Gen. 16.
Gal. 4.
Gen. 17.
Hier.

cubina Abraham quos genuit, Zamram, Iecfan, Madan, Madiā, Iesbos, & Sue. Porrō filij Iecfan, Saba & Dadan. Quāuis autē Cethura vocetur Abraham cōcubina, fuit tñ veraciter vxor ipsius iuxta illud Gene. 25. Abraham verō aliam duxit vxorem noīe Cethuram. Cethura autē interpretatur copulata. Vndē vt refert Hieronymus, Hebræi dicunt Cethuram hanc fuisse Agar, quā duxit Abraham Sara viuente: & ea defuncta, rursus introduxit illum in domum suam. Circa hoc recitat Lyra: Dicunt Hebræi, q̄ Cethura ista fuit Agar. Expositores autē catholici dicunt contrarium: quod sonat, quasi expositores catholici generaliter atq; cōcorditer dicerent huius cōtrarium, quod non est ita, præfertim quia & 16. de ciuitate Dei beatus Aug. opinionem Hebræorum præfatā refert, nec reprobāt. Magister quoq; in historijs non reprobāt eam, sed recitat, imō & quidam catholici approbāt eam, præfertim quia vt Iosephus fidelis historiographus Iudæorum hoc ipsum affirmat. Veruntū potius puto, q̄ Cethura fuit alia q̄ Agar, potissimē cū in Genesi dicatur, q̄ Abraham filijs concubinarū largitus est munerā. Vbi nemine dubitante, per concubinas intelligūt Agar atq; Cethura, ad quod super Genesim alia introduxi motiua. Est autē consuetudo scripturæ, vxores minus principales dicere concubinas. Filij autē Dadan, Alurim, & quo secundum Hierony. aliqui dicunt Syros nomen sumpsisse. Videntur quoq; Hieronymus, Iosephusq; sentire, posteros quosdam Abraham maximas terras Indię occupasse & impleuisse, & Lathusim & Laomim. Filij autē Madian quem genuit Abraham ex Cethura. Sicq; Madian interdum est proprium nomē viri, quandoq; verō pro regione, nonnunquā pro vrbe in terra Madian sita accipitur. itaq; filij Madian erāt Ephā & Ephē, & Henoch, & Abida & Ildaa. Omnes hi filij Cethuræ. Quo circa dicit Hieronymus, secundum historicos Hebræorum, filij Cethuræ occupauerūt & inhabitauerunt terrā * Trodōgit atq; Arabiā vsq; ad terminos maris rubri. Affer verō filius Madian, fertur cōtra Lybiam duxisse exercitum & præualuisse ibidem, & quo posteri eius Aphricā nuncupauerunt. Genuit autē Abraham Isaac, cuius filij fuerunt Esau & Israel. Iacob, qui primō vocatus est Iacob, postea ab angelo dictus est Israel, quasi vir videns Deum, vt in Gene. habetur. Filij Esau, Eliphaz, Raguēl, Iehus, Iaalon & Chore. Secundū Hierony. Eliphaz iste fuit vnus trium amicorum Iob, qui cōtra eum dē disputauit, sicut in libro Iob recitatur, quod & Glossa interlinearis in Genesim, insinuat. Filij Eliphaz, Theman, Omer & Sepphi, Gaathā, Cenez, Thamna, Amalec. Ponuntur hīc septē nomina filiorum Eliphaz, quæriq; Glossa Hieronymi, qualiter Thamna ponatur inter filios Eliphaz, cū Gen. 36. conscriptum sit, q̄ Thamna concubina Eliphaz peperit ei Amalec. Ad quod, vt refert Hierony. dicunt Hebræi, q̄ Thāna fuit cōcubina Eliphaz: sed quia nutriuit eam in domo sua tanq̄ prolem, ideo inter eius filios computatur, quod abusiue dictū videtur. Ideo quidam aptius dicūt, q̄ Thamna interdum est nomē viri, vt hīc & infra, cū dicitur, dux Thamna, quandoq; verō nomē est mulieris. Vndē & paulopōst legitur: Soror Lothan fuit Thamna. Filij Rahuel, Naath, Zar, Samna, Meſa. Filij Seir, Lothan, Sobal, Sebeon, Ana, Difon, Eſer, Difan. Filij Lothā, Hori & Homan. Sicut Gen. 26. patet, Esau alijs nominibus dictus est Edom & Seir. Sed hoc loco Seir accipitur pro quodam sic nuncupato, qui diu ante Esau habitauit in Idumæa, & fuit de genere Horæorum, & quo Seir terra illa primō vocata est terra Seir, prout istud super Genesim diffusius fuit expositum. Soror autē Lothan fuit Thamna. Dicit Lyra, q̄ ista Thāna fuit ipſius Eliphaz concubina. Contra quod obijci potest, q̄ Thamna ista fuit soror Lothan, qui fuit filius Seir præfati, qui diu ante Esau cōmoratus ac dominatus est in Idumæa. Sicq; filia eius noīe Thamna, nōn videtur tempore Eliphaz adhuc vixisse, vel saltem concubitu apta fuisse. Ad quod dicendum, q̄ homines illi diu vixerunt, & Horæi illi à filijs Esau fuerunt deuicti, vt Deute. 2. describitur. Sicq; Eliphaz potuit filiam alicuius deuicti concubinam accipere. Nam & Hieronymus contestatur, q̄ Thamna ista fuit concubina Eliphaz iam præfati. Filij Sobal, Aliau, & Manabath & Ebal, Sephi & Onam. Circa hoc fertur in Glossa: Aliau iste de genere Horæorum, vocatur in Genesi Aluan, i. exaltatus. In Paralip. verō Aliau, i. eiectus ad insinuandum q̄ Horæi fuerunt exaltati, anteq̄ filij Esau ceperunt terrā eorum, postea verō eiecti. Filij Sebeō, Aia & Ana. Filij Ana, Difon. Filij Difon Hamaram qui alio nomine vocatus est Amadan, & Eſebam, & Iethran. Qui in Genesi dicitur Zacam. & Charan. Filij Eſer, Balaam, & Zaauan, & Iachan. Filij Difon, Hus & Aram. Isti sunt reges qui imperauerunt in terra Edom, anteq̄ esset rex super filios Israel, Bale filius Boor. Quæmadmodum filij Israel in terram promissionis introductis, primō præfuerunt duces seu iudices à tempore Iosue vsq; Saul, qui fuit rex totius Israeliticæ plebis legitime institutus. Deinde præfuerunt eis reges vsq; ad Babyloniam captiuitatem, qua finita, rursus præerant duces seu principes quidam, qui cōmuniter erant pontifices, & tandem ad modicum tempus quidam eorum regium sibi diadema imposuerunt, putā Ioannes Hyrcanus, vel potius filius eius, & filij eius: sic Idumæi ex Esau orti, primō regebantur per duces, deinde per reges, inter quos primus fuit præfatus Bale, qui in Genesi vocatur Balach: nec fuit Balach ille, qui conduxit hariolū Balaam, qm̄ ille Balach regnauit in Moab

& Madian, & fuit filius Zephor. Deniq; Idumæis præfuerunt reges nati ex semine Abraham per Esau vsq; ad Dauid, qui regiam potestatem abſtulit illis, quando Iob sex mensibus moratus est in terra Edom, quousq; peremit omne masculinum in ea, vt legitur 2. Reg. 11. Postmodum verō iterū per duces sunt gubernati vsq; ad tempus Ioram regis Iuda. Et tunc demū regem sibi conſtituerūt, vt scribitur 4. Reg. 8. Primō itaq; nuperantur in textu reges Idumæorum, postea duces eorum. Et nomen ciuitatis eius Denaba, Iquam Bale prædictus cōdidit atq; inhabitauit. Mortuus est autem Bale, & regnauit pro eo Iobab filius Zare de Bofra. de loco sic nominato. Circa hoc asserit Glossa: Hunc Iobab aliqui suspicantur fuisse Iob, sed Hebræi affirmant eum de stirpe Nachor esse progenitum. Philo autem in libro quaestionum Genesim, asserit sanctū Iob huius fuisse temporibus, & accepisse Dinam filiam Iacob vxorem, ac genuisse ex ea septem filios, & tres filias, tam ante suā tentationis certamen, quā postea. Porrō Ambrosius super epistolam ad Romanos, & Augustinus circa hæc verba fenserunt, q̄ Iobab iste exiterit Iob, sed verius creditur, quōd Iob non fuit de semine Abraham, sed de semine Nachor fratris eius, qui Nachor genuit filios, primogenitum nomine Hus, & fratrem eius Buz, & de illo Hus Iob creditur natus, iuxta illud qd̄ Iob. 1. in exordio libri Iob fertur: Vir erat in terra Hus nomine Iob. & hoc asserit Hieronymus, qui etiam contestatur ipsū Elihu, qui quarto loco contra Iob disceptauit, fuisse de stirpe Buz, propter quod vocatur Buzites in libro Iob, quo legitur: Indignatus est Elihu filius Barachiel Buzites de cognatione Ram, & istud fatetur Hebræi. Cumq; & Iobab fuisset mortuus, regnauit pro eo Husam de terra Themanorum. Theman regio, à Theman filio Eliphaz nomē sumpsit, de quo loco Eliphaz fuit, propter quod Eliphaz Themanites vocatur. Obijt quoq; & Husam, & regnauit pro eo Adad filius Badad, qui percussit Madian. Madianitas in terra Moab, & nomen ciuitatis eius Auith. Secundum Hieronymum, Madian est ciuitas quædam condita ab ultimo filio Abraham & Cethuræ, qui filius dicitur est Madian, & vrbs ista sita est trans Arabiam. Fuit & alia ciuitas nomine Madian, in terra de qua vxor Moſis fuit, imō tota regio illa frequenter Madian nuncupatur. Cumq; Adad fuisset mortuus, regnauit pro eo Semla de Masra. Sed & Semla mortuus est, & regnauit pro eo Saul de Rohoboth. loco seu oppido sic vocato, quæ est sita iuxta Amnē. i. fluiū regionis illius seu Idumææ. Mortuo quoq; Saul, regnauit pro eo Baalhanan filius Achobor. Sed & hic mortuus est, & regnauit pro eo Adad, cuius vrbs nomen fuit Phai. Et appellata est illius vxor Mehetabed filia Mare filie Mezahab. Ponuntur demū hīc & alij reges vsq; ad vltimum regē Edom, qui fuit tempore Dauid, & dicitur est Adad, qui fugit à facie Iobab ad regem Aegypti, vt tertio Regum narratur. Adad autē mortuo, duces pro regibus esse ceperunt. deinde exprimitur duces, qui præfuerunt in Edom post reges prædictos. Estq; vniuersa hæc litera plenius explanata in Gene. Porrō inter hos duces hi numentur. Dux Thamna, dux Alia, dux Ietheth, dux Oolibama, dux Ela, dux Phinon, dux Chenas, dux Themā, dux Mabsar, dux Magdiel, dux Hiran. Hi duces Edom. Dicitur aliqui, q̄ Thamna & Oolibama, hæc duæ personæ erant sceminæ præsidetes, seu ducum quorundam matres, quæ propter strenuitates actū suorū inter duces ponuntur. Et hoc Glossa insinuare ac sentire videtur, dicēdo: Ducum quasdam matres nominant, vt Oolibamā & Thamna. Alij pbabilius dicunt, quōd duo nomina ista equiuoca sunt, nunc vires, nunc sceminas significantia, vt est tactū, & nunc pro viris ducibus accipiuntur, præfertim qm̄ Thamna quæ fuit vxor ipsius Eliphaz, atq; Oolibama vxor ipsius Esau, sue Ibidem. runt tempore ducum Idumæorum diu ante reges eorū præfatos. Postremō, circa illud, Sale genuit Heber, communiter dicitur, q̄ Iudæi ab Heber patriarcha Hebræi vocati sunt. Circa quod scribit Lyra: Hebræi non sunt denominati ab Abraham, quasi Abraham, quibus Augustinus hoc dicere videatur, cū ipse Abraham in Gene. vocetur Hebræus, quo constat, q̄ ab aliquo seniore seu præcedente sortitus sit istud cognomē. Circa quod dico, q̄ August. 16. de ciuitate Dei de hac re loquitur inquisitiuē, non assertiuē, & verum reor, Iosephusq; fatetur, q̄ ab Heber dicantur Hebræi. Veruntamen R. Paulus hoc loco & super Gen. alibiq; frequenter dicit oppositum. Vndē in additione sua super Mattheum ait, quod Iudæi dicūt Hebræi ab Abraham, non ratione huius nominis Abraham, quia sic dicerentur Abrahami, nec dicuntur Hebræi ab Heber, quia eadem ratione Ammonitæ, Moabitæ, Idumæi & Ismaelitæ dicerentur Hebræi, quia descenderunt ab Heber. Sed dicuntur ab Abraham Hebræi alia ratione, videlicet qm̄ Abraham natus fuit in Mesopotamia, inter quā & terram promissionis decurrit fluius magnus, qui Euphrates nominatur, vnus de quatuor fluijs paradisi. Hinc Abraham indē adductus in terrā promissam, & ibi seruis atq; sacrificans Deo, appellatus est Hebræus, i. transfluuialis, quasi de trans flumen Euphraten natus atq; adductus, quemadmodum transmarini aut transmontani dicūtur, qui de partibus vltimamontanis aut vltimarum insularum oriundi. Hebræus quippe vno modo transfluuialis interpretatur. Hæc R. Paulus. Circa quæ dico in primis, stare non posse, q̄ adserit Abraham natum in Mesopotamia, qm̄ natus est in Chaldea, & de ea venit cum patre suo in Aran seu Charram Mesopotamias

Ahor. 6.
Gen. 11.
Aho. 6.
Judith 5.
August.
Hier.
Beda.
Iose. lib. 1.
an. iu. ca. 14.
Gen. 11.
Mala. 1.
1. Par. 1.
Gen. 31. 35.
Gen. 29.
Gen. 30.
Ibidem.
Gen. 38.
malus
Ibid.
Pet. Co.
hist. lib. G.
cap. 89.
Iosue 7.
Matt. 1.
1. Reg. 17.
Ibid.
1. Reg. 15.
1. Reg. 19.
3. Reg. 2.

tamæ vrhem, in qua patre suo defuncto, venit in terram Chanaan, qm̄ in Gen. scriptum est: Tullit itaq; Thare Abram filium suum, & Loth, & Sarai, & eduxit eos de Vr Chaldæorū. Veneruntq; ad Aran, & c. Stephanus quoq; ait in Actis: Exijt Abraham de Vr Chaldæorū, & habitauit in Charrā. Et inde postq̄ mortuus est pater eius, transiit illum Deus in terrā istam, videlicet Chanaan. Insuper in libro Iudith, Achior loquitur de Iudeis, Populus iste de pgenie Chaldæorum est, & primū in Mesopotamia habitauit. Præterea Aug. 16. de ciuitate Dei sic ait: Sicut scriptura sancta indicante didicimus, in terra Chaldæorum natus est Abraham. Idem dicunt Hieronymus, Beda, Strabus, imō & Iosephus. Præterea satis pbabatur est, q̄ tempore Abraham huius Mesopotamia in terra Chanaan habitauerūt. Cur ergo non etiā ipsi Hebræi vocati sunt, i. transiuiuales? Argumētum quoq; R. Pauli non valet. Soli em̄ Iudæi, qui ex Abraham nati sunt per principalem eius cōiugem sanctā Sarā, fuerunt principales ac pprii posteri eius, & ipsius fidē sequuti sunt, vt potē filij Iacob seu Israel. Vndē dñs dixit ad Abraham: In Isac vocabitur tibi semē. Et quauis Esau quoq; de Isaac natus sit, non tñ fuit electus vt Iacob, iuxta quod scriptum est: Iacob dilexi, Esau autē odio habui. Itaq; qm̄ Abraham fidem & sanctimoniam Heber patriarchæ sectatus est, merito ab ipso Hebræus est appellatus. Vndē & lingua Heber patriarchæ remanēt in Abraham & posteris eius per Iacob, hoc est, in filijs Israel, qui Hebræi vocantur.

¶ Elucidatio cap. 2. Filij autem Israel, Ruben, Simeon, &c. Art. II.

Sicut in primo capitulo actū est de Adam ac posteris eius & genealogijs eorum vsq; ad Iacob patriarcham, ita nunc agitur de ipso Iacob ac filijs eius, specialiter de generatione Iudæ & Caleb. [Filij autē Israel]. ipsius Iacob, cuius solennius nomen est Israel, quia ab angelo sancto ei impositum est, fuerunt [Ruben, Simeon, Leui, Iuda, Isachar & Zabulon.] Hos sex genuit Iacob ex Lia, eodem ordine quo hic ponūtur. [Dan] qui fuit filius Balæ ancillæ Rachelis, [Ioseph, Benjamin] filij Iacob ex Rachele, [Nephthalim] filius Balæ [Gad & Aser] filij Iacob ex Zelpha ancilla Lia, quæ omnia in Genesi patēt. Deindē prosequitur generationē Iudæ, de quo orti sunt reges. [Filij Iudæ] fuerunt, [Her, Onam & Sela.] Hi tres nati sunt ei de filia Sue Chanantide. Circa hoc dicit Lyra: Dixerunt aliqui, q̄ Sue est nomē vxoris Iudæ, quod non est verum. Sed Sue est nomē patris vxoris ipsius Iudæ. Cui assertioni obuiare videtur, quod in Gen. habetur: Euolutus multis diebus, mortua est Sue vxor Iudæ. [Fuit autem Her primogenitus Iudæ] nequam coram domino, & occidit eum. Jabutebatur enim vasculo coniugis, in cuius vltionem facinorosis Deus per angelum bonū & malum protinus eum peremit, atq; vt in Ecclesiastica fertur historia, inuentus est mortuus iuxta vxorem in lecto. Onam quoq; frater Her simili crimine se scedauit, & simili plaga percussus est. Sicq; duo hi sine liberis sunt defuncti. [Thamar autem nurus eius] i. vxor filiorum Iudæ, [peperit ei Phares & Zaram.] Quod qualiter factum sit, Gene. 38. describitur, nec oportet ibi dicta hic iterare. [Omnes ergo filij Iudæ, quinq;] Filij autem Phares [Ioseph & Chamul. Filij quoq; Zare, Zamri & Ethan, & Heman, Chalchal quoq; & Dara, simul quinq;] Filij Charmi, Achan qui turbauit Israel, & peccauit in furto anathematis; [id est, furando aliqua Deo cōsecrata ac separata, fuit occasio, q̄ totus populus Israel magnā incidit turbationem.] Nam quidam fuerunt à viris Hai occisi, & plures fugerunt: quo factō, cæteri omnes vehemētissimē expauerunt. Vndē legitur in libro Iosue: Achan filius Charmi tulit aliquid de anathemate, iratusq; est dominus cōtra filios Israel. Qua autem iustitia Dei factum est hoc, quōd scilicet ppter vnus excessum dominus totum populum sic afflixit, super præfatum Iosue libri, alibiq; expositū est. [Filij Ethan, Azarias] Si Ethan non habuit nisi vnum hunc filium, s. Azariam, ponitur plurale pro singulari, quæadmodum Gene. 46. habetur: Filij Dan vnum, & constat q̄ Dan, non nisi vnum habuit filium. Si verō Ethan habuit & alios liberos, subintelliguntur. [Filij autem Hefrom qui nati sunt ei] fuerunt [Ierahmeel, & Ram, & Calubai, hic est Caleb,] Ram iste, alibi communiter, & in Matthæo vocatur Aram. Et per Calubai intelligitur Caleb, [Porro Ram] i. Aram [genit Aminadab. Aminadab autem genuit Nahafon, principem filiorum Iudæ.] Nahafon quoque genuit Salma, de quo ortus est Booz. [Booz verō genuit Obed, qui & ipse genuit Isai. Isai autē genuit primogenitum Eliab, secundum Abinadab, tertium Samma, quartum Nathanael, quintum Raddai, sextum Ofem, septimum Dauid, quorum sorores fuerunt Zaruia & Abigail.] Ponuntur hic septem filij Isai, quorum vltimus dicitur Dauid. Sed obuiare videtur, quōd primo Regum legitur Isai octo filios habuisse, quorū vltimus & octauus vocatur ibidem Dauid. Ad hoc Glossa respondet: Dicunt Hebræi, Nathan pphetam fuisse filium Samaia filij Isai, quē Nathan ipse Isai sibi adoptauit & enutrit in filium, ideo inter filios eius 1. Regum annumeratur, & vocatur Iohnathan ibi. [Filij Zeruia, Abisai, Ioab & Afael tres.] Abigail autem genuit amasa, qui vultu vir strenuissimus, in tantum quōd absalom fecit eum principem exercitus, & postea Dauid decreuit eū facere exercitus principem pro Ioab. Salomon quoq; tertio Regum vocat eum & ipsum Abner, viros iustos, cuius pater fuit Iether Ismaelites. Circa quod scribit Lyra: Dicunt aliqui Hebræi

bræi, q̄ iste Iether filius Ismaelis, & gentilitate relicta, ad Iudaismum conuersus est. Veruntñ hoc apparentiam nullam habet, si dicere volunt, q̄ fuit immediatus filius Ismaelis, sic em̄ fuisset tempore Dauid plus q̄ 400. annorum, nec verum censetur, q̄ fuit natione Iudæus, & idē Ismaelites vocatus sit, quia ad tempus inter Ismaelitas est peregrinatus. Verius igitur reor, quōd fuit vir multum notabilis natione Ismaelita, & cōuersus ad dñm. Aliās Isai vir timoratus, filiam suam non dedisset illi in coniugem. [Caleb verō,] qui paulō antē vocatus est Calubai, [filius Hefrom accepit vxorem nomine Azuba, de qua genuit Ierioth. Fueruntq; filij eius Iazer & Sobab & Ardon. Cumq; mortua fuisset Azuba, accepit vxorē Caleb Ephrata, quæ peperit ei Hur. Porro Hur genuit Vri, & Vri genuit Beseleel.] Circa hunc locum oritur difficilis questio. Nam glossa dicit, hunc Caleb fuisse vnum de exploratoribus missis à Mose. Glossa quoq; interlinearis affirmat, q̄ Ephrata ista, vxor secunda istius Caleb, fuerit soror Moysi, sicq; Hur fuisset filius huius Caleb ex Maria prædicta, prout textus sonare videtur: sed hoc nō videtur possibile, quia in exitu filiorum Israel de Aegypto, Caleb nondum fuit 40. annorum, Hur autē fuit tunc grandæuæ ætatis, qm̄ Moses ascensus in montem Sinai, commisit ei & Aaron regimen populi, fuitq; pater Vri, & auus Beseleelis, q̄ tunc fuerunt virilis ætatis. Præterea communiter dicitur, q̄ Vr iste fuit maritus Marig, quod & Iosephus tertio antiquitatum libro fatetur, & Hieronymus sentire videtur. Vndē, quemadmodum in Exodo plenius scripsi, per Ephratam istam non videtur Maria soror Moysi intelligenda. Hinc aliqui dicūt, q̄ Hur natus ex Caleb, non fuit maritus Mariæ, sed alius, de quo natum dicunt alium, nomine Vri, patrem Beseleelis, qui fecit tabernaculum Moysi. Aliqui quoque opinantur, q̄ Caleb missus cum Iosue ad explorandum, alter fuit ab isto Caleb, nam & ille vocatur filius Iephonne, iste autē filius Hefrom. Insuper Phares intrauit Aegyptum cum patre suo Iuda, & in Aegypto genuit Hefrom. Si ergo Caleb explorator fuisset filius huius Hefrom, nō potuisset in exitu de Aegypto fuisse tam iuuenis. [Post hæc ingressus est Hefrom ad filiam Machir patris Galaad, & accepit eam.] Vxorē, [cū esset 60. annorum.] Circa hoc oritur questio, qualiter licuerit huic Hefrom de tribu Iudæ ducere coniugem filiam Machir, qui fuit filius Manasse de tribu Ioseph? Ad quod potest non dicere, q̄ istud factum sit in Aegypto, lege Moysi nondum data. Dicunt quoq; expositores nonnulli, q̄ viri poterant accipere coniuges de alia tribu, præsertim in casu quo puellæ non habuerūt hereditatem. Vndē & Dauid sumpsit filiam Saul de tribu Benjamin in vxorem. Sed qualiter sit super hoc sentiendum, super lib. Numer. & Iudic. librum plenius est tractatum. [Quæ peperit ei Segub, Sed & Segub genuit Iair, & possedit 23. ciuitates in terra Galaad.] Secundum glossam, iste est Iair iudex Israel, de quo legitur Iudic. 18. Huic videlicet Tholæ successit Iair Galaadites, qui iudicauit Israel per 20. & duos annos, habens 30. filios, principes ciuitatum 30. in terra Galaad. ¶ Quo circa denud quæritur, quomodo licuit huic Iair nato ex tribu Iudæ, ex parte patris sui habere possessiones has in territorio Galaad, quod pertinuit ad tribum Manassæ, in quo tribus Iudæ sortem non habuit, præsertim cū dominus iusserit funiculum sortium seu hereditatum diuisionem non confundi? Respondetur, quōd vel per adoptionem hoc factum sit, ita q̄ Machir adoptauit præfatum Segub patrē huius Iair in filium. Vel potius iure belli, ita quōd Iair præliando recuperauit oppida in terra Galaad, quæ alieni filijs Israel abstulerunt. Nam subditur: [Cepitq; Gessur & Aram oppida Iair, & Cenath & viculos eius sexaginta ciuitatum. Omnes isti] Præfati fuerunt filij Machir, [mediati aut immediati,] Patris Galaad, [Galaad quandoque est nomen viri nati ex Machir, vt Numerorum vltimo & alibi sæpè habetur, quandoque verō est nomen ciuitatis, interdum regionis, sicq; Machir vocatur pater Galaad, id est, viri sic appellati. Vel pater, id est, caput & princeps terræ sic dicitur.] Cū autem mortuus esset Hefrom, ingressus est Caleb ad Ephrathā, [quod supra iam dixit, nunc asserit factum post mortem Hefrom. Idē ait Glossa, Caleb sociauit sibi Ephratam, patre suo defuncto.] Veruntamen Lyra: In Hebræo (inquit) habetur secundum quosdam, Ingressus est Caleb Ephrata, & est Ephrata hęc nomen ciuitatis, quæ alio nomine dicitur Bethlehē, & est sensus, quōd mortuo Hefrom qui dominabatur in Bethlehem, Caleb filius eius ingressus est illuc, succedens patri. Sed istud videtur ineptē dictum, quoniam Hefrom filius Phares, natus est in Aegypto, & defunctus ibidem, vt ex indubitis monstratur. Vel dato, quōd cum filijs Israel exisset Aegyptum, non tamen intrauit terram pmissionis, nisi Caleb & Iosue intrauerunt. [Habuit quoq; Hefrom vxorem] In nomine [Abia.] Ex hoc pbatur, q̄ aliqui vir & mulier eodē nomine exprimunt. Siquidē Abia qñq; est nomen regis Iudæ nati ex Roboam. ¶ Deniq; an Hefrom habuit istam vxorem simul cum alijs suis cōiugibus, vel post eas, nescit. Attñ tunc licebat marito simul habere plures vxores ex dispensatione diuina explicita, vel interpretatiua siue implicita, prout super quartū Sententiarū doctores declarāt, [q̄ peperit ei Ashur patrē Thecueli, principē vrbis sic nominatæ. Consequenter recitatur generatio primogeniti Hefrom.] Nati sunt autem filij Ierahmeel primogeniti Hefrom, Ram

Num. 13.
Exo. 19.
Iosep. lib. 3.
ant. iu. ca. 2.
Exo. 35.
Num. 13.
Gene. 46.
1. Reg. 18.
Num. 36.
Num. 36.
Num. 26.
1. Reg. 17.

primogenitus eius, & Buna, & Oran, & Ofen, & Ahia: Nam dictū est, q̄ Phares genuit Hefrom, & Hefrom Aram, Aram verò Aminadab, nuncq̄; asserit, q̄ Ierahmei, vult primogenitū Hefrom, ex quibus ostenditur, q̄ genealogia Saluatoris non in toto per primogenitos textitur, quia nec David, nec Salomō, p̄ quos scribitur, primogeniti erāt. [Duxit quoq; vxorē alterā Ierahmeel, nomine Athara, quā fuit mater Onam. Sed & filij Ram primogeniti Ierahmeel, fuerūt Maas, Iamin, & Achar. Onam autē habuit filios, Sammai & Iadan. Filij autē Sammai, Nadab & Abifur. Non tē ro vxoris Abifur, Abihail, q̄ peperit Ahaban & Molid. Filij autē Nadab fuerunt Saled & Appaim. Mortu⁹ est autē Saled absq; liberis: filius verò Appaim, Iesi. Qui Iesi genuit Sefan.] Circa hoc dicit Hieronym⁹, hunc Sefan Hebrēi dicunt esse Elimelech virū Noemi, patrē Mahalon & Chilliō, & idēd scriptū in cōsequētibus, q̄ Sefan nō habuit filios, quoniā duo filij eius absq; liberis mortui sunt. sed huic obuiare videtur, quod sequitur: Porro Sefan genuit Oholai. Ad q̄d forsitan diceretur, q̄ vnus illorū duorū alio noīe nuncupatus sit Oholai, & q̄ author breuiter transiēs, non expressit nomina amborum filiorum Sefan. Sed rursus obijctur, nam paup̄d sit subditur: Sefan autē nō habuit filios. Respōdetur, q̄ filius eius prāfatus, seu & alius, si habuit alium, ante eum sine prole defuncti sunt. Ita q; nō habuit filios superflites. [Filij autē Iada, fratris Sammai, Iether & Ionathan: sed & Iether mortuus est absq; liberis. Porro Ionathan genuit Phaeth & Ziza. Isti fuerunt filij Ierahmeel primogeniti Hefrom. Sefan autē nō habuit filios: sibi superflites, [sed filias, & seruum Aegyptium nomine Ieraha, deditq; ei filiā suā.] videlicet vnā earum, [vxorē] nisi forsitan cum dicitur, sed filias, ponatur pluralē p̄ singulari, quod forsitan in sinuatur, ex eo quod additum est, dedit ei filiā suā vxorē. [quē peperit ei Athai.] Quo circa querendum, qualiter id licuit, cū in Numer. dñs dicat, Oēs viri ducent vxores de tribu & cognatiōe sua, & cūctē sceiē maritos de eadem tribu accipiet. Insuper fuit, phibitum in lege cum alijs genitibus contrahere. Respondendum q̄ seruus ille Aegyptius forisā fuit ad Iudaiismū cōuersus, & cum ita cōuersus poterat Iserahelitā cōtrahere, sicut & Salmō sumpsit Rahab gētilē cōuersam, & Booz Ruth. Et si Sefan iste fuit vir iustus, fecit, quod dictū est, forisā ex diuino instinctu, & p̄pter serui illius p̄bitatē. Si autē nō erat iustus, nō oportet eū excusare in isto. Iusti quoq; aliqñ peccāt. Athai autē genuit Nathā, & Nathā genuit Zabad, Zabad quoq; genuit Ophal, & Ophal genuit Obed, Obed genuit Iehu, Iehu genuit Azariā, Azarias genuit Heles, & Heles genuit Eleasa, Eleasa genuit Sisamai, Sisamai genuit Sellū, Sellū genuit Iecamiā, Iecamiā autē genuit Elisama. Filij autē Caleb fratris Ierahmeel, Mesa, primogenitus eius. Ipse est pater Ziph, Ji. caput seu dñs vrbis, à qua nomen sumperunt Ziphai, qui vrbem habetur, dixerunt ad Saul: Nōne David absconditus est apud nos? [filij] Marafa patris Hebrō. Porro filij Hebrō, Chore & Taphuah, & Recem, & Samma, Jid est, hi ciues vrbis Hebron, nati ex Caleb fuerūt, & certis locis sua noīa cōtulerunt ac reliquerunt. [Sama autem genuit Raham, patrem Ierachaa, & Recem genuit Sammai, Filius Sāmai, Maon, & Maon p̄ Bethsur. Ephra autē cōcubina Caleb, peperit Haran, & Mosa, & Gafes. Porro Haran genuit Gafes. Filij autē Iehaddai Begem, & Iorham, & Gefan, & Phalet, Ephra, & Saaph. Cōcubina Caleb Maacha peperit Saber & Tharhana. Genuit autē Saaph pater Madmana Ji. princeps loci seu oppidi sic vocati, [Sue patrem Machbenna, & patrem Gabaa.] Hoc loco, Sue, est nomen viri, qui fuit p̄f & caput oppidorū istorum, & fuit hęc Gabaa, alia ab ea quā fuit in Benjamin tribu, vt legitur. [Filia verò Caleb fuit Achsa. Hi erāt filij Caleb filij Hur primogeniti Ephrata, Jqui sequuntur: Sobal pater Cariathiarim Ji. oppidi taliter dicti.] Salma pater Bethlehem, Jde qua David est natus. [Hareph pater Bethgader. Fuerunt autem filij Sobal patris Cariathiarim Jhic expositum est. [qui] Sobal videbat dimidium requietionum Ji. medietatē māsionum seu locorum illorū habebat in cura, & iuit ad inspiciendū eadē. Glossa exponit sic: Videbat dimidiū requietionū, i. loca media & fortē accepit iuxta sepulchra p̄iarcharū in Cariatharbe. [& de cognatiōe Cariathiarim.] Jsupple texiuit, Iethrei, & Aphuthei, & Samathei, & Maserei. Ex his egressi sunt Zarai & Esthaol: Jhoc est, ex p̄fatis filijs Sobal, nati sunt habitatores locorū istorū, videlicet Zarai & Esthaol, q̄ erant vrbes ad tribum Iudā pertinentes, vt in libro Iosue legitur. Attamen filij Dan habitauerūt ibi interdum, vbi & Samson sepulchrum fertur. [Filij Salma patris Bethlehēm & Nethophati Jhoc est, viri nati ex Salma, qui fuit pater Bethlehem, & loci alterius fuerunt.] Coronā domus Ioab Jid est, fortē auxiliarij ipsius Ioab principis militiæ regis David, ita quod propter illorum auxilia, ipse & eius familia coronas seu triumphos adeptus est, [& dimidiū requietionis Zarai Jid est, media pars habitātium in Zarai, etiam fuit in his corona domus Ioab, quoniā ammutua societate in p̄glis vtebantur. Vel sensus est, quod dimidium mansionis aut habitatiōnis prāfata vrbis, ad filios Salma pertinuit.] Cognationes quoque scribarum habitātium in Iabes, Jtabes interdum est nomen loci, aliquando viri, & nunc pro viro accipi potest, in cuius domo atque doctrina ac gubernatione scribē residebant, cānentes atq; resonantes Jhoc est, in dei laudibus, psalmis & canticis se occupantes, & legentes in lege assidue. [Et in tabernaculis cōmo

Hiero. Ruth. 5.

Num. 36. Deut. 7.

Ruth. 4. Matth. 1.

1. Reg. 23.

1. Reg. 16.

Iosue. 15. Iosue. 19. Iudic. 16.

rantes Ji. in vmbraclis sub frondibus arborum, non in domibus, sicut in lib. Regum & Hiere. de filijs Rechab habetur. vnde subiungit: Hi sunt Cinei, Ji. posterī Obab cognati Moysi, q̄ Cineus vocatur, propter quod & ipsi dicunt Cinei, Jq̄ venerūt de calore patris domus Rechab, Jid est, de semine prāfati Obab seu Iethro foceri Moysi, sunt exorti: quoniā domus Rechab, videlicet Rechabitā & pater eorum Rechab, descenderūt de Obab, quem aliqui dicunt fuisse ipsū Iethro, alij filium eius fratrem vxoris Moysi. potest quoq; exponi hoc modo: Qui venerunt de calore domus Rechab, de seruire charitatis atq; deuotiōis patrum suorum, quorum seruire & religionem sectati sunt, q̄ etiam seruire in Rechabitis viguit & permanit, ita q̄ nec vnus biberunt, nec domos ædificauerunt, nec agros possederunt, nec vineas, vt patet Hiere. 35. Præterea ad intelligendū prāfata, aduertenda sunt verba Hieronymi referentis: Tradunt Hebræi, labes fuisse peritissimum legis doctorem, in cuius cōspectu sedebāt Cinei, scribāq; ergo canentes ac resonantes, q̄ assidue in loquutione legis versabant. His satis cōcordare videtur quod refert Lyra: Dicunt Hebræi hunc labes fuisse Othoniel, q̄ fuit valdē peritus in lege, propter quod Cinei recedentes de ciuitate sua palmarum, acceperunt ad eum, vt instruerent ab ipso, qm̄ erāt p̄selyti. Præterea super illud, Canentes atq; resonantes, dicit Lyra, i. legētes in libris legis diuinæ, quæ lectiō fit per modum cantus ratione accentus. Cōtra quod scribit sic R. Paulus: Textus sacre scripturæ legitur cōmuniter ab Hebræis in suis scholis, per modū cantus, non ratione accentus, quia accentus posset seruari propriē sine cantu, sed hoc fit ratione sententiæ, vt cōstat peritis in illa lectura. Hinc alio cantu vtuntur in psalterio, alio in p̄phetis, alio in lib. Iob, alio in lib. Prouerb. & huiusmodi, licēt quo ad accentū, vniformiter se habeāt in oibus libris. Et de hoc cū intelligendū est quod dicitur hic, Canentes & c. q̄ Postremo, per labes q̄ interpretat desiccans, vt cōtelligitur Christus, q̄ per ardorem donorum sp̄s sancti corda suorum desiccet fidelium, à fluxu desideriorum carnalium, & omī sapia erat plenissimus. Per Cineos verò & scribas istos deuotos, designant sancti apostoli, & primi discipuli Chri, ac primitiua ecclesia, q̄ desiderio sapientiæ cōfugerunt ad Chri, & de calore sp̄s sancti venerunt, impleueruntq; quod docet vas electionis. Implemini, inquiens, sp̄s sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis & hymnis & canticis sp̄s alibus, canentes & psallentes in cordibus vestris domino. Horum ergo vestigia imitari non pigritemur.

4. Re. 10. Hier. 35. Hieronym⁹. Num. 10.

Hieronym⁹.

R. Paulus.

Col. 3.

¶ Elucidatio cap. 3. David verò hos habuit filios, qui ei nati sunt in Hebron. Art. 3.
Agitur hic de regno David, & progenie prosperitateq; eius, atq; de regibus, qui post Salomonem ac roboam regnauerunt in Iuda. [David verò hos habuit filios, qui ei nati sunt in Hebron] ciuitate, [primogenitum Amnon.] Istud totum habetur 2. Reg. 3. [ex Achinoem Iezrael] de vxore sua nomine Achinoem, oriūda de vrbe nomine Iezrael, quæ in Samaria fuit. Hęc Achinoem David duxit primam post Michol, cū fugisset à facie Saul. [Secundum, Daniel de Abigail Carmelitide:] quia antē morata est in Carmelo vrbe deserti, cum Nabal viro suo priore, & forsitan nata est ibi. Huic obuiare videtur illud secundi Regū 3. Primogenitus David Amnō, & post eū Cheliab de Abigail. Respondetur q̄ id est filius, & fuit binomius, atque vt dicunt Hebræi, primò vocatus est Daniel. Cū enim statim post mortem Nabal David duxisset & imprægnasset Abigail, puero nato, quidam malitiosi deridendo dixerunt q̄ esset filius Nabal. Ideò David puerum appellauit Danielem, qui interpretatur Iudicium DEI, dicens: Iudicet DEVS, id est, per certum signum demonstrat quis sit pater pueri huius. Tunc DEO agēte, vultus infantuli assimilatus est vultui David: idcirco extunc appellauit eum Cheliab, quod interpretatur Quasi pater, id est, patri cōsimilis. [Tertium] filium [Absalon filium Maacha filie Tholomai regis Gesur.] Jid est, regni sic nuncupati. Et queri potest, qua autoritate contra legem accepit gentilem illum in coniugem. Responderi potest, quod traxit eam ad iudaismum, etiam forsitan antequam accepit eam in suam, vel postea saltem, sic que ex dispensatione & inspiratiōe diuina creditur id fecisse, & in hoc casu contra legem non fuit. [Quartum] Adoniam, Jqui patre suo ignorante vsurpauit imperium, [filium hagith, quintum, Saphathiam ex Abital, Sextum, Iethraam,] Jquem Iosephus nominat Nathan, sic que binomius fuit. [de Eglā vxore sua.] Circa hoc ait Glossa: Quæritur, cur sola hęc Eglā vxor David vocatur? Ad quod respondet: Hęc est Michol, quæ inter multas sola dicitur vxor, quoniā eam in adolescentia primam accepit, quæ in partu occubuisse asseritur. Hęc Glossa. Vndē secundi Regum sexto habetur, quod filius filius, vq; ad diē mortis sue. Sed obijci potest, qm̄ diu post recessum David ab Hebron, cū in Hierusalē moraretur, hęc Michol adhuc vixit, insultauitq; regi, eo q̄ ante arcam saltasset. Ad hoc respondendū opinor, q̄ si scriptura hęc Regum & Paralipomenō dicere velit, q̄ p̄fati sex filij nati sint regi David, dum regnauit in Hebron, & anteq̄ regnauit in Hierusalem, saluari non potest, quod Eglā sit Michol, & quod Michol pariendo occubuit. Si autem scriptura nō intendit hoc dicere, quod tamen videtur intēdere, dici posset, q̄ Eglā seu Michol partu suo instante, aut antē in Hebron reuerfa sit, ibiq; peperit, & pariēdo descendit, quam solutiōem Magister in historijs tēgit. [Sex ergo

3. Reg. 1. Iose. lib. 7. an. I. ca. 1. 1. Re. 18.

2. Reg. 6.

nati sunt ei in Hebron, ubi regnavit David super tribum Iuda duntaxat, 7 annis & 6 mensibus. Triginta autem & 3 annis regnavit in Hierusalem. Tertio Regum habetur, quod in Hebron regnavit 7 annis, & in Hierusalem 30. & 3. sicque in toto 40. Quomodo ergo adduntur hic menses sex? Respondetur, quod scriptura 3. Reg. 2. præallegata, non curat has minutias temporis. Hebræi autem dicunt, quod David sex mensibus fugit ab Absalone, ideo menses illi 3. reg. 2. omittunt. Veruntamen 2. reg. 5. exprimitur, sed ex prædictis patet iustitia David circa vxores suas, quoniam unicuique earum opportuno tempore reddidit debitum, non despiciens unam pro alia, quibus duæ earum essent filie Regum, nec ex libidine, sed desiderio proliis ad Dei obsequium educandæ accipit tam multas dispensationes diuina. [Porro in Hierusalem nati sunt ei filij] & etiam filie, ut dicitur 2. Reg. 5. ubi etiam accepit & alias coniuges. [Sammaa & Sobab & Nathan] non ille propheta, [Salamo, quatuor] filij [de Bethsaba filia Amiel.] 2. Reg. 11. legitur: Filia Eliam. Nam pater eius fertur fuisse binomius. Dicunt aliqui, quod Sammaa & Sobab & Nathan fuerunt naturales atque legitimi filij Vriæ ex Bethsaba, & quod Vria defuncto, David sumpta Bethsaba, adoptauit illos tres sibi in filios: quod probant, quoniam Prouerb. 4. Salamon ait: Unigenitus fui coram matre mea. Sed obijci potest, quoniam 2. Reg. 5. dicitur absolute, quod isti quatuor nati sunt ei in Hierusalem, & hic, quod nati sunt ei ex Bethsabee. Veruntamen apparentiam magnam præteritæ positioni adducit, quod 2. Reg. 12. scriptum est, quemadmodum David primò genuit ex Bethsabee infantulum, quod septimo obiit die, & post illum immediate ex ea genuit Salamonem, qui hic ponitur inter præfatos quatuor vltimos. Deinde nominantur in litera alij multi filij David. [Lebahar quoque & Elisama, & Eliphale, & Nage, & Napheg, & Iaphia, necnon Elisama & Eliada, & Eliphale, nouem. Omnes hi filij David absque filiis concubinarum.] 2. Reg. 15. legitur David reliquisse in Hierusalem decem concubinas ad custodiendam domum, nec dubium, quin fuerint vxores eius legitime, non adulteræ. Sed dictæ sunt concubine, quoniam secundariæ & minus principales eius vxores fuerunt, sicut Gene. 29. & 30. Bala & Zelpha vocantur concubinae Iacob, quæ & eius vxores vocantur ibidem. [Habueruntque] sororem Thamar, quæ fuit soror Absalonis ex parte patris & matris, aliorum solum ex parte patris. Habuerunt quoque & alias multas sorores, cum 2. Reg. 13. dicitur, quod filia David regis taribus vestibus utebantur. Cur igitur specialiter exprimitur ista? An propter commemorationem magnæ turbationis, quæ occasione ipsius orta est? Nam propter pulchritudinem eius, frater eius Amnon eam oppressit. Propter quod ab Absalone occisus est. [Filius autem Salamonis] fuit Roboam, de quo Ecc. 47. legitur, quod Salamon reliquit post se stultitiam. Deinde numerantur reges Iudæ: cuius Abia filius genuit Asa. De hoc quoque natus est Iosaphat pater Ioram. Qui Ioram genuit Oziam, ex quo ortus est Ioas, & huius Amazias filius genuit Azariam. Porro Azariæ filius Ioathan procreauit Achaz patrem Ezechie, de quo natus est Manasses. Sed & Manasses genuit Amnon patrem Iosæ. Filij autem Iosæ fuerunt primogenitus Iohanan, secundus Ioachim, tertius Sedechias, quartus Sellum. 14. Reg. 23. & 24. non fit mentio de Iohannan, neque de Sellum, sed nominantur ibi tres filij Iosæ, videlicet Ioachaz, quem captiuum abduxit rex Aegypti. Secundus Eliachim, quem rex ille Ioakim nuncupauit. Tertius mathanias, quem Nabuchodonosor vocauit Sedechiam. Hinc aliqui dicunt, quod Iohannan sit idem qui Ioachaz, de Sellum verò sit fermo Hier. 22. & dicunt nonnulli, quod fuit ipse qui Zedechias, & tamen vocatus sit filius quartus, quia post Iosiam quarto loco regnavit. Hieronymus autem refert: Opinatur Hebræi quod Iohannan dictus sit Ioachaz, & Sellum. Magister quoque in historijs dicit, Ioachaz & Sellum fuisse eundem, quod etiam videtur ex eo quod scriptum est Hier. 22. Hæc dicit dominus ad Sellum filium Iosæ regem Iuda, qui egressus est de loco isto. Non reuertetur huc amplius, sed in loco ad quem trāstuli eum, ibi morietur. Hoc etiam dixit Hieremias Ioachaz capto à rege Aegypti, & in Aegyptum translato, regnante in Hierusalem fratre suo Ioakim, antequam Zedechias regnauit, ut patet ex verbis in Hieremia sequentibus. Ideo opinio R. Salamonis, qui dixit Sellum fuisse Zedechiam, saluari non valet. Lyra demum hic scribit: Possit dici, quod Sellum fuit quartus filius Iosæ, sed inter alios 4. reg. 23. non numeratur, quia ad regium honorem fuit ineptus, quod etiam stare nequit, cum in ipsa auctoritate legatur regnasse. Veruntamen in textu hoc aperitissimè dicitur, quod quartus filius Iosæ fuerit Sellum, quasi Sellum ille extiterit vltimus filiorum Iosæ. Præterea quæstio oritur, quod Iohanan seu Ioachaz primogenitus Iosæ dicitur, cum Ioakim frater eius fuerit senior eo. Scriptum est enim 4. Reg. 23. quod Ioachaz erat 23. annorum dum cepit regnare, & 3. mensibus regnavit, pro pro quo rex Aegypti constituit regem fratrem ipsius nomine Ioakim, quod fuit 25. annorum quoniam regnare exorsus est. In scholasticis quoque fertur hist. quod mortuo Iosia, populus tulit mediu filium eius, videlicet Ioachaz, & constituit eum regem. R. datur quod Ioachaz dicitur primogenitus, non ratione ætatis, sed regie dignitatis. De Ioakim natus est Iechonias & Zedechias. Iste est Ioakim quoniam antè vocatus erat Eliakim, & regnavit immediate post Ioachaz, atque Matth. 1. vocat Iechonias, cum dicit: Iosias genuit Iechoniam, & fratres eius in transmigratione Babylonis. sed & filius eius quod hic

Hieronymus Pet. Co. hist. li. 4. Re. c. 28.

R. Salamon.

Hier. 22.

Pet. Co. hist. li. 4. Re. c. 28.

4. Reg. 23.

hic vocatur Iechonias, 4. Reg. 24. vocatur Ioakim. Porro Zedechias filius Ioakim, non fuit ille qui regnavit post Ioachim & Iechoniam filium eius. [Filij Iechoniam fuerunt] Afir, Salathiel, Melchias, Phadaia, Sennafer, & Iecania, Ofama & Nadabia. Circa hoc dicit Lyra: Iste Iechonias, cuius filij describuntur post transmigrationem Babylonis, fuit alius à Iechonia filio Ioakim, qui regnavit ante Zedechiam. Unde dicit Hieronymus, quod primus scribitur per k, & m, secundus per ch, & n. Hæc Lyra, circa quod dico verum esse, quod secundum Hieronymum, Iechonias, de quo ait Euang. Matth. 1. Post transmigrationem Babylonis, Iechonias genuit Salathiel, fuit alius à Iechonia, de quo præmisit, Iosias genuit Iechoniam & fratres eius, & c. quoniam vnus fuit pater alterius, ex hoc tamen sequitur, quod Iechonias, cuius filij dicuntur Afir, Salathiel, fuit alius à Iechonia filio Ioakim seu primi Iechoniam filij Iosæ, imò iste Iechonias fuit filius Ioakim filij Iosæ, quod & litera ista designat. Nempe cum dictum est, De Ioakim natus est Iechonias, & Zedechias: mox additum est, Filij Iechoniam fuerunt Afir, Salathiel, & ita hoc dicitur de Iechonia filio Ioakim. [De Phadaia orti sunt] Zorobabel, & Semei. In Matthæo Zorobabel dicitur filius ipsius Salathiel. Similiter in Aggæo & secundo libro Esdræ, & alibi sæpe: quomodo nunc asseritur generatus à Phadaia fratre Salathiel? Respondet Hieronymus: Dicunt Hebræi hæc duo nomina vnus hominis esse, ita quod Phadaia & Salathiel sint nomina eiusdem personæ. Contra quod obijci potest, quod exprimitur hic per interpositionem vocabuli alterius hominis. Hinc quidam dicunt, quod erant fratres, & quod vterque eorum habuit filium Zorobabel nuncupatum. [Zorobabel genuit] Mofollam. Matth. 1. habetur: Zorobabel genuit Abiuth, qui non exprimitur hic. Ideo dici potest, quod vnus horum, alio nomine dictus sit Abiuth, si tamen Phadaia & Salathiel dicantur vna fuisse persona binomia. Zorobabel itaque genuit Mofollam, Hananiam & Salumith forem eorum, Hasabam quoque & Ohol, & Barachiam, & Hasadiam, Iosabhesed quinque. Non quod omnes præfati filij Zorobabel fuerint quinque duntaxat, cum iam septem enumerati sint, sed quod isti post Salumith forem nominati, fuerunt quinque: estque probabile, quod fuerunt hi quinque ex alia matre nati, quæ duo primi, eo quod Salumith appelletur soror illorum duorum, non horum quinque. [Filius autem Hananiae, Phaltias pater] Iesaiæ, cuius filius Rapphaia. Huius quoque filius Arnan, de quo natus est Obdia, cuius filius fuit Sechanias. Filius Sechania: Semeia, cuius filij Harthus, & legal, & Baria, & Naaria, & Saphat, & Sefa, sex numero. Filij isti sunt quinque; tantum, sed vna cum patre suo sunt sex. [Filius Naaria: Elioenai, & Hezechias, & Iazricam tres. Filius Elioenai] Oduia, & Heliasib, & Phelcia, & Accub, & Iohanan, & Dalaia, & Anani, septem.

Hieronymus Mat. 1. Agg. 2. Neh. 5. Hieronymus

¶ Explanatio cap. 4. Filij Iuda, Phares, Hefrom, & Charmi. Art. 4.

Generatio Iudæ patriarchæ nunc plenius enarratur, & de generationibus Simeonis ac Ruben aliquid additur. [Filij Iuda, Phares, Hefrom, & Charmi, & Hur, & Sobal.] Suprà dictum est, quod filij Iudæ fuerunt quinque, videlicet Her & Onam & Sela de sua vxore legitima. Item Phares & Zaram de Thamar, quomodo ergo nunc numerantur quinque filij eius, inter quos solus Phares antè expressus est esse filius Iudæ? Ad hoc dupliciter respondetur: Primò, quod quatuor hic nominati, fuerunt mediati filij, hoc est, nepotes Iudæ. Secundò, iuxta Glossam quæ ait, & sunt verba Hieronymi: Hebræi asserunt, præfatos Iudæ filios hic mutatis nominibus exprimi, ita quod per Hefrom nunc designatur Zaram, per Charmi Her, per Hur Onam, per Sobal Sela. Sed iuxta præhabita, Charmi fuit de tribu Zaram, Hur & Sobal de Caleb. [Rahia verò filius Sobal, genuit] Iahat, de quo nati sunt Achimai & Laod. Hæc generationes Sariathi. Hoc est, generationes iam tactæ, ex Sobal nate, sunt cognationes & tribus Saraitarum, quæ ut dictum est, Sarai & Eschaol primò sunt computatæ inter vrbes tribus Iudæ. [Ista quoque stirps Etham] i. posteritas viri sic dicti, quod fuit filius Zaræ, & filij Etham consequenter hic exprimitur. [Iezrael & Iesema & Iedebos.] Nomè quoque; fororis eorum Azalephû, Iquam Hebræi, secundum Hieronymum, suspicant esse matrè Saronis, de stirpe Iuda gnatum, cui vir fuit de tribu Dan. [Phanuel autem] fuit pater Gedor, hoc est, princeps in loco sic noiato, [Eser pater] Husan. I. loci illius. Nam Iedor & Husa sunt loca à filijs Hur possessa. [Isti] videlicet Phanuel & Eser, sunt filij Hur primogeniti Ephrata, quod fuit vxor Caleb, quæ ex alia coniuge habuit filium ipso Hur priorè, Eprius Bethlehe. Superius dictum est, quod Salma filius Hur, fuit pater Bethlehe, idcirco ipsi Hur ascribitur istud nomen filij sui. [Ashur verò patris] Thecæ erant duæ vxores, Halaa & Naara. Peperit autem ei Naara Abuzam, & Hephher, & Themani, & Ahastari. Isti sunt filij Naara. Porro filij Halaa, Zaret, Izoar, & Ethnan. Cos autem genuit Anub, & Sobeba, & cognatione Aharel, filij Arû. Fuit autem Ieabes inclytus pater fratris sui, hoc est, notabilior & eminentior ipsis. Iste est enim Ieabes, de quo præcedenti cap. habitum est, filij fortis, iustus, atque doctissimus magister scribarum. [Et mater eius vocauit nomè illius Ieabes,] quod interpretatur dolor, ideo subditur dicitur: Quia peperit eum in dolore. [Cõstat quoque mulieres communiter pariant in dolore, ideo per hæc verba insinuat,] quod cum grandi atque insolito dolore peperit eum. Sic & Rachel cum periclitaretur in partu, filium suum vocauit Bennoni, hoc est, filius doloris mei. [Inuocauerat ergo Ieabes Deum Israel, dicens:] Quia

Mat. 1. Agg. 2. Neh. 5. Hieronymus

1. Par. 21

Hieronymus

Hieronymus

1. Par. 26

Ibida

1. Par. 3

Gen. 35

1. Iia

lis fuerit inuocatio ista, elicitur ex eo quod subditur: [Si benedicens benedixeris mihi.] Ex quo constat qd erat inuocatio voto adiuncta, tñ sub cõditionibus, quæ sequunt, videlicet si bñdicens bñdixeris mihi. Est aut cõsuetudo linguæ Hebræe, loq cum tali ingeminatione. Itaq, si bñdicens bñdixeris mihi, i. dona gratiæ tuæ cõtuleris mihi, & multiplicaueris ea in me, & dilataueris terminos meos. Hoc est, terram possessionis meæ, dando mihi victoriam super hostes meos gentiles ac infideles, quorum terram nobis promisisti. Itaq, non ex cupiditate aut ambitione, sed zelo iustitiæ istud optauit. & fuerit manus tua mecum, i. oipotencia tua gratiosè adiuuierit atq; protegerit me, & feceris me à malitiâ nõ opprimi, i. dederis mihi virtutem resistendi ac pualendi tentationibus ac peccatis, p̄sertim quæ ex proposito seu deliberatione cõtinent. Tripliciter qppe cõtigit peccare, vtpote ex infirmitate seu passionis vehementia, ex ignorantia, & ex certa scientia seu proposito, quod propriè vocatur ex malitiâ transgredi. Ex his docemur, qd à malitiâ non opprimi, donum sit Dei, ita qd homo sine auxilio gratiæ nequit vitij præualere, quo hæresis impij cõdemnat Pelagij. Hinc Henoch quoq; raptus & trãslatus est, ne malitiâ mutaret intellectum eius, vt dicit Sap. 4. [Et præstitit.] Deus quæ precatus est. In litera non exprimitur, qd orauit aut vouit. Votum aut propriè est de bono meliori, & de operib; supererogatiõis. Interdum etiam ea quæ sunt de necessitate salutis, voutent, secundũ quod qdam deuoti voutent obseruare p̄cepta diuina: sed qm̄ spiritalia nõ sunt ad tẽporalia referenda, sed ecõuerso, & Ieabes iste vir fuit iustus, cõstat qd aliqd spirituale Deo promisit, vt aliorum informationi intendere, & actibus vitæ cõtempnatiuæ, putã orationi, speculationi, scripturis insistere, ad quæ cooperant & exigunt affluentia gratiæ, tẽporalium cõpetentia, assistentia Dei, immunitas à peccatis. In forma huius p̄missionis, secutus est Ieabes Iacob p̄riarcham, de quo legitur Gen. 27. Vouit etiã votum, dicens: Si fuerit dñs mecum, & custodierit & c. Iacob tñ p̄missionem suam explicauit distictè. [Caleb aut frater Sua.]

1. var. 2. Suprà dicitur est: Filij Hefrom fuerunt Ierahmeel & Ram & Chalubai, vbi per Chalubai intelligitur Caleb, cuius frater nunc dicitur Sua. Vel igitur qd habuit fratrem istum vltra illos duos, vel vt dicunt Hebræi, ille qd ibi vocatus est Ram, nũc Sua nuncupat. [genuit Machir qd fuit pater Esthon.] iste Machir alius fuit ab eo, quem genuit Manasses, vt dicit Gene. 50. [Porro Esthon genuit Bethrapha & Phasse & Themna patrẽ vrbis Nahas.] Per urbem Nahas qdam intelligit Bethlechem, in qua Nahas seu Isai pater David moratus est. Nam Isai alio noie dicitur est Nahas. Vnde Amasa appellatur filius Iether ex Abigail filia Nahas. [Hi sunt viri Rechab.] hoc est, habitatores & ciues loci sic noiat, à quo nomen sumpserunt, vt qdam exponunt. Alij dicunt per Rechab ipsum David intelligi, qm̄ Rechab interpretat tener, & David saterur: Ego sum tener & vnctus rex. [Filij aut Cenaz] fuerunt Othoniel & Saraia. In Iosue libro Caleb vocatus est Cenezus, in eodem quoq; lib. sic ut & hic, Othoniel dicitur esse filius Cenaz. Othoniel verò in Iosue vocat frater Caleb iunior, quod aliq dicunt verum ex parte matris. Sed de his super Iosue dictũ est plenius. Quẽadmodũ etiam tacitum est, qdam dicunt p̄fatum Ieabes fuisse Othoniel. [Porro filij Othoniel, Harhath & Maonathi. Maonathi genuit Ophra. Saraia aut genuit loab patrẽ vallis artificum, ibi qppe artifices erant.] Istud qdam exponunt de loab filio Zeruij, quem loab dicitur fuisse patrẽ vallis artificum, eo qd de eius filijs nati sint artifices, qd habitauerunt in valle sic dicta. Hinc ait Glossa: De Saraia dicit loab prodisse, q iuxta nois interpretationẽ dicit pater vallis artificum, qd de filijs eius fuerunt architecti, qd edificauerunt domum dñi. Alij dicunt qd loab filius Saraia, nõ fuit princeps iste militie. [Filij vero Caleb filij Iephonne, fuerunt Hir & Eja & Nahem. Filij quoq; Ela Cenaz. Filij quoq; lalaleel, Ziph & Zipha, Thiria & Asarael.] Suprà dicitur est, qd Caleb fuit filius Hefrom. Ideo qdam affirmant eundẽ virum fuisse binomium, ita qd pater Caleb vocatus est Hefrom & Iephonne. Alij opinant qd Iephonne accipiat hic non pro p̄p̄rio hois noie, sed quasi appellatiuè, quod interpretatur diuertẽs: vt Caleb dicatur filius Iephonne, i. diuertẽs hois, qd diuertit se à p̄uersitate exploratorum detrahentiũ terræ p̄missionis, iuxta quem modum aliqui dicitur filij incõstantiæ aut filius mortis. [Et filij Ezra fuerunt Iether & Mered & Epher & Ialon. genuitq; Marisam.] Circa hoc scribit Hieronymus: Dicunt Hebræi, qd Ezra fuit Amram pater Mosi & Aaron, & quod Iether extitit Aaron, Mered verò Moses, Epher verò & Ialon dicunt fuisse Eldad & Medad, q inter septuaginta erant descripti. Et quod dictum est, genuitq; Marisam, exponit de Ezra seu Amram, cuius filia fuit Maria Mosi soror. Alij reprobat istud, qm̄ hic non agit de genealogia Leui, sed Iudæ. p̄pter quod dicunt hanc Mariam aliam esse ab illa. Veruntã agnoscendũ, qd in descriptione genealogiæ vnus tribus, interdum incidentaliter aliqd de genealogia tribus alteri admiscetur. f. & Sammai, & Iesbah patrẽ Esthama. [Secundũ Glossam ex Hieronymo sumptã, per Sammai, Hebræi intelligunt iterum Mosẽ, q interpretat calestis. Per Iesbah, q interpretat collaudatio, Aaron, q vocatur pater Esthama, i. ignis, qm̄ filij Aaron sacrificia igne adolebãt seu incendebant. q Insuper multa noia cõtinuatiuè sequentia, exponunt de Mose, propter diuersas actiones & proprietates ipsius, vt sit sensus: Vxor quoque eius, vtpote Ezra seu Amram, Iudæa quæ in

Ex-

Exodo Iochabed appellatur, q peperit Iared patrem Gedor. I. Mosẽ q vocatur Iered, qd descendit de monte cum tabulis testamenti: pater Iedor, i. sepi, qd muniuit populum lege tanq sepe. Iered aut interpretat descendens, Iedor sepi. [Et Heber patrem Socho, & Icuthiel patrem Zanoah.] Heber interpretat victor, Socho prophetia. Mosẽ ergo dicitur Heber, qd populum de Pharaonis seruitute redemit, & Dei seruitio iunxit. Et dicitur pater Socho, qm̄ p̄phetariũ extitit doctor. Nominat quoq; Icuthiel, i. speras, qd spem habuit qd populum liberaret: & pater Zanoah, quod interpretat gubernator, qm̄ populum gubernauit in eremo, & sua doctrina gubernat quotidie. [Porro alij aliter ista exponunt, & vt videtur, magis ad literam. Vnde secundũ Lyrã, quod dicitur, Vxor quoq; eius, refertur ad Caleb secundũ Glossam Hebraicam, sic qd Iudæa cõiunx ipsius Caleb, peperit ei p̄nominatos, videlicet Iered patrem Iedor, i. dñm talis loci, & Heber patrem Socho, i. villæ seu oppidi sic vocati, atq; Icuthiel patrem Zanoah, i. huiusmodi loci. [Hi aut filij Bethiæ filiæ Pharaonis, quam accepit Mered.] Secundũ Hieronymũ, iuxta Hebræos, senius est, qd p̄fati q tñ sunt vnus, vtpote ipse Mosẽ, varijs nominib; designatus, sunt filij filiæ Pharaonis quæ Bethia vocatur, quæ mater Mosi nominat, non qd sit mater eius naturalis, sed qm̄ adoptauit eum in filium & enutriuit. Et ipse Mered (id est, Mosẽ) dicitur eam accepisse, qd ad Dei cultum ab idololatria eam conuertit. Sed his obijci possẽt, qd illa filia Pharaonis secundũ Iosephũ vocata est Thermut. Ad quod posset quis rñdere, qd forsã binomia sũt. Alij per Mered intelligunt alium virum quàm Mosẽ, & dicitur qd filiam illam Pharaonis Mered duxit vxorem. Cui expositioni obijciatur, qd in litera non exprimitur alij filij huius Mered ex filia Pharaonis p̄fati, & ita non inuenitur, ad qd referatur quod dicitur, Hi aut filij, & c. Hinc aliq sic exponunt: Hi aut filij Bethiæ filiæ Pharaonis, quam accepit, supple, Caleb in coniugẽ, sunt Mered & aliq non exprimitur. Vel capiendõ plurale pro singulari. Sed ista expositio videtur valde incerta, putã qd Caleb duxerit filiam Pharaonis vxorem, p̄sertim cùm tẽpore Caleb Aegyptij, intm̄ abominabantur Hebræos, nisi forte quis suspicetur, qd fuerit illegitima filia Pharaonis & cõuersa ad iudæismũ, sicq; ex deuotione suam p̄ferit virum Hebræum. [Et filij vxoris Hodaia: J. viri sic dicit, [sororis Nam patris Ceila] fuerunt Garmi & Esthama.] hoc est, viri sic nuncupati, [q fuit de Maachati] origine, loco aut alio modo. Nam Maachati interdum est nomen regionis aut loci, qnq; personæ. [Filij quoq; Simon, Amnon & Ruma, filius Hauan & Ichilon, & filij Iesi Zoheth & Ben Zochæ fuerunt.] [Her Jq fuit alter ab Her filio Iudæ nequissimo, pater Lecha J. loci aut viri sic dicit, [Laada pater Maresa J. dñs seu caput illius loci aut hois, [& cognationes domus operantiũ byssum, J. viri atq; artifices q fecerunt byssinas vestes seu cortinas de bysso, [in domo iuramenti J. in tabernaculo foederis. Hi inquam fuerunt filij Sela mediati, i. nati ex eo q secundũ Glossam cum Beseleel opus tabernaculi expleuerunt, & forsã eorum posterius aliqua in templo Salomonis sunt operati, sicq; per domum iuramenti, posset & tẽplum illud intelligi. [& q flare fecit Iolem,] hoc est, etiam ille ad cuius preces ac merita sol sup̄naturaliter stetit in celo, est natus de Sela. Et iste secundũ quosdã expositores catholicos fuit Elimelech maritus Noemi. Vnde in Glossa habetur: Tradunt Hebræi, hunc fuisse Elimelech maritum Noemi, in cuius tẽpore p̄pter p̄uicatores sol stetit, vt viso miraculo, cõuerteret ad dñm, quod qm̄ cõtẽpserunt, intm̄ p̄ualuit fames, qd Elimelech q quasi prior videbatur in tribu Iuda, cogente inopia, cum vxore & filijs terram Moab ingressus est. [Viriq; mendacij] per hos intelligunt duo filij Elimelech, q vocant viri mendacij seu vanitatis, qd acceptis vxoribus, sine fructu matrimonij obierunt, ita qd Noemi mater eorum, spe posteritatis fuit frustrata, q principes fuerunt in Moab. [Quẽadmodũ super Ruth tetigi, qdam dixerunt ipsam Ruth fuisse filiam regis Moab, & idẽd virum eius fuisse p̄motum ad principatũ. Verũ vt ibi cõscripsit, narratio illa apparentiã paruã habet aut nullam. Potuit tñ esse, qd Mahalon & Chilion filij Elimelech ob suam prudentiã, probitatẽ seu aliam causam, fuerunt in terra Moab in aliquibus officijs cõstituti, atq; ob id principes ibi fuisse dicant. Veruntã sicut Glossa fatetur, & alij dicunt, in Hebræo habetur, qd fuerunt mariti in Moab. Nam acceperunt ibi vxores, & forsã dictio illa hebraica est ad vtunq; æquiouoca. [& securus & incedens.] Nomina virorum istorum Hebraica iam expressit, Latine interpretantur, securus & incedens. [& q reuersi sunt] aliq lib. habet, Et quæ reuersæ sunt. [in Lehem.] Non em̄ Elimelech & filij eius reuersi sunt in Lehem, hoc est, Bethlechem, qd obierunt in terra Moab. Sed Noemi redijt cum Ruth, vel illi redierunt in suis cõiugibus. Denique aliq textus habet, in Bethlehe: sed correctior litera habet, in Lehem. [Hæc aut verba vetera, J. recitata hoc loco de Elimelech & filijs eius, sunt antiqua historia in lib. Ruth scripta, quæ ante tẽpora David ac Regum Israel cõtigit. Ista est expositio literæ huius secundũ catholicos expositores, B. Hieronymum hic sequentes. [Porro Lyrã hic scribit, qd litera Hebraica hoc loco multũ distat à nostra translatione. Nam vbi habemus, Et qui fecit flare Solem: in Hebræo habet, Et Iokim, vel Ioakim: quod est propriũ nomẽ viri, nec videtur qd eius interpreta-

XX

tio

1. var. 2.
1. Reg. 16.
1. Par. 2.
1. Reg. 23.
Ios. 14.
2. Reg. 2.
1. Par. 2.
Num. 13. 14.
Hieronymus.
Num. 11.
Hieronymus.

Exo. 28.
Leui. 5.
Exod. 6.
Exodi. 32.
Exodi. 12.
Zanoah
Zanoah
Hieronymus.
Ios. li. 2.
an. iu. ca. 9.
Exod. 1. 8.
Rimma
Rinna
Gen. 38.
Exo. 31.
Ruth. 1.
Ibid.
Ruth. 1.
Hieronymus.

tio aliquo modo significet, quod fecit stationem solis. Et vbi habemus, Viri medicij: in Hebræo habetur, & viri Chozeba, & est hic proprium nomē loci secundum Hebræos, quibus Chozeba pro nomen est appellativum, designet mendacium, pro eo autē quod habemus, & securus & incedens, in Hebræo habetur, & Ioas & Saraph. Quis verō Saraph possit interpretari incedens, tñ Ioas non interpretatur securus, neque secundum Hieronymum, neque secundum Remigium, qui interpretati sunt Hebraica nomina. Et vbi habemus, & quæ reuersæ sunt in Bethlehem: in Hebræo habetur, & habitatores Lehem seu Bethlehem. Est itaque sensus secundum Hebræos: Et Iokim, hoc est, vir quidam famosus sic nominatus, & viri Chozeba, hoc est, à tali loco sic nuncupati. Et Ioas & Saraph, hoc est, viri sic dicti, qui mariti fuerunt in Moab, quia illuc iuerunt ad peregrinandum ex aliqua causa sicut Elimelech, & habitantes in Lehem seu Bethlehem, supplendum est, oēs isti descendunt de Sela. Et quia hæc diu ante tempora Regum contigerunt, addidit Esdras: Hæc autē verba vetera. Hæc Lyra, cuius narrationi apparentiā confert, quod R. Paulus in hac parte ei non contradicit, quem constat satis pronum fuisse ad contradicendum Lyrae, habita causa vel occasione. Insuper refert Lyra, dicunt Hebræi, quod Elimelech non fecit solem stare orationibus suis, sed ex avaritia iuit ad terram Moab, nolens bona sua communicare Iudæis pauperibus ad ipsum recurrentibus. Circa hæc dico, me credere B. Hieronymo, asserenti se in trāsferendo nihil mutasse de Hebraica veritate. Credo in super quod propter vniuersalem ecclesiam spūsanā Hieronymum in transferendo gratiose direxit, quia præuidit, imō & præordinauit ipsam sanctam & non errantem ecclesiam, translatione Hieronymi vti debere. Iterum credo veram esse Hieronymi narrationem præhabitam, quod Hebræi prædictum virum dicunt esse Elimelech, & quod in diebus eius sol stetit ob causam inductam, atque in hoc magis est credendum Hebræis illis transmarinis, inter quos fuit Hieronymus, quod citramarinis, inter quos conuersatus est Lyra, quod rudissimos inexplicabilesque habent errores. Illa quoque Iudæorum quorundam narratio, quod Elimelech cum suis iuit peregrinari in terram Moab, non ex paupertate, sed cupiditate, supra Ruth euidenter est reprobatā. Nec aliquo modo existimo, quod in passu isto tam arduo Hieronymus ab Hebraica recessit veritate, præsertim cum ante oculos suos tot translationes habuerit, vt potest 70. Theodotionis, Symmachi, Aquilæ, cum peritissimis quoque Iudæorum contulerit tam assidue & intente, vt ipsemet in multis locis testatur. Hoc item sciendum, quod sunt aliqua nomina Hebraica ita æquiuoca, quod nec Hieronymus, neque Remigius vniuersas eorum significationes seu interpretationes expressit, quemadmodum etiam quedam Latina sunt nomina ita æquiuoca, quod oia eorum significata vix aliquis expostorum grammaticorum descripsit. Hi sunt figuli habitantes in plantationibus & in sepibus apud reges in operibus eius, commorati quoque sunt ibi, si. aliqui ex pinduētis viris natis ex Sela, & ex Ruth, fuerunt formatores vasorum testeorum siue formarum pro cupreis vasis fundendis, qui habitauerunt in vineis & ædibus, & infra sepes aut murorum clausuras quas plantarunt seu construxerunt. Nam agriculturis dediti erant apud regem in operibus eius. Promoto etiam Dauid nato ex eorum tribu, facti sunt operarij eius, commorati quoque sunt ibi, vbi rex eis constituit, & eorum ministerio congruebat. Consequenter describitur progenies Simeonis, cuius genealogia statim post descriptionem tribus Iudæ annectitur. Quam tribus Simeonis in medio filiorum Iudæ sortem suam accepit, vt Ios. 19. recitatur. [Filij Simeon] fuerunt [Namuē & Iamin, Iarib, Zarah, Saul: Selum filius eius, Mabsam filius eius, Masma filius eius. Filij Masma, Hamuel filius eius, Zachur filius eius, Semmei filius eius, Filij Semmei 16. & filij 6.]. Fratres autē eius nō habuerūt filios multos. Ponuntur hic quinq; filij Simeonis. Veruntamen Gene. 46. ponuntur sex, sed vnus illorum hoc loco omittitur, quia de eo non est orta progenies aliqua, iuxta glossam, imō Numer. 26. hoc patet. Eadē quoque nomina hic & ibi aliquantulum variantur, vt intuentibus constat. [Et vniuersa cognatio non potuit adæquare summam filiorum Iudæ]. i. tribus Simeonis multo minor & impotentior fuit tribu Iudæ, quæ præ ceteris tribubus nobilior, copiosior & bellicosior fuit: sed tribus Simeonis intra sortem Iudæ mansione sortita est ad sui tutationem atque munimen. Veruntamen in prima tribuum Israel enumeratione, fuerunt in tribu Simeonis 9. millia 300. de Iudæ verō 74. millia 600. vt Numer. 1. habetur. Porro in secunda tribuum enumeratione fuerunt de Simeone duntaxat 22. millia 200. de Iudæ verō 700. millia 500. & ita in terræ diuisione multum distabat tribus Simeonis à numero sorte filiorum Iudæ. [Habitaueunt autē in Bersabee] filij Simeonis, [et Molada, & in Hazarual, & in Balaa, & in Ezem, & in Tholad, & in Bathuel, & in Horma, & in Sicelag, & Beth Marchaboth, & Hazar Susim, & in Bethberei, & in Saarim]. i. vrbe Bersabee sic dicta & alijs vrbibus, quæ exprimuntur in litera, quæ & Ios. 19. describuntur. [Hæc ciuitates eorum vsque ad regem Dauid]. Id est cuius verbi intellectum habendum oportet scire, quod tribus Iudæ tempore Iosue tot habuit vrbes, quod vniuersas satis implere seu populare & occupare nequiuit. Habuit etiam hæc tribus vrbes dupliciter, puta per concessionem, i. omnes quas potuit expugnare, & per diuisionem sorte factam. Hinc aliquas vrbes suas mutuauit ad tempus tribus Simeonis, quas cum tribus

Hieronymus Remigius.

Ruth.

Ibid.

Hieronymus Remigius.

Ios. 19.

Numer. 26.

Ios. 19.

bus Simeonis diu habitasset, noluit eas resignare tribui Iudæ: nec Saul, odiens ipsum Dauid, compulsi tribum Simeonis ad illam resignationem. Dauid autē regno adeptus, compulsi tam ad hoc. [Villæ quoque eorum Etam, & Ain, Remmon & Thochu, & Afan, ciuitates quinq;, & vniuersi viculi eorum, pro circumitum ciuitatum istarum, vsque ad Baal. Hæc est habitatio eorum & sedium distributio. Mosabab quoque, & Iemlech, & Iosa, filius Amasæ, & Ioel, & Iehu, filij Iosabæ, filij Saraiz, filij Asiel, & Elioe, Nai, & Iacoba, & Ifohaia, & Afaia, & Adiel, & Isimiel, & Banaia, Ziza quoque filius Sephæi, filij Alon, filij Idaia, filij Zemri, filij Samaia. Isti sunt nominati principes in cognationibus suis, & in domo affinitatum suarum multiplicati sunt vehementer. Et profecti sunt, vt ingrederentur in Gador, vsque ad orientem vallis, & vt quærerent pascua gregibus suis. Inuenerunt quoque pascuas vberes & valde bonas, in terram latissimam & quietam & fertilem, in qua antea habitauerunt de stirpe Cham. Hi ergo venerunt, quos supra descripsimus nominatum, in diebus Ezechie regis Iudæ, & percusserunt tabernacula eorum, & habitatores qui inuenti fuerant ibi, & deleuerunt eos vsque in præsentem diem, habitauerunt quoque pro eis, quoniam vberimas pascuas ibidem repererunt. Hoc in loco nominatum ponuntur quidam viri potentes de semine Simeonis, qui magnas genuerunt posteritates, quæ in simul conglobatæ tempore Ezechie regis, percusserunt in loco qui dictus est Gador, populum quendam natum de genere Chananeorum, possederuntque terram eorum, quæ vberima erat & pascualis, atque per hoc aptissima Simeonitis istis, pecora copiosa habentibus: habuerunt quoque, ius faciendi hoc ipsum, quia ex Dei donatione terra Chananeorum fuit de iure pertinens ad Iudæos. [De filiis quoque Simeon abierunt in montē Seir viri 500. habentes principes, Phaaliam & Naariam & Raphiam & Oziel, filios Iesi, & percusserunt reliquias Amalechitarum, quæ euadere potuerant manus Hebræorum in alio prælio, quoniam videlicet Saul Deo iubente percussit Amalechitas, vel quoniam Dauid percussit eos qui Sicelag combusserunt, ex quibus 400. iuuenes ascensis camelis euaserunt, vt legitur 1. Reg. 30. Vel ex alia pugna consimili disugerunt, atque in monte Seir se collegerunt, & multa mala fecerunt ibidem, seu etiam molesti fuerunt Israelitis aut specialiter Simeonitis, sicque iustum plium illis intulisse creduntur. Et habitauerunt ibi pro eis vsque in diem hanc. Postremo ex descriptione ista expugnationis Chananeorum à Simeonitis tempore Ezechie, elicitur, quod prescriptio non valet, si titulus iustus non fuit.

1. Reg. 15.

Expositio cap. 5. Filij quoque Ruben primogeniti Israel.

Genealogia tribus Ruben hic recitatur. [Filij quoque Ruben primogeniti Israel. i. ipsi Jacob, Gen. 32. 35. quod alio nomine dictus est Israel, supple fuerunt, quod infra habentur in textu. [Ipsæ quoque Ruben fuit primogenitus eius]. Israelis, sed cum violasset torum patris sui, dormiendo cum Bala coniuge patris sui, prout Gene. 35. describitur, data sunt primogenita eius filijs Ioseph filij Israel, i. videlicet Ephraim & Manasse, i. eo ipso quoque tam flagitiosum & scedum commissit in cestum, meruit iure ac dignitate primogenituræ priuari, & postea eis priuatus est, quoniam videlicet S. Iacob mortuam proximam, filijs suis benedixit, atque ad Ruben inter cetera dixit: Effusus es sicut aqua, non cresecas, quia ascendisti cubile patris tui. Et non est reputatus ille in primogenitum. Præterea ius primogenituræ in lege naturę tria bona in se comprehendit, videlicet duplicem portionem hæreditatis, & quantum ad hoc, translatum fuit ad filios Ioseph, quibus Iacob duplicem assignauit funiculum, & eos in duas diuisit tribus, atque sublimiter benedixit, quemadmodum Gen. 48. narratur. Secundum quod ad ius primogeniturę pertinuit, fuit sacerdotium, quia in lege naturę primogeniti fuerant sacerdotes. Et quantum ad hoc, translatum fuit ad tribum Leui. Tertium est dignitas principatus. Vnde Iacob dixit ad Ruben: Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, prior in donis, maior in imperio: & quod ad hoc, translatum fuit ad tribum Iudæ. Hinc subditur: [Porro Iudas quod erat fortissimus inter fratres suos, fuit enim ceteris fortior corpore, imō & prudentior atque facilius, vt videtur, Ioseph excepto. [de stirpe eius principes generati sunt]. i. reges vsque ad Zedechiam. Multis etiam donis oipotens dominus ornauit personam Iudæ ac tribum ipsius, quia ex eo in carnari elegit. [primogenita autē reputata sunt Ioseph. Filij ergo Ruben primogeniti Israel] fuerunt [uenoch & Phalu, vesrom & Charmi, Iq Gene. 46. sic nominant. [Filij Ioel] nati ex Ruben, [Samaia filius eius, Gog filius eius, Semmei filius eius, Micha filius eius, Reaia filius eius, Baal filij eius, Beera filius eius, quos captiuum duxit Theglathphasar rex Assyriorum. Hunc Beera Glosa interlinearis in sinu esse patrem Osee propheta, quoniam in principio ait sui voluminis: Verbum domini quod factum est ad Osee filium Beer. Qualiter autē rex præfatus cepit aliquas vrbes Samarie, 4. Reg. 17. & 18. habetur. [Et] Beera iam præfatus, fuit princeps in tribu Ruben, i. vnus de principa lioribus in tribu illa post regem, sicque Osee erat spectabilis generis. [Fratres autē eius & vniuersa cognatio eius quoniam numerabantur per familias suas, habuerunt principes Iehiel & Zachariam. Porro Bala filius Azan, filij Semma, filij Ioel, ipse habitauit in Aroer]. i. loco seu oppido sic vocato trans Iordanem, [vsque ad Nebo]. i. montem illum ex quo Moses contemplatus est terram promissionis. [Et Baalmeon,] quia vsque ad loca illa montana occupauit terram interiacentem cum fami

Gene. 49.

Num. 3. Gene. 49.

Osee.

lijis atq; peccoribus suis. [Cōtra oriētalem quoq; plagam habitauit vsq; ad introitum eremi & flumen Euphraten. Multū quippe numerum iumentorum possidebat in terra Galaad. In diebus autē Saul regis Israel plati sunt. Rubenitq; cōtra Agarenos Inatos ex Agar cōiuge Abraham, & intersecerunt illos, habitaueruntq; pro eis in tabernaculis eorū in oi plaga, quæ respicit ad orientē Galaad. Filij verō Gad eregionē eorū habitauerunt. I. r. ex opposito f. sortis Rubenitarū, & in terra Basan,] quā Moses eis distribuit, prout in lib. Num. refertur, [vsq; in Selcha. Ioel in capite Ji. capitaneus, vel in superiori parte loci illius, & Saphan secundus] post illū, [Aanaia autē & Saphat in Basan. Fratres verō eorū secundum domos cognationū suarū, Michael & Mosollā, & Seba, & Iorai, & Ioachā, & Zia, & Eber, seprē. Hi filij Abihail, filij Huri, filij Iaroach, filij Galaad, filij Michael, filij Iesifai, filij Iohaddo, filij Bus. Fratres quoq; filij Ab diel, filij Huni, principes domus in familijs suis, & habitauerūt in Galaad, & in Basan, & in viculis eius, & in cunctis suburbanis Saron, vsq; ad terminos. Oēs hi numerati sunt in dieb' Ioathan regis Iuda, & in diebus Hieroboā regis Israel.] Si p Hieroboam intelligat Hieroboā filius Nabath, qui tempore Roboam filij Salomonis regnauit sup decē tribus, dicēdū erit, qd hi de quib' loquitur litera, bis nūerati fuerūt, qd Hieroboā ille diu ante Ioathan regnauit & obiit. Si verō p Hieroboā itelligat filius Ioas nar' ex Iehu, potuit esse numeratio vna, quoniā ille fuit cōtemporanus Ioathan regi. Numerati sunt autē fortassis ex imperio regis sui, vel quando fuerant congregati. Et si numeratio venit ex elatione, nec iuxta legem offerrebant qui numerabantur, vitiosa fuit numeratio illa, dato qd in præfenti non fuit punita, vt ea quæ facta est, Dauid iubente. Electos equidem punit dñs in p'senti, reprobos verō referuat futuris supplicijs, quanq; etiam in p'senti aliqui puriantur. [Filij Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus manasse, viri bellatotes scuta portātes & gladios, & tendentes arcum, eruditij; ad prælia, quadraginta quatuor millia, & septingentifexaginta, procedētes ad pugnam, dimicauerunt contra Agarenos.] Hic recitatur, qualiter filij Israel ex Ruben & Gad ac Manasse progeniti, & trans Iordanem commorati, debellaerunt Agarenos, & mirā ac magnam obtinuerunt victoriā ac maximam prædā, quoniam crediderunt in dñm, & eum p'stando inuocauerunt. [Ituræi verō & Naphæi & Nodab' Ji. viri nati ex filijs Ismaelis, sp'auerunt eis auxiliū Ji. adiuuerūt eos, videlicet Agarenos tanq; cognatos suos. Siquidem in Genesi Itur & Naphis inter Ismaelis filios cōputantur. Et ab illo Itur dicti sunt Ituræi, atq; à Naphis Naphæi. Circa hoc scribit Lyra: Dicunt quidā expositores nostri, quod isti præfati fuerunt de filijs Israel, & ideo eos iuauerunt. hebræi autem melius dicunt, qd fuerunt de Agar per Ismaelem. Quo circa dico, qd nec Hieronymus, nec Glossa, nec Rabanus, nec aliquis expositor authenticus quem vidi, dicit istos fuisse de filijs Israel, sed de Ismaelitis: ideo in hoc nō erant Hebræi catholicis p'serendi, cūm & catholici hæc iure exponāt.] Traditiq; sunt in manus eorum Agarenū, & vnuerſi qui fuerant cum eis, quia Deum inuocauerunt. [Filij Ruben & Gad quoque præliarentur,] sicq; in actu pugnae erāt Deo intenti, miles Iudæ Machabeo & adiutoribus, de quibus secundo Machabeorum legitur, quod cōgressi sunt manibus quidem pugnantibus, cordibus autem Dominum exorantes. [Et exaudiuit eos, eo qd credidissent in eum.] Nam sancti per fidem vicerunt regna. [Ceperuntq; omnia que possederāt, camelorum quinquaginta millia, & ouium ducenta quinquaginta millia, asinos duo millia, & animas hominum centum millia. Vulnerati autem multi corruerunt. Fuit enim bellum Dñi. Habitaueruntq; pro eis Ji. in terra Agarenorum vsq; ad transmigrationem Ji. quousq; pro suis excessibus traditi sunt Assyrijs.] Filij quoque dimidiæ tribus Manasse possederunt terram à finibus Basan vsq; ad Baal, Hermon, & Sanir, & montem Hermon. Ingens quippe numerus erat. Et hi fuerant principes domus cognationis eorum, Ephraim, Iehi, & Eliel, Azriel, & Hieremia, & Odoia, & Iadiel, viri fortissimi & potentēs, & nominati duces in familijs suis.] Textus difficultatem nō habet. [Reliquerūt autē] dominum [Deum patrum suorum] per mentis auersionem ab ipso, & per diuinę legis transgressionem.] Et fornicati sunt post deos populorum terrę, quos abstulit dominus coram eis.] id est, dijs gētiū impij adhæserunt ac seruiuerunt, quod est fornicatio spiritalis & adulteriū aīę, sp'ōsum Deum deserētis, atq; dēmonibus cōsentientis, quibus se cōstuprandā exponit. [Et suscitauit Deus Israel spūm Phul regis Assyriorum, & spūm Theglathphalasar regis Assur,] id est, volūtates seu animas regum istorum instigauit ad impugnādum impios illos filios Israel idololatrias. Et abstulit Ruben & Gad & dimidiā tribum Manasse.] Inquātūm em filij Israel meruerūt sic impugnari, vastari, transferri, & in quantum iuste facta sunt illa, Deus per se & angelos sanctos mouit Assyrios, tanquam instrumenta, seruos & exequutores diuinę iustitię contra Israelitas: in quantum verō Assyrij peruersa intentione & corde crudeli punierunt illos Iudeos, instigabātur ab angelis malis, quod & Dñs permittit fecisse asseritur. [& adduxit eos in Hala & in Habor & Ara,] id est, in loca seu oppida sic vocata, & fluuiū Gozam,] id est, iuxta flumen sic nuncupatum, vsq; in diē hanc.] Veruntamen vt ex quarti Regum 15, & 17, habetur, Phul & Theglathphalasar reges Assyriorum cōeperunt hæc facere, sed Salmanazar rex Assur magis compleuit.

Num. 12.

13. Re. 12. 13

4. Reg. 13.

Num. 7. 2. Reg. 24.

Gen. 25.

2. Ma. 15.

Heb. 11.

¶ Ex-

¶ Explanatio cap. 6. Filij Leui Gerson, Cahat & Merari. Art. VI.

Filij Leui, Gerson, Cahath & Merari. Filij Cahath, Amram, Isaar, Hebron, & Oziel. Filij Amram, Aaron, Moses & Maria. Filij Aaron, Nadab & Abiu, Eleazar & Ithamar. Eleazar genuit Phinees, & Phinees genuit Abisue, Abisue verō genuit Bocci, & Bocci genuit Ozi, Ozi genuit Zachariam, & Zacharias genuit Meraioth. Porrò Meraioth genuit Amariā, & Amarias genuit Achitob, Achitob genuit Sadoc, & Sadoc genuit Achimaas, Achimaas genuit Azariam.] Ista in libris Mosis frequenter sunt habita atq; exposita. Describitur autem ordo successiois summi sacerdotis ab Aaron vsq; ad transmigrationem in Babylonem, & plana est litera. Deinde inter cetera dicitur: [Azarias autē genuit Iohanan, Iohanan pontifex genuit Azariam. Ipse videlicet Azarias, fuit qui functus est sacerdotio in domo, quam edificauit Salomon in Hierusalem, Ji. in templo Salamonis, in quo videlicet tēplo etiam alij multi sacerdotes benē functi sunt. Cur ergo dicitur istud specialiter de hoc Azaria? Respondetur, quod ideo, quia viriliter restitit Ozias regi vsurpanti sibi sacerdotale officium in thurificando.] Genuit autē Azarias Amariam, & Amarias genuit Achitob, Achitob genuit Sadoc, & Sadoc genuit Sellum, Sellum genuit Helchiam, Helchias genuit Azariam, Azarias genuit Saraiam, & Saraias genuit Iosedec.] Dicitur quā plurimum Iosedec Esdras fuisse, cūm & in lib. Esdræ legatur: Post hæc in regno Artaxerxis Esdras filius Saraia, &c. Saraia autē sacerdotē primum occidit rex Babylonis, ipsūq; Iosedec transfudit in Chaldæā.] Porrò Iosedec egressus est, quando transfudit dñs Iudam & Hierusalē, per manus Nabuchodonosor. Filij ergo Leui, Gerson, Cahath, & Merari. Et hæc noīa filiorū Gerson, Lobni & Semei. Filij Cahat, Amram, & Isaar, & Hebron, & Oziel. Filij Merari, Moholi & Musi. Hæ autē generationes Leui secundū familias eorum. Gerson, Lobni filius eius, Iahath filius eius, Zamma filius eius, Ioah filij eius, Ado filius eius, Sarah filius eius, Ieahrai filij eius. Filij Cahath, Aminadab filij eius, Chore filij eius, Afir filius eius, Elchana filius eius, Abiafaph filius eius, Afir filius eius, Thabath filius eius, Vriel filius eius, Ozias filius eius, Saul filius eius. Filij Elchana, Amasai, & Achimoth, & Elchana. Filij Elchana, Sophei filius eius, Nahath filius eius, Eliab filius eius, Ieroham filij eius, Elchana filius eius. Filij Samuel, primogenitus Vasseni, & Abia. Filij autē Merari, Moholi Lobni filius eius, Semei filius eius, Oza filius eius, Sammaa filius eius, Haggia filius eius, Asaia filius eius. Isti sunt quos cōstituit Dauid sup cātores dom' dñi, ex quo collocata est arca, & ministrabāt corā tabernaculo testimonij, canētes, donec edificaret Salomon domū dñi in Hierusalē. Stabant autē iuxta ordinē suum in ministerio.] Sanctus Dauid zelo diuini honoris totus ignitus, optauit Deo edificare templū cedrinū, & prohibitus fuit: attamē ante hoc fecerat Dauid tabernaculū, ad ponēdum in eo arcā, in quo cūm eā cōstituisset, instituit ibi tres choros cantorum, quibus vicissim præfuerūt diuersi. Veruntā vniciq; turmæ cantorum, qui & Leuitæ fuerunt, vnus præfuit principi palis, ita qd erant tres principales sic præfidentes, nati ex tribus filijs Leui. Nam Heman natus ex Cahat filio Leui, præfuit turmæ cātorum, quæ erat in medio: Afaph verō ex Gerson pgenitus, princeps extitit chori ad dexteram existētis. Ethan verō ex femine Merari, erat super chorū cantorū existentū ad sinistrā. Canebant autē psalmos ordinatē, & tempore præstituto, donec edificaret Salomon domum dñi, i. templum in Hierusalē, non qd templo Salomonis constructo, ipsi, eorūve posterī cantare cessauerint. Hi verō sunt, qui assistebant cum filijs suis, de filijs Cahat, Heman cantor, filius Ioel, filij Samuel, filij Elchana, filij Ieroham, filij Eliel, filij Thoah, filij Suph, filij Elchana, filij Mahath, filij Amasai, filij Elchana, filij Ioel, filij Azarie, filij Sophonie, filij Thahath, filij Afir, filij Abiafaph, filij Chore, filij Isaar, filij Cahath, filij Leui, filij Israel, & frater eius videlicet ipse Hema, ipse Afaph,] non qd fuit frater illius vterinus & immediatus, sed quia ex eadem stirpe Leuitica oriūdus,] qui stabat à dextris eius,] stetit em ad dexterā, & ipse Ethan in medio,] Afaph filius Barachia, filij Samaa, filij Michael, filij Baafai, filij Melchiaz, filij Athani, filij Zarah, filij Adaia, filij Ethan, filij Zamma, filij Semei, filij Iahath, filij Gerson, filij Leui. Filij autem Merari fratres eorum ad sinistrā Ethan, filius Chusi, filij Abdi, filij Maloch, filij Hasabiaz, filij Amasiaz, filij Helchiaz, filij Amasi, filij Bonni, filij Somer, filij Moholi, filij Musi, filij Merari, filij Leui. Fratres quoq; eorum Leuitæ,] quia erant ex femine Leui sicut prædictum est,] qui ordinati sunt in cunctum ministeriū tabernaculi domus dñi Ji. vnusquisq; eorum exercuit officium sibi præfixum. Nam quidam eorū ostiarij erāt seu ianitores. Alij animalium oblatorū pelles detrahebant, aut alio modo circa sacrificia sacerdotibus obsequabantur. Nonnulli verō custodes erant vasorum, quod totum plenius infra describitur.] Aaron verō & filij eius adolebant incensum super altare holocausti, & super altare thymiamatis in oē opus sancti sanctorum, & vt præcetur pro] filijs Israel, iuxta oīa quæ præceperat Moses seruus Dei.] In tabernaculo Mosis, & item in templo Salomonis vnus fuit altare in atrio, quod vocabatur altare holocausti seu holocaustorum: non quod sola holocausta offerrentur in eo, sed à digniori hoc nomen sortitum est. Inter sacrificia quippe dignissimum extitit holocaustum, quod

Gene. 4. Exo. 6. Num. 26.

1. Par. 26.

1. Esd. 7.

2. Reg. 7.

1. Par. 15.

1. Par. 26.

Exo. 15. 3. Reg. 6.

XX 3 sci-

scilicet ad diuinæ reuerentiam maiestatis totum incende batur, & hoc offerre batur in isto altari, sicut & hostiæ pacificæ & hostiæ pro peccato. In hoc ergo altari pontifex & sacerdotes adolebāt incensum, i. cōburebant holocaustum, vel aliquam partem aliarum etiam hostiarū. In eodē quoque altari cremabant simplex quoddā incensum, quod cum hostijs & oblationibus offerre batur. Præterea tabernaculum Moysi, sed & tēplum Salamonis duplicem habuit partem, vnam exteriorē, quæ dicebatur thymiamatis, quod quotidie incende batur, vt esset in templo ac tabernaculo odor suavis cōtra odorem nō dulcem, q̄ causabatur in atrio ex sacrificiorum, p̄sertim aialium, cōbustione. Alia pars tabernaculi ac templi fuit interior, & dicebatur sancta s̄ctōrum, vbi erant arca & p̄piciatorium & tabulæ testamēti, virgæq; Aaron & vna aurea cōtinens manna. Porro quæ fiebāt in exteriori & prima templi seu tabernaculi parte, fiebāt ad Dei honorem, cuius sedes, vrpote p̄piciatorium, fuit intra s̄ctā s̄ctōrum: sicq; Deus ibi residere dicebatur ac habitare. Idcirco quæ in exteriori parte p̄fata & in thymiamatis altari fiebāt, vt appositio panum, thymiamatisq; ex quatuor speciebus preciosis ac boni odoris cōpositi cōcrematio, & cōpositio lucernarū ordinabant & exercebant in omne opus s̄cti s̄ctōrum, i. propter ea quæ deicit fieri ad laudem atq; honorem Dei, in s̄ctō s̄ctōrum regescentis. Et vt sacerdos hæc exercere dō orarent pro populo. Deniq; multa scribunt in primō & secundo Paralipomenōn libris, quæ plenē intelligi nequeunt, nisi ex intellectu eorum quæ in Leuitico scripta sunt, & item in Exodo Numerorumq; libro, sed prolixum est talia iterare. Verum locis opportunis poterunt breuiter tangi. ¶ Cōsequenter describitur generatio Aaron per filium eius Eleazarum vsq; ad Sadoc pontificem & ad filium eius Achimaas, & clarus est textus. Deindē recitantur vrbes datæ sacerdotib; & Leuitis ad commorandum, & suburbana ad alenda eorum iumenta. Veruntamen litera hæc tangens, est aliquoties intricata, idē exponenda. ¶ Hi sunt autē filij Aaron, Eleazar filius eius, Phinees filius eius, Abisue filius eius, Bocci filius eius, Ozi filius eius, Zaria filius eius, Meraioth filius eius, Amaria filius eius, Achirob filius eius, Sadoc filius eius, Achimaas filius eius. Et hæc habitacula eorum, videlicet sacerdotum, p̄per vicōs atq; confinia filiorum. Aaron iuxta cognationes Cahathitarum. Ipsis enim sorte contigerant, ¶ quia de Cabath ortus est Amram pater Aaron pontificis ac sacerdotum. ¶ Dederunt igitur filij Israel, ¶ tribus Iuda, & ¶ [eis Hebron] ciuitatem ad inhabitandum, ¶ in terra Iuda & suburbana eius per circuitum. Agros autē ciuitatis & villas dederunt Iosue, & qui cum ipso terram distribuerunt, ¶ Caleb filio Iephonne. ¶ Sacerdotes equidem ac Leuitæ non poterant hæreditaria bona habere, sed sacrificia, decimæ atq; primitiæ erāt eis loco hæreditatis. Ipsa quoque vrbs Hebron pertinuit ad possessionem hæreditariam atq; dominium Caleb, quæ oia in libris Iosue ac Iudicum plenius cōtinentur. ¶ Porro filijs Aaron dederunt ¶ filij Israel ¶ ciuitates, ¶ quæ paulō pōst nominantur, ¶ ad confugiendum Hebron, ¶ id est, Hebron data est Aaron modo p̄fato, non q̄ Aaron eam intrauerit, sed filij eius. Ipse verdē in monte Hor in deserto defunctus est. Hæc inquam Hebron etiā specialiter data est p̄ vrbe confugij, ad Num. 35. quā sicut ad cæteras refugij vrbes cōfugerunt, q̄ nolentes seu improuise sue fortitudē & excusabiliter sanguinem effuderunt. Deniq; vrbes quæ immediatē subiunguntur, non erant vrbes refugij, sed habitations sacerdotum ac Leuitarum. Vrbes refugij erant sex. Primō, videlicet tempore Iosue, vrpote tres trans Iordanem, videlicet Bosor & Ramoth ac Gaulon, & tres citra Iordanem, quæ erant Cedēs & Sichem ac Hebron, vt Ios. 20. legitur. Postea verdē sunt additæ alie sex, prout Numer. 35. & Deuteron. 19. iussum est. ¶ & Lobna, & suburbana eius. Lathir quoque & Esthemoa, cum suburbanis suis: sed & Hilen, & Dabir cum suburbanis suis, asan quoq; & Bethfemes, & suburbana earum. De tribu autem Benjamin Gabee, & suburbana eius, & Alemath cum suburbanis suis, anathoth quoque cum suburbanis suis. Omnes ciuitates tredecim cum suburbanis suis, per cognationes suas. Filij autem Cabath residuis de cognatione sua dederunt ex dimidia tribu Manassæ in possessionem vrbes decem. ¶ Ex Cabath nati sunt sacerdotes. Veruntamen non omnes nati ex illo, facti sunt sacerdotes, sed nati ex eo per Aaron & filios eius. Porro filijs Gerson per cognationes suas de tribu Isachar, & de tribu Aser, & de tribu Nephthali, & de tribu Manassæ in Basan vrbes tredecim. Filij autem Merari per cognationes suas de tribu Ruben, & de tribu Gad, & de tribu Zabulon, dederunt sorte ciuitates duodecim. Dederunt quoque filij Israel Leuitis ciuitates & suburbana earum. Dederuntq; per sortem ex tribu filiorum Iuda, & ex tribu filiorum Simeon, & ex tribu filiorum Benjamin vrbes has, quas vocauerunt nominibus suis. Et his qui erant de cognatione filiorum Cabath. Fueruntq; ciuitates in terminis eorum de tribu Ephraim. Dederunt ergo eis vrbes ad confugiendum Sichem, cum suburbanis suis, & Bethhoron similiter, necnon & Aialon cum suburbanis suis, & Gethremmon in eundem modū. Porro ex dimidia tribu Manassæ, Aner & suburbana eius, Baalam & suburbana eius. His videlicet qui de cognatione filiorum Cahath reliqui erant. Filij autē Gerson de cognatione dimidię tribus Manassæ, Gaulon in Basan, & suburbana eius, & Astaroth cū suburbanis suis. De

tribu Isachar, Cedēs & suburbana eius, & Daberath cum suburbanis suis, Ramoth quoq; & suburbana eius, & Anem cum suburbanis suis. De tribu verō Aser, Masal cum suburbanis suis, & Abdon similiter, & Huco quoq; & suburbana eius, Rohob cū suburbanis suis. Porro de tribu Nephthali, Cedēs in Galilee & suburbana eius, Hamon cū suburbanis suis, & Cariathiarim cū suburbanis suis. Filij autem Merari residuis, de tribu Zabulon, Kemmono & suburbana eius, & Thabor cū suburbanis suis. Trans Iordanem quoq; ex aduerso Iericho, contra orientem Iordanis, de tribu Ruben, Bosor in solitudine cum suburbanis suis, & Iassa cum suburbanis suis. Cademoth quoq; & suburbana eius, & Mephath cum suburbanis suis. Necnon de tribu Gad, Ramoth in Galaad & suburbana eius, & Mahanaim cum suburbanis suis. Sed & Hesebon cū suburbanis suis, & Iezer cum suburbanis suis. ¶ Hæc omnia plana sunt, atq; in libris præallegatis, p̄sertim Iosue, exposita sunt. ¶ Iuxta spiritualem intelligentiam, per tres principes cantorum, videlicet Heman, Asaph & Ethan, significatur prædicatores, doctores, prælati, qui sanctæ & superbeatissimæ trinitatis fidem & Euangelium mundo euangelizant.

¶ Explanatio cap. 7. Porro filij Isachar, Thola & Phua, Iasub & Simeron quatuor. Art. VII. ¶ Vnc describuntur aliarū tribuum filij. ¶ Porro filij Isachar, ¶ qui fuit quintus filius Iacob ex Lia, fuerunt ¶ Thola & Phua, Iasub & Simeron, quatuor: ¶ qui & in Gen. eodē ordine exprimunt. ¶ Filij Thola, Ozi & Raphaia & Ieriel & Iahamai & Samuel principes per domos cognationū suarū. de stirpe Thola numerati sunt ¶ per Ioaht ¶ in dieb; Dauid, ¶ qui culpabiliter iussit populū numerari, ¶ viri fortissimi, ¶ viri valdē fortes corpore. Qui autē & quot fuerint fortes mentis, hoc est, virtuos, dās nouit, qui scit quos elegit. ¶ viginti duo millia sexcenti. Filij Ozi Ibrahaia, de quo nati sunt Michael & Obadia & Ioel & Iesia, quinq; oēs principes cum eis per familias & populos suos, accendi ad p̄lium, viri fortissimi, triginta & sex millia. Multas autē habuerunt vxores & filios. Fratres quoq; eorū per oēm cognationē Isachar, robustissimi ad pugnam dū octoginta septē millia numerati sunt. Consequenter gnatio Benjamin describitur breuiter, quæ sequenti capitulo diffusius est descripta. ¶ Filij Benjamin, Bale & Bochor & Iadiel tres ¶ nō est intelligendum q̄ Benjamin nō habuerit nisi tres filios, cum in Gen. legatur decem filios habuisse, sed isti fuerūt tres filij eius seniores, tñ qui vocatur hic Bochor, ibi dicitur Bechor: & qui hic Iadiel, ibi Asbel, sic & in alijs nominibus hic & ibi expressis, quādoq; quædā varietas inuenit, quæadmodū & in Latinis nominibus p̄p̄rijs sæpē contingit. ¶ Filij Bale, Esbon & Ozi & Oziel, & Ierimoth & Vri, quinq; principes familiarū & ad pugandum robustissimi. Numerus autē eorum viginti duo millia & triginta quatuor. Porro filij Bochor, Zamira & Ioas & Eliezer & Elioenai & Amri & Ierimoth & Abia & Anathoth & Alamath. Oēs hi filij Bochor. Numerati sunt autē per familias suas, principes cognationū suarum, ad bella fortissimi, viginti millia & ducenti. Porro filij Iediael, Balan. Filij autē Balan, Ichus & Benjamin & Ahud & Chanaana & Sethan & Tharsis & Abisabar. Oēs hi filij Iediael, principes cognationum suarū, viri fortissimi, decē & septem millia & ducenti ad prælium p̄cedentes. Suphim quoq; & Huphim filij Hir, & Husim filij Aher. Filij autē Nephthali, Iahafiel & Guni & Iezer & Sellum filij Bala. Porro filius Manassæ, Asriel, cōcubinaq; eius Syra, ¶ putā ipsius Manassæ, ¶ peperit Machir patrē Galaad. ¶ Nam Machir habuit filium nomine Galaad. Machir quoq; fuit dominus terræ Galaad pro magna parte. Circa hoc fert in Glossa: Con cubina hæc Syra dicitur fuisse filia filij Laban Syri, quæ fame cogēte, ad patrē in Aegyptū ducta, sumpta est misericorditer in coniugium à Manassæ, qui horreis præerat, cibarijs datis patri concubinae præfata. Sicq; videtur vocari Syra, quia à regione Syriæ Mesopotamia fuit, & dicitur cō cubina, quauis vxor extiterit, sicut Bala & Zelpha concubinae sancti Iacob vocantur. ¶ Machir autem accepit vxores filijs suis, Huphim & Suphim, & habuit sororem nomine Maacha. Nomē autem secundi Zalphahad. Natæq; sunt Zalphahad filia, & peperit Maacha vxor Machir filium, vocauitq; nomen eius Phares. Porro nomen fratris eius Sare, & filij eius Vlam & Recem. Filij autem Vlam, Badan. Hi sunt filij Galaad filij Machir, filij Manassæ: soror autem eius regina peperit virum decorum, & Abiezer & Mohola. Erant autem filij Semida, Ahaian & Sechem & Lechi & Ananian. ¶ Filia istius Zalphahad quinq; erant, quæ fratrem non habuerunt, idē petierūt hæreditatem à Mose, vt in libro Numerorum legitur. Hunc Zalphahad quidā dicunt fuisse illū qui lapidibus obrutus est, eo q̄ ligna collegit in sabbato. Attamen super Numerorum librū potius tentum est & probatum huius oppositum. ¶ Filij autem Ephraim, Suthalah, Bared filius eius, Thahath filius eius, Ellada filius eius, Thahath filius eius, & huius filius Zabab, & huius filius Suthalah, & huius filius Efer, & Eliad. Occiderunt autē eos viri Geth indigenę. ¶ Gethai ciues loci illius, quia descēderant vt inuaderent possessiones eorū. ¶ Circa hoc scribit Hieronymus: Fubulatur Hebræi, q̄ filij Ephraim, patrē eorū viuente, cōgregata multitudine, conati sunt terram promissionis intrare, & in Geth Palæstinorum occisi sunt. Vndē cæteræ tribus tempore Moysi per desertum tribu inducæ, ne eundo per terram Philistinim, ossa fratrum suorum viderēt, & huius

bulationi cōsonare videtur quod subditur: [Luxit igitur Ephraim pater eorum multis diebus, Et venerunt fratres eius vt cōsolarentur eū. Ingressusq; est ad vxorem suam, quę concepit & peperit filiū, & vocavit nomē eius Beria, eo q; in malis domus eius ortus est.] i. tēpore afflictionis & aduersitatis suorū domesticorum ac posterorū prætacto modo interfectorum. Beria quoq; interpretatur, in malo. sed præfatæ fabulationi videtur cōtrariari quod subditur: [Filia autē eius] videlicet Ephraim, [fuit Sara, quæ ædificauit.] reparauit & rursus construxit Bethhoron superiorē & inferiorē, & Ozāfara.]i. vrbes sic appellatas, quæ erāt in sorte atq; funiculo Ephraim, prout in Iosua libro legitur. Siquidem immediata filia Ephraim, non videtur vixisse vsq; post ingressum filiorū Israel in terrā promissionis, ita q; tunc reparauerit vrbes illas, quæ diu ante ingressum filiorū Israel erāt ædificatæ. Præterea terra Philistijm est altior situ q; terra Aegypti: idcirco Ephraiz ex Aegypto pergendo versus Philistijm, nō diceretur descendisse, sed ascendisse. Verius ergo creditur, q; ista occisio filiorum Ephraim, facta sit post ingressum Israel in terrā promissionis, ita q; tunc filij Ephraim in suis viribus cōfidentes, descendunt ad expugnandū possidendūq; vrbes Geth, & victi fuerunt, sicq; pater eorum qui eos desceuit, non fuit Ephraim filius Ioseph, sed alius natus ex illo, illiusq; filia ædificauit Bethhoron superiorē & inferiorē. [Porro filius eius Raphah & Reseph & Thaleh, de quo natus est Thahan, qui genuit Laadan, Huius quoq; filius Ammiud, qui genuit Elisama, de quo ortus est Nun, qui habuit filium Iosue] noie. Iste est Iosue filius viri nomine Nun, minister Moysi, qui alijs nominibus dictus est Osee ac Iesuf filius Nauæ. [Possessio autē eorum & habitatio, Bethel cum filiabus suis, cōtra orientem No ran, ad occidentalē plagam Gazer filiz eius. Sichem quoq; cū filiabus suis, vsq; ad Adaia, & filia bus eius. Iuxta filios quoq; Manassæ, Bethsean & filias eius, Thaanach & filias eius, Megeddo & filias eius, Dor & filias eius. In his habitauerunt filij Ioseph filij Israel. Hic describitur cōsequen ter genealogia Afer patriarchæ. [Filius Afer, Iomma & Iesua & Isuai & Baria & Sarah soror eorū, Filij autē Baria, Heber & Melchiel. Ipse est pater Barzaith. Heber autē genuit Iaphlet, & Somer, & Hotham, Sua, sororem eorum. Filij Iaphlet, Phasach, & Bamaal, & Alaua. Hi filij Iaphlet. Porro filij Somer, Ahi, & Roaga, & Iahaba, & Aram. Filij autē Helem fratris eius Zopha, & Iemna, & Seles, & Amal. Filij Supha, Suah & Arnepher, & Aual, & Bari, & Iama, Bofor, & Hod, & Samma, & Salisa, & Iethran, & Beera. Filij Iether, Iephonne, & Phaspha, & Ara. Filij autē Olla, Areh, & Haniel, & Rezia, oēs hi filij Afer, principes cognationum, electi atq; fortissimi duces ducū. Numerus autē eorum ætatis, quæ apta esset ad bellum, vigintifex millia.] Textus iste satis planus est.

Iosua 16.

Nume. 33. Eccl. 43. Acto. 7.

Gen. 49. 1. Par. 7.

Iudic. 4. Iudicum. 7.

Deut. 24. Mar. 5. 19. Mar. 10. Mal. 2.

¶ Declaratio cap. 8. Benjamin autem genuit Bale primogenitum &c. Art. VIII.

R versus genealogia Benjamin recitatur diffusius, præsertim vt monstratur, qualiter ex ea Saul, & eius pgenies proflexerunt. [Benjamin autē genuit Bale primogenitum suū.] Qui in Genesi vocatur Bela. [Asbal secundum] qui præcedenti cap. dictus est Bochor. Alibi quoq; vocatur Asbel. Sed & reliqui quos textus cōsequenter exprimunt, scilicet: [Aharah tertium, Noha quartum, & Rapha quintum. Fueruntq; filij Bale, Adar, & Gera, & Abiud, Abifue quoq;, & Naaman, & Ahoah, sed & Gera, & Sephuphan, & Huran. Alia noia alibi sortiūtur.] Hi in textu p̄sati [sunt filij Ahud.] Dicunt nōnulli, q; iste est Aioth iudex Israel, qui in lib. Iudicū vocatur Ahud, sicutq; filius Gera filij Iemini de tribu Benjamin, vtens vtraq; manu pro dextera. [Principes cognationum habitantiū in Gabaa.] Qui vxorē Leuitæ vitiosissimē tractauerunt, [qui trāsati sunt in Manahat.]i. ob hoc gladio cæsi, & in monumentū detracti sunt, vt quidam exponunt. alij exponunt de alijs Beniamitis, quos dicunt, ob sua peccata translatos in locum nomine Manahat, à viris, de quibus subiungitur: [Nahaman autem, & Achia, & Gera, ipse transtulit eos, & genuit Oza & Ahud.] Vel sensus est: Quod isti illos deduxerunt in monumentum. Non enim apparet, quod eos transtulerunt inuitos ad alium locum, quia & ipsi Beniamitæ fuerunt. [Porro Zaharaim genuit in regione Moab, postquam dimisit Vsim & Bara vxores suas.] Quauis libellus repudiij fuit permissus ad vitandum malum deterius, non tamen sine peccato vir vxorem repudiavit, cum & Malachias propheta testetur: Operiet iniquitas vestimentum eius, id est, corpus viri vxorem dimittentis. [Genuit autem de Hodis vxore sua Iobab, & Sebia, & Mocham, Iehus quoque, & Sachia, & Marma. Hi sunt filij eius, principes in familijs suis. Mehufim verò genuit Abithob, & Elphaal. Porro filij Elphaal, Heber, & Misam, & Samad. Hic ædificauit Ono & Lod.] id est, oppida aut fortalicia sic vocata. [& filias eius.] hoc est, vicos & villas adiunctas. [Bara autem & Sama principes cognationum habitantium in Ajalon. Hi fugauerunt habitatores Geth, & Haio, & Sefac, & Hierimoth, & Zabadia, & Arod, & Heder. Michael quoque & Iespha, & Ioha filij Baria. Et Sabadia, & Mosollam, & Hezeci, & Heber, & Efamari, & Iessia, & Iobab. Filij Elphaal, & Iacim, & Zecri, & Zabdi, & Elienai, & Selechai, & Heliel, & Adaia, & Baraia, & Samareth. Filij Semei, & Iesphan, & Heber, & Eliel, & Abdon, & Zecri, & Hanan, & Anania, & Ailam, & Anathotia, & Iephdaida, & Phauel. Filij Sefac, & Sam-

& Samfari, & Sooria, & Otholia, & Ierfia, & Helia, & Zechiri filij Ieroam. Hi sunt patriarchæ, & cognationum principes, qui habitauerunt in Hierusalem.] Fuerūt em patres præcipui in cognationibus suis. Vrbs verò Hierusalem in sorte Benjamin fuit, & pro parte in tribu Iuda. [In Gabaa autē habitauerunt Abi.] pater seu principalis vir [Gabaon,] & qui sub eo fuerunt, [& nomen vxoris eius Maacha, filiusq; eius primogenitus Abdon, & Sur, & Cis, & Baal, & Nadab, Gedor, & Ahio, & Sachar, & Macelloth. Et Macelloth genuit Samaa. Habitauerūtq; ex aduerso fratrum suorum in Hierusalem cum fratribus suis. Ner autē genuit Cis.] Iam dictum est, q; Abi seu pater Gabaon genuit Cis. Quomodo igitur Ner genuit Cis, nisi fortē ipse Ner dicatur fuisse Gabaaon pater? ¶ Porro 2. Reg. legitur, & alibi, q; Abner fuit filius Ner, sicq; Abner fuisset auunculus ipsius Saul, cum subiungatur: [& Cis genuit Saul.] Multi verò fatentur, q; Abner & Saul fuerunt duorum filij fratrum. [Porro Saul genuit Ionathan, & Melchisue, & Abinadab, & Hisbaal.] qui in Regum Isboseth appellatur. [Filius autē Ionathan,] fuit Miribbaal. [Qui Regum 2. vocatur Mephiboseth.] Et Miribbaal genuit Micha. Filij Micha, Phiton, & Melech, & Tharea, & Ahab. Et Ahab genuit Ioada. Et Ioada genuit Asmoth, & Asmoth, & Zamri. Porro Zari genuit Moosa, & Moosa genuit Maana, cuius filius fuit Raphaia, de quo ortus est Elasa, qui genuit Afel. Porro Afel sex filij fuerunt, his nominibus: Ezricham, Bochri, Ismael, Saria, Obdia, & Hanan. Omnes hi filij Afel. Filij autē Efec fratris eius, Vlam primogenitus, & Hus secundus, & Eliphaleth tertius. Fueruntq; filij Vlam viri robustissimi, & magno robore tēdentes arcum, & multos habētes filios ac nepotes vsq; ad centum quinquaginta. In aliquibus textibus additur millia, sed addendum non est: nec in libris correctis, nec in Hebræo habetur. Additq; Lyra, q; in tota tribu Benjamin non erant tot viri bellatores, quod incertū videtur. Nam qñ Ioab populum numeravit, erant in tribu Iuda quadringenta septuaginta millia, vt infra habetur, & in 2. Reg. lib. libri correcti habent, quod erāt quingenta millia. Vnde videtur q; in tribu Benjamin erāt benē centū quinquaginta millia tēpore illo, aut plures. Secūdo quoq; Reg. Lyra fatetur, q; numerus filiorum Leui ac Benjamin, quos Ioab nō numeravit, bene ascendit vsq; ad trecēta millia. [Oēs hi filij Benjamin.]

Iosua 18.

1. Reg. 14.

2. Reg. 23.

1. Reg. 9. 2. Reg. 2.

1. Par. 9. 2. Reg. 24.

Ibidem.

Ibidem.

1. Par. 29.

Iosua 9.

Iosua 18.

4. Reg. 17.

Ibid.

¶ Declaratio cap. 9. Vniuersus ergo Israel dinumeratus est &c. Arti. IX.

Vniuersus ergo Israel dinumeratus est hoc est, viri vniuersarum tribuum Israel, [& summa eorum scripta est in libro Regum Israel & Iuda.] Ex hoc videtur ista dinumeratio esse intelligenda de ea quam Ioab fecit ex præcepto Dauid. Nam illa duntaxat in libro Reg. descripta est. ¶ Sed obijci potest, quod in illa non fuerunt numerati filij Leui ac Benjamin. Ad quod poterit responderi, q; præfata sint per synecdochen accipienda. Veruntamen Glossa interlinearis, dicit istud intelligi posse de numeratiōe facta per Dauid, vel per Salomonem, vel per quemlibet alium regem. Vnde & Glossa Hebraica, vt refert Lyra, hic dicit, q; liber iste, in quo scriptæ sunt genealogiæ horum plenæ vsq; ad minima, non habetur, sicut nec liber Ahia Silonitis, nec liber Ado Videntis, & plures alij libri qui in scripturis allegantur, nec tamē super sunt. ¶ Porro infra secundo libro narratur, qualiter Iosaphat rex habuerit principes quinq;, & quot viri sub vnoquoq; illorum extiterint. [Translatiq; sunt in Babylonem propter delictum suum.] Non q; vniuersus Israel seu duodecim tribus in Babylonem translatus sit, sed populus regni Iuda pro maxima parte, propter multa abominabilia crimina sua. De translatione verò aliarum tribuum seu regni Israel in terram Assyriorum, supra iam dictum est. [Qui autem habitauerunt primi in possessionibus & in vrribus suis.] hoc est, qui post reditū à Babylonica captiuitate, rursus cœperunt primò inhabitare pristina loca & oppida, fuerunt [Israel.] id est, quidam de plebe communi, [& sacerdotes & Leuitæ, & Nathinnai.] hoc est, posteri Gabaonitarum, qui à tempore Iosue conuersi fuerunt ad Iudaismum, comportaueruntq; aquam & ligna in domū Dei. [Commorati sunt in Hierusalem] post reditū à Chaldæa, quidam [de filijs Iuda, & de filijs Benjamin.] quia ad has duas tribus vrbs illa pertinebat. [De filijs quoq; Ephraim & Manassæ.] Quando decem tribus transferebantur, & antea postea multi ex tribubus illis cōfugerunt ad regnum Iudæ sub Ezechia alijsq; tēporibus, & multi ex illis fuerunt cum populo Iudæ in Babylonem translati, qui euolutis septuaginta annis, in propria persona, vel in sobole sua ad Iudæā reuersi sunt, & quidam ex ipsis in Hierusalem commorari cœperunt. Erat autē tunc magis necessarium, quod vrbs illa satis popularetur, & sufficienter inhabitaretur, quoniam erat præcipui & metropolis regni, & tēplum erat in ea. Pluresq; ex gentibus, præsertim Samaritæ, de quibus in Efdra habetur, eius ac templi ædificationem impedire ac demoliri nitebantur, ita quod prælia imminebant assidue habitatoribus Hierusalē. Propter quod periculosum erat cōmorari in ea. Hinc qui ex deuotione, & spontē se obtulerunt ad manendum in ea, specialiter laudabantur, ac benedicebantur à populo, & non sufficientibus illis, missæ sunt sortes, ad sciēdum qui ex toto populo cōmorarentur in vrbe illa, vt Nehemias recitat. Hi ergo nunc exprimuntur & describuntur cum suis genealogijs. [Othæi filius Ammiud, filij Emri, filij Omrai, filij Bonni. De filijs Phares filij Iuda, & de Siloni]

Siloni Afaia primogenitus, & filij eius. De filijs autem Zara, Iehuel & fratres eorum, sexcenti nonaginta. Porro de filijs Beiamin, Salo filius Mofollam, filij Oduia, filij Afana, & Iobania, filius Ieroham, & Hela filius Ozi, filij Mochori, & Mofollam, filius Saphatæ, filij Rahuel, filij Iebania, & fratres eorum, per familias suas, nonaginti quinquaginta sex. Omnes hi principes cognationum per domos patrum suorum. Qui etiam in secundo Eldrae libro conscripti sunt, sed vocabula hæc & ibi diuersimodè variantur, eo quòd aliqui hæc nominentur, qui ibi non nominantur. Vel quia eadem persona plura habuit nomina, vel quoniam idem nomè quandoq; variatur in principio vel in fine. [De sacerdotibus autè Iedaia, Ioiarib, & Iachim. Azarias quoq; filius Helchia, filij Mofollam, filij Sadoc, filij Maiaroth, filij Achitob, pontifex domus Dei.] Secundum Glossam, iste fuit Helchia, qui sub Iosia rege inuenit librum legis in templo, vt quarto Regum habetur, & dicitur fuisse pater Hieremiæ prophetæ. [Porro Adaias filius Ieroham, filij Phasor, filij Melchia & Maasia, filius Adihel, filij Iezra, filij Mofollam, filij Iemmer, fratres quoq; eorum principes, per familias suas, mille septingenti sexaginta, fortissimi robore, ad faciendum opus ministerij in domo Dei. De Leuitis autè Semeia filius Assub, & filij Ezricam, filij Hafabia, de filijs Merari, Bachacar quoq; carpentarius.] Qui secundum quosdam nuncupatur, quoniam præfuit carpentarijs in domo dñi. Sed Leuitæ opera talia non exercebant mechanica, attamè glossa interlinearis affirmat, quod suo officioungebat in domo Dei. [Et Galal, & Mathania filius Micha, filij Zechri, filij Afaph, & Obdias filius Semeia, filij Galal, filij Idithun, & Barachia filius Aza, filij Elcana, qui habitauit in atrijs Metopathi. Ianitores autè Sellum, & Achub, & Talmom, & Ahiman, & frater eorum Sellum princeps, vsq; ad illud tempus in porta regis vicissim ad orientem obseruabant per vices suas, de filijs Leui.] Porta ista adhuc pristinum nomen retinuit, quoniam iam templum & domus regis essent destructa. [Sellum verò filius Choræ, filius Abiafaph, filij Choreh cum fratribus suis & domo patris sui.] In isto capitulo ponuntur interdum hæc nomina, Phinees, Eleazar, Zadoc, Afaph, Idithun, Chore &c. Propter quod quidam ista exponunt de illis antiquis famosis & sanctis, eorumq; filijs. Alij exponunt de his qui post reditum à Chaldaea fuerunt, eademq; cum illis antiquis sortiti sunt nomina. [Hi sunt Choræ super opera ministerij, custodes vestibulorum tabernaculi. Ji. de semine Choræ nati sunt isti deputati ad Dei cultum, qui & atria templi seu tabernaculi custodire habebant. Et familie eorum per vices, castrorum dñi custodientes introitum. Phinees autem filius Eleazar erat dux eorum coram dño. Porro Zacharias filius Mofolamia, ianitor portæ tabernaculi testimonij. Oes hi electi in ostiarios per portas duodecim, & descripti in villis proprijs, quos constituerunt Dauid & Samuel videns in fide sua, tam ipsos q; filios eorum, in ostijs domus dñi & in tabernaculo, vicibus suis.] hoc est, istos præordinauerunt in situendos, fideliter progenitores ipsorum insituendo. Nam & tempore Samuelis fuit tabernaculum Moysi, in quo dispositi erant diuersi ministri. Per quatuor vicos erant ostiarij, i. ad orientem, & ad occidentem, & ad aquilonem, & ad austrum. Ji. quidam eorum erant custodes ianuarum atrijs, respicientes ad orientem, quidam præerant custodiæ ostijs, quod vergebat ad occidentem, sicq; de alijs sentiendum. [Fratres autè eorum in viculis morabantur, Ji. villulis extra Hierusalem, quia nec omnes poterant conuenienter in Hierusalem commorari, aut pariter ministrare, sed singuli in ordine vicis sue, idèò subditur, Et veniebant in Hierusalem in sabbatis suis de tempore vsq; ad tempus, Ji. de tempore quo eorum obsequium debuit inchoare, & erant ibi vsq; ad finem sui obsequij. [His quatuor Leuitis creditus * est ois numerus ianitorum.] hoc est, ceteri ianitores erant commissi ac subditi quatuor principalibus ostiorum custodibus. [Et erant hi quatuor super exedras, custodientes exedras.] i. aedes siue domunculas circa templum constructas, in quibus sacerdotes & Leuitæ tempore sui obsequij vescebantur & quiescebant. Et thesauros domus dñi: per gymnasium quoq; templi dñi morabantur in custodijs.] hoc est, habitaculis & obseruatiõibus suis, vt cum tempus fuisset, ipsi manè aperirent fores templi hora præordinata. [De eorũ grege Ji. genere erant & super vasa ministerij, hoc est, aliqui nati ex eis, custodiebant sacra vasa cultu diuini. [Ad numerum enim & inferebantur vasa, & efferebantur.] Ji. cũ diligenti & certa cõputatione exponebantur ad vsum in templo, & reponebantur in suis custodijs, de ipsis: & qui credita sibi habebant vtenilia sanctuarij, Ji. templi, præerant similia & vino & oleo & thuri & aromatibus.] Ji. custodiebant hæc oia, quæ ad sacrificia necessaria erant. Ex similia nanq; quæ est optima & purgatissima tritici farina, fiebant panes, propositionis, de vino fiebant libamina, de oleo panes liniebantur, & fovebantur lucernæ. Thus adolebatur maieitati diuinæ, ex aromatibus fiebat thymiana. [Filijs autè sacerdotũ, vnguenta ex aromatibus cõficiebant. Et Mathathias Leuites primogenitus Sellũ Choritæ, præfectus erat eorũ quæ in sartagine frugebantur.] curâ habebat rerũ quæ in patellis coquebantur, & ad sacrificia esumq; sacerdotũ pertinuerunt. [Porro de filijs Chabat fratribus eorũ, super panes erant, propositionis, vt semper novos per singula sabbata præpararet.] eis commissum fuit providere, quod omni sabbato de manè ponerentur duodecim panes recetes ac calidi super

4. Reg. 23.

1. Reg. 17.

verat

Exod. 19.

Exod. 27.
Leui. 24.

super mensam, super quam manserit vsq; ad sabbatum sequens, tuncq; sublata, cesserunt in vsum & esum sacerdotum. Hi sunt principes cantorum per familias Leuitarũ, qui in exedris Ji. habitaculis pro templum morabatur, ita vt die ac nocte iugiter suo ministerio deseruiret.] hoc est, qualibet hora oportuna laudibus Dei insisterent, psalmos & hymnos cantando. [Capita Leuitarum per familias suas principes manserunt in Hierusalẽ. In Gabaon autè commorati sunt.] qui sequuntur nati ex tribu Benjamin. Sicq; istud capituli huius residuum, non ad phabita, sed ad frequentia referunt. Commorati ergo sunt ibi pater Gabaon, Ji. principalis oppidi Gabaon vir noie Iehuel & no me vxoris eius Maacha, filius primogenitus eius Abdon & Sus.] qui præcedenti cap. Sur vocatur & Cis, & Baal, & Ner, & Nadab, Gedor quoq; & Ahio, & Zacharias, & Maceloth. Porro Maceloth genuit Semmaan. Ibi habitauerunt regione fratrum suorum in Hierusalẽ, cũ fratribus suis. Ner autè genuit Cis, & Cis genuit Saul, & Saul genuit Ionathan, & Melchisue, & Abinadab, & Esbaal. Filius autè Ionathan Miribbaal, & Miribbaal genuit Micha. Porro filij Micha, Phiton, & Melech, & Thabarea, & Ahas. Ahas autè genuit Iaara, & Iaara genuit Alamath, & Azmoth, & Zamri. Zamri autè genuit Moza, Moza verò genuit Baana, cuius filius Raphaia genuit Elasa, de quo ortus est Azael. Porro Azael sex filios habuit, his nominibus, Ezricam, Bochrũ, Ismael, Saria, Obdia, Hanan. Hi sunt filij Azael. Istud præcedenti capitulo scriptum est atq; expositum. Repetitur autè hoc loco, quia mox describendum fuit, qualiter regnum Israel sit translatum de Saul ad Dauid, & qualiter progenies Saul subitò pro grandi parte extincta sit.

¶ Elucidatio cap. 10. Philistim autem pugnabant contra Israel &c. Art. X.

A Vthor huius voluminis festinans ad euoluenda atq; supplenda gesta regis Dauid, præmissis diuersis pugnis & actibus Saul, describit vltimam eius pugnam, in qua occubuit, vt sic ostendatur, qualiter ipse Dauid sortitus sit regnum. [Philistim autè] videlicet Achis rex & Sa trapæ ac populus Philistinorum pugnabant contra Israel: quod qualiter factum sit, 1. lib. Regũ plenius recitatur. [Egeruntq; filij Israel Palestinos.] Nam exigebus proprijs ac regis sui culpis, meruerunt à Deo relinqui, atq; ab illis idololatris superari. Et ceciderunt vulnerati in monte Gerboe. Cũq; appropinquarent Philistæi, persequentes Saul & filios eius, percusserunt Ionathan, & Abinadab, & Melchisue, filios Saul. Et aggrauatum est prælium contra Saul, inueneruntq; eũ] videlicet ipsum Saul, sagittarij & vulnerauerunt iaculis. Et dixit Saul ad armigerum suum] quæ Hebræi & catholici communiter dicunt fuisse ipsum Doeg Idumæum, qui primò cum Saul perrexit querere asinas, & postea factus est potentissimus pastorem Saulis, ac demum armiger eius, interfecitq; sacerdotes. [Euagina gladium tuum, & interfice me, ne forte veniant in circũcisus illi & illudant mihi adhuc viuẽti, & deinde occidant me. Saul vir animosus & solitus honorari, magis formidauit illud, & hostium suorum manibus subdit, atq; ab eis iuxta eorum voluntatem irruenter, confusibiliterq; tractari, quàm mortem pati amaram. Vnde & aliqui opinantur eum excusabiliter præcepisse armigero suo, quod dictum est, imò & laudabiliter occidisse seipsum, eo quod fecerit hoc, ne sua ignominiosa tractatio, & confusiva occisio redundarent in irruentiam ac iniuriã Dei, cuius ipse publicus erat minister Christus atq; vicarius, quemadmodum & de Razia 2. lib. Machab. legitur: Turbis autè irruentibus, cum iam cõprehederetur, gladio se perit, eligens nobilitatem potius mori, q; subditus fieri peccatoribus, & cõtra natales suos indignis iniurijs agi. Veruntũ alij, probabilius putant, quod Saul ex arrogantia abhorruit sic illud, & ex horrore maioris supplicij, petijt a seruo occidi, ac seipsum occidit. Quæadmodum in lib. Iudicũ de Abimelech scriptum est, quod lætaliter vulneratus à muliere saxũ desuper iaciẽte, suo iussu armigeros Euagina gladiũ tuũ, & percutite me, ne forte dicatur, quod à femina interfectus sim. ¶ Porro Philistæos Saul more solito, ex eorũ contemptu vel zelo quodã iustitiæ, incircuncisos vocauit. [Noluit autè hoc facere armiger eĩ timore perterritus.] Nam & exhorruit mittere manũ in propriũ dñm, & in Christũ dñi Dei, fuit quoq; perterritus ex imminete sibi periculo mortis, nec tenebatur in isto obediẽcepto regis, pserim Ji. Saul illicite iussit hoc, imò sicut illicite est seipsum occidere, propria manu, ita illicite est, facere se occidi ab alio, ptermisso ordie iuris: cũ hoc sit seipsum occidere manu alterius. Arripuit ergo Saul ensẽ] suũ, & irruit in eũ.] Hoc, sicut prædictũ est, quod affirmateum sine pctõ fecisse ob causam phabita, qui etiã opinantur eũ esse saluatũ, quoniam & si antè grauitur multipliciterq; peccauit, tñ audita à Samuele sententia suæ mortis, acceptauit eandẽ, & se diuino cõformauit iudicio, pergẽs spontè ad plium, in quo se nouerat moriturũ, & hoc ppter cõmune sui populi bonũ, cũ tñ poruisset aufugere, sicq; dicũt eũ penituisse, & bono motu se peremisse, quæadmodũ Samson seipsum occidit, & quidam scemine sanctæ, ne à perfidis ac tyrãnis violaretur, nõ aliter excusatur à culpa, nec aliter cõmendant de hoc, nisi quod hoc fecerunt ex occulto spũs sancti imperio seu instinctu, prout 1. de ciuit. Dei in diuersis capitulis, pserim cap. 23. determinat Aug. [Quod cũm vidisset armiger eius, videlicet mortuũ esse Saul, irruit etiã ipse in gladiũ suũ, & mortuũ est.] Armigerũ illũ nullus expositorũ excusat, quin illicite se peremisse, nec erat publi-

1. Para. 8.
Ibidem.

1. Reg. 31.

1. Reg. 9.
1. Reg. 22.

1. Mac. 14.

Iudic. 9.

1. Reg. 17.

Iudic. 16.

August.

publica praesidens; persona, ita q̄ potuerit ex tali motu laudabili se necasse, ex quali secundum vna opinionem seipsum occidit Saul. Occidit itaq; se, vel vt suo se regi cōformaret, vel qm̄ vidit se Philistaeos nō posse euadere, vel quia volebat obedire ac subijci David, quem sciebat regnaturū post Saul, quem admodum Cato se interfecit ne Iulio Cæsari subijceretur, cuius & gloria inuidebat, vel quia extimuit durē tractari à David, & puto q̄ multæ ex causis his cucurrerūt ad inducendū armigerū, q̄ occidit seipsum. [Interijt ergo Saul & tres filij eius, & oīs domus illius pariter cōcidit.] tota p̄genies ipsius Saul, cognita eius & filiorum eius triū morte, timore prostrata est, & animū perdidit, nec hostibus potuit praualere. vel sensus est, q̄ omnes domesticis ei ibi secum exsistētes, interierunt ibi in praelio. [Quod cum vidissent filij Israel, qui habitabant in caespitibus.] in oppidis & villis situatis in caēpis propinquoioribus territorio Philistinorū, videlicet trans Iordanē, [fugerunt:] quia desperabant se posse resistere Philistaeis, à quibus vallari, vastrari, & opprimi metuebāt. [Saul & filij eius mortuis, dereliquerūt vrbes suas, & huc atq; illic dispersi sunt, Veneruntq; Philistij, & habitauerunt in eis. Die igitur altero detrahentes Philistij spolia caesori, inuenerunt Saul & filios eius iacentes in mōte Gelboe. Cumq; spoliassent] Philistaei eum] Saulē vestibus, [et amputassent caput, armisq; nudassent, miserunt in terrā suam, vt circumferretur & ostēderetur in idolorum tēplis & populis.] hoc est, ad ostentationē suae victoriae, & ad idolorum suorū honorem, quibus suum ascripserunt triumphum: ideo voluerunt dijs suis grati existere. [Arma autē eius cōsecrauerunt in phano dei sui.] Primo Regum legitur, q̄ posuerunt eam in tēplo Astaroth dei sui, i. deputauerunt ea manere in tēplo Astaroth, qui fuit vnus de dijs eorum ad ipsius honorē, & in memoriā concessae victoriae, ne triumphus ille traderetur obliuioni, nec arma illa vsui amplius applicarentur humano. [et caput affixerunt in tēplo Dagon] Iad ipsius Dagon reuerentiā. Nam pluribus dijs deseruiebāt, & diuersa diuersis attribuebāt. Hoc cum audissent viri Iabes Galaad, hoc est, habitatores vrbis nomine Iabes sitae in terra Galaad, omnia scilicet quae Philistij fecerāt super Saul, cōsurrexerunt singuli virorum fortium, & tulerunt.] abstulerunt] cadauera Saul & filiorū eius. [Nam vt r. Regum habetur, Philistaei suspenderunt corpus Saul, imō & triū filiorū eius, vt ex textu elicitur, in muro vrbis noīe Bethsan, quasi in oculis plebis Israeliticæ. Est em̄ ciuitas Philistij in terminis Israel, vt in Scholastica fertur historia, & inde ea tulerunt ciues praefati, qui prae caeteris zelabantur pro honore Saul, qm̄ in principio regni sui liberauit eos de tyrannide regis Ammonitarū, vt r. Regum habetur: ideo tā irreuerentiā & cōfusibilē regis sui tractationē, etiam in extincto eius corpore, ferre æquanimiter non valebant. ¶ Veruntā iuxta Glossam, Hebraei dicunt, per Bethsan intelligi domum seu phanum Dagon, quae interpretatur domus dormitiis, vbi corpus eius dicitur fuisse suspensum. Alia verō est Bethsan, de qua in libro Iosuae ac Iudicū legitur, & interpretatur domus securitatis. tuleruntq; ea in Iabes, & sepelierunt ossa eorum subter quercū que erat in Iabes.] p̄ oppidum illud in Iylua, in qua fuit quercus formosa. Vnde r. Regum habetur, sepelierunt ea in nemore Iabes. Sic & in Genesi habetur, q̄ Debora nutrix Rebeccae, sepulta est ad radices Bethel subter quercum, [et ieiunauerunt septē diebus, in signum mœroris. Vnde & Abner occiso, David noluit māducare ante solis occasum, vel pro peccatis defunctorū, abstinētiā illam pœnitētiāliter cōpleuerunt. [Mortuus est ergo Saul, p̄pter iniquitates suas,] Qui dicitur eū esse saluatū, fatētur eum pro excessibus suis in hac vita punitum, & victū à Philistaeis, quauis non plenē purgatum, & ita mortuus est, p̄pter iniquitates suas, sicut moriuntur latrones & homicidæ propter scelera sua, qui tñ si pœniteant verē, saluātur. Deinde iniquitates Saulis exprimuntur in particulari, [eo q̄ prauaricatus sit mandatū dñi quod praeeperat.] Iei per Samuelem de interficiēdis Amalechitis & eorum pecoribus, [et non custodierit illud.] Nam cōtra p̄ceptū Dei pepercit regi illorum melioribusq; pecoribus, prout r. Reg. diffusius legitur. sed in super etiā pythonissam cōsulerit.] à muliere spiritū pythonicum & artē magicam habente & exercente quae fuit quid sibi acciderit, & qd esset acturus, quod in Leuitico & Deute. fuit, phibitum. [nec sperauerit in dño,] quia cum dñs sibi nō ruderet, neq; per somnia, neq; per facēdotes, nec per p̄phetas, recurrit ad magicam artē. De his tñ secundū praefatā opinionē pœnituit verbis Samuelis auditis. Alij dicunt eum non pœnituisse veraciter, sed propter iniquitates suas occisum ac derelictum à dño, & hoc sancti cōmuniū dicunt, & textui magis consonū esse videtur. Nihilominus Magister in historijs ait, Saul sciens & prudens festina bar ad mortem: soli quippe magnanimes, sunt rerum terribiliū contemptores. Hæc magnanimitas maximē conuenit regibus, quos propter excellentiam principatus non solum malos esse non licet, sed nec mediocriter bonos circa subiectos, Hæc ibi. ¶ Præterea queri potest, si Saul propter iniquitates suas est occisus, cur Ionathas filius eius virtuosus est interfecit? Respondetur, q̄ nec ipse sine quotidianis fuit peccatis: idcirco & eius occisio fuit sua purgatio & augmentum salutis. Saul quoq; in filijs suis punitus est, quod Deus iustus atq; omnipotens ordinauit in bonum illorum, & specialiter in melius Ionathæ, cuius virtuositas primo

1. Reg. 31.

1. Reg. 31.

Ibidem.

1. Reg. 13.

Iosue 17. Iudicum. 7.

1. Reg. 31. Gene. 35. 2. Reg. 3.

1. Reg. 15.

1. Reg. 18. Leui. 20. Leui. 18. 1. Reg. 28.

Pet. Co. hist. lib. 1. Re. ca. 27.

1. Reg. 14. 18. 20.

1. Reg. 14. 18. 20. 22. 23. multipliciter cōmendatur. Quid autem putandum videatur de Saulis saluatione, primo Regum requiratur. [Propter quod interfecit eum, & transfudit regnum eius ad David filium Isai.] ¶ Postremo sp̄ialis sensus huius cap. r. Reg. discussus est.

¶ Declaratio capituli vndecimi: Congregatus est igitur omnis Israel ad David in Hebron. Articulus vndecimus.

NVnc recitatur, qualiter factus sit David rex super vniuersum Israeliticum populum. [Congregatus est igitur omnis Israel ad David] hoc est, quidam, imō & multi notabiles viri de qualibet tribu, [in Hebron.] Hoc fuit post mortem Abner ac Isboferth, dum populus p̄ certo percepit, q̄ David innocens fuit de morte illorum, [dicens: Os tuum fumus & caro tua plūmus,] 1. Reg. 5. cognati & fratres tui, quia ex eisdem patriarchis sumus exorti, teq; amamus vt fratrem, idcirco non suspicaris q̄ fraudulenter loquamur. [Heri quoq; & nudistertius.] dieb; praeteritis, [cum adhuc regnaret Saul] rex super nos, [tu eras qui educebas & introducebas Israel.] exercitui praefuisti, non tamen assidue nec vniuersaliter, quia sic Abner praefuit cunctis, & bellatores eduxisti ad pugnam, atq; obtento triumpho reduxisti eosdem. Vnde primo Regum lib. habetur: A principio egressionis Philistinorum prudentius se agebat David q̄ oēs serui Saul, & alibi posuit eum Saul super viros belli. [Tibi em̄ dixit dñs Deus tuus] primò per Samuelem, deinde per reuelationem diuinam: Tu pasces populum meum Israel, hoc est, sapiēter & iuste reges eum, quod est spiritualis refectio, [et tu eris princeps super eum.] Venerunt ergo oēs maiores natu Israel, [q̄ com] munitatem repræsentabant, [ad regem in Hebron] Nam em̄ fuit rex per tribum Iuda dītaxat, [et iniijt] David scēdus cum eis coram dño, [i. pactum pacis & amicitiae] seu fidelitatis. Vel concordatē ter decreuerunt Deo seruire, ac Philistaeis caeterisq; aduersarijs repugnare. [Vixeruntq; eum] regem super Israel, hoc est, super totum Israeliticum populum, & vñctio illa fiebat manu pontificis aut prophetae, & ita ter vnctus est David in regem. Primò, à Samuele in signum praesidentiae suae regalis futuræ. Secundò, in Hebron super tribū Iuda, statim post mortem Saul. Tertiò, super duodecim tribus. Iuxta sermonem dñi quem locutus est in manu Samuel, [i. sicut Deus] per obsequium atq; eloquium Samuelis praedixit. Frequēter namq; Samuel prophetauit, q̄ regnum auferretur à domo Saul, & daretur David. [Abijt quoq; David] Iab Hebron [et oīs Israel] [se]cum exiitens, hoc est, quidam de singulis tribubus existentes [in Hierusalem,] Iad eam, [Hæc est Iebus.] i. alio nomine dicitur Iebus. Hinc 2. Reg. 5. asseritur: Abijt rex, & oēs viri q̄ erant cum eo, in Hierusalem. Nouerat q̄pe vir sanctus, prophetae spū adornatus, vrbe[m] Hierusalem à deo electam ad cultum diuinum, vt in ea templum cōstrueretur, & sacrificia fierēt: ideo voluit in ea sibi solium collocare. [Vbi erant Iebusaei] habitatores terræ. Nam à tempore Iosuae vsq; ad tēpus istud, man serunt ibi plurimi Iebusaei in fortalicio quodam, quod dicebatur arx Sion, quod fortissimum & penē inexpugnabile erat. In reliqua verò vrbis parte habitauerunt quidam de filijs Israel, puta de tribu Iuda ac Benjamin, sicut Iosu. 15. continetur. [Dixeruntq;] qui habitabāt in Iebus, [i. Iebusaei] praedicti habitantes in arce [ad David: Non ingredieris huc.] dixerunt & alia verba, quae 2. Reg. 5. habentur, atque exposita sunt, idcirco pertransendum. Putabāt autem, q̄ nauit nequaq; posset praualere in eos, ideo ex contemptu ipsius, & praesumptione atq; ironicē protulerūt hæc verba. [Porro] David cepit arcem Sion [hoc est, castrum & fortaliticum illud] [Deo iuuante] obituit per modum paulopost tactum, [quæ est ciuitas] David, [i. illa pars vrbis, in qua fuit arx Sion, cum habitaculis & attinentijs suis. Deinde] vocata est ciuitas David, quia ibi habitare elegit, & erat locus mōtanus sublimis. Propter quod fortaliticum illud dicebatur arx, hoc est, altitudo seu specula, quoniam existentes in eo, longē lateq; speculabantur. [Dixitque:] Hic tangitur, qualiter obtinuit arcem: Omnis qui] i. quicumque percusserit Iebusæum in primis, hoc est, qui primus ascenderit & vastauerit arcem hanc, & habitantes in ea inuaserit, [erit princeps & dux.] i. princeps militiae & dux exercitus, seu secundus post regem. Nempe ex quo difficilimum erat vincere castrum illud, vt bellatores magis animarentur ad oppugnandum, promisit David mercedem hanc ei, qui primò acquireret illud. Vnde 2. Reg. 5. habetur: Proposuit autem David praemium in die illa &c. & quod fuerit praemium illud, non exprimitur ibi, sed hic. [Ascēdit] igitur primus Iobab filius Zeruiæ. Imultis etenim festinantibus, Iobab sua astutia cunctos praueuit: & clamauit ad regem, autem militiam principatum. [et factus est princeps.] Habitauit autem David in arce, & idcirco appellata est ciuitas David. Aedificauitq; vrbe[m] in circuitu] hoc est, illam partem Hierusalem quæ vocata est ciuitas David, aedificauitq; augendo ac meliorando, [i. Mello] vsque ad gyrum. [Mello] fuit velut praecipitium ac vorago, profundaq; vallis ante fortaliticum situata, inter quam & fortaliticum extitit spatium, in quo David aedificia fecit per gyrum, seu per modum coronæ. [Iobab autē] reliqua vrbis extruxit. I. alia aedificia vrbis David fieri fecit, p̄ habitaculis bel latorum, tanq̄ secundus post regem, & militibus necessaria prouidēs. ¶ Porro Glossa ait: Iobab per industriam militarem ciuitatem muniuit. Iosephus tñ affirmat ipsum David superiorem ciuitatem

1. Reg. 5.

2. Reg. 2.

1. Reg. 17. 2. Reg. 2. 5.

1. Reg. 15. 18.

Ios. 17. 18. Iudic. 19.

2. Reg. 5.

Ibid.

Ioseph. lib. 7. an. Iu. ca. 3. 4

tem munuisse, eiq; copulando arcem vnum corpus fecisse, & cuncta muro circumdedisse, sed super opus murorum, ipsum Iobab constituisse, expulisseq; Iebusæos, & Hierosolymā appellasse. [profi-
ciebatq; Dauid] virtute & gratia, cōuersatione & fama, [vadēs] de bono in melius, [et crescent] in

1. Reg. 18. in tēporalibus & spiritalibus bonis, [et dñs exercituum erat cum eo] Deinde exprimunt in litera hi, quorum subsidio Dauid, p̄motus in regem. De qbus 2. Reg. 1. 8. & 23. dictum est, idēd percurrēdū. [Hi principes virorum fortium Dauid] i. q. principales fuerūt inter fortes milites regis, & cæteris fortiores, [et] adiuerunt eum, vt fieret rex super oēm Israhel. [Nam] pugnaverūt pro Dauid cōtra auxilios Iobab, [iuxta] verbum dñi quod locutus est ad Israhel. [Deus] q̄ppe per Sa-

2. Reg. 2. muelē Israheliticō populo p̄nunciavit, q̄ Dauid regnaret. [et] iste numerus robustorum Dauid, Isabeam filium Hachamoni princeps inter 30. hoc est, inter 30. fortes, p̄cipuus & fortior illis, quem Iosephus vocat Eusebium. [Iste] leuauit hastam suam super 300. vulneratos vna vice] i. in vno bello vulnerauit & deciecit viros 300. Iosephus dicit eum interfecisse 900. quod creditur factum in alio p̄lio. Et iste Isabeam, non exprimitur saltem isto vocabulo, & multi exponunt de ipso, quod ibi legitur qdam interfecisse 800. impetu vno, quīs hoc videatur ibidēd dici de Dauid. [et] post eum Eleazar filius patris eius Ahoites, q̄ erat inter tres potentes] iuxta Hieronymum, tradunt Hebræi, q̄ Ahoiā, a quo Eleazar iste dicitur Ahoites, fuit frater Isai patris Dauid. Vnde & 2. Reg. 23. Eleazar iste videtur dici filius patris Dauid, quō ergo nunc dicitur filius patris Isabeam, nisi forte & ipse Isabeam ex aliqua linea sic attinuerit regi Dauid? [Iste] fuit cum Dauid in Aphas Damim] i. loco sic notato, [quō] Philistinij cōgregati sunt ad locum illum in p̄lio. Et erat ager regionis illius plenus hordeo, fugeratq; populus a facie Philistinorum. Histeterunt in medio agri, & defenderunt eum. Cumq; percussissent Philistæos, dedit dñs salutem magnam populo suo. Descenderunt autē tres de 30. principibus] i. tres fortissimi de numero fortiorum, q. principiores erant 30. fortibus, [ad] petram, in qua erat Dauid, ad speluncam Odollam, quō Philistinij fuerant castrametati in valle Raphaim. Porro Dauid erat in p̄sidio] i. in loco munito & firmo ad euadendum p̄sequutionē Saulis, vt qdam exponunt. [et] statio Philistinorum erat in Bethlehem] i. extra & prope oppidum illud erat. [Desiderauit] igitur Dauid aquam, & dixit, O si quis daret mihi aquam de cisterna Bethlehem, quæ est in porta? Tres ergo] i. per media castra Philistinorum perrexerunt, & hauserunt aquam de cisterna Bethlehem, quæ erat in porta, & attulerunt ad Dauid vt biberet. Qui noluit, sed magis libauit illam dño, dicens: Absit vt in conspectu Dei mei hoc faciam, & sanguinem istorum virorum bibam: quia in periculo animarum suarum attulerunt mihi aquam. Et ob hanc causam noluit bibere. Hæc fecerūt tres robustissimi. Abisai quoque frater Iobab, ipse erat princeps trium] i. p̄cipue excellenterq; fortis inter tres potentes seu fortes secundi ordinis, ita q̄ ipse fuit vnus illorum trium, qbus tribus fortiores fuerūt tres fortes primi ordinis, q. habent in textu. Hinc 2. Reg. 23. clariùs scriptum est: Abisai princeps erat de tribus, & ipse erat inter tres fortes secundi ordinis. [et] ipse leuauit hastam suam contra 300. vulneratos. Et ipse erat inter tres notatissim̄, inter tres secūdus, inclutus & princeps eorū. Verūtā vsq; ad tres primos nō puenerat. Vide in verbis his difficultas. Si eorū fuit inter tres notatissimus, & p̄iceps seu prim̄ eorū, quō fuit inter tres secūdus, nisi forte dicat fuisse inter tres secūdus, i. immediate sequēs tres robustissimos primi ordinis. Vel secūdus inter tres fortes secūdi ordinis, i. medius inter eos, tanq̄ sustentamentū quoddam aliorū duorum. Aliq̄ tñ textus habet, inter tres secūdos, & sic planus est textus, quō sensus est, q̄ erat inter tres fortes secūdi ordinis, q. sequebant in ordine tres primos robustissimos. [Banaias filius Ioiadæ] viri robustissimi, q. multa opera perpetrarat de Cabsel, ipse percussit duos, Ariel & Moab. Et ipse descendit & interfecit leonem in media cisterna tempore niuis, & ipse percussit virum Egyptium, cuius statura erat scubitorum, & habebat lanceam, vt liciatorium textentium. Percussit itaque Ariel & Moab, i. duos leones Moab, vt potē duos quosdā p̄cipuos principes seu milites Moabites animosos ac fortes. [Descendit] igitur ad eum cum virga, & rapuit hastam quam tenebat manu, & interfecit eum hasta sua. Hæc fecit Banaias filius Ioiadæ, q̄ erat inter tres robustos nominatissimos, inter triginta primos. Nam dictum est, q̄ Abisai fuit inter tres nominatissimos, quō ergo idem nunc dicitur de Banaia? Rñdetur q̄ tres fortes primi ordinis, similiter tres fortes secūdi ordinis, ad diuersimodē assignantur, prout 2. Reg. 23. dictum est, vbi & huius solutio q̄stionis q̄ratur, ibi etiam requiratur solutio q̄stionis, qua q̄ratur, quo tempore acciderit ista historia de allatione aquæ a cisterna Bethlehem, quam B. Gregorius asserit accidisse post adulterium Dauid cum vxore Vriæ, quod & Gloffa hic tenet, cum tamen ex circumstātia literæ videatur accidisse, Dauid Saulem adhuc fugiente. [Veruntamen] ad tres vsque non peruenerat. Posuit autem cum Dauid in auriculam suā. Porro fortissimi viri in exercitu, Asael frater Iobab, & Elhanan filius patris eius de Bethlehem, Sammoth Arodites, Heles Phalonites, Hiras filius Acces Thecutes, Abiezer Anathorites, Sobochai Hufathites, Iai Ahoites, Maauai Netophathites, Heled filius Baana Netophathites, Ethai fi-

Ioseph. lib. 7.
an. iu. c. 12.

1. Thes. 2.
min

Gregorius

filii Rebai de Gabaath filiorum Beniamin, Banaia Pharathonites, Haurai de torréte Gaas, Abiel Arabathites, Asmoth Baharumites, Eliahaba Saalbonites, Filij Assēm Gezonites, Jonathan filius Sage Aratites, Ahiam filius Sagar Aratites, Eliphai filius Vr, Hephher Meerathites, Ahia Phalonites, Hezro Carmelites, Naararai filius Azhai, Joel frater Nathan, Mibahar filius Gari, Selec Ammonites, Naharai Berothites armiger Iobab filij Saruiz, Hiras Iethræus, Gareb Iethræus, Vrias Hethæus, Zabab filius Oholai, Adina filius Sifa Rubenites, princeps Rubenitarum, & cum eo triginta, Hanan filius Maacha, Et Iosaphat Mathanites, Ozeas Aslarothites, Semma & Iahiel, filij Hothan Aroerites, Iedaiel filius Zamri, & Ioha frater eius Thozithes, Eliel Mahumites, Et Ieribai, & Iosia, filij Elnaac, & Iethma Moabites, Eliel & Obed & Isiel de Masobaia. [Hic] nominantur hi q. post p̄satos erant fortiores, erantq; 30. iuxta computum 2. Reg. 23. inter quos Vrias Hiththæus, ibi ponitur vltimus, hic verò multo plures ponuntur, qui post Vriam nominantur, & post illos 30. erant notabiliter fortes. Cætera 2. Regum lib. exposita constant.

¶ Expositio cap. 12. Hi quoq; venerunt ad Dauid in Sicelag. Art. 12.

Exprimuntur iam & alij viri robusti de singulis tribubus, qui in adiutorium Dauid venerunt, & post eos qui p̄cedenti capitulo sunt expressi, erant ceteris fortiores. Porro in textu nulla est difficultas, idcirco pertransendum. [Hi] quoq; venerunt ad Dauid in Sicelag] i. vrbē, quam Achis rex Philistinorum assignauit ipsi Dauid & populo eius ad inhabitandum, vbi & quatuor mensibus est commoratus, vt 1. Reg. 27. legitur. [Cum] adhuc fugeret Saul filium Cis, qui erat fortissimus, i. valde fortes, attamē minus quam p̄fati, [et] egregij pugnatōres] vt potē decorati virtutibus animi, quæ ad bellatores specialiter pertinent, vt sunt iustitia, fortitudo, magnanimitas, prudētia, amor boni communis, [et] tendentes arcum, & vtraq; manu fundis saxa iacentes, & dirigētes sagittas. De fratribus Saul ex tribu Benjamin, princeps Ahiezer, & Ioas, filij Samaa Gabaathitæ, & Isiel, & Phalet, filij Asmoth, & Baracha, & Iehu, Anathothitæ] i. hi viri nati ex tribu Benjamin, & ex habitatoribus Gabaæ, cognati Saulis, qui quis essent de eius progenie, tamē propter tyrannidem eius in Dauid, & quia nouerunt Samuelem veraciter p̄dixisse, q̄ Dauid regnaret, ipsumq; Dauid sciuerunt esse omni virtute ornatum, confugerunt ad eum, a quo & suo tempore sperauerunt vicem suæ fidelitatis fortiri. [I]samaias quoq; Gabaonites fortissimus inter 30. & super triginta, Hieremias, & Iaziel, & Iohannan, & Iosabad Gaderothites, Eleusai, & Hierimoth, & Baalia, & Samaria, & Saphatia Haruphites, Elcana & Iesia, & Azrael, & Iezer, & Iosoboam de Carehim, Ioela quoq; & Zabadia, filij Ieroham de Gedor. [I]sti 30. fuerunt alij, q̄ hi, de quib; p̄cedenti capitulo facta est mentio. [Sed] & de Gaddi transfugerunt ad Dauid, i. quidam de tribu Gad, [cum] lateret in deserto, viri robustissimi & pugnatōres optimi, tenentes clypeum & hastam. Facies eorum quasi facies leonis, hoc est, vultu audaces erant, atq; terribiles hostibus ac imperterriti, per quod datur intelligi, q̄ interior dispositio cordis eorum, relucebat in vultu, sicut cōmuniter fieri solet. Vnde Eccl̄ 19. fertur: Ex visu cognoscitur vir, & ab occurfu faciei cognoscitur sensatus. [et] veloces] non solum corpore, sed & mentis acumine. [quasi] capræ in montibus. [sic]q; idonei erant inimicos inuadere ac insequi fugientes. [Ezer] primus princeps, Obdias secundus, Eliab tertius, Masmana quartus, Hieremias quintus, Erbi sextus, Eliel septimus, Iohannan octauus, Elzabad nonus, Hieremias decimus, Machabanai vndecimus, hi de filiis Gad principes exercitus: Nouissimus] inter principes istos filiorum Gad, [100. militibus] p̄erat] & [maximus] mille] i. superior inter eos p̄fuit mille militibus, quod fuit vel anteq̄ venerunt ad Dauid, vel ipso Dauid in regem promotō, quia vt elici potest ex 1. Reg. 23. & 25. Dauid vsq; ad mortē Saul, nō videtur vltra 600. viros secum habuisse. [I]sti sunt qui transferunt Iordanē] vel pede aut naui, [men] se primo] anni primi, secundum computum Iudæorum, qui est mensis Nisan, hoc est, in Martio seu Aprili, [quando] inundare consuevit super ripas suas: i. effluere, quia tunc aqua eius excrecere solet, [et] fugauerunt oēs qui in vallibus morabantur ad orientalem plagam & occidentalem. [Erant] em̄ Gentiles & Israelitis molesti, & aliquam partem terræ eorum inuaserat. [Venerunt] autē] alij] q̄ & de Benjamin, & de Iuda ad p̄sidium, in quo morabatur Dauid] adhuc se abscondens ac p̄seruans a Saul. [I]sti de Benjamin cōiunxerunt se filiis Iuda, veniēdo in adiutoriū Dauid, vel quia pariter habitabant, vel ne Dauid natus de Iuda, aliquid mali suspicaretur de Beniamitis cognatis Saulis. Nemp̄ quod Dauid timuerit, ne forte filij Benjamin dolose venerint ad se, apparet ex eo quod subditur: [Egressus]q; est Dauid obuiam eis, & ait: Si pacificē venistis ad me, vt auxiliemini mihi, cor meum iungatur vobis] per confidentiam & familiarem amorem. [Si] autem infidiamini mihi pro aduersarijs meis, i. ad complacendum Sauli & adiutoribus eius, [cum] ego iniquitate in manibus non habeam] id est, nihil fore fecero regi per actus iniquos, [videat] Deus patrum nostrorum & iudicet] id est, iuste iudicando ostendat se ista cognoscere. [Spiritus] verò domini induit Abisai principē inter triginta] id est, spiritus sanctus instigauit illum ad loquendum verba sequentia, [et] ait: Tui sumus o Dauid, & tecum filij Isai] id est, verē & ex corde associamus

nos tibi. Verum ut dicitur, in Hebræo habetur: Spiritus induit Amasani. Amasani secundum Hebræos. Pax pax tibi, & pax adiutoribus tuis. Te enim adiuvat Deus tuus. Suscepit ergo eos David, & constituit principes turmarum: in quosdam illorum prefecit quibusdam, faciendo ex eis decanos quinquagenarios aut centuriones. Porro de Manasse transfugerunt ad David, qui veniebat cum Philistinim aduersus Saul ut pugnaret, & non dimicauit cum eis, quia inuito consilio remiserunt eum principes Philistinorum, dicentes: Periculo capitis nostri reuertetur ad dñm suum Saul] prout, lib. Regum habetur. Qualiter autem David intenderit contra Saul pugnare, & qualiter nō, dictum est tibi. [Quando igitur reuersus est] David [in Sicelag,] remissus a rege Achis ac satrapis, transfugerunt ad eum de Manasse, Ednas & Iosabad, & Iediel, & Michael, & Iosabad, & Elihu, & Salathai, principes militum in Manasse. Hi præbuerunt auxilium aduersus latrunculos Amalechitas, qui Sicelag in cenderunt, & ita erant cum David in prælio contra illos plures quæ 400. [Omnes enim erant viri fortissimi, & facti sunt principes in exercitu. Sed & per singulos dies veniebat ad David] ex diuersis tribubus, ad auxiliandum ei vsque, dum fieret grandis numerus quasi exercitus Dei] id est, exercitus virorum honorum benè & concorditer dispositorum instar angelorum Dei innumerabilem. de quibus Iob 25. legitur: Nunquid est numerus militum Dei? Et Nehe. 9. ait: Exercitus cæli adorante. Hebræi tamen per exercitum Dei intelligunt eos qui sub Mose exierunt Aegyptum, & erant 600. millia. [Iste quoque est numerus principum exercitus, qui venerunt ad David, cum esset in Hebron, ut transferrent regnum Saul ad eum, iuxta verbum domini: Filij Iuda portantes clypeum & hastam, sex millia 800. expediti ad prælium. Nam enim ante multi ex tribu Iuda confugerunt ad David.] De filiis Simeon virorum fortissimorum ad pugnam septem millia 100. De filiis Leui, quatuor millia 600. Ioiada quoque princeps familie sue [de stirpe Aaron.] Hic Ioiada dicitur fuisse pater Banaie, imò secundum glossam, Ioiadam tradunt Hebræi fuisse Phinehes filium Eleazari, ad cuius comparationem Sadoc puer vocatur, tanquam ætate & merito minor, quæ assertio stulta videtur, quia Phinehes iam diu defunctus fuit, [et cum eo 30. millia 700. Sadoc etiam puer egregie indolis.] excellenter benè dispositus ad prudentiam ac virtutes, propter quod dignus fuit inter viros computari, [et domus patris eius, principes 22. De filiis autem Benjamin fratribus Saul, tria millia: magna enim pars eorum adhuc sequebatur domum Saul. Porro de filiis Ephraim 20. millia, 800. fortissimi robore viri, nominati in cognationibus suis. Et ex dimidia parte tribus Manasse 10. & 8. millia, singuli per nomina sua venerunt, ut constitueret regem David. De filiis quoque: Isachar viri eruditi] venerunt ad David, [qui nouerant singula tempora ad precipiendum, quid facere deberet Israel.] quid vnoquoque die, hora aut tempore esset agendum. Erat quippe tribus Isachar singulariter studiosa ac literata, ut dicitur est Gene. 50. [principes 200. Omnis autem reliqua tribus eorum consilium sequebatur. Porro de Zabulon qui egrediebantur ad prælium, & stabant in acie instructi armis bellicis, 50. millia venerunt in auxilium non corde duplici. Et de Nephthali, principes mille, & cum eis instructi clypeo & hasta, 30. & 7. millia. De Dan etiam præparati ad prælium, 28. millia 600. Et de Aser egredientes ad pugnam, & in acie prouocantes, 40. millia. Trans Iordanem autem de filiis Ruben, & de Gad, & dimidia parte tribus Manasse, instructi armis bellicis, 120. millia. Omnes isti viri bellatores, expediti ad pugnam corde perfecto, venerunt in Hebron, ut constituerent regem David super vniuersum Israel. Sed & oēs reliqui ex Israel vno corde erant, ut rex fieret David.] cum integro ac sincero cordis proposito curauerunt de promotione David in regem, quibus non fuerint oēs viri perfecti. [Fueruntque ibi apud David tribus diebus, comedentes & bibentes. Præparauerant enim eis fratres sui. Sed & qui iuxta eos erant, vsque ad Isachar & Zabulon & Nephthali afferebant panes in asinis & camelis & mulis & bobus ad vescendum, farinam, palathas,] i. ficus inter palas compressas, [vnam passam, vinum, oleum, boues & arietes, ad omnem copiam. Gaudium quippe erat in Israel.] spiritualiter, per David intelligitur Christus, ad cuius fidem, regnum atque ecclesiam per apostolorum prædicationem atque diuersa miracula, misso desuper spiritu sancto, venerunt quotidie multi, sicut Act. 2. & 4. recitatur apostolorum. Deinde multo plures ex gentibus, quos dominus & saluator gratiosè suscepit, & multos ex eis fecit prædicatores, prælatos ac principes aliorum, quibus in ecclesia diuersa præparauit spiritualia alimenta. Multi quoque, ex illis fuerunt in scripturis veteris testamenti, aut in naturali philosophia periti, ex quibus verè factus est grandis exercitus instar angelorum dispositus, quoniam militans ecclesia instar triumphantis ordinata consistit, sicut Apocal. 21. ait Ioannes: Vidi Hierusalem descendentem de cælo.

¶ Elucidatio cap. 13. Inijt autem consilium David cum tribunis.

Art. 13.

Sandus David Deo gratis consistere cupiens, mox ut Dei gratia factum se regem conspexit, Dei honorem in primis querere cepit, sicut & Christus in Euang. Math. 6. docet: Primum, inquit, querite regnum Dei & iustitiam eius. [Inijt autem consilium David cum tribunis.] quorum quilibet præerat mille viris, [et centurionibus,] quorum quilibet præerat 100. [et vniuersis prin-

principibus.] In hoc commendantur nobis humilitas atque prudentia David regis, qui rem magnam agere volens, consilio vsus est. Et quis esset vir sapientissimus, cum inferioribus & minus prudentibus tractare consilium non despexit, quo multorum præsumptio, insipientia, arrogantia reprobantur, qui omnia iuxta proprii capitis apprehensionem & phantasiam agere volunt, nec cum inferioribus super agendis conferre dignantur. [Et ait ad oem cœtum Israel:] Ad oēs ibi præsentēs quos conuocauit. Vnde & 2. Reg. 6. habetur: Congregauit David oēs electos ex Israel 30. millia. [Si placet vobis, & ad dñm Deo nostro egredietur sermo quem loquor.] Ecce quæ humiliter loquitur subditis & ministris, non procaciter iubet, nec per se absolute determinat, sed sub conditione loquens, inferiorum iudicio verba sui committit propositi, quo multorum in discreto atque elatio reprimuntur, qui statim in verba iussionis prorumpunt, & gladium suæ educationis autoritatis sine necessitate, imò frequenter in græde periculum subditorum. Videtur autem ex circumstantia literæ, quod David primò seorsum consilium cum maioribus iniijt de arcæ adductione, & illis suo proposito consentientibus, proposuit vniuersis qui aderat eandem materiã: per quod patet, quod vile sit, ut præsentēs primò seorsum cum aliquibus senioribus aut maioribus seu familiarioribus tractent de arduis causis, deinde cum cæteris, quatenus talia de cœmuni fiant cœnsensu. [mittamus ad fratres nostros reliquos in vniuersas regiones Israel, & ad sacerdotes & Leuitas, qui habitant in suburbanis vrbius, ut cõgregentur ad nos.] Hic rursus suis se connumerat subditis, quos & fratres suos appellat. [et reducamus arcam dei nostri ad nos.] videlicet ad hanc urbem regiam Hierusalem, ut ex loci honorificentia amplius honoretur, & propter maiorem Dei honorem, voluit David adesse principales ex qualibet tribu, & maximè sacerdotes. Denique quis totum territorium suum esset regio vna totalis & integrum regnum vnum, tamè pluraliter ait, [mittamus in vniuersas regiones Israel, vel propter diuersas tribuum sortes, vel quoniam antea erant in totali territorio illo diuersæ regiones & multi reges. Si quidem Iosu. 12. legitur, quod filij Israel percussissent in terra illa 31. reges.] Non enim requisimus eam in diebus Saul. Et respondit vniuersa multitudo, ut ita fieret: Placuerat enim sermo omni populo: Itaque, qui vult alios ad sibi consentiendum alligere, primò capet beneuolentiam eorum, humiliterque loquatur. [Congregauit ergo David cunctum Israel ad Sihor Aegypti, vsque dum ingrediatis Hemath.] de singulis tribubus nobiliores & notabiliores conuocauit ad fluuium nomine Sihor, qui à Nilo deriuatur, & profluit ex Aegypto aut circa eandem, vsque Damascum. Ait etenim glossa: Hemath est ciuitas Damasci, quæ in Amos Hemath magna vocatur, & nunc Epiphania nuncupatur. Veruntamen, his obuiare videtur, quod Hieronymus & alij super prophetam Amos 6. fatetur, dicentes, quod Hemath magna nunc Antiochia nominetur, & quod sit alia Hemath minor, quæ Epiphania dicta est, cuius regio dicitur Reblata, in qua Nabuchodonosor interfecit filios Zedechie. Itaque nunc per Sihor fluuium, qui est terminus terræ promissionis australis, & per Hemath, quæ est terminus eius septentrionalis, tota terra illa signatur. [vt adduceret arcam dei de Cariath Iarim.] Id est, de vrbe sic dicta, quæ fuit in tribu Iuda. nam subditur, [et ascendit David & omnis vir Israel ad collem Cariath Iarim qui est in Iuda, ut afferret in dñm arcam domini Dei sedentis super Cherubim, ubi inuocatum est nomen eius. Imposueruntque arcam Dei super plaustrum nouum de domo Abinadab.] His obuiare videtur, quod 2. Reg. 6. asseritur: Tulerunt eam de domo Abinadab, quæ erat in Gabaa. Ad hoc Lyra responderet: Cariath Iarim & Gabaa erant loca satis propinqua, & in Cariath Iarim primò congregatus est populus ad David, & inde transferunt ad adducendam arcam quæ erat in Gabaa, & inde ducendo eam, transferunt per Cariath Iarim. Sed huic responsioni obuiat litera ista quæ ait: Ascendit David & viri Israel ad collem Cariath Iarim, ut afferret in dñm arcam: quod constat, quod eam accepit de colle & vrbe Cariath Iarim. Hinc Magister in historijs scribit: Gabaa non est hic nomen loci aut vrbis, sed secundum interpretationem suam, collem significat. [Oza autem & fratres eius minabant plaustrum. Porro David & vniuersus Israel iudebant eorum Deo omni virtute in canticis, & in citharis, & psalterijs, & tympanis, & cymbalis, & tubis. Cum autem peruenissent ad arcam Chidon,] Secundo regum habetur, ad arcam Nachor. Respondetur quod vel area illa, aut dominus area, duo hæc nomina habuit: vel si erant loca diuersa, fuerunt vicina. [tetendit Oza manum suam, ut sustentaret arcam: bos quippe lasciuens, paululum inclinauerat eam. Iratus est itaque dominus contra Ozam, & percussit eum, eo quod tetigisset arcam, & mortuus est ibi coram domino. Contristatusque est David, eo quod diuississet dominus Ozam. Vocauitque locum illum diuisio Inozæ, vsque in præsentem diem. Et timuit Deum tempore, dicēs: Quomodo possum ad me introducere arcam Dei? Et ob hæc causam non adduxit eam ad se, hoc est, in ciuitatem David: sed auertit in domum Obededom Gethæi. Mansit ergo arca Dei in domo Obededom tribus mensibus. Et benedixit dominus domui eius, & omnibus quæ habebat.] Ista & cætera tam literalem quam spiritalem huius capituli intelligentiam concernentia, secundum Regum sexto querantur.

Multiplex prosperitas S. Dauid in capitulo isto describitur. Nam quia tam fidelis, iustus & constans intuitu Dei permanserat in aduersis tam multis & magnis, collata est ei à domino etiam temporalis prosperitas magna nimis, imò & gratia copiosa bene vtēdi eadē. Porro ad prosperitatem huiusmodi pertinent fauor & amicitia magnatum, bonitas coniugum, fecunditas prolis, victoria hostium, claritas famę, affluentia opum, pulchritudo domorum, quę omnia modici essent momenti comparatione verę salutis, imò occasionaliter magis obessent, nisi adesset gratia spiritus sancti ad bene vtendum huiusmodi donis. itaque dicitur: [Misit quoque Hiram rex Tyri] opulentissimę vrbis & sitę in corde maris. Fuit quę iugis amicitia, pax & familiaritas inter Dauid & Hiram, quod Dauid nuncios ad insinuandum circa negocia, siue ad congruatum promotioni ipsius Dauid, & ligna cedrina quibus Tyrj Sidonijque abundant, & per mare deseruntur ad Tyrum, & artifices parietum lignorumque, vt edificarent ei domum: quia in diuersis edificandi, sculpendi, pingendi, formandi; artibus, Tyrj sunt valde periti. [Cognouitque] Dauid, quod confirmasset eum dñs in regem super Israel, & subleuatum esset regnum suum super populum eius Israel. Accepit quoque Dauid alias vxores in Hierusalem, genuitque filios & filias. Et hæc nomina eorum quę nati sunt in Hierusalē, Sammaa & Sobab, Nathan & Salamon, Iebhar & Elisua & Eliphalet, Noga quoque & Napheg & Iaphia, Elisama & Baliada & Eliphalet. Audientes autē Philistij quod vnus esset Dauid in regem super vniuersum Israel, ascenderunt oēs, vt quererent eum. Quod cum audisset Dauid, egressus est obviam eis. Porro Philistij venientes, diffusi sunt in valle Raphaim. Consultuitque Dauid dñm, dicens: Si ascendam ad Philistęos, & si trades eos in manu meā? Et dixit ei dñs: Ascende, & tradam eos in manu tua. Cumque illi ascendissent in Baalparasim, percussit eos ibi Dauid, & dixit: Diuisit Deus inimicos meos per manum meam, sicut diuiduntur aquę. Et idcirco vocatum est nomen illius loci, Baalparasim. Dereliqueruntque ibi deos suos, quos Dauid iussit exuri. Quicquid hęc habetur, 2. Reg. 5. scriptum, expositum quę est. Hęc tñ narratur, quod ante secundam confessionem Dauid contra Philistęos, consuluit dñm. [Alia etiam vice Philistij irruerunt, & diffusi sunt in valle. Consultuitque] rursus Dauid Deum. Et dixit ei Deus: Nō ascendas post eos. Recede ab eis, & venies contra illos ex aduerso pirorum. Quę qualiter intelligi debeant, lucet ex eo quod 2. Reg. 5. asseritur: Non ascendas, sed gyra post tergum eorum, hoc est, non occurras eis recto itinere, sed diuerse ad latus, & circui, quousque possis eos inuadere ex alia parte, id est opposito arborum versus te stantium. Cumque audieris sonitum gradientis in cacumine pirorum, tunc egredieris ad bellum. Egressus est em̄ Deus ante te, vt percussit castra Philistij. Fecit ergo Dauid sicut præceperat ei Deus, & percussit castra Philistinorum de Gabaon vsque Gazer. Diuitiatumque est nomen Dauid in vniuersis regionibus. Præsertim in circuitu regni sui sitatis, non solum propter præcitas victorias, sed etiam propter excellentias suę sapientię, eloquentię ac virtutum, & propter fortitudinem ac eminentiam ducum & principum, militumque suorum, & quoniam summus Deus tam gratiose & supernaturaliter affuit ei in bellis ac alijs causis, & dominus dedit pauorem eius super omnes gentes. Id est, gentibus vndique incussit timorem ipsius Dauid, quia ex fama de ipso volante metuebant, nec audebant regnum eius inuadere. Sic quę omnipotens rex, in ditione cuius cuncta sunt posita, regem se honorantem & glorificantem honorauit & exaltauit, prout 1. Reg. 2. testatur: Quicumque glorificauerit me, glorificabo eum.

Hest. 13.

Expositio cap. 15. Fecit quoque sibi domos in ciuitate Dauid. Art. 15.

Arcæ Dei qualiter in Hierusalem sit perducta, nunc enarratur. [Fecit quoque] sibi domos in ciuitate Dauid. Ji. ipse Dauid auxit & meliorauit habitacula & edificauit arce in ea parte Hierusalem, quę vocata est ciuitas Dauid, sicut supra plenius fuit expositum. & edificauit locum Ji. aptum repositorium arce Dei, retenditque ei tabernaculum, in quo arca cum suo repositorio ponebatur, quod (vt legitur) fuit intra septa palatii, atque vt in Scholastica fertur hist. Dauid fecit tabernaculum istud iuxta domum suam, posuitque in eo quasdam de cortinis veteribus tabernaculum autem Moysis adhuc mansit in excelso Gabaon, vt in infra cap. 21. habetur. [Tunc dixit] Dauid: Illicitum est vt a quocunq; portetur arca Dei, nisi à Leuitis, quos elegit dominus ad portandum eam, & ad ministrandum sibi vsque in æternum, sicut ex Num. 4. habetur. [Congregauitque] vniuersum Israel Ji. multos de qualibet tribu, in Hierusalē, vt afferret arca Dei. Id est de domo Obbedom Gethai in locum suum, quem præparauerat ei, necnon & filios Aaron & Leuitas. De filiis Chahath, Vriël princeps fuit, & fratres eius 220. De filiis Merari, Asafa princeps, & fratres eius ducenti triginta. De filiis Gerson, Ioel princeps, & fratres eius 130. De filiis Elisapham, Semeias princeps, & fratres eius ducenti. De filiis Hebron, Eliel princeps, & fratres eius octoginta. De filiis Ozihel, Aminadab princeps, & fratres eius centum duodecim. Vocauitque Dauid Sadoc & Abiathar

1. PAR. II. Pet. C6. hist. 1. 2. Re. ca. 9.

thar sacerdotes & Leuitas, Vriël, Asafa, Ioel, Semeias, Eliel & Aminadab, & dixit ad eos, videlicet ad Sadoc & Abiathar ac sacerdotes: [Vos qui estis principes familiarum Leuiticarum,] quę natae sunt ex filiis Leui, Gerson, Cahath & Merari, sanctificamini cum fratribus vestris, & afferre arcę dñi dei Israel ad locum qui ei præparatus est. Ji. per exercitia virtuosa purificate atque disponite vos ad afferendum arcę, vt potest ab vxoribus abstinento, orando, ieiunando, [ne vt à principio, quia non eratis præsentem, percussit nos dñs, sic & nunc fiat, illicitum quid nobis agentibus: Ji. ne rursus propter aliquam culpam nostrā percussamur à deo, sicut in priori deportatione arcę eramus percussus. Nam vno s. Oza percusso, oēs erant perterriti ac tristati, totū quoque] à sua parte denominationē sortitur, & illa percussio accidit ex errore eorum qui arcam portabant, qui si fuissent sacerdotes, præfati periti, fuissent ab eisdē instructi, sicque] plaga illa non cōtigisset. Nempe vt fertur in Glossa, dicunt Hebręi Ozā fuisse percussum, quoniam arca non portauit eum fratre suo proprijs humeris, iuxta pceptum legis. [Sanctificati sunt ergo sacerdotes & Leuita, vt portaret arcam dñi] Dei Israel. Et tulerunt filij Leui arcam Dei, sicut præceperat Moses, iuxta verbum dñi, humeris suis in venteribus. Dixitque] dauid principibus Leuitarum, vt constituerent de fratribus suis cantores in organis musicorum, nabis videlicet & lyris & cymbalis, vt resonaret in excelsum sonitus lætitię. Cantores illi cecinerunt hymnos, psalmos & cantica laudis diuinę cum musicis instrumentis ad excitandum validius totius plebis deuotionem. Porro nablum est idem quod psalterium. Hebręice etenim dicitur nablum, Gręce psalterium, Latine organum seu laudatorium, vt ait Papias. Verum Hieronymus ait, psalterium cithara est canora chordis aptata, quę cum pleetro percussatur. Nablum autē habens duodecim sonos cū digitis tangitur. Lyra demū pro symphonia accipitur. Sed nunc pro musico sumitur instrumento, quod secundum quosdam species est citharę, & dicitur à varietate vocum, eo quod diuersos faciat sonos. Vnde vnū prædictorum pro alio frequenter suscipitur. Constituerunt Leuitas Heman filius Ioel, & de fratribus Asaph filius Barachię filij verō Merari & fratris eorum, Ethan filius Cusaie, & cum eis fratres eorum. In secundo ordine Zachariam & Ben, & Iezrael, & Semiramoth, & Iahiel, & Eliab, Ani & Banai, & Maasiam, & Mathathiam, & Eliphalehu, & Maceniam, & Obededom, & Iahiel ianitores. Porro cantores principales, videlicet Heman, Asaph & Ethan qui tribus cantorum choris seu ordinibus præerant, iuxta præhabita, in cymbalis æneis concrepantes. [Cymbala à se inuicem percussa, sonū efficiunt dulcem, per quę labia deum laudantiū designantur, quia ad inuicem percussa, diuinas resonant laudes dulcissimas, iuxta quod legitur: Laudate eum in cymbalis bene sonantibus.] Zacharias autē & Oziel, & Semiramoth, & Iahiel, & Ani, & Eliab, & Maasias, & Banaias, in nabis arcana cantabant, Ji. occulta saluatoris mysteria. Vnde secundum Glossam: In psalterio, id est in instrumento huiusmodi musico canebant Christi aduentū, quem suę deitatis secreto disposuit pro humana salute. [Porro Mathathias, & Eliphalehu, & Macenias, & Obededo, & Iehiel, & Ozazias, in citharis pro octaua canebant synichion] Ialiqui libri habent *επιψαλμοι*, alij *επιψαλμοι*, & fatiis redit in idē. Nam interpretatio nominū horum est, Deo victori triumphus seu palma, vel triumphus Dei victoris. Diciturque] aliqui, quod illud fuit exordiū cantici quod ad dei honorē canebant, quod itē exordium in prosecutione cantus aliquando resumebant, vt in carminibus fieri solet seu cantilenis. Hoc ergo cantabant pro octaua, id est pro designatione atque mysterio dominicę resurrectionis, quia Christus resurgens, victoriam est sortitus, propter quod dixit apostolis: Data est mihi omnis potestas in celo & in terra. Solet etiam pro octaua beatitudo & quies vltimata, quę in generali ac finali resurrectione præstabitur, designari, quę & per cantici illius iucunditatē poterat figurari. Superficiales autē & literales Iudæi exponunt sic: Nempe vt dicitur, in Hebręo habetur, super octauam ad vincendum vel fortificandum, id est super instrumentū octo chordarum canebant eum quodā conatu ad superandū se inuicem, sicut interdum vnus chorus nititur alij vincere fortiter solentiterque] cantādo. Glossa per octauā intelligit diem extremi iudicij, dicens: Aduentum dñi in die iudicij cantores illi significabant, in quo finita omni seculi septimana, veniet dñs. Numerus autē octauus magna continet sacramenta. Nam & octo animę in arcam Noę ingressę sunt & saluata, seculo pereunte. Dauid quoque octauus Isai filius, in regem legitur. Octaua die circuncisio purificauit, & die octauo Christus surrexit. [Chonanas autē princeps Leuitarum] In omni, sed quorundam, quia diuersis Leuitis diuersi præerant sacerdotes, propheticę præerat, & ad præcinentā melodiam. [Circa quod loquitur Glossa, quod prophetię spū plenus, melodias, & sacra verba canticis ad memoriā reuocabat. Vel idē dicitur, prophetiæ præfuisse, quia disposuit quę verba & canticis, prophetiæ essent cantāda, & qualiter: Erat quippe valde sapiēs: Ji. potēs atque] intelligēs in scripturis, & discretus in ordinando. [Et Barachias & Elcana ianitores arce] Iherusolimitanę, custodes portarū domus, in qua fuit arca, non finētes aliquē irreuerenter aut immoderatē appropinquare ad arcę, neque] dū portabat, neque] dū in tabernaculo requieuit. [Porro Sachanias, & Iosaphat, & Nathanael, & Amasai, & Zacharias, & Banaias, & Eliezer sacerdotes, clangebant tubis coram arca Dei.]

2. Reg. 6.

Num. 4.

Hiero.

Psal. 150.

1. Cor. 15. Mart. 28.

Gen. 6. 1. Pet. 3. 1. Reg. 6. Gen. 17. Ioan. 20.

Et Obededom, & Iahias erant ianitores arcæ. Nam nominati sunt alij duo arcæ ianitores, cur ergo nunc interpositis quibusdā, ponuntur & hi duo eiusdē esse officij forsitan plures erant huius officij, sibi inuicem succedentes. Vel, in arcæ deportatiōe dati sunt isti in adiutoriū ad accessum populi reprimendū. Igitur Dauid & oēs maiores natu Israel & tribuni, ierunt ad portandum arcæ fœderis dñi de domo Obededom cum lætitia magna. Cumq; adiuisisset Deus Leuitas qui portabant arcæ, immolabantur septē tauri & septē arietes. J. lib. Reg. sic legitur: Cumq; transēdissent qui portabant arcæ dñi, sex passus, immolabant bouem & arietē. Itaq; adiutoriū quod Deus impendebat portatoribus arcæ, fuit virtuosa & indefessa alacritas, qua arcæ tam expedite atq; celeriter quasi trāsiliens deferebat, sicq; cōfortabantur à dño corde & corpore. Vndē pro gratiarū actiōe & deuotione trāsceñsis sex passibus, offerebāt dño taurū, seu bouem atq; arietē, ita q; bos dicit hęc naturā seu speciem magis q; sexum. Videtur quoq; q; summa oblatiōnū illarū fuit septē tauri, totidemq; arietes. Deniq; vt fertur, Hebræi affirmāt p̄fatum adiutoriū Leuitis à deo impendū fuisse, q; pondus arcæ non sentiebant eam portant, sicut refert Gregorius de fratre Martyrio, qui Ch̄m in specie leprosi deportās, pondus nō sensit. [Porro Dauid indutus erat stola bysina. J. ueste albisima facta de bysso, quæ est gen̄ subtilissimi ac cādidissimi lini, & vniuersi Leuitæ qui portabāt arcæ fœderis, cantoresq; & Chonanas princeps prophetiæ inter ceteros.] Induti erant bysinis stolis, quibus beatissimus Dauid ex charitatis & deuotionis feruore ac grandi deuotione se cōformauit in habitu isto, quē quasi superplūciū induit super regalia indumenta, vel vt pbabile est, ex deuotiōe deposuit ea, ppter quod Michol ei impropertit q; discoperuit se. [Dauid aut indutus erat.] Etiā q; ephod lineo. [Ex hoc pbatur, q; ephod lineū fuit aliud quā bysina uestis, quīs aliqui dicantidem fuisse: & verum est q; vnum quandoq; pro alio sumitur. Nam ephod hoc, fuit quædā linea uestis, qua Leuitæ in suis vtebantur officijs. Fuit & aliud ephod ornamentum sacerdotale, imō indumentū pontificale, quod vocabatur superhumeralē, cui rationale iudicij fuit cōiunctum, vt super exodum plenius est expressum, & tali ephod nō poterat Dauid vti, sed lineo iam p̄fato, quo & 1. Reg. Samuel adhuc puer legitur vsus, quod quidam vocant propheticum, quasi illo sint vsi prophete, & filij prophetarū in laudibus Dei. [Vniuersusq; Israel deducebant arcæ fœderis dñi in iubilō, & sonitu buccinæ, & tubis, & cymbalis, & nablīs, & citharis concrepantes. Cumq; peruēisset arcæ fœderis dñi vsq; ad ciuitatē Dauid, Michol filia Saul prospiciens per fenestram, vidit regem Dauid saltantem, atq; ludentē, & desepit eum in corde suo.] Alia hic non exposita, in 2. lib. Reg. exposita sunt.

a. Reg. 6.

Grego.

1. Reg. 6.

Exod. 28.

1. Reg. 2.

a. Reg. 6.

Ibid.

Num. 6.

2. Reg. 6.

Psal. 104.

Psalm. 95.

Psal. 105.

¶ Elucidatio cap. 16. Attulerunt ergo arcam Dei. Art. XVI.
Qualiter Dauid rex habuerit se circa arcā in suo loco repositā, nunc narratur. [Attulerunt ergo arcā Dei, & constituerunt eam in medio tabernaculi, quod tetēderat ei Dauid, & obtulerunt holocausta & pacifica coram Deo.] In 2. libro Reg. legitur Dauid hæc obtulisse, quia principalis erat in exhibēdo oblata, sed per manus sacerdotum fiebat oblatio. [Cumq; cōpleisset Dauid offerēs holocausta & pacifica, benedixit populum in noīe dñi: J. bona imprecatus est eis tanq; rex & princeps eorum, feruidusq; amator, quīs benedictio talis ad sacerdotes propriē spectet. [& diuisit. J. particulariter dedit, [vniuersis per singulos, ad viro vsq; ad mulierē, tortā panis, J. quæ 2. Reg. lib. vocatur collyrida, estq; secundum Glossam panis triangularis & modicus. Vel, vt alij dicunt, est panis quadratus ex similia factus in sartagine frixus. [& partem assæ carnis bubalæ, J. frustum carnis assatæ, de boue vel magis de bubalo. [& frixam oleo similiam. Constituitq; coram arcā dñi de Leuitis qui ministrarent.] Deo in omni officio eis deputato, [& recordarentur operū eius. J. mirabilia Dei & beneficia eius decantaret & annunciarent, [& glorificaret atq; laudarent dñm Deum Israel, Afaph principem, J. cantoriū sui chori ac præcantorē. [& secundum eum. J. immediatū post eum seu succentorē, [Zachariam. Porro Iahiel & Semiramoth, & Iehiel & Mathathia, & Eliab & Bananiam, & Obededom, & Iehiel, super organa psalterij, & Iyran: Afaph aut, vt in cymbalis personaret. J. ipsum Dauid instituit ad hoc, vt psallendo etiam cymbala percuteret. [Bananā verō & Iahaziel sacerdotes canere tuba iugiter corā arcā fœderis dñi. In illa die fecit Dauid principē ad cōsistendum dñm. J. ad laudandū Deum, ipsum [Afaph & fratres eius] sub eo. Deinde subiungitur cāticum quod psallebant, estq; cōpositum ex psalmis duobus, putā ex psalmo centesimo quarto & nonagesimo quinto. In fine tamen cantici huius inseritur primus versus psalmi centesimi quinti, & subiunguntur tres vltimi versus eiusdē psalmi, sicq; dicere possumus, q; ex tribus psalmis cāticum istud cōpositū sit. [Cōstitemini dño, & inuocate nomen eius, notas facite in populis adinuētiōnes eius. Cātate ei, & psallite ei, & narrate oīa mirabilia eius. Laudate nomē sanctū eius: lætetur cor quærentiū dñm: quærite dñm & virtutē eius, quærite faciē eius semper. Recordamini mirabilia eius quæ fecit, signorū illius, & iudiciorū oris eius. Semen Israel, serui eius: filij Iacob, electi eius. Ipse dñs deus noster, in vniuersa terra iudicia eius. Recordamini in sempiternū pacti eius, sermonis quem præcepit in mille generationes. Quem pepi-

pepigit cum Abraham, & iuramenti illius cum Isaac. Et constituit illud Jacob in præceptum, & Israel in pactum sempiternum, dicens: Tibi dabo terram Chanaan, funiculū hæreditatis vestræ. Cum essent pauci numero, parui & coloni eius, Et transiret de gente ad gentē, & de regno ad populum alterum, Non dimisit quenquam calūniari eos, sed increpauit pro eis reges. Nolite tangere christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. Cantate dño omnis terra, annūciatē de die in diem salutare eius. Narrate in gentibus gloriam eius, & in cūctis populis mirabilia eius. Quia magnus dñs & laudabilis nimis, & horribilis super oēs deos. Omnes em̄ dij populorū idola, dominus aut̄ celos fecit. Confessio & magnificentia coram eo, fortitudo & gaudiū in loco eius. Afferte dño familiæ populorum, afferte dño gloriam & imperium, date dño gloriam nomini eius. Leuate sacrificium, & venite in cōspectu eius, & adorare dñm in decore sancto. Commoueatur à facie eius omnis terra, ipse em̄ fundauit orbem immobilem. Legentur cæli, & exultet terra, & dicant in nationibus: dñs regnauit. Tonet mare & plenitudo eius, exultent agri, & omnia quæ in eis sunt. Tunc laudabunt ligna saltus coram dño, quia venit iudicare terrā. Confitemini domino qm̄ bonus, qm̄ in æternū misericordia eius. Et dicite: Salua nos Deus saluator noster, & congrega nos, & erue de gētibus, vt cōstitemur nomini sancto tuo, & exultemus in carminibus tuis. Benedicēt dñs Deus Israel ab æterno, & vsq; in æternum, & dicat omnis populus, amen: & hymnum Deo. Non opus reor hoc loco istud exponere, quia iā dudū in expositione libri Psalmo rum exposui ipsum. Hoc tñ tangendum, q; istud adiunctū ex Psal. 105. videlicet: Et dicite: Salua nos Deus saluator noster, & congrega nos, & erue de gentibus, vt cōstitemur nomini sancto tuo & c. alij dicunt hoc loco non adiunctū Dauid, qm̄ tempore eius filij Israel non erant dispersi, aut capti in gentibus, sed ab Esdra, cuius tēporibus magna pars populi Iudeorū erat inter gentes dispersa, pro cuius reductione Esdras orauit. Alij dicunt, q; Dauid addidit istud, quæ præuidit in spū, quod Esdras vidit ad oculū. [Dereliquit itaq; ibi corā arcā fœderis dñi Afaph & fratres eius, vt ministrarent in conspectu arcæ. J. in domo illa cultus diuini, in qua p̄sens extitit arcæ, iugiter. J. oī tempore opportuno & horis à Dauid p̄fixis, [per singulos dies & vices suas] quibus sibi inuicem succedebāt in ministerijs dei. [Porro Obededom & fratres eius 68, Obededom filij Idithun & Oza, cōstituit ianitores. Sacerdotē aut̄ sacerdotē & fratres eiꝝ sacerdotes, J. cōstituit & esse p̄cepit corā tabernaculo dñi.] Quod Moses fieri iussit, [in excelso, quod erat in Gabaon.] Ex hoc alij dicūt, q; in deportatione arcæ ad Hierusalē, tabernaculū Moysi & altare holocausti manserunt in loco sublimi in Gabaon ciuitate, idē voluit Dauid, vt ibi quoq; vigeret cultus diuinus, & oblationes iussæ in lege, p̄fertim iuge sacrificiū, quod fiebat oī mane & vesperē, ad quæ oīa exequenda deputauit sacerdotē & eius cognatos sacerdotes. Vndē subiūgitur, [vt offerent holocausta dño super altare holocaustomatis, iugiter mane & vesperē, iuxta oīa quæ scripta sunt in lege dñi, quam p̄cepit israeli.] Alij opinantur per excelsum in Gabaon, designari locum p̄clarum in Hierusalē, etiam sublimiter sitū in colle. Nam Gabaon collis interpretat, & ibi facta hæc esse. Apparet equidem q; Dauid sancta illa in Hierusalē esse voluerit, sicut & arcā. Hinc fertur in Glossa: Quidam dicūt post ingressum filiorū Israel in terram promissionis, tabernaculum Dei primū fuisse in Silo, deinde in Nobē, postea in Gabaon, tandem in Sion. Alij dicunt locū esse in Hierusalē, appellatū in Gabaon, ibiq; Dauid tabernaculū & arcā collocasse. Gabaon em̄ collis interpretat, quē locum putāt dicitū esse excelsum, ppter dignitatē cultus diuini. Sed in libro locorū legimus, Gabaon metropolim fuisse Eugorū in tribu Beniamin, & nunc ostenditur villa eiusdem noīs in quarto milliario à Bethlehem ad occidentē iuxta Ram & Remmon, vbi Salomon hostijs immolatis, meruit diuinū oraculū. Fuit aut̄ separata Leuitis. Hęc Glossa. [Et post eum Heman, & Idithun, & reliquos electos, vnūqueq; vocabulo suo, ad cōsistendum dño, qm̄ in æternum mia eius. Heman quoq; & Idithun, canētes tuba, & quatientes cymbala, & oīa mularū organa, ad canendum dño. Filios aut̄ Idithun fecit esse portarios. Reuerfusq; est oīs populus in domū suam, & Dauid, vt benediceret etiā domui suæ.] Ista plana sunt. ¶ Postremū, ex isto capitulo declaratur nobis diuini & p̄zelecti Dauid regis mira ad Deū deuotio, indefessa alacritas, feruidus zelus, desiderii fraternæ salutis, amor boni coīs, qui in tot & tantis occupationibus regni, inter tot prelia, & in tāta vxorū ac sobolis numerositate indefinēter feruebat circa diuina, & spiritali flagrabat amore, deiq; cultū copiosissimē auxit, & alios sic traxit ad viā salutis, cuius exemplo vti nam reges & principes Christiani informarentur, atq; in consimilia excitarentur, imō nos omnes tanti regis accendamur exemplis, vt erubescamus quod tam faciliter ex immo dica occupatione circa exteriora, refrigerit & euagatur cor nostrū. Constat quoq; ex his, quā temperatē vir sanctus suus vtebatur coniugibus.

¶ Expositio cap. 17. Cum aut̄ habitaret Dauid in domo sua &c. Art. XVII.
Cum autem habitaret Dauid in domo sua, dixit ad Nathan prophetam: Ecce ego habito in domo cedrina, arcæ autem fœderis domini sub pellibus est. Et ait Nathā ad Dauid: Omnia quæ

quæ in corde tuo sunt, fac: Dominus enim tecum est. Igitur nocte illa factus est sermo dñi ad Nathan, dicens: Vade & loquere David seruo meo. Hæc dicit dominus: Non ædificabis tibi mihi domum ad habitandum. Neq; em̄ mansi in domo, ex eo tēpore quo eduxi Israel de terra Aegypti, vsq; in diē hanc, sed fui semper mutans loca tabernaculi, & in tentorio manes cum omni Israel. Nunquid locutus sum saltem vni Iudicū Israel, quibus præceperam vt pascerent populum meū, & dixi, quare non ædificasti mihi domum cedrinam? Nunc itaq; sic loqueris ad seruum meū David: Hæc dicit dñs exercituum: Ego tuli te cum in pascuis sequereris gregem, vt esses dux populi mei Israel, & fui tecum quocunq; perrexisti, & interfeci omnes inimicos tuos coram te. Feciq; tibi nomen, quasi vnus magnorum qui celebrantur in terra. Et dedi locum populo meo Israel. Plantabitur, & habitabit in eo, & vltra non commouebitur, nec filij iniquitatis atterēt eos, sicut a principio, ex diebus qbus dedi iudices populo meo Israel, & humiliavi vniuersos inimicos tuos. Annūcio ergo tibi, qd ædificaturus sit tibi dñs domū. Cumq; impleueris dies tuos, vt vadas ad patres tuos, suscitabo semen tuum post te, quod erit de filijs tuis, & stabiliam regnum eius. Ipse ædificabit mihi domum, & firmabo solium eius vsq; in æternū. Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium. Et misericordiam meam non auferam ab eo, sicut abstuli ab eo, qui ante te fuit. Et statuam eum in domo mea & in regno meo, vsq; in sempiternū, & thronus eius erit firmissimus in perpetuū. Iuxta oīa verba hæc, & iuxta vniuersam visionem istā, sic loquutus est Nathan ad David. Cumq; venisset rex David, & sedisset corā dño, dixit: Quis ego sum dñe Deus, & quæ domus mea, vt præstares mihi talia? Sed & hoc parum visum est in cōspectu tuo. Ideoq; locutus es super domum serui tui etiam in futurum, & fecisti me spectabilem super oēs homines. Dñe Deus meus, quid vltra addere potest David, cum ita glorificaueris seruū tuum, & cognoueris eum? Dñe, propter famulum tuū, iuxta cor tuū, fecisti oēm magnificētiā hanc, & nota esse voluisti vniuersa magna. Dñe, non est similis tuū, & non est alius Deus absq; te, ex omnibus quos audiuius auribus nostris. Quis em̄ est alius vt populus tuus Israel, gēs vna in terra, ad quam perrexit Deus vt liberaret, & faceret populū sibi, & magnitudine sua atq; terroribus eijceret nationes a facie eius, quem de Aegypto liberārat? Et posuisti populū tuū Israel tibi in populū vsq; in æternū, & tu dñe factus es Deus eius. Nunc igitur dñe, sermo quem loquutus es famulo tuo, & super domū eius, confirmetur in perpetuum: & fac, sicut locutus es, permaneatq; & magnificetur nomen tuū vsq; in sempiternum, & dicatur: Dominus exercitū Deus Israel, & domus David serui eius permanens coram eo. Tu enim dñe Deus meus reuelasti auriculam serui tui, vt ædificares ei domū, & idcirco inuenit seruus tuus fidutiā, vt oret corā te. Nunc ergo dñe, tu es Deus, & locutus es ad seruum tuum tanta beneficia, & cœpisti benedicere domui serui tui, vt sit semper coram te. Te etenim dñe benedicente, benedicta erit in perpetuum. Capitulum præsens penē nil continet, quod 2. Reg. lib. expositum non sit, idcirco pertransiendū: & cōsideranda est optimi regis deuotio, qui quanto plūs prosperabatur ac promouebatur a Deo, tanto plūs stūdiū esse gratus ac subditus ei. Consideranda est quoq; dispensatio summi & sapientissimi Dei, omnia iuxta ordinem sapientiæ suæ moderātis ac facientis. Qui quauis multa secreta & magna per seipsum seu per angelicam reuelationem manifestauerit David tanquā prophetæ eximio, aliqua tamen manifestauit eidem per alios sanctos prophetas, præsertim per Nathā & Gad. Vndē & David nō ignorans quā incomprehensibilia sint omnipotentis Dei iudicia, non semper ab ipso consilium postulauit, sed interdum a vatibus, & hoc fuit magnæ humilitatis, quod David propheta eximius & sapientissimus inter suos, a Nathan consilium petijt.

2. Reg. 7.

Psal. 109.

2. Reg. 11.

2. Reg. 12.

Roman. 11

Expositio cap. 18. Factum est autem post hæc. Art. XVIII.

Consequenter hic describuntur magnæ victoriæ quas consequutus est David diuina virtute. Factum est autem post hæc, vt percuteret David Philistijm, & humiliaret eos, & tolleretur Gethi & filias eius de manu Philistijm, percuteretq; Moab, & fierent Moabitæ serui David, offerentes ei munera. Eo tempore percussit David etiam Adadezer regē Soba regionis Hemath, quando perrexit vt dilataret imperium suum, vsq; ad flumen Euphratem. Cepit ergo David mille quadrigas eius, & septem millia equitum, ac viginti millia virorum peditum. Subneruauitq; omnes quos currum, exceptis cētum quadrigis, quas reseruauit sibi. Superuenit autē & Syrus Damascenus, vt auxiliū præberet Adadezer regi Soba. Sed & huius percussit David viginti duo millia virorum. Et posuit milites in Damasco, vt Syria quoq; seruiret sibi, & offerret munera. Adiuuitq; eum dñs in cunctis ad quæ perrexerat. Tulit quoq; David pharetras aureas, quas habuerunt serui Adadezer: & attulit eas Hierusalem: nec non de Thebath, & Chun vrbibus Adadezer, aris plurimū, de quo fecit Salomon mare æneum, & columnas, & vasa ænea. Quod cum audisset Thou rex Hemath, percussisse videlicet David omnem exercitū Adadezer regis Soba, misit Aduram filium suum ad regem David, vt postularet ab eo pacem, & congratularetur ei, eo quod percussisset & expugnasset Adadezer. Aduersarius quippe erat Thou Adadezer.

Sed

Sed & oīa vasa aurea, & argentea, & ænea cōsecrauit David rex dño, cum argento & auro quod rulerat ex vniuersis gentibus, tam de Idumæa & Moab & filijs Ammon, q̄ de Philistijm & Amalech. Abisai verò filius Saruiz percussit Edom in valle Salinarū, decē & octo millia, & cōstituit in Edom præsidū, vt seruiret Idumæa David. Saluauitq; dñs David in cunctis ad quæ perrexerat. Regnavit ergo David super vniuersum Israel, & faciebat iudiciū atq; iustitiā in cuncto populo suo. Porrò Ioab filius Saruiz erat super exercitū: & Iosaphat filius Abihud a cōmentarijs. Sadoch autē fili⁹ Achitob, & Achimelech fili⁹ Abiathar, sacerdotes, & Sufa scriba. Banaias quoq; filius Ioiaðæ super legiones Cerethi & Phelethi. Porrò filij David primi ad manū regis. Historia huius capituli 2. Reg. lib. exposita est. Pauca tñ dicuntur hic, & aliqua in serutum, quæ prima facie nō videntur cōsonare dictis præallegato Reg. lib. idcirco tanguntur. Factum est post hæc, vt percuteret David Philistijm, &c. Hoc etiam 2. Reg. lib. habetur, quibus verbis hic additur, & tolleret Gethi, i. vnā quinq; principaliū vrbium Philistinorū, & filias eius, i. loca & villa-gia ei annexa. Cepit David mille quadrigas eius, videlicet adadezer regis, & septē millia equitum, ac viginti millia virorum peditū. Hic aliquid suppletur, quod 2. Reg. libro tacetur. Nam ibi sic legitur: Captis David ex parte eius mille septingētis equitibus, & viginti millibus peditū. Itaq; ibi non fit mētio de quadrigis, & pauciores equites exprimuntur ibi quā hīc, & fortē principales exprimuntur ibidem, quorum satellites hīc forsā adijciuntur: nec est cōtradictio in istis capitulis, qm̄ maior numerus includit minorem, nec minor numerus ponitur ibi cum exclusiōe maioris. Abisai verò percussit de Edom decē & octo millia: & cōstituit in Edom, hoc est, in Idumæa præsidium &c. Istud totum in prætacto Reg. libro ascribitur David regi, & hoc tanq; principali: hīc autem Abisai, tanq; executori, aut adiutori, ac duci pugnantium, iuxta regis decretū. Porrò filij David primi erant ad manū regis, hoc est, principales inter astantes regi, & ceteris potiores honore ac prioratu. Vndē 2. libro sacerdotes vocantur, iuxta quem modum dicitur Iethro fuisse sacerdos Madian.

2. Reg. 8. Ibid.

Ibid.

Ibid.

Ibidem. Exod. 3.

Expositio cap. 19. Accidit aut vt moreretur Nathas rex filiorum Ammon. Art. XIX.

Ræpens capitulū recitat, qualiter David primò per suos satellites vicit Ammonitas & adiutores eorum, eo quod Ammonitæ iniuriam intulissent seruis David: Deindē in propria persona cū populo suo cōtra illos processit, atq; præualuit. Accidit aut vt moreretur Nahas rex filiorū Ammon, & regnaret filius eius pro eo. Dixitq; David: Faciam miām cum Hanon filio Nahas. Præstitit em̄ mihi pater eius gratiā. Misitq; David nuncios ad cōsolandū eū super morte patris sui. Qui cum peruenissent in terrā filiorum Ammon, vt cōsolarentur Hanon, dixerunt principes filiorum Ammon ad Hanon: Tu forsitan putas, qd David honoris causa in patrē tuum miserit qui cōsolarentur te, nec animaduertis, qd vt explorent & inueltigent & scrutentur terram tuam, venerint ad te serui eius. Igitur Hanon pueros David decalauit, & rasi, & præcidit tunicas eorum, a natibus vsq; ad pedes, & dimisit eos. Qui cum abiissent, & hoc mandassent David, misit in occursum eorū. Grandem em̄ contumeliā sustinuerūt. Et præcepit vt manerent in Hiericho, donec cresceret barba eorū, & tunc reuenterentur. Videntes autē filij Ammon, qd iniuriam fecissent David, tam Hanon, q̄ reliquus populus, miserūt mille talenta argēti, vt cōducerēt sibi de Mesopotamia & de Syria Maacha, & de Soba currus & equites. Conduxerūtq; triginta duo millia currū, & regē Maacha cum populo eius. Qui cum venissent, castrametati sunt eregione Medaba. Filij quoq; Ammon cōgregati de vrbibus, venerunt ad bellū. Quod cum audisset David, misit Ioab & oēm exercitum virorū fortium. Egressiq; filij Ammon, direxerunt aciē iuxta portā ciuitatis. Reges aut qui ad auxilium eius venerāt, separatim in agro steterunt. Igitur Ioab intelli-gens bellū exaduersò & post tergum cōtra se fieri, elegit viros fortissimos de vniuerso Israel, & perrexit cōtra Syrum. Reliquā aut partem populi dedit sub manu Abisai fratris sui, & perrexerunt cōtra filios Ammon. Dixitq; Si vicerit me Syrus, auxilio eris mihi. Si autē superauerint te filij Ammon, ero tibi præsidū. Confortare & agamus viriliter pro populo nostro, & pro vrbibus nei nostri. Dñs aut, quod in cōspectu suo bonū est, faciat. Perrexit ergo Ioab, & populus qui cū eo erat, cōtra Syrū ad plium, & fugauit eos. Porrò filij Ammō vidētes qd fugisset Syrus, ipsi quoq; fugerunt Abisai fratrē eius, & ingressi sunt ciuitatē. Reuersusq; est etiā Ioab in Hierusalē. Vidēs autē Syrus qd cecidisset corā Israel, misit nuncios, & adduxit Syrū qui erat trans fluiuium. Sophach aut princeps militiæ Hadadezer, erat dux eorū. Quod cum annūciatū esset David, cōgregauit vniuersum Israel, & trāsiit Iordanē, irruitq; in eos, & direxit ex aduerso aciem, illis cōtra pugnatibus. Fugit autē Syrus Israel. Et interfecit David de Syris septē millia currū, & quadraginta millia peditum, & Sophach exercitum principem. Vidētes autem serui Adadezer se ab Israel esse superatos, transfugerunt ad David, & seruirent ei: Noluitq; vltra Syria auxiliū præbere filijs Ammon. Iota historia ista 2. Regum libro explanata est, paucis verbis exceptis. Nam dicitur hic: Conduxerūt filij Ammon triginta duo millia currum, quod prima facie incredibiliter sonare vide-

2. Reg. 10.

vide-

Ibidem.

videretur, & regem Maacha cum populo suo, At verò in 2. libro Reg. legitur: Filij Ammon conduxerunt viginti millia equitum, & à rege Maacha mille viros, & à b. Isthob duodecim millia virorum, sicq; conductij illi fuerunt in toto trigintatria millia. Ideò per trigintaduo millia currum intelliguntur totidem millia hominum in curribus præliantium, fumendo continens pro contento: & per regem Maacha cum populo suo, intelliguntur alij mille viri. Veruntamen non est putandum, quòd totus ille triginta duorum millium Syrorum exercitus, pugnavit ex curribus, præsertim cum in præallegato Reg. lib. pedites appellentur. Sed multi & principales in curribus pugnaverunt, idè sub eorù nuncupatione alij includuntur. Præterea sicut in cap. hoc habetur, in alio prælio occidit Dauid de Syris septem millia currum, & quadraginta millia peditum. Secundo aut libro Reg. scriptum est: Occidit Dauid de Syris septingetos currus & quadraginta millia equitum, pro quorù còcordia dicitur, qd hic rursus p septè millia currù, intelliguntur septè millia virorù ex curribus belligerantiù, & qd erant ibi solùm septingentè quadrigè. In toto aut illo Syrorù exercitu multi pedites, multiq; equites fuerunt. Sicq; denominando totù à sua parte, in lib. Reg. dicitur quadraginta millia peditù, hic verò quadraginta millia equitum.

a. Reg. 10.

Ibidem.

¶ Expositio cap. 20. Factum est autem post anni circulum. Art. XX.

Consequenter recitatur hic, qualiter Dauid expugnauit, vicit, spoliauit, & sibi subiecit filios Ammon. [Factum est aut post anni circulum, eo tēpore quo solēt reges ad bella procedere, congregauit Iobab exercitum & robur militiæ, & vastauit terram filiorum Ammon. Perrexitq; & obsedit Rabba. Porro Dauid manebat in Hierusalem quando Iobab percussit Rabba, & destruxit eam. Tulit aut Dauid coronā Melchon de capite eius, & inuenit in ea auri pondo talentū, & preciosissimas gēmas: fecitq; ibi indè diadema. Manubias quoq; vrbis plurimas attulit, populum aut qui erat in ea eduxit, & fecit super eos tribulas & trahas & ferrata carpenta transire, ita vt dissecarentur & contererentur. Sic fecit Dauid cunctis vrbibus filiorum Ammon, & reuersus est cum omni populo suo in Hierusalem. Post hæc inicit bellum in Gazer aduersum Philistæos, in quo percussit Sobochai Husathites, Saphai de gñe Raphaim, & humiliavit eos. Aliud quoq; bellum gestum est aduersus Philistæos, in quo percussit Adeodatus filius saltus * Lahami fratrem Goliath Gethi, cuius hastæ lignum erat quasi liciatoriù textētium. Sed & aliud bellum accidit in Geth, in quo fuit homo longissimus, senos habens digitos, i. viginti quatuor simul, qui & ipse de Raphaim stirpe fuerat generatus. Hic blasphemauit Israel. Et percussit eū Jonathan filius Sāmaa fratris Dauid. Hi sunt filij Raphaim in Geth, qui ceciderunt in manu Dauid, & seruorum eius.] Hoc totū 2. Reg. lib. fuit expositum, nisi qd hic scriptum est: Tulit Dauid coronam Melchon de capite eius, & inuenit in ea auri pondo talentū, & preciosissimas gemmas, fecitq; sibi indè diadema. Porro præfacto 2. Reg. lib. legitur: Tulit diadema regis eorum de capite eius pondo auri talentum, &c. & impositum est super caput Dauid. Melchon aut est idolum Ammonitarum, & ista videtur dissonantia in istis historijs, sed facilis est còcordantia horum. Melchon nanq; interpretatur rex eorum, sicq; in lib. Reg. per regem eorù, intelligitur Melchō deus & rex ac idolum Ammonitarum. Manubias quoq; i. spolia Rabbath metropolis filiorum Ammon, tulit, & dicuntur manubiæ, qm manibus rapiuntur, populum aut qui erat in ea, eduxit, & fecit super eos tribulas & trahas & ferrata carpenta transire. In Reg. libro habetur, populum eius adducens, ferrauit, & circumegit super eos ferrata carpenta, diuisitq; cultris & transfudit in typo laterum. Sicq; per tribulas possunt cultri intelligi, vel aliquid additur hic quod ibi expressum non fuit. Proprie aut tribula appellatur vehiculum, quo teritur frumentum aut messis. Traha verò dicitur à trahendo, qm rotas non habet, sicq; trahitur super alia ad complanandum, vt super nouiter seminata, siue ad opprimendum, vt super istos. Post hæc initum est bellum in Gazer aduersus Philistæos. Describuntur hic tria prælia victoriosa Dauid regis còtra Philistæos, & patet hæc litera ex dictis in expositione secundi voluminis Regum, in quo describuntur quatuor bella huiusmodi, quorum vnum omittitur in hoc loco.

a. Reg. 12.
2. Reg. 12.
Ibid.

a. Reg. 12.

a. Reg. 21.

¶ Expositio cap. 21. Consurrexit autem sathan contra Israel. Art. XXI.

a. Reg. 24.

Insuper in hoc capitulo describitur, qualiter ad imperiù Dauid, numeratus est populus Israel, & qualiter dauid in hoc peccauit atq; punitus est, quod totum in secundo libro Regum expositum est. [Consurrexit autem sathan contra Israel. Deo permittente, diabolus aduersarius humanæ salutis tentauit Dauid de elatione, & hoc in malum totius Israeliticæ populi qui occasione tentationis illi magnam incurrit aduersitatem & pestem, & incitauit ipsum Dauid vt numeraret Israel. Secundo libro Regum habetur, & addidit furor dñi irasci contra Israel, commouitq; Dauid, i. Deus ex sua iustitia permisit ipsum Dauid commoueri à sathan, i. tentari modo præterito, & incitauit Dauid vt numeraret Israel. Dixitq; Dauid ad Iobab, & ad principes populi: Ite, & numerate Israel, à Bersabee vsq; Dan, & afferte mihi numerum vt sciam. Responditq; Iobab, Augeat dominus populum suū cētuplūm, quàm sunt. Nōne domine mi rex, oēs serui tui sunt?

Qua-

Quare hoc querit dñs me, quod in peccatū reputetur? Sed sermo regis magis præualuit. Egressusq; est Iobab, & circūiit vniersum Israel, & reuersus est in Hierusalem. Deditq; dauid numerū eorum, quos circumiuerat, & inuentus est ois numerus Israel, mille millia, & centum millia virorum educentium gladium. De Iuda aut quadringenta septuaginta millia bellatorū. Nam Leui & Benjamin non numerauit, eo qd inuitus exequeretur regis imperium. Displicuit autē Deo, quod iustum erat, & percussit Israel. Dixitq; Dauid ad eum: Peccaui nimis, vt hoc facerem. Obsecro, aufer iniquitatem serui tui, quia insipienter egi. & loquutus est dñs ad Gad Vidētē Dauid, dicens: Vade, & loquere ad Dauid, & dic ei: Hæc dicit dñs: Trium tibi optionem do: vnū quod volueris, elige, vt faciam tibi. Cum que venisset ad Gad Dauid, dixit ei: Hæc dicit dñs: Elige quod volueris. Aut tribus annis pestilentian, aut tribus mensibus fugere te hostes tuos, & gladium eorum non posse euadere, aut tribus diebus gladium dñi, & mortē versari in terra, & angelum dñi interficere in vniersis finibus Israel. Nunc igitur vide, quid respondeā ei, qui misit me. Et dixit Dauid ad Gad: Ex omni parte me angustia premunt. Sed melius mihi est, vt incidam in manus dñi, quia multæ sunt miserationes eius, qd in manus hominum. Misit ergo dñs pestilentia in Israel. Et ceciderunt de Israel septuaginta millia virorū. Misit quoq; angelum dñi in Hierusalem, vt percuteret eā. Cumq; percuteretur Hierusalem, hoc est, in pximo, & in præcincto esset, ibidem, qd angelus percuteret peste habitatores Hierusalem. Vel, si aliqui erant infecti, Deo miserante, curati sunt. [Vidit dñs, & misertus est super magnitudinem mali, & imperauit angelo, qui percutiebat: Sufficit, iam cesset manus tua. Porro angelus dñi stabat iuxta aream Ornan lebusæi. Leuansq; Dauid oculos suos, vidit angelum dñi stantem inter cælum & terram, & euaginatam gladium in manu eius, & versum contra Hierusalem. Et ceciderunt tam ipse qd maiores natu vestiti cilicij, proni in terram. Dixitq; Dauid ad Deum: Nōne ego sum, qui iussi vt numeraretur populus? Ego qui peccaui? Ego qui malum feci? Iste grex quid commertit? Dñe Deus meus, ver tatur (obsecro) manus tua in me, & in domum patris mei, populus aut tuus non percutiatur. Angelus aut domini præcepit Gad, vt diceret Dauid, vt ascenderet, extrueretq; altare dño Deo in area Ornan lebusæi. Ascendit ergo Dauid, iuxta sermonem Gad, quem loquutus ei fuerat, ex nomine dñi. Porro Onan] Qui 2. Reg. libro vocatur Areuna, [cūm suspexisset, & vidisset angelum, quatuorq; filij eius cū eo, absconderūt se] præ timore. Nam & angelus in forma terribili apparebat, quasi cū igneo vultu, & tanq; iratus. Ipsi quoq; formidabāt percuti ab eodem. [Nam eo tempore terebat in area triticum. Igitur cū veniret Dauid ad Ornan, conspexit eū Ornan, & processit ei obuiam de area, & adorauit eum pronus in terram. Dixitq; ei Dauid: Da mihi locum areæ tuæ, vt ædificem in ea altare dño, ita vt quantum valet argenti, accipias, & cesset plaga à populo. Dixit aut Ornan ad Dauid: Tolle, & faciat dñs meus rex, quodcunq; ei placet. Sed & boues do in holocaustum, & tribulas in ligna, & triticum in sacrificium, omnia libens præbeo. Dixitq; ei rex Dauid: Nequaquā ita fiet, sed argentum dabo tibi, quantum valet. Neq; em auferre tibi debeo, & sic offerre dño holocausta gratuita. Dedit ergo Dauid Ornan pro loco, siclos auri iustissimi ponderis sexcētos, & ædificauit ibi altare dño. Obtulitq; holocausta, & pacifica, & inuocauit Deū. Et exaudiuit eum in igne, de cælo super altare holocausti.] i. Deus ostendit se acceptasse cōtritionem, orationem & sacrificia Dauid, per hoc quòd ignis de cælo aereo ministerio Gen. 4. angeli descendens, holocaustū ipsius Dauid consumpsit, quemadmodum in sacrificijs Abel & Leui, 9. Aaron factum fuit, & postea in sacrificio Salomonis atq; Helix. [Præcepitq; dñs angelo, & conuertit gladium suū in vaginam. Protritus ergo Dauid videns qd exaudiisset eum dñs in area Ornan lebusæi, immolauit ei victimas.] i. hostias pro gratiarū actione, & pro pace ac venia plebis. Tabernaculū autem dñi quod fecerat Moses in deserto] per manus artificū, [& altare holocaustorū ea tempestate.] tribulatiōe & inquietudine, [erat in excelso Gabaon,] quod qualiter intelligendū sit, in superiorū expositione patuit. [Et non præualuit Dauid ire ad altare, vt ibi obsecraret Deū.] i. ascendere ad altare holocausti in excelso Gabaon non poterat ad orandū & sacrificandū ibidem. [Nimis em fuerat timore perterritus: Iquia & sibi conscius fuit de malo, & naturalī affectu timuit percuti, quīs hoc secundū rationem optauit. Species quoq; in qua apparuit angelus, fuit horribilis, similiter gladius eius. Vndè subiungitur: [Videns gladius angeli dñi qui fuerat cruentatus. Potest quoq; per gladium angeli, accipi plaga per angeli potestatem illata plebi.] ¶ Porro timor, sicut & cæteræ passiones sunt cū corporali transmutatione, & timor ex sua natura in frigidat atq; debilitat. Idcirco tam vehemens timor, valdè naturā indisposuit, discruciauit, in frigidauit, debilem q; effecit, Dauid aut desiderauit ex deuotione ascendere præfatū altare.

¶ Expositio cap. 22. Dixitq; Dauid: Hæc est domus Dei &c. Art. XXII.

Præfens cap. recitat qualiter dauid rex necessaria præparauit pro tēplo ædificando. [Dixitq; Dauid: Hæc est domus dei.] i. in loco isto ædificabitur celebre templū Deo, [& hoc altare,] quod ædificauit, vel quod suo tempore fiet seu constituetur in loco isto per Salomonem, eris

Z Z in ho-

Gen. 28.

Gen. 22.

3. Reg. 24.

Esa. 65.
Iose. lib. 7.
an. iu. ca. 17.
Gen. 43.
Gen. 46.

2. Reg. 7.

1. Reg. 25.

1. Reg. 22.

2. Reg. 11.

2. Reg. 8.

Ein holocaustum Israel. ad hoc deseruiet, q̄ populus Israel holocausta sua & etiā sacrificia alia offerret super altare hoc. Præuidit itaq; Dauid in spiritu, q̄ illo in loco ex ordinatione diuina tēplum esset ædificandū, propter quod dixit hæc verba, quæadmodum Iacob de eodē loquutus est loco: Quam terribilis est locus iste? nō est hic aliud nisi domus dei & porta cæli, in quo etiā loco (vt fertur) Abrahā voluit filium suū Isaac Deo offerre. [Et p̄cepit vt cōgregarentur de terra Israel oēs profelyti. i. ex paganismō cōuersi ad Iudaismum. Quæadmodum em̄ infideles cōuersi ad legē Christi, dicitur neophyti: sic ad Iudaismum cōuersi, profelyti vocabantur. Et cōstituit ex eis latomos. i. lapidū cętores, ad cædendū lapides & poliendos, vt ædificaretur domus dei. ad ornandos lapides & cōplanandos, quatenus apti essent reponi in ædificio tēpli. Istis profelytis, tanq̄ pauperioribus & ignobilioribus, imposuit Dauid opera ista laboriosiora: non tñ oibus illis. nā & Ethai & viri sui sexcēti erant profelyti & Gethæ: & si aliqui alij multum notabiles inter profelytos erant, non videtur putandū q̄ discretissimus Dauid grauauerit eos isto officio grauius quoq; quibus istud iniūxit, cōdignam & largā dedit mercedē. Ferrum quoq; plurimū ad clauos ianuarum & ad cōmissuras atq; iuncturas. i. cōpositiones seu incastraturas atq; iuncturas asserum & lignorum. Præparauit Dauid. i. adduci fecit & congregauit, & aris pondus innumerabile. i. tam copiosum, q̄ vix aut difficulter poterat numerari aut ponderari, iuxta quem sensum subiungitur: [Ligna quoq; ce drina non poterāt æstimari. i. distinctē numeraliterq; cognosci, [que Sidonij & Tyrij, [qui ex Sidone & Tyro vr̄ib; maritimis & famosissimis, vel ex regionibus vr̄bium harū fuerunt, [deportauerant. P̄ter aquas. ad Dauid. Et dixit Dauid: Salomon filius meus puer paruulus est & delicatus.] Circa hūc passum posset introduci inquisitio magna de intelligentia huius verbi, & de Salomonis ætate dū cœpit regnare, de qua re super tertium librum Regū habitus est tractatus, & pro præsentī sufficiat, vt dicatur q̄ aliquis multipliciter vocatur puer & paruulus, seu puer paruulus in scripturis, videlicet respectiue & absolute, & ratione puritatis ac innocentie aut etiam ratione stultitie, iuxta illud Esaiæ: Puer centū annorum morietur. Siue igitur Salomon fuerit duodecim annorū in principio regni sui, vel circiter, vt Iosephus & Hebræi testātur, siue viginti aut circiter, vocari poterat puer paruulus cōparatione ætatis, quam decet regem habere. Deniq; in Gen. Ioseph ait ad fratres suos de Benjamin: iste est frater vester paruulus, de quo dixeratis mihi, & tñ Benjamin habuit tunc filios decem, vt in Genesi habetur, quauis multi non computent ibi, nisi nouē filios eius in textu, prout ibidem declaratum est plenius. Dicitur quoq; Salomon delicatus, i. tener. [Domus autē quam ædificare volo dño. i. per filium meum, vt potē templū, talis esse debet. i. tam preciosa, pulchra, alta & magna, vt in cunctis regionibus nominetur. Et hoc non propter meum honorem, neq; ex vana gloria volo hoc, sed ex deuotione & zelo iustitie ad dei præconium, qui cum sit excellentie infinitæ, dignum est ei incomparabile construi templū. [Præparabo ergo necessaria ei. Et ob hanc causam ante mortē suam omnes præparauit impensas. i. necessaria & oēs expensas præparauit Dauid filio suo, non tñ penitus omnes, sed quasdam ex omnibus, & plurimas valde. [Vocauitq; Salomonem filium suum, & præcepit ei vt ædificaret domū domino deo Israel. Dixitq; Dauid ad Salomonē: Fili mi, volūtatis meæ fuit vt ædificarem domum nomini. i. nominato [domini dei mei. i. Deo meo ad eius honorem, [sed factus est sermo dñi ad me, dicens: Multum sanguinem effudisti, & plurima bella bellasti, & non poteris ædificare domum nomini meo, tanto effuso sanguine coram me. [Dauid in ædificatione templi gestasset personam viri religiosi & spiritualis prælati: idcirco q̄ prohibitus est templū deo ædificare, magis factum videtur propter mysteriū (putā ad p̄figurandum, q̄ prælati ecclesie & religiosi ac clerici non debeant gladio materiali bellare) q̄ p̄pter peccatū. Non em̄ videtur Dauid multum sanguinem innocentē fudisse, aut vitiosa bella gessisse. Vndē Abigail dixit ad eum: Bella dñi præliaris. Tamen (vt fertur) Hebræi dicunt istud intelligendum, eo q̄ Dauid fuit occasio interfectionis sacerdotum à Saule & habitatorum oppidi nomine Nobæ a doeg, & qm̄ iussit Vriam occidi, cum quo & alij quidam boni fuerunt occisi. Et item q̄ contra prauos & infideles pugnando, simul cum malis interfecit frequenter & bonos: imō spoliando Amalechitas, interfecit viros & mulieres. Præterea dato q̄ pugnando peccasset, inde tñ iam penituisset, idcirco apparet q̄ propter mysteriū facta est ei prohibitio illa, ad p̄fignandum q̄ etiam hi qui sine peccato sanguinem fundunt, sunt in nouo testamēto irregulares. Nempe cum Dauid fuerit tunc vir tam sanctus & Deo valde acceptus, cur ei id prohibuisset, nisi propter mysterium, & etiam ad insinuandum quantum Deus abhorreat humani sanguinis effusionem. [Filius qui nascetur tibi, erit vir quietissimus. Faciam enim eum requiescere ab omnibus inimicis suis per circuitum, & ob hanc causam pacificus vocabitur, & pacem & ocium dabo in Israel cunctis diebus eius. Ipse ædificabit domum nomini meo, & ipse erit mihi in filiū, & ego ero illi in patrem, firmaboq; solium regni eius super Israel in æternum. Nunc ergo fili mi, sit dominus tecum, & prosperare, & ædifica domum domino Deo tuo, sicut loquutus est de te. [Ista, quæ

quæ & in secundo libro Regū exposita sunt, constat esse prolata à Nathan ad Dauid. tamē neq; in isto volumine, neq; in libro Regum legitur, q̄ præinducta verba, videlicet quod propter multam sanguinis effusionem, dominus dixit ipsum Dauid non posse ei templum ædificare, protulerit ipse Nathan regi Dauid, sed forsitan Deus reuelatione diuina, non humana, locutus est ipsi Dauid hæc verba. [Det quoq; tibi dominus prudentiam & sensum. i. spiritalem, i. sapientiam, vt regere possis Israel & custodire legem domini Dei tui. Tunc enim proficere poteris, si custodieris mandata. i. Dei moralia & iudicialia. i. præcepta iudicialia, imō & ceremonialia, [quæ præcepit dominus Moysi, vt doceret Israel. Nemo enim potest verè proficere, nisi in primis impleat quod Deus primò & maximè ab ipso requirit, videlicet obseruatiā p̄ceptorum. [Confortare & viriliter age, ne timeas neq; pauca. Ecce ego in paupertatula mea præparauī impensas domus domini. i. ædificandæ, [auri talenta centum millia & argenti mille millia talentorum. Aeris verò & ferri. i. quæ præparauī, [non est pondus] cognitum nobis determinatē. [Vincitur enim numerus magnitudine. i. præ nimia quantitate numerari non queunt. Qualiter Dauid affirmat se tot & tantas præparasse diuitias in paupertatula, nisi q̄ cōparatione omnipotentis Dei, se pauperem fatebatur. Vel spiritualiter reputabat se pauperē. Tamen (vt fertur) Hebræi dicunt, q̄ Dauid pauper fuit respectu Salomonis, & quia multa exposuit in bellis frequentibus. Veruntamen ex bellis videt magis ditatus q̄ depauperatus, quia in cunctis p̄ualuit bellis, & abundantissima spolia procurauit in eis, quæadmodum scriptum est: Saluauit dñs Dauid in omnibus ad quæcunq; profectus est. [Ligna & lapides præparauī ad vniuersa impendia. Habes quoq; plurimos artifices, latomos & cementarios, artificesq; lignorum & omnium artium ad faciendum opus prudentissimos, in auro & argento & ære & ferro, cuius non est numerus. Surge igitur & fac, & erit dominus tecum. Præcepit quoq; Dauid cunctis principibus Israel, vt adiuuarent Salomonem filiū suum: Cernitis (inquiens) q̄ dominus Deus vester vobiscum sit, & dederit vobis requiem per circuitum, & tradiderit omnes inimicos vestros in manus vestras, & subiecta sit terra coram dño & corā populo eius. Præbete igitur corda vestra & animas vestras, vt quaratis dñm Deum vestrū, & confurgite & ædificate sanctuarium domino Deo, vt introducatur arca fœderis dñi, & vasa domini consecrata in domum, quæ ædificatur nomini domini. [Ista satis plana sunt, sed quia hic multa habētur, quæ in lib. Reg. nō continentur, t̄gendum est aliquid de spiritali intelligentia horum. Itaq; sicut Dauid rex per profelytorum obsequium lapides fecit excidiū templi, ad tēpli constructionem, sic Christus per gentiles conuersos conuertit q̄ plurimos & spiritaliter circuncidit à vitijs, ornauit virtutibus, suamq; ædificauit ecclesiam, sicut per gloriosissimos viros, Clementem, Dionysium, Ignatium, Polycarpum, qui fuerunt artificiosissimi latomi, qui de lapidibus fecerunt filios Abraham. Insup̄er sicut Dauid præparauit suo filio Salomoni necessaria ædificationi, sic pater omnipotens vnigenito filio suo requisita parauit pro constructione ecclesie, secundum quod filius protestatur: Nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eum. Hæc tractio seu gratiarū largitio, est præparatio necessariorū ad spiritalis edificij templi, & sicut de Salomone locutus est Dauid, Salomon filius meus paruulus est & delicatus: sic pater æternus de vnico filio suo per Esaiā disseruit: Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis, qui & quietissimo Salomone fuit quietior. Quæadmodum etiam tacitū est ex verbis Dei, ad Dauid dicens: Multum sanguinem fudisti, non poteris ædificare domū nomini meo: docetur, q̄ episcoporum, sacerdotum & cleri non sit materiali gladio præliari, sed inimicos quoq; diligere, & pro fi dei defensione, proprium sanguinē libenter effusioni exponere. Rursus ex eodē verbo instruitur, q̄ vindicatores sui iniuriæ, & q̄ infirmā fratrū cōscientiā percutiendo aīas scandalizant ac perimunt, non sunt idonei cōuertere alios. Amplius, per hoc q̄ ditissimus Dauid loquutus est: Ecce ego in paupertatula mea, &c. innuitur, q̄ homines virtuosī & sancti, quantumcunq; perfecti, se ipsos pauperes fatentur & imperfectos, præsertim quantum ex ipsis est, & cōparatione altitudinis diuitiarum sapientie & scientie Dei, cuius respectu stultus factus est ois homo à scientia sua. Postremò, sicut Salomō plures habebat artifices, sic Christus multos habet vicarios & ministros in diuersis facultatibus atq; scientijs graduatos & prædicatores doctissimos. Et sicut Dauid præcepit principibus filiorum Israel, vt adiuuarent filium suum ad templū ædificandum, sic pater cęlestis iubet prælati ac principibus ac magistris populi Christiani, vt Christo fideliter cooperentur ad reformationem, ædificationem ac multiplicationem ecclesie, in quam arca dei introducatur, i. Christi humanitas in credentium cordibus commoretur.

¶ Declaratio cap. 23. Igitur Dauid fenex & plenus dierum. Art. XXIII.

Quoniam quæ sunt, à Deo ordinata sunt: & sapiētis est omnia ordinatē p̄ducere siue dispo-
nere, sapiētis nanq; est ordinare: idcirco hic recitatur, q̄ decenter ac ordinatē sanctus Dauid disposuerit ministros Dei in domo ipsius & in obsequio eius. [Igitur Dauid fenex, i. non solum ætate, sed sapientia quoq; & omni virtutū probitate, morumq; grauitate, [et plenus dierū. i. frua-

Mich. 6.

1. Par. 18.

2. Reg. 7.

Matth. 3.

1. Jan. 6.

Esa. 9.

Matth. 5.

1. Cor. 8.

Hier. 10.

Roma. 13.

fructibus meritorum quos diu viuēdo reposuit & intra se collegit, regē constituit Salomonem filium suum super Israel, prout 3. Reg. lib. describitur, & congregauit. Ji. ad se venire fecit eos principes Israel & sacerdotes atq; Leuitas, quatenus immēte termino suę vitę, vniuersos exhortaretur, ordinatē disponderet, edoceret, quemadmodū Moses & Iosue fecisse leguntur. [Numeratq; sunt Leuitę a viginti annis & supra. In Nume. libro habetur, qualiter Deus per Moysen iussit numerari Leuitas ab anno tricesimo vsq; ad quinquagesimū, quia ab anno tricesimo erāt idonei ad explendum cuncta officij sui obsequia. Aliqua tamē poterant exercere ab anno vice-
 simo, idēō hac vice ab illa ætate sunt numerati per sacerdotes ad hoc deputatos aut per principes Leuitarum. Præterea quæritur circa illud, & supra, vsq; ad quam ætatē numerati fuerūt Leuitę. Et respondendum, qđ si numerabant ad deferendū onera graui atq; ad prosequēdum obsequia laboriosa, numeratio illa protendebatur vsq; ad quinquagesimum annū: Si verō numerabantur ad sacrorum vasorum custodiā, extendebatur numeratio illa vsq; ad diuturniorē ætatem, vtpotē sexagenariam iuxta quosdam, vel ampliorem. Vndē in Nume. dñs loquitur: Cumq; quinquagesimum annū ætatis impleuerint, seruire cessabunt, eruntq; ministri fratrum suorū in tabernaculo fœderis, vt custodiant quę sibi fuerint cōmendata, opera autē ipsa nō faciant. & inuēta sunt triginta octo millia virorum. Ex his electi sunt & distributi in ministerium domus dñi vigintiquatuor millia, qui s. in templo seruirent & sacerdotibus ministrarent successiue seu tēpore opportuno sibi p̄fixo. Præpositorum autē & iudicum] numerus fuit [sex millia,] quę p̄gratis millibus præerant, ad disponendū quando & qualiter sua explerent obsequia, ne in multitudine tanta esset confusio. Aliqui verō dicunt, qđ custodes vasorū aut thesaurorum vocentur præpositi, qui & rationē ætatis ac experientię atq; maioris peritię poterant iuniores Leuitas dirigere ac docere. Iudices quoq; eos appellant, qui populum erudiebant, quod tamen ad sacerdotes ac scribas magis pertinuisse censetur. Porro quatuor millia erant] saniores,] suis temporibus custodientes in duas domus Dei exteriores & interiores, & totidem psaltes canentes dño in organis] i. musicis instrumentis, [quę fecerat] Dauid [ad canendum] i. quatuor millia fuerunt cantores, qui psalms & cantica ore cantabant, & simul musicis instrumentis erant vtētes, sicut & Dauid ore psalms cātavit, & digitis lusit in cithara. [Et distribuit] i. distinctit ac diuisit] eos Dauid per vices filiorū Leui, qui filij fuerunt Gerson videlicet, & Chahath, & Merari. Filij Gerson] i. filij Gerson erāt] Laadā & Semei. Filij * Laadan principes, * Iehiel & Zethan & Joel, tres. filij Semei, Salomith & Hasiel & Aran, tres. Isti principes familiarum * Laadan. Porro filij Semei, Iahat & Ziza & Iaus & Baria. Isti filij Semei quatuor. Erat autē Iahat prior, Ziza secundus. Porro Iaus & Baria non habuerūt plurimos filios, & idcirco in vna familia, vnaq; domo cōputati sunt. Textus iste plan⁹ est. Deindē scribitur distinctio familiarū natarū ex Chahath filio Leui. [Filij Chahath] fuerunt Amram & Iaar, Hebron & Vziel, quatuor. Filij Amram, Aaron & Moses. Separatusq; est Aaron] i. Deo iubente specialiter deputatus, vt ministraret] i. ad ministrandū] in sancta sanctorum, ipse & filij eius in sempiternum. Sancta sanctorū vel sanctum sanctorū, fuit interior pars tēpli seu tabernaculi, in quam partē solus pontifex introiuit ad deprecandū, qui & incensum seu thymiama adoleuit super altare incensi, quod fuit in exteriorē tabernaculi parte. Quod ergo nunc dicitur, qđ Aaron & filij eius separati fuerunt ad seruiendū in sancta scđrum in sempiternum, vtpotē per omē tēpus veteris testamēti, intelligendū est de ipso Aaron & filijs eius sibi in pontificatu succedentibus. & adoleret incensum dño, secundū ritum suū, ac benedicere noi eius in sempiternū. Moses quoq; hois Dei filij, annumerati sunt in tribu Leui,] qm̄ Moses fuit de tribu illa, non tñ fuerūt sacerdotes vt filij Aaron. [Filij Moses, Gerson & Eliezer. Filij Gerson, Subuel primus. Fuerunt autē filij Eliezer, Rohabiah primus. Et nō erant Eliezer filij alij. Porro filij Rohabiah multiplicati sunt nimis, filij Iaar, Salomit primus. Filij Hebrō, Ieriahu primus. Amarias secundus, Iahaziel tertius, Iecmaan quartus. Filij Vziel, Micha primus, Iesia secundus, filij Merari, Mahali & Musi. Filij Mahali, Eleazar & Cis. Mortuus est autē Eleazar, & nō habuit filios, sed filias. Acceperuntq; eas filij Cis, fratres earum. Filij Musi, Mahali & Eder & Jerimuth, tres. Hi filij Leui in cognationibus & familijs suis principes, per vices & numerum capitū singulorū, qui faciebant opera ministerij domus dñi, a viginti annis & supra. Dixit enim Dauid: Requiem dedit dñs Deus Israel populo suo, Nam viuente Dauid rege, gentes vndiq; erant ei subiectę, nec repugnare audebāt. & habitationem Hierusalem] firmavit vsq; in æternū, dummodō propter peccata aliter non contingat. [Nec erit officij Leuitarum, vt vltra portent tabernaculum & oia vasa eius ad ministrandū] i. mox vt templum fuerit ædificatum, & arca stabiliter ibi locata, atq; altaris situs in eo, Leuitę amplius non portabūt tabernaculum & vtenilia eius de loco ad locum, sicut fecerunt in eremo, & aliquando in terra promissionis. Ideo de talibus liberati laboribus, magis intendere poterunt cultui Dei in templo in psalmis, canticis & sacrificijs eius. [Iuxta præcepta quoq; Dauid nouissima supputabitur numerus filiorum Leui a viginti annis & supra. Et erunt

Num. 4.

Heb. 9.

Exo. 2.6

Leedan
Iahiel

erunt] Leuitę sub manu] i. potestate & autoritate [filiorum Aaron] i. pontificis maximi aliorumq; sacerdotum, quibus deseruiet circa hostias offerendas, animalia excoriādo, carnes lauando, [in cultū domus dñi in vestibulis] i. porticibus tēpli, [et exedris] i. domunculis sitis prope illud per gyrum, in quibus edebant & quiescebant sacerdotes, durāte eorum obsequio ibi in tem] 3. Reg. 6.
 plo. [et in loco purificationis,] i. in atrio vbi sacerdotes se abluebant ante accessum ad sum officium. [et in sanctuario, & in vniuersis operibus ministerij tēpli domini. Sacerdotes autē] erunt [super panes propositionis,] i. disponendo de illis secundum legis præcepta, [et ad similes sacrificium] i. ad prosequendum sacrificium quo purgatissima farina triticea offerebatur, [et ad lagana,] i. ad offerendum panes latos ac tenues. [et azyma,] i. panes non fermentatos. [et sartagines,] i. panes qui in sartagine seu patella fiebant. [et ad torrendum,] i. ad cremandum granatiam, ex quibus fiebat oblatio. [et super omne pōdus atq; mēsuram,] i. ex officio suo prouidebunt, vt sacrificia fiant secundum pondus & mensuram determinata in lege. Siquidem aridę materię ex quibus fiebant oblationes, accipiebantur pondere certo ac vario, iuxta sacrificiorum diuersitates ac species. Humida verō materia, vt vinum & oleū, sumebatur cū certa mēsurā, iuxta differentias oblationum ex ea factarum. [Leuitę verō] i. ordinati erunt & distributi, [vt stent manē] omni die [ad confitendum] i. confessione laudis diuine, [et canendum,] i. psallendum [dño, similiterq; ad vesperam,] quia quotidiē offerebatur agnus manē & etiam vesperę, quod vocabatur Num. 24.
 iuge sacrificium, in cuius sacrificio p̄gnabāt, [tam in oblatione holocaustorū] quę ad summę reuerentię maiestatis totaliter cōburebantur, [dñi,] quām in sabbatis & Calendis & solennitatibus reliquis, iuxta numerum & cæremōnias vniuscuiusq; rei iugiter coram domino. Sab-
 batum fuit septimanalis festiuitas legis, in recognitionem atq; memoriā beneficij creationis mundi. In Calendis quoq; seu nouilunijs seruabatur festiuitas in cōmemorationem & gratā recognitionem beneficij gubernationis. Alię demum solennitates legis erant, pascha in memoriā educationis de Aegypto, pentecostes in recognitionem legis acceptę in Sinai monte, itē festa tubarum & expiationis ac tabernaculorum. In his igitur festis & sacrificijs quę tunc fiebāt in certo animalium hostiarumq; numero, prout in Leuitico & Nume. lib. habetur, & cum determinatis cæremōnialibus obseruantijs vniuscuiusq; rei seu sacrificij siue obsequij psallebāt Leuitę, [et custodiant obseruationes tabernaculi fœderis,] i. ea quę iussa sunt ibi seruari ac fieri, [et ris-
 tantur] i. templi seu tabernaculi, [et obseruationem filiorum Aaron fratrum suorum,] i. ea adimpleant quę sacerdotes ipsis iniunxerint, [vt ministrarent in domo dñi,] i. qđ Mysticē, per tam multiplicē distinctionem & pulchrā ordinationem ministrorū templi & actuum eorūdem, præfigurata est cælestis atq; pulcherrima ordinatio, distinctio ac dispositio militantis ecclesię in suis ordinibus & ministris, gradibus, statibus, personis, sacramētis, officijs, charismatibusq; diuersis, tā gratię gratis datę, qđ gratię gratificātis. De quibus in epistolis Pauli diuersa leguntur. Roma 12, 1. Cor. 12, 1. Cor. 14, 29.
 ¶ Explicatio cap. 24. Porro filij Aaron hæ partitiones erant. Art. XXIII.
 Hic narratur qualiter deuotissimus rex Dauid cultum Dei amplificans, instituit 24. ordines sacerdotū, in tēplo sibi inuicem succedentiū in sacerdotali officio, ita qđ in quolibet ordine perat vnus sacerdos plures sub se habens sacerdotes, & secum in sua hebdomada ministrātes: erātq; 16. ordines seu familię sacerdotū istorū nati ex femine Eleazari filij Aaron, & octo ex Ithamar fratre Eleazari huius. Omnibus quoq; familijs Eleazari vnā præfecit domū, videlicet ipsum Sadoc. Omnibus item familijs Ithamar ipsum Achimelech. [Porro filij Aaron hæ partitiones] i. partes & diuisiones] erant. filij Aaron, Nadab & Abiu & Eleazar & Ithamar. Mortui sunt autē Nadab & Abiu ante patrē suū absq; liberis, sacerdotioq; functus est Eleazar & Ithamar, & diuisit eos Dauid] videlicet sacerdotes ac posteros filiorum Aaron, [id est, Sadoc] & cognatorum ipsius natorum, [de filijs Eleazar, & Achimelech de filijs Ithamar] secundum vices suas & ministerium;] i. secundum quod congruebat eorū officijs per temporum interualla. [inuentiq; sunt multo plures filij Eleazari in principibus viris,] i. inter præcipuos viros atq; in numero principalium viro-
 rum, ita qđ ipsi sic inuenti, erant huiusmodi viri, [quām filij Ithamar. Diuisit autem eis, hoc est, filijs Eleazar, principes per familias sedecim] i. ipse Dauid assignauit & deputauit: sedecim sacerdotibus familijs ex Eleazarō genitis, sedecim sacerdotibus principales, ita quōd in qualibet familia illa fuit vnus sacerdos præcipuus, præter Sadoc, & etiam sub Abiathar pontifice. [Et filij Ithamar per familias & domos suas] id est, octo familijs sacerdotalibus generatis ex Ithamar, præfecit octo] sacerdotes, vni cuique vnū. [Porro diuisit vtraq; inter se familias fortibus:] id est, per sortium missionem a domino temperatam, determinauit, quę familia esset prima in ministrando in templo, quę secunda, quę tertia, &c. [Erant enim principes sanctorū] i. principes domus Dei tam de filijs Eleazar quām de filijs Ithamar: id est, de amborum filijs erant aliqui sacerdotes principales, qui erant principes Dei, id est, pertinentes ad Deum & consecrati eidem, quemadmodū in Genesi filij Heth loquuti sunt Abraham: Princeps Dei es apud nos. [Descri-
 ZZ 3 p̄stę]

Leui. 23.

Exo. 12.
Num. 10.
Deut. 16.
Leui. 23.
Num. 28.

Roma 12,
1. Cor. 12,
1. Cor. 14, 29

Prover. 16.

Gen. 23.

psitq; eos Semeias filius Nathanael, scriba Levites corā rege & principibus, & Sadoe sacerdote, & A. himelech filio Abiathar, principibus quoq; familiarū sacerdotium & Leviticarū, vna domū, quā ceteris perat, Elcazar: & alterā domū, quā sub se habebat ceteros, Ithamar. J. Semeias descripsit ex posteritate Eleazari, vnu, videlicet Sadoe, ceteris familijs Eleazari p̄sidentem, vt dicitur est: & simili modo fecit de Ithamar. [Exiuit aut̄ fors prima Ioarib, secūda Iedaia, tertia Harim, quarta Seorim, quinta Melchia, sexta Miami, septima Acchos, octaua Abia, nona Iesu, X. Sechania, XI. Eliafib, XII. Iacim, XIII. Hupha, XIII. Isbaab, XV. Belga, XVI. Emmer, XVII. nezir, XVIII. Haphses, XIX. Pathahia, XX. Ezechiel. XXI. Iachin, XXII. Gamul, XXIII. Dilaiahu, XXIII. Maaziahu. Hæ vices eorum secundum ministeria sua, vt ingrediantur domū Dei, & iuxta ritum suū, sub manu Aaron patris eorū, sicut p̄cepit dñs deus Israel: J. sacerdoti Ioarib sic nominato, vt esset sacerdos hebdomadarius cum sacerdotibus sibi subiectis in prima hebdomada, sicq; deinceps, vt fertur in litera, inter quas familias octaua fuit Abia, de qua (vt apud Lucam habetur) fuerit ille Zacharias pater gloriosissimi fuit Ioannis Baptistæ. [Porro filiorum Leui qui reliqui sanctus de filijs Amram J. de numero illorum perat Subhuel, & de filijs Subhuel Iechdeiahu. De filijs quoq; Rohabiaz, princeps Iesias, Isaris verò filius Salemoth, filiusq; Salemoth, Iahath, Filiusq; eius Ieriahu primus, Amarias secundus, Iehaziel tertius, Iecameam quartus. Filius Vziel Michah, filius Michah Samir, frater Michah Iesia, filiusq; Iesia Zacharias, filij Merari, Mahali & Musi, filius Iaziahubeno. Filij quoq; Merari, Iaziahubeno, & Soem & Sachur & Hebri. Porro Mahali filius Eleazar, qui non habebat liberos. Filius verò Cis, Iera^mmeel, filij Musi, Mahali, Eder & Ierimoth. Isti filij Leui secundum domus familiarum suarum. J quidam dicunt istos fuisse doctores ac iudices. [Miseruntq; & ipsi sortes contra fratres suos filios Aaron: J. in ordine doctoratus ac iudicariæ autoritatis, constituebantur per sortes, sicut præfati in ordine ministerij sacerdotialis: Qualiter verò liceat sortibus vti, alibi dictum est sep̄.

¶ Declaratio cap. 25. Igitur David & magistratus exercitus. Art. XXV.

DE dispositione & distinctione cantorum hic agit. [Igitur David & magistratus exercitus J. superiores & officii sui palatij, J segregauerunt in ministerium filios Afaph & Heman & Idithun, J. filios horum trium principalium cantorum separauerūt à ceteris filijs Israel, quatenus speciale officium, s. cantoriam exercerent in domo Dei. Hinc subditur, [qui propheta- rent in psalterijs & citharis & cymbalis, J. ludendo in his musicis instrumentis, de quibus prædictum est, decantarent psalmos & cantica prophetarum. Hebræi tamen (vt fertur) affirmant, qd psallendo cum his musicis instrumentis, mox tangebantur à spiritu sancto dono seu gratia prophetiæ, & prophetabant, vt quarto Regum de Heliseo narratur. Hæc ergo egerunt, [secundum numerum suum, J. prout eorum distinctioni ac numero congruebat vti talij aut tali musico instrumento. ¶ Circa hæc duo quærentur: Primum, cur dispositio ista ministrorum templi siebat per regem, & non potius per pontificem. Secundum, cur Idithun annumeretur hic ipsi Afaph & Heman tanq̄ cantoribus, cum suprā non Idithun, sed Ethan illis duobus annumeretur. Ad primum dicendum, quod in veteri testamento, cuius sacerdotium fuit carnale, carnales immolans hostias, rex fuit super p̄ticipem, sicut & Thomas in libro de regimine regum declarat. Ad aliud responderetur, qd ille qui suprā Iethan vocatur, hic Idithun appellatur, quia binomius fuit. [dedicato sibi officio seruientes, J. officium cantandi eis deputatum exequentes, & erant quatuor de filijs Afaph, de quibus subiungitur: [de filijs Afaph] erant Zachur & Ioseph & Nathania & Azarela filij Afaph] præfati sub manu Afaph prophetantes iuxta regem, J. Deum laudabant sub directione patris sui, & vicinijs stabant regi. Vnde suprā scriptum est, qd stabant à dextris. [Godolias, Sari, Iesias & Hafabias & Mathathias, sex, sub manu patris sui Idithun, J. filij ergo Idithū cantores erant sex, qui exprimuntur in hoc loco. [qui Idithun] in cithara prophetauit, J. psallebat. Communiter tamen tenetur, quod tres illi principales cantores prophetæ spiritu clauerunt, imò aliqui dicunt quosdam psalmos ab eis factos. [super contentes & laudantes dñm, J. psallendo præfuit his qui in choro & ordine suo Deum laudabant. [Heman quoq; filij Hemā, Bocciahu, Mathania, Vziel, Subhuel, & Ierimoth, Hananias, Hanani, Eliatha, Gedalhi & Romanthi Ezer, Iosbaccafa, Mellothi, Othir, Mahazioth. J. Hic nominantur quatuordecim cantores filij ipsius Heman principalis cantoris. [Omnes isti filij Heman, Videntes regis] id est, prophetæ ipsius David, cuius psalmos & cantica resonabant. ideò additur, [in sermonibus Dei, J. quoniam psalmi & cantica illa sunt Dei eloquia. Vel si spiritum prophetiæ habebant, annunciarunt regi abdita & futura ex reuelatione diuina, [vt exaltarent cornu, J. id est, quatenus Dens regiam dignitatem ac robur David, posteritatisq; suæ sublimare dignaretur & conseruare. Orabant enim pro temporali ac spiritali regis ac sobolis suæ prosperitate, & omnia referebant ad Dei honorē & veram salutem. [Deditq; Deus Heman filios quatuordecim, & filias tres. Vniuersi sub manu patris sui, ad cantandum in templo dñi distributi erāt, in cymbalis & psalterijs & citharis in mi-

Luc. 1.

4. Reg. 1.

1. Par. 6.

Ibidem.

Ibidem.

nisteria domus domini, iuxta regem, Afaph videlicet & Idithun & Heman. Fuit autem numerus eorum cum fratribus suis, qui erudiebant canticum domini, J id est, eruditē ac sapienter psallebant, ac alios docuerunt canica, psalmos & laudes Dei, [cuncti doctores 288. Miseruntq; sortes per vices suas ex æquo, tam maior quàm minor, doctus pariter & indoctus: J id est, prædicti 24. cantores inter se æqualiter sortes miserunt, quis eorum esset primus, id est, cum sacerdote primo hebdomodario suum officium exequens, & quis secundus, & quis tertius, iuxta eundem sensum. Erant autem omnes saltem aequaliter docti, nec aliter apti fuissent ad cantoriam. Sed quidam comparatione aliorum, videlicet doctiorum, dicebantur indocti, id est, minùs docti. Con-

fidebant quoque quod ex directione prouidentia Dei, fors caderet congruenter super vnum- quenque iuxta aptitudinem suam ad suum officium, quemadmodum Salomon loquitur: Sortes mittuntur in sinum, sed à domino temperantur. Idcirco non fuit incautum neque iniustum, quod taliter sortes miserunt. [Egressaque est fors prima Ioseph, qui erat de Afaph. J. filio Afaph. [Secunda Godolia, J. filio Idithun, J. ipsi & filij eius & fratribus eius duodecim. Tertia Zachur, filij & fratribus eius duodecim. Quarta Isari, filij & fratribus eius duodecim. Quinta Nathania, filij & fratribus eius duodecim. Sexta Bocciahu, filij & fratribus eius duodecim. Septima Ise- [Isecla] relā, filij & fratribus eius duodecim. Octaua Iesai, filij & fratribus eius duodecim. Nona Mathania, filij & fratribus eius duodecim. Decima Semeia, filij & fratribus eius duodecim. Vndecima Azrael, filij & fratribus eius duodecim. Duodecima Hafabia, filij & fratribus eius duodecim. Tertiadecima Subhuel, filij & fratribus eius duodecim. Quartadecima Mathathias, filij & fratribus eius duodecim. Quintadecima Ierimoth, filij & fratribus eius duodecim. Sextadecima Hanania, filij & fratribus eius duodecim. Septimadecima Iosbaccafa, filij & fratribus eius duodecim. Octadecima Hanani, filij & fratribus eius duodecim. Nona decima Mellothi, filij & fratribus eius duodecim. Vicecima Eliatha, filij & fratribus eius duodecim. Vicecima prima Othir, filij & fratribus eius duodecim. Vicecima secunda Goddalthi, filij & fratribus eius duodecim. Vicecima tertia Mahazioth, filij & fratribus eius duodecim. Vicecima quarta Romanthi Ezer, filij & fratribus eius duodecim. J Nam vnusquisque illorum 24. cantorū, habuit sub se 12. sibi associatos, cum quibus exercuit suum officium cum sacerdote suæ hebdomadæ. Erant enim 24. sacerdotes præcipui, de quibus dictum est cap. præcedenti, quorum quilibet suam habuit septimanam, vt potest primus primam, secundum secundam, sicque deinceps idem fuit ordo catorum istorum, ex quibus elucefcit huius cap. sensus.

¶ Declaratio cap. 26. Diuisiones autem ianitorum de Coritis. Art. 26.

Distinctio ac dispositio ianitorum atque custodum seu sacrifarum, hic recitatur, quorum distinctio sumitur iuxta distinctionem portarum seu ianuarum atrijs templi, in cuius atrio erant ostia quatuor iuxta respectum ad quatuor plagas terræ. [Diuisiones autem ianitorum] sunt quæ infra habentur in isto capitulo, [de Coritis Meselemlia filius Core, J id est, vnus ianitorum præcipuorum, fuit vir iste Meselemlia natus ex filijs Core Leuitæ. [de filijs Afaph. J. Deinde in exordio huius capituli describuntur generationes ianitorum. [Filij Meselemlia, Zacharias primogenitus, Iadiah secundus, Zabadias tertius, Iathanael quartus, Elam quintus, Iohanan sextus, Elieonai septimus. Filij autem Obededom, Semeias primogenitus, Iozabad secundus, Joab tertius, Sachar quartus, Nathanael quintus, Amiel sextus, Isachar septimus, Pollathai octauus, quia benedixit illi dominus. Semeia autem filio eius nati sunt filij præfati familiarum suarum, erant enim viri fortissimi. Filij ergo Semeia, Othni & Raphael & Obed, Elfachar, & fratres eorum fortissimi ad ministrandum, sexaginta duo de Obededom. Porro Meselemlia filij, & fratres eorum robustissimi decem & octo. De Hofa autem, id est, de filijs Merari, Semri princeps. Non enim habuerat. Ipse Hofa primogenitus, idcirco posuerat eum J id est, ipsum Semri pater eius Hofa in principibus suæ familie. Circa hoc scribit quidam, quod istud dupliciter posset exponi. Primò, ad satisfaciendum quæstioni, qua quæri posset, quare Hofa posuit istum filium suum nomine Semri, in principem. Ad quod litera ista respondet, quia non habuit primogenitum. Secundò exponitur, quod ided posuit istum in principem, quia non habuit primogenitum aptum ad principatum. Primam autem expositionem reprobatur ille, quia saltem iste Semri fuit primogenitus eius aut alius. Ad quod quis dicere posset, quod Hofa ided dicitur primogenitus non habuisse, quia primogenitus eius iam obiit, sicq; illa cessat obiectio. [Helchias secundus, Tabela tertius, Zacharias quartus, omnes hi filij & fratres Hofa, tredecim. Hi] iam expressi, [diuisi sunt in ianitores, vt semper principes custodiarū. J. quatenus ipsi iugiter existentes principales in custodiendo ianuas & contenta infra easdem, sicut & fratres eorum, ministrarent in isto officio] in domo dñi. Misæ sunt ergo sortes ex æquo, & paruis & magnis per familias suas, in vnâ quâq; portarū ad cognoscendū, ad cuius portæ custodiam vnusquisq; istorum deputaretur.

Prouer. 18.

Iosbaccafa

Romanthi Ezer

1. Par. 24.

Ioaha

Elfabad

[Cecidit ergo fors orientalis. Semei] id est, fors indicans, quis fieret custos portæ orientalis ipsius atrij, egressa est viro illi nomine Semei. [Porro Zacharię filio eius & viro prudētissimo] in rebus humanis, [et erudito] in diuinis [sortito obtigit] id est, deputata est [plaga septentrionalis] hoc est, custodia portæ respicientis ad aquilonem. Nempe cum vir iste fuerit tantæ prudentiæ, decuit eum principalem esse custodem in vna porta. [Obedem verò & filijs eius ad austrum] id est, forte contigit præesse custodiæ portæ australis, in qua parte domus Dei erat seniorum consilium. Id est, iudices ordinarij consulebant ibi de bono communi & occurrentibus arduis causis, id eò porta illa fuit diligenter custodienda. [Suphim & Osa] præfuerunt portæ sitæ ad occidentem iuxta portam quæ ducit ad viam ascensionis. Quia itur ad montem Sion, vel ad palatium regis, siue ad aliud quid simile. [Custodia contra custodiam.] Nam porta illa occidentalis fuit i rectè ex opposito portæ orientalis locata, sicq; custodia vnus fuit eregionè vsto diæ alterius. Ad orientem verò Leuitæ sex, id est, sex custodes Leuiticæ stirpis fuerunt deputati ad orientalis portæ custodiam. Templum enim versus occidentem respiciebat, & ita intrabatur in illud per portam orientalem, per quam fuit maior accessus. Id eò constituti sunt ibi sex ad reprimendum tumultum. In alijs portis quatuor erant, vt subditur: [et ad aquilonem] quatuor per diem, atq; ad meridiem similiter in die quatuor: & vbi erat concilium, bini & bini. In cellulis quoque id est, cameris [sanctorum] ad occidentem quatuor [erat] Leuitæ [in via] pro accedentium directione, [biniq; per cellulas] hoc est, duo in qualibet cellula commanebant. Sequitur de custodiibus seu sacristis, quorum officium erat sacerdotalia ornamenta & sacra vasa custodire, preciosa quoque vt aurum, argentum, & confimilia domino consecrata, seruare. [Ad septentrionem verò & meridiem] quaterni per dies singulos mutabatur, & ad basilicam concilij: ad occidentem bini, habentes subiectos alios in via, biniq; per cellulas. Hæ sunt diuisiones ianitorum filiorum Core & Merari. Porro Achias erat super thesauros domus domini & vasa sanctorum: id est, diuini cultus. [Filij quoque] Laadan, filij Gersoni. De Laadan, principes familiarum, Laadan, & Gersoni, Iehieli, Zathan, & Ioel fratres eius, super thesauros domus domini, Amramitis, & Isaaritis, & Hebronitis, & Ozielitis. Sabuel autem filius Gerson, filij Moysi, præpositus thesauris. Frater quoq; eius Eliezer, cuius filius Rahabia, & huius filius Efaias, & huius filius Ioram, huius quoque filius Sechri, & huius Selomith. Ipse Selomith, & fratres eius] fuit [super thesauros sanctorum] id est, thesauros atque pecunias templi, ordinatas ad sancta ex eis ferenda, componenda, aut recuperanda, [quæ] sanctificauit Dauid rex, & principes familiarum, & tribuni & centuriones, & duces exercitus de bellis & manubijs præliorum, quæ consecrauerant ad instauracionem & suppellectilem templi dñi. Idem em reges & principes Israel habuerunt victorias, consueuerunt preciosa quæq; inter spolia reperta, Deo consecrare & offerre in templo, vt applicaretur vibus sacris, & hoc fecerunt p gfarum actione altissimo exhibenda, & talia qdam cosecrauerunt etiam Samuel & Saul ac Abner, & postea Ioab. [Hæc aut vniuersa] sanctificauit Samuel Vidēs, & Saul filius Cis, & Abner filij Ner, & Ioab filij Zaruiæ. [Oēsq;] sanctificauerunt ea per manum Salomith, & fratrum eius. Isaaritis] de Isaar natis] verò perat Chonanas & filij eius. Hic agitur de p̄sidentibus & p̄fatis, ad opera forinsecus super Israel, ad docēdū, & ad iudicandū eos. Hi etem alios docuerunt, qualiter se habere deberēt in agendis, & causas ac lites illorū determinabāt. Siue vt aliq opinantur, docuerūt eos scidere atq; adducere ligna cedrina ac lapides, p necessarijs templi reparacionibus & structuris. [Porro de Hebronitis] natis ex femine Hebron filij Chabath, [Hafabias & fratres eius,] hoc est, cognati, [viri fortissimi] mille 700, perant Israeli trans Iordanem, videlicet tribui Ruben & Gad, ac mediæ stirpi Manassæ, [contra occidentem] in cunctis operibus dñi, & in ministerium regis] hoc est, p̄fatas tribus ibi longè à templo cōmorantes, docuerunt, qualiter Deo & regi seruirent, reddendo Deo quę Dei sunt, & regi suo terreno quę ei debebant, atq; vt aliq opinantur, collegerunt fructus agrorum ac vinearum, ibi situatorum cōsecratorumq; Deo, similiter redditus ac puentus pertinentes ad regem. [Hebronitarum aut principes] fuit Iedia, secundum famulias & cognationes eorum. quadragesimo anno regni dauid recensiti sunt, & inuenti sunt viri fortissimi in Iazer, hoc est, loco sic dicto] Galaad]i. vir principalis sic nominatus, [fratresq;] eius] hoc est, cognati] robustioris ætatis, duo millia 700, principes familiarum, id est, principales & capita in suis familijs. Ista numeratio facta est, Dauid iustè iubente in vltimo vitæ & p̄sidentie sue anno, in quo Salomon de cunctis edocuit, & de cunctis deinceps agendis optimè ordinauit. [Præposuit aut eos] Dauid rex]i, p̄fatos principales in suis familijs, tunc p̄fecit [Rubenitis & Gadditis & dimidia] tribui Manassæ] quia tunc erant valdè multiplicati] in omne ministerium Dei & regis. sicut expositū est. ¶ Præterea iuxta mysticū sensum, ianitores domus Dei sunt prælati & p̄dicatores oēsq; feruidi, q verbo & exemplo alios cōuertūt & introducūt in ecclesiam Dei, ita q Chro incorporant. Introducūt aut eos p quatuor portas, p quas intelligi possunt quatuor cardinales virtutes, seu quatuor euāgeliorum doctrinæ. Cōsideratio quoq; quatuor nouissimum

Ledan
Ger. Gersoni
&
Selemith

achonenias

Mat. 22.

2. Reg. 24.

morum. Contemplatio item mysteriorum domini saluatoris, videlicet incarnationis, passionis, resurrectionis, & ascensionis ipsius. Baptismus etiam potest dici porta orientalis: Extrema vñctio, porta occidentalis: Sacer ordo, porta australis: pœnitētia, porta aquilonaris. Circa has portas diuersi diuersimodè occupātur, aliosq; multiformiter instruunt & inducunt: & superiores, habent quàm plures sibi subiectos & cooperantes.

¶ Elucidatio cap. 27. Filij autem Israel secundum numerum suum principes familiarum. Art. 27.

Recolitur modò, qualiter prudentissimus Dauid ordinauerit atque distinxerit totum exercitum suum per cuneos particulares, eorumq; principes: tamen omnibus illis præfuit vnus totius militiæ princeps. & istud fuit à principio regni Dauid, quādo adhuc regnauit in Hebron super tribum Iudæ & eos qui confugerunt ad ipsum, quia viderunt dominū esse cum ipso, & no uerant ei esse promissum regnum per Samuelem. [Filij autem Israel secundum numerum suum] id est, iuxta certam numeri taxam, videlicet quidam eorum, fuerūt [principes familiarum] tribuum, quia in vna tribu fuerunt multæ familiæ, secundum quod multi fuerūt filij vnus patriarum, [tribuni, & centuriones, & præfati], qui ministrabant regi iuxta turmas suas, si simul cum concionibus sibi subiectis, [ingredietes & egredietes] per singulos mēses in anno. Erāt enim 12. principes, p̄sidentes 12. turmis militū seu pugnatorū: & in principio cuiuslibet mēsis intrauit vnus princeps cum sua cohorte, vt essent cum rege in eius obsequium, atque in fine mēsis exiuit, & tunc alius cum suo cuneo introuit, sicq; fiebat per totum circulum anni. Erant autem in qualibet turma 24. millia, id eò subditur, 24. millibus singuli præerant, id est, quilibet illorum 12. principū. Prime turmæ in primo mēse præerat Isoboam] qui fuit vnus de tribus fortissimis, & supra vobis Isoboam erat Isabeam, [filius Zabdies], & sub eo 24. millia, de filijs Phares] filij Iudæ natus, de quo & Isoboam Dauid processit, [princeps cunctorum principum] in exercitu mēse primo] ita quòd in suo mense non solum præerat suæ turmæ, sed & cæterarum turmarum principibus. Deindè exprimitur in textu principes aliarum turmarum, & qualiter principes illi habuerunt quosdam sub se, quasi vicarios, qui præerant, quando principes illi personaliter non affuerūt. & planus est textus, nisi quòd Afael frater Ioab, dicitur præfuisse quartæ turmæ, cum tamen fuerit interfectus ab Abner circa principium regni Dauid. Deindè consequenter hic describitur, qualiter vniciuique tribui Israel præfuit vnus præfectus ad accipiendum tributum, & ad alia quædam. [Secundi] mensis habebat turmam Doudai Ahothites, & post se alter nomine Maceloth, qui regebat partem exercitus, 24. millium. Dux quoq; turmæ tertie in mēse 3. erat Banaias filius Ioia] sacerdotis, & in diuisione sua 24. millia, ipse est Banaias fortissimus inter 30. & super 30. Præerat aut turmę ipsius Amizabad filius eius. Quartus mēse 4. Afael frater Ioab, & Zabadias filius eius post eum, & in turma eius 24. millia. Quintus mēse 5. princeps Samauth Iezraites, & in turma eius 24. millia. Sextus mēse sexto Hira filius Aetes Thecutes, & in turma eius 24. millia. Septimus mēse septimo Helles Phalonthes de filijs Ephraim, & in turma eius 24. millia. Octauus mēse octauo Sobochai Hufathites de stirpe Sarah, & in turma eius 24. millia. Nonus mēse nono Abiezer Anathothites de filijs Iemini, & in turma eius 24. millia. Decimus mēse decimo Maarai, & ipse Netophathites, de stirpe Zarahi, & in turma eius 24. millia. Vndecimus mēse vndecimo Banaias Pharathonites, de filijs Ephraim, & in turma eius 24. millia. Duodecimus mēse duodecimo Heldai Netophathites, de stirpe Othoniel, & in turma eius vigintiquatuor millia. Porro tribus præerant in Israel, Rubenitis dux Eliezer filius Zechri: Simeonitis, dux Saphatias filius Maacha: Leuitis, Hafabias filius Camuel: Aaronitis, Sadoc: Iudaitis, Elihu frater Dauid: Isacharitis, Amri filius Michael: Zabulonitis, Iesmaias filius Abdiæ: Nephthalitibus, Ierimoth filius Afriel: Filij Ephraim, Osee filius Ozazie. Dimidia] tribui Manassæ, Ioel filius Phadaia: Et dimidia] tribui Manassæ in Galaad, Iaddo filius Zachariæ: Benjamin autem, Iaafiel filius Abner: Dan verò, Azarael filius Ieroham. Hi principes filiorum Israel. Hæc expositio non indigent. [Noluit autem] sic scribi debet, & non, voluit. Itaque noluit [Dauid numerare eos] videlicet filios Israel, [à viginti annis & inferiùs] id est, eos qui nondum venerunt ad virilem ætatem, propter eorum innumerabilitatem. id eò subditur, [quia dixerat dominus, vt multiplicaret] filios [Israel quasi] stellas cæli. Id eò viri & pueri numerari vix potuissent. [Ioab filius Zeruiæ] cœperat numerare, [à viginti annis] & supra, [nec compleuit] Non enim numerauit tribum Leui & Benjamin, [quia] super hoc ira irruerat super Israel, [anteq;] totus populus numeraretur à Ioab, Deus misit pestem in populum, propter peccatum superbiæ, quia Dauid iusserat totum populum numerari, & nisi dñs iram suam monstrasset, probabile est, q Dauid fecisset numerari residuos. Et id eò numerus eorum q fuerunt recensiti] hoc est, numerati seu cōmemorati per numeralē descriptionē, [nō est] relatus in factos regis dauid]i. redactus siue descriptus non est in libris annalibus, in quibus describuntur gesta anni. Vndè videtur, q Dauid cordialiter de sua superbia pœnitēs, & Deum sibi reconciliare exoptās,

Gen. 17.
Deu. 10.

2. Reg. 24.
1. Par. 22.

non permisit numerum illum referri in factis ex humilitate, quia peccauit in numeratione, quod textus satis innuere videtur: Iobab, in quiens, cœperat numerare, nec compleuit, quia super hoc ira irruerat in Israel. quibus verbis adiecit, & idcirco numerus eorum quæ recensiti sunt &c. ¶ Consequenter exprimitur in textu custodes & p̄sides thesaurorum terræ nascētium regis, videlicet quæ custodiebāt diuitias eius naturales & artificiales, mobiles atq; immobiles, quæ ex rationabilibus causis licet regibus & principibus thesaurizare, tñ cum moderamine. ¶ Super thesauros aut regis fuit Afmoth filius Adiel. His aut thesauris quæ erant in vr̄ibus & in vicis & in turribus, p̄sidebat Ionathan filius Ozia. Operi aut rustico & agricolis quæ exercebāt terram, præerat Ezri filius Chelub, vinearumq; cultorib' Semeias Ramathires. Cellis aut vinearijs Zabdias Saphomites. Nam super oliueta & ficeta quæ erant in campesribus, Baal Hanan Gaderites. Super apothecas aut olei, Ioas. Porro armentis quæ pascebantur in Saron, p̄positus fuit Serthari Saronites. Et super boues in vallibus, Saphat filius Adlai: super camelos verò, Vbil Ismaelites. Et super asinos, Iohadas Meronathites: super oues quoq; Iazim Agareus. Oēs hi principes substatie regis nauit, Ionathan aut patrum Dauid, cōsiliarius, vir potens & prudens & literatus, ipse & Iehiel filius Bachamoni, erat cum filijs regis Dauid, ad erudiendum eos, vel ad communicandum cum eis in honore. Achitophel etiam consiliarius regis, & Chusai Arachites amicus regis. Post Achitophel fuit Ioiaa filius Banaia, & Abiathar. Princeps autem exercitus regis, erat Ioab. ¶

¶ Expositio cap. 28. Conuocauit igitur Dauid omnes principes Israel. Art. 28.

Præfens capitulum refert, qualiter Dauid rex videns se morti propinquum, filium suum sibi in regno successurum sapienter ac feruenter admonuit, & instruxit de vniuersis agendis per ipsum. ¶ Conuocauit igitur Dauid omnes principes Israel: ¶ v̄pote dices, hoc est, præfectos tribuum, & p̄positos turmarum quorum quilibet præerat 24. milibus pugnatorum, ¶ qui mini strabant regi, tribunos quoq; 31. millenarios, quorum vnusquisq; p̄fuit mille viris pugnatoribus, ¶ & centuriones, & qui præerant substantiæ, & possessionibus regis, ¶ eos qui custodiebant opes & facultates regis, ¶ filiosq; suos cum eunuchis, & potentes & robustissimos quosque in exercitu Hierusalem: ¶ Eunuchi dici solent abscisi, non autem licuit Israelitis abscindere se. Quod si dicantur eunuchi isti fuisse gentiles, non fuissent forsitan ad consilium conuocati. Hinc per eunuchos intelliguntur hic, viri spirituales deuoti. Ideo ait glossa: Lex prohibet Israelitas abscidi, & alienigenæ non solent ad consilij secreta admitti. Sed dicunt hoc loco eunuchos vocari, quia à seculi actibus alieni, orationibus & lectiōi vacabant, & vxores non causa libidinis, sed suscipiendæ prolis habebant, quos Iosephus vocat Essæos. Hinc etiam aliqui scribunt, per eunuchos designari infirmitates filiorum regis & nutritores, ita vt propter suam castitatem saltem coniugalem & probitatem vocentur eunuchi. ¶ Cumq; surrexisset rex, & stetit: ¶ Ex his & quæ 3. Reg. 1. & 2. scripta sunt, videtur quod Dauid præ inualitudine ac senio decubuit lecto, quicquid filium suum Salomonem informauit de his, quæ in isto & sequenti habentur capitulis. Sicq; dicendum esset, & surrexit de lecto & stetit, id est, resedit in eo, vel extra lectulum stetit, vt melius audiretur à multis. Alij dicunt, quod surrexit à loco quo sedit, & stetit super gradum quem fecerat ad loquendum. Assurrexit quoque maioribus conuocatis, qui communitatem totam representabāt ad reuerentiam communitatis, quem admodum de beatiss. Petro legitur Act. 1. Surgens Petrus in medio fratrum, dixit. Sic abbas assurgit conuentui, in quo Christum honorat. ¶ ait: Audite me fratres mei! Ecce verbum humilitatis. ¶ & populus meus: ¶ Ecce verbum paterni amoris. ¶ Cogitavi vt ædificarem domum, in qua requiesceret arca fœderis domini, & scabellum pedum domini Dei nostri, & ad ædificandum oia præparavi. ¶ Iam supra habitum est: Adificauit Dauid locum, i. domum arcis Dei, tetēditq; ei tabernaculum, quod ergo nunc subditur, ¶ Deus aut dixit mihi: Non ædificabis domum nomini meo, eo quod sis vir bellator, & multum sanguinem fuderis? ¶ Sed ad istud patet r̄sio ex expositione superiorum. Nō em̄ de quacunq; domo intelligitur istud, sed de templo solenni, vt sacrificia fierent. ¶ Præterea operimentū arcæ, erat secundū quosdā scabellum pedum Dei residentis super p̄piciatoriū, quod fuit thronus seu sedes super illud sedentis, quod portabatur à Cherubim: idcirco in textu dictū est, & scabellū pedū Dei nostri esset in domo illa seu templo. Alij verò imaginant, quod sedile Dei seu p̄piciatoriū, fuit ipsum arca operimentū: & pauimentum corā arca, fuerit Dei scabellū: & intelligendū est sp̄ialiter totū istud, cum Deus altissimus sit prorsus incircūscriptibilis, atq; immēsa & superpurissimæ simplicitatis. Sed vbi specialiter operatur, ibi specialiter esse, habitare, residereq; dicit. Cum ergo Deus intra scā sctōrum r̄sā dare & solitus fuerit apparere super oraculū seu p̄piciatoriū, merito dicebatur ibi sedere, quia tñ ad inueniendum suæ maiestatis immensitatem, per Esa. 66. protestat: Cælum mihi sedes est, terra aut scabellum pedum meorum. Loquitur aut scriptura de Deo more humano, quia ipse in propria natura non habeat corporalia lineamenta aut mēbra humana. Deus aut dixit mihi: Non ædificabis &c. Istud supra expositum est. ¶ Sed & elegit dñs Deus Israel me de vniuersa domo patris mei,

Leuit. 19.

1. Par. 17.

2. Par. 17.

1. Ibid.

vt essem rex super Israel in sempiternum. De Iuda em̄ elegit principes. Porro de domo Iuda, domum patris mei. ¶ Circa hoc quidam scribit, quia in transitu maris rubri tribus Iuda primò secuta est Moſen formidantibus alijs, idēd meruit regiam dignitatem. Veruntñ potius est tenendum, quod Deus de Iuda elegit reges & principes, quia ex tribu illa incarnari decreuit. Propter quod tribum illam multis priuilegijs decorauit, & diu ante transitum maris rubri prædixit per Iacob patriar cham: Non auferetur, in quiens, sceptrum de Iuda. ¶ Et de filijs patris mei placuit ei, vt me eligeret regem super cunctis Israel. Sed & filijs meis (filios enim mihi multos dedit dñs) elegit Salomonem filium meum, vt federet in throno regni dñi super Israel. ¶ Circa hoc aliqui dicunt, quod Salomon fuit promotus ad regnum, non solum voluntate humana, sed etiam diuina, & hanc ordinationem nunciavit Nathan regi Dauid, vt habetur supra, & 2. Reg. 7. Ad hoc dico, quod vtiq; ordinatione & electione diuina, Salomon ad regnum promotus sit, Nathan quoq; prædixit ipsi dauid in generali, quod filius suus post ipsum regnaret, non tamen in speciali expressit de Salomone. ¶ Dixitq; mihi Salomon filius meus: Adificabit domum meam. ¶ Templum ¶ & altaria mea, ¶ videlicet altare holocausti & altare thymiamatis, quorum primum fuit in atrio, secundum in parte templi exteriori. ¶ Ipsum enim elegi mihi in filium adoptiuum, ¶ & ego ero ei in patrem. ¶ Hoc Deus dixit ad Nathan, & per Nathan ad Dauid, de filio Dauid successuro ei in regno indeterminate, iuxta continentiam literæ. Sed Dauid applicat hoc in particulari ad Salomonem, quia cognouit in spū id esse prædictum de ipso, vel præter reuelationem factam ipsi Dauid per Nathan, Deus reuelatione cælesti angelica manifestauit hoc ipsum Dauid regi, vt textus iste videtur prætere. Vel, si Deus per Nathan expressit istud de Salomone in particulari, hoc scriptura subicit, nec videtur, quod ita expresserit, cum tertio lib. Regum Nathan legatur dixisse ad Dauid: Nunquid à domino meo rege exiuit hoc verbum, vt I. Adonias regnaret, & mihi non indicasti, quis successor esset super thronum domini mei regis post eum? Si autem Nathan iam antè indicasset regi, quod Salomon ex diuina ordinatione esset regnaturus, non videtur, quod sic locutus fuisset regi, sed magis dixisset: Nōne tibi ex reuelatione diuina prædixi, quod Salomon succederet tibi in regno? Veruntamen de istis temerè nil affirmo. ¶ Et firmabo regnum eius vsque in æternum, si perseuerauerit facere precepta mea & iudicia, sicut & hodiè. Nūc ergo corā vniuerso cœtu Israel, audiente Deo meo: ¶ qui quis sit oim Deus iure creationis & prouidentie generalis, specialiter tñ Deus est hominum perfectorum, quos ipse gratiosissimè dirigit, & à quibus ipse deuotissimè colitur. Itaque audiente, hoc est, in tuente & cognoscente, seu approbante Deo vos hortor. ¶ Custodite ¶ per memoriam & adimpletionem, ¶ & perquirete ¶ i. perficite & diligenter inuestigate, & intelligere laborate, ¶ cuncta mandata dñi Dei nostri. ¶ Iq tunc fuit specialiter Deus Hebræorum, cæteris gentibus ad idololatriam lapsis, ita quod non aut vix erat aliqua tota gens verum Deum colēs, quibus inter Gentiles tunc fuerint multi in lege naturæ Deum colentes, imò & cōplacentes, si cūm fide saluatoris futuri fecerint hoc. Et bene ait, Cuncta mandata: quia si quis totam legem impleuerit, offendat aut in vno, factus est oim reus. ¶ Vt possi deatis terram bonam, ¶ hoc est, in possessione terræ huius vberimæ maneat, ¶ & relinquatis eam filijs vestris post vos vsq; in sempiternū. ¶ Non quod possessio boni terreni, fuerit merces sufficiens & totalis aut principalis actum virtuosorum, sed inductiua quodammodo, accessoria & annexa, sub qua intelligenda erat merces principalis & plena, videlicet salus æterna. ¶ Tu aut Salomon, fili mi, scito Deū patris tui ¶ i. Deū quem ego colui, agnosce notitia æquali & practica, quæ est notitia formata boni honesti approbativa. ¶ & serui ei ¶ soli seruitute latræ, ¶ corde perfecto. ¶ Rex em̄ debet esse vir heroicus, in oim virtute perfectus, & totus diuinus, ¶ & animo voluntario, ¶ hoc est, prompto ex charitate seruente, non ex seruil timore. ¶ Omnia em̄ corda scrutatur dñs, & vniuersas mentiū cogitationes intelligit. Si quis inuenis eum, inuenis. ¶ Dummodo quæras eum eo modo, quo scriptū est: Cum quis inuenis dñm Deū tuum, inuenis eum, si tñ toto corde quis inuenis eum, & tota tribulatio animæ tuæ. Ideo ait saluator: Omnis quærit, inuenit. Et em̄ facienti hoc modo quod in se est, diuinum auxilium non negatur. ¶ Si autem dereliqueris eum, proiciet te in æternum. ¶ Sicut ex verbo illo præhabito, Ipse erit mihi in filium, & quibusdam similibus oritur spes de saluatione Salomonis, ita ex verbis nunc introductis potest timor de opposito generari. Nam diu atque grauissimè Deum reliquit. Attamē sancti patres, Hieronymus, Ambrosius, multiq; alij, scribunt eum esse saluatū. Ideo verba hæc sic possunt exponi: Si autem dereliqueris eum per finalem impenitentiam, proiciet te in æternum, hoc est, æternaliter condemnabit. Vel proiciet te in æternum, nisi poeniteas. Vel istud fuit verbū cōminationis, non afectionis. ¶ Nunc ergo quæ elegit te dominus, vt ædificares domum sanctorum, confortare & perfice. Dedit autem Dauid Salomoni filio suo descriptionem porticus, & templi, & cellariorum. ¶ Ista & cætera quæ ponuntur in litera, pro maxima parte exposita sunt 3. Reg. 6. & 7. Itaque per verba & scripta docuit Dauid rex Salomonem, ea quæ per ipsum fieri voluit, s. templum & attinentia ei, quanta & qualia esse deberent. ¶ Porro cellaria templi dicuntur, loca facta

Gen. 49.

1. Par. 17.

3. Reg. 6.

3. Reg. 1.

1. Cor. 2.

Deut. 4.

Luc. 11.

2. Reg. 9.

ad

ad reponendum in eis species & aromata, quorum usus fuit in templo, & ex quibus conficiebatur thymiama. [& cenaculi. Terant autem in templo plura cenacula, id est, mansiones, prout 3. Reg. 6. expositum est.] & cubiculorum in *abditis] id est, thalamorum, in quibus custodes templi quiescebant seorsim in locis secretis prope murum templi. [& domus propiciationis,] per quam interior pars templi, videlicet sanctum sanctorum, accipitur, in qua propiciatorium erat, & dñs populo propiciabitur. [Nec non & omnium quæ cogitauerat] id est, facere proferuat ipse Dauid, ut potest [atriorum,] quæ tria fuerunt ibidem, scilicet atrium sacerdotum, atrium virorum mundorum, & atrium sceminarum. [& exedarum per circuitum,] quæ erant cameræ in circuitu sitæ, in quibus sacerdotes tempore sui ministerij dormiebant, [in thesauros domus domini, & in thesauros sanctorum.] Theauri domus domini seu templi, fuerunt (ut dicitur) vasa sacra & sacerdotalia ornamenta, siue ibidem oblata in usum ministrorum templi. ¶ Porro thesauri sanctorum, erant oblata, Deo consecrata, ad reparandū collapsa aut vetera, seu ad faciendū necessaria quæq; in templo. diuisionumq; sacerdotium & Leuiticarum: qualiter sacerdotibus & Leuitis in suis ordinibus atque temporibus determinatis seruirent in templo [in omnia opera domus dñi, & in vniuersa vasa ministerij templi domini, aurum in pondere per singula vasa ministerij,] id est, ad faciendum quæque aurea vasa ac instrumenta, seu utensilia cultus diuini dedit certa pondera auri. Vel descripsit filio suo, quantum de auro quodlibet aureum vas haberet, & eodem intelligitur sensu quod subditur: [argenti quoque pondus pro vaforum & operum diuersitate.] dedit equidem pondera argenti multa, ac differentia secundum diuersitatem, & differentias argenteorum vaforum ex ipsis producendorum, quibus non dederit totum argentū & aurum, quod in talibus exposuit Salomon. nec verum est, quod solum dedit Salomoni in scriptis, quantum pondus argenti aut auri ponendum esset in vno quoque vase aureo siue argenteo, quoniam manifestè subiungitur: [Sed & ad candelabra aurea & ad lucernas eorum aurum] dedit [pro mensura vniuscuiusq; candelabri & lucernarum. Similiter & in candelabra argentea, & in lucernas eorum pro diuersitate mensuræ, pondus argenti tradidit. Aurum quoque dedit in mensa Propositionis, pro diuersitate mensuræ:] quatenus aurea mensa, super quam panes duodecim omni sabbato ponebantur, formaretur ex illo. [Similiter & argentum] dedit [in alias mensas argenteas,] super quas thura ac similia & alia quædam offerenda componebantur. [Ad fuscinulas quoque] hoc est, tridentibus quibus carnes de Caldarijs extrahebantur, [& phialas & thuribula] formandas ex auro purissimo. ¶ Deniq; q̄ copiosissimè præparauerit Dauid filio suo argentum, aurum, æs, ferrum, ligna preciosa & lapides ad ista, dictum est supra. [& leuculos aureos pro qualitate mensuræ pondus] auri distribuit. Ad producendum ex eo in leunculum & leunculum. Similiter & in leones argenteos diuersum argenti pondus separauit. diuisim deputauit. Circa hoc scribit qdam: Non inuenitur scriptum, quod in templo Salomonis fuerint leunculi aurei. Vnde discordat translatio nostra ab Hebraica. Nam vbi habemus leuculos aureos, in Hebræo habetur, expiatoria aurea: & ratio huius discordantiæ est, quoniam dictio significans expiatoriū, & dictio significans leunculum, magnam habent in Hebræo conuenientiam literarū. Secundū Hebræos verò, expiatoria ista sunt bacini aurei, in quibus portabatur sanguis intra sc̄m sanctorum in die expiationis. Similiter vbi habemus, in leones argenteos: in Hebræo habetur, in expiatoria argentea: quæ erant argentei bacini, quibus portabatur sanguis victimarum, effundendus in altari holocaustorum. Hæc Lyra. In cuius verbis videtur translator noster inconsiderationis aut imperitiæ argui, & translatio eius de errore notari. idè dico, sicut & alibi sæpius tetigi, credendū esse, quod à sp̄s̄c̄o directus sit in transferendo, præsertim propter commune bonum ecclesiæ non erratis. Et vir ille tam sc̄tus sit in transferendo, valdè peritus, & tot translationes ante se habuit, & cum Hebræorū doctissimis assidue contulit, non est credendus tam inconsideratè aut erroneè trāstulisse. Idcirco quod Lyra ait, scriptum non inueniri, quod in tēplo Salomonis fuerint leuculi aurei, potest negari, quia hoc loco id scriptum est. ¶ In super 3. Reg. 7. ait scriptura: Sculpturæ inter iūcturas & inter coronulas & plectas leones & boues &c. Et rursus ibidem: Similiter leones & boues. Et si ad hoc rīdetur, sicut & Lyra rīdet, quod leones illi de ære fuerūt, non aurei: dicendū, quod textus ibi non dicit hoc, nec habet ex textu, sed legit̄ ibi, quod erant in templo decem æræ bases, & quasi lora ex ære dependentia, & ærei axes. de leonibus verò non exprimitur, quod ærei erant, nec expositores hoc dicūt tibi, imò nec Lyra. Glossa verò hic loquit̄: Nec in Exodo, nec in cōstructione tabernaculi, neq; in libro Regū, in ædificio templi vsquam legunt̄ facti leones & leunculi, nisi quod in templo celatura facta narratur in cōfessione decem basium, vbi leones & boues, & Cherubim, & palmæ sculptæ narrant̄. Hæc Glossa. ¶ Potest prætere esse quod verba illa Hebraica, æqui uocæ sint ad leunculos & expiatoria, sicut frequenter contingit in simili. [Altari aut̄ in quo adolebatur incensum,] si pro illo altari fiendo in templo cōstituto, in quo accendebatur thymiama suaue, [dedit aurum purissimū, & ut ex ipso] auro fieret similitudo quadrigæ Cherubim extēdentū alas, & velantium arcam fœderis dñi.] Ipsa

Exod. 27. 16. 3. Reg. 7.

etenim aurea Cherubin instar currus portabant thronum Dei seu propiciatorium, atq; suarum extensione alarum arcam velabant, id est, ex latere operiebant eam superiūs, quoniam arca in medio Cherubin fuit. [Omnia (inquit) venerunt scripta manu domini ad me, ut intelligerem vniuersa opera exemplaria.] Quasi sanctus vir Dauid dicat suo filio Salomoni: Noli (dñs fili) parvipendere aut negligere ista, quasi humanæ adinventionis nouitatē aut opus, quia exemplar horum ostensum mihi est à Deo. quod dupliciter potest intelligi: Primò, quod Samuel vel Nathā aut ead, aliusve propheta ex reuelatione diuina docuerit regem Dauid de his. Secundò, quod Deus ostenderit ista Dauid per reuelationem celestem in imaginaria visione, aut alio modo, quemadmodum Moysi ostenderat in monte Sinai tabernaculi formam, eiq; dixit: Omnia fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est. [Dixit quoq; Dauid Salomoni filio suo: Viriliter age, & confortare, & fac. Ne timeas & ne pauas] in ordinato timore. [Dñs enim Deus meus tecum erit, & non dimittet te nec derelinquet] te, [donec perficias omne opus ministerij domus dñi.] præfata vasa & instrumenta cultus diuini in templo. Hoc planè beatus Dauid prædixit prophético ore, & fuit impletum. Nam vsq; ad omnium horum consummationem mansit in gratia. Postea aut̄ enormiter & insipientissimè cecidit. [Ecce diuisiones sacerdotum & Leuitarum,] hoc est, sacerdotes & Leuitæ ordinatè multipliciterq; diuisi, [in omne ministerium domus dñi.] si ad exequendū opera diuini obsequij, [assistent tibi] consilio atq; auxilio, [& parati sunt, & nouerūt tam principes quàm populus facere omnia præcepta tua.]

Ex. 15. 16. Heb. 8.

¶ Elucidatio cap. vltimi. Locutusq; est Dauid rex ad oēm ecclesiam. Art. XXIX.

Capitulum istud est continuatio historię capituli præcedentis, & in duobus istis capitulis multa suppletur de institutione Salomonis in regem, & felici fine Dauid, quæ in fine secundū Regum fuerunt ommissa. [Locutusq; est rex Dauid ad oēm ecclesiam:] hoc est, totam seditium Iudæorum congregationem secum collectam, sicq; ecclesia sumitur hic extensè, prout à synagoga nō distinguitur, sed eam includit. [Salomonem filium meū elegit dominus] in regem & tēpli actore, [raduch puerū & tenellū.] Qualiter hoc dupliciter possit intelligi, patet ex dictis super illud supra scriptum: Dixit Dauid: Salomon filius meus puer paruulus est & delicatus &c. [Opus enim] videlicet templum ædificandum, [grande est] iam in apprehensione, & grande erit in effectu. [Neq; enim homini habitatio] hoc est, habitaculum [preparatur, sed deo:] ad cuius honorem decuit in veteri testamento grande & præclarum construi templum, quia tunc exterior honorificentia multum adhuc quærebatur. In nouo autem testamento ornatus interior amplius quæritur. Nemp̄ lex illa Mosaica erat carnalis, figuralis & imperfecta: euangelica verò lex, spiritalis omnino est, vltima & perfecta, cui alia verè diuina nō succedet. [Ego autem totis viribus meis præparauī impensas domus domini Dei mei:] si. materias & expensas, ex quibus fierent tēplū & vasa eius. [aurum ad vasa aurea, & argentum in argentea, æs in ærea, ferrum in ferrea, ligna in lignea, & lapides onychinos.] gemmas quibus nomen est onyx, quæ habent colorem vnguis humani, [& quasi stibinos, & diuersorum colorū:] si. gemmas habentes colorem stibij, circa quod ait Lyra: Stibium est vnguentum quo mulieres facies suas depingunt. Vnde quarto Regum habetur, quod Iezabel depinxit oculos suos stibio. Sed contra hoc scribit R. Paulus: Dictio Hebraica, pro qua habemus hic stibium, non significat vnguentum, sed puluerem siue collyrium nigrum, quod in oculis ponitur ad decorem & conseruationem sanitatis oculorum. Vnde de Iezabel nō habetur in Hebræo, quod depinxit oculos suos stibio, sed quod posuit stibium in oculis suis, quod consonat huic literæ. Nam sicut inueniuntur marmora habentia colorem vnguis humani, ita inueniuntur alij habentes colorem nigrum cum nitore qui dicitur stibium. Hæc Paulus. Veruntamen dictum Lyrae verius reputatur, quia & expositores cōmuniter dicunt sic, & per Hieremiam dominus loquitur: Cū pinxeris stibio oculos tuos, frustra componeris. & super illud Iob: Vocauit nomē tertie (iux̄ videlicet filia) Cornustibij, idem asseritur, atq; in Mammotrectu bibliæ fertur: Stibium est vnguentum vel color nomine cerussa, quo meretrices & solutæ mulieres vsolent. [Omnemq; preciosum lapidem,] hoc est, quosdam de omni genere lapidum preciosorū, quos potui reperire.] & marmor Parium. ¶ A Paro in insula vocatur Parium marmor, quod varij fertur esse coloris, & in insula illa abundat. [Abundantissimè] præparauī, in quo sancti Dauid ingēs relucet deuotio. [Et super hæc] præparauī ad idem ea [quæ obtuli in domum domini Dei mei de peculio meo:] id est, de speciali & propria substantia, pecunia seu opibus meis, [aurum & argentum,] hæc dō in templum Dei mei:] id est, ad hoc, quod templum Deo ædificetur. Ex hoc apparet, quod præfata donaria obtulerit de aliundè acquisitis, & de his quæ iure belli obtinuit, ex quibus multa dño cōsecrauit, de quibus exponi potest quod subditur: [Exceptis his quæ præparauī in ædem] si. domum [sanctam] ædificandam, [tria millia talenta auri de auro Ophir,] si. loci sic dicti, in quo optimum aurum dicitur inueniri. [& septem millia talentorum argenti] probatissimi. ¶ Porro quod subditur, [ad deaurandos parietes templi,] refertur ad prætaxata auri talenta. Siquis

Hiere. 4. Iob. 42.

Gen. 2.

3. Reg. 6.

dem parietes templi aureis erant laminis tecti. [& vbi cunq; opus est aurum, de auro: & vbi cunq; opus est argentum, de argento opera fiant per manus artificu. Et si quis sponte offert.]i. qui ex deuotione & libera voluntate aliquid offert, aut offerre Deo proponit. Oblatio nanq; spontanea esse debet, & ex charitate, pcedere, nec aliter placet Deo. [impleat manu suam hodie,]i. ad offerendum liberaliter se disponat, [& offerat quod voluerit dno.] Consequenter describitur qualiter maiores mox ita egerunt, & quantum dederunt. [Polliciti sunt itaq; principes familiarum & proceres tribu Israel, tribuni quoq; & centuriones & principes possessionum regis, dederuntq; in opera domus dni, auri talenta quinq; millia, & solidos decem millia, argenti talenta decem millia, & aeris talenta decem & octo millia, ferri quoq; centum millia talentorum. Et apud quemcuq; inuenti sunt lapides, dederunt in thesauros domus dni:]i. lapides illos edificatio aptos, vel gemmas obtulerunt, prout deuotio suggererat ad reponendum inter donaria pro templo construendo oblata, & hoc [per manum Iehiel Gersonitis,] qui fuit de familia Gerson, ex filijs Chabath, qui Iehiel fuit huic oblationu istaru collector, quis alter fuerit custos thesauroru domus dni iuxta prax habitata, [Latatusq; est populus, cum vota]i. oblationes votiuas & spontaneas [sponte] pmitterent, [videlicet ex supererogatione. Nempe in eo quod homo facit libenter & ex aio atq; dilectionis seruire, naturaliter delectatur. Idcirco secundum philosophum, signu virtutis seu habitus virtuosus est, delectatio fiens in opere,]i. actioni bonae annexa. In Eccō quoq; conscriptu est: caudum est iusto, facere iuste. Hinc subditur: [quia toto corde]i. integro cordis affectu, & ex recta ratione, deuotaq; voluntate [offerebant]i. offerre proponebant [ea dno,] & iam forte aliqua ceperunt offerre quae secum habebant. Ex his quoq; elicitur, qd David non pparauit neq; exhibuit vniuersa necessaria pro repli & caeterorum ei attinentiu faciendae structura. Alioquin no fuisset necessaria oblatio ista maiorum ac plebis. [sed & David rex laetatus est gaudio magno] ex contemplatione diuina, ex populi sui deuotione, ex filij sui promotione, & ex prosperitate sui propositi de templo edificando. [& benedixit dno] benedictione laudis,]i. laudauit & glorificauit Deum. [corā multitudine vniuersa]i. abstante, [& ait:] Veruntū vt videtur, huic congregationi non interfuerunt Iob atq; Abiathar, qm istud fuit post primam Salomonis vnctioē in regem: qua facta, statim dissolutū est conuenticulum Adoniae, & extunc Iob & Abiathar declinauerūt ad regis praesentia, vt 3. Reg. lib. habetur. [Benedictus est dñe Deus Israel patris nostri]i. tu Deus Iacob patriarchae, qui alio noie vocatus est Israel, [ab aeterno]a parte ante, [& in aeternum]a parte post. [Tua est dñe magnificentia,]i. excellentia in agēdo, qa eminentissimē, potētissimē, & sapientissimē operaris, [& potestas]i. omnipotētia cōuenit tibi, [& gloria,]i. laetitia vbi fama clara cū laudibus, atq; victoria, & tibi laus. Cuncta em quae in caelo sunt & in terra, tua sunt. Tuum dñe regnū, & tu es super oēs principes. Tuae diuitiae, & tua est gloria, tu dominaris oim. In manu tua virtus & potentia, in manu tua magnitudo & imperiu omnium.] Omnium em aliorum robur & fortitudo, in tua omnipotentia consistunt & fulciuntur & cōseruantur, atq; dependent ex te, sine cuius manutentia nec per momentum possent durare. [Nunc igitur dñe Deus noster, cōstitemur tibi,] ppria mala humiliter recognoscendo, [& laudamus nomē tuum in clytū,]i. te ipsum supernobilissimū, qui nusquam à propria dignitate degeneras. [Quis ego, & quis populus meus, vt possimus tibi hae vniuersa promittere? quasi dicat, à nobis ipsis nil boni habemus, nec aliqd boni facere possumus. idcirco subiungitur:] Tua sunt omnia]i. re creationis, conseruationis & gubernationis, [& quae de manu tua]i. de tua omnipotentia & munificentia, [accepimus, dedimus]i. obtulimus seu pmisimus [tibi. Peregrini em sumus coram te & aduenae,]i. in vita praesenti, & in terra habitationis seculi huius, cōstituti sumus sicut in via quadam & in exilio, atq; in loco non mansuuo ac stabili, sed transitorio & incerto, vt ad aliū locum mansiuum, perpetuum, aliamq; vitam felicem, caelestem, eternā tendamus, properemus ac pertingamus, [sicut oēs patres nostri.] Qm sancti patres & omnes electi sic vbi sunt vita praesenti & habitatio terrena, pppter quod Iacob disseruit: Dies peregrinationis vitae meae super terram, centum triginta annoru sunt paruī & mali, & non peruenerunt vsq; ad dies patrum meoru, quibus peregrinati sunt super terram. Et Apostolus: Non habemus, inquit, hic manētem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Et rursus de antiquis patribus loquens: Defuncti sunt, ait, omnes isti, non acceptis repromissionibus, sed à longē eas aspicientes & salutantes, & confidentes quia peregrini & hospites sunt super terrā. Qui em hae dicunt, significant se patriam inquirere. [Dies nostri quasi vmbra super terram,]i. tota instabilis est, transitoria, in certa, caduca, indefinenter festinas ad finem, & quantumlibet longa appareat, tamen respectu futurae aeternitatis, in qua erimus post hanc vitam, est quasi momētum & indiuisibile instans. idcirco Iacobus ait apostolus: Quae est vita vestra? vapor est ad modicum parens, deinceps exterminabitur. Et Psalmista: Homo vanitati similis factus est: dies eius sicut vmbra pretereūt. Sanctusq; Iob: Parce mihi domine, nihil em sunt dies mei. De hoc in libro Sapientiae multa leguntur, dicente scriptura: Transferunt omnia illa tanquam vmbra. [& nulla est

3. Reg. 6.

3. Par. 26.

3. Reg. 1.

Gen. 32. 35. potentia

Gen. 47.

Heb. 13. Heb. 11.

Iacob. 4. Psal. 145. Iob. 7. Sap. 5.

mora

mora]i. fixa stabilitas in hac vita, sed incessabilis cursus ad mortem, iuxta illud libri Sapientiae: Nos nati, cōtinuō desuimus esse. Et rursus: Transiet vita nostra tanq; vestigiū nubis, & sicut nebula dissoluetur. Vmbra enim transitus est tempus nostrum, idēd ait beatus Iob: Dies mei velocius transierunt, quā à texente tela succiditur. [Dñe Deus noster, omnis hae copia, quam parauimus vt edificare domus nomini sancto tuo, de manu tua est, & tua sunt omnia. Scio Deus meus qd probes corda]i. per prospera & aduersa tētes & examines homines, an verē sint virtuosī & tibi fideles, quemadmodū scriptum est: Tanq; aurum in fornace probauit electos dominus, & hoc agit omnipotēs & supersapiēs Deus, non vt sibi aliquid innotescat, sed vt homines agnoscat seipfos, vel alijs in exemplum ponantur, sicut & istum sanctum dauid multis annis probauit per Saul, & sanctum Iob ac Tobiam, vt in illorum patientia, constantia, fidelitate alijs edificetur. [& simplicitatem diligas,] loquendo de simplicitate columbina, duplicitatem, calliditatē, simulationemq; excludente, de qua ait Saluator: Estote simplices sicut colūba. cum talibus simplicibus est sermocinatio Dei. Sic nanq; Iob simplex fuit, & Iacob erat vir simplex, in tabernaculis habitās. Cumq; similitudo sit causa amoris, non mirum qd summē simplex Deus amet simplicitatē. [Vndē & ego in simplicitate cordis mei letus obtuli vniuersa hae, & populum tuū qui hic repertus est, vidi cum ingenti gaudio tibi offerre donaria.] Ista expositione non indiget, sed exhortatione & imitatione. Hinc & nos in cunctis simus sinceri & simplices, ac recta intentione omnia facientes. Simulatores enim & callidi prouocant iram Dei. Et vir duplex animo, inconstans est in omnibus vijs suis. imō vā duplici corde, vā hypocrisis odibilis prorsus inferimus. [Domine Deus Abraham & Isaac & Israel patrum nostroru, custodiui in aeternum hanc voluntatem]i. deuotam istam volitionem, [cordis eorum, & semper in uenerationē tuā, mēns ista permaneat. Salomon quoq; filio meo da cor perfectū, vt custodiat mandata tua, & testimonia tua, & caeremonias tuas, & faciat vniuersa, & edificet aedem, cuius impensas parauī.] A Deo quippe est inchoatio, profectio & consummatio omnis meritorij actus. [Praecipit autē Dauid vniuersae ecclesiae: Benedicite dño Deo nostro. Et benedixit omnis ecclesia dño Deo patrum suoru, & inclinauerunt se, & adorauerunt Deum] cultu laetiae, [& deinde regem] Dauid honoratione dulci, quae excellentibus debetur personis. [Immolaueruntq; victimas domino] s. hostias pacificas & sacrificia gratiarum actionis, [& obtulerunt holocausta die sequenti,] taurus mille, arietes mille, agnos mille cum libaminibus suis]i. sacrificijs de materijs liquidis, [& vniuerso ritu]i. cū obseruantijs caeremonialibus obseruandis in talibus. [in oēm Israel] abundantissimē:] quia & pro toto populo Israelitico hae egerunt. [Et comederunt & biberunt coram dño in die illo cū grandi laetitia]i. deuotē & cum spiritali iucunditate ad Dei honorem, quemadmodū ad Corinthios monet Apostolus: Siue manducatis, siue bibitis, siue aliud aliquid facitis, omnia in gloriam Dei facite. [& vnixerūt secundō Salomonē filium Dauid] in regē. Iam em semel vnctus fuit in Gihon per Sadoc & Nathan, per quos & ista renouatio ac confirmatio prioris vnctiois creditur facta. [Vnixerunt autē eum dño in principem]i. ad Dei honorē vnixerunt Salomonem in regē, [& Sadoc in pontificem.] Abiathar nanq; iam declinauit à Salomone, & eo à pontificatu eiecto per Salomonem, vnctus est Sadoc in praesulem, vt 3. lib. Reg. describitur. [Seditq; Salomon super soliu dñi in regem pro Dauid patre suo]i. super regalem thronū Dauid patris sui, qui thronus fuit solium Dei, qm fuit soliu regis fidelis, qui praesidēdo ac iudicādo fuit vicarius Dei & cultor ipsius. [& cunctis placuit]i. multis de omnibus, & penē vniuersis, non tñ omnibus absolute, saltem in principio, quia non placuit Adoniae, nec eius fautoribus Iob, Abiathar & consimilibus. [& paruit illi omnis Israel. Sed & vniuersi principes & potentes, & cuncti filij regis Dauid]i. praesentes, [dederunt manum & subieci] erant Salomoni regi:]i. concorditer conseruerūt promotioni Salomonis. Narrat autē magister in historijs, qd Dauid rogauit filios suos ne aegrē ferrēt Salomonem filiu suum minimū,]i. iuniorē eis esse praesulum, quia Deus ita mandauit, sicut & ipse minimus inter fratres suos fuit eis praepositus ad regnādū, & tunc filij acquieuerūt, atq; vt fertur, promiserunt aut iurauerunt, qd Salomoni fideliter obedirent. [Magnificauit ergo dñs Salomonē super omnem Israel, & dedit illi gloriam regni, qualem nullus habuit ante eū rex Israel.] Igitur Dauid filius Ise, regnauit super vniuersum Israel. Et dies quibus regnauit super Israel, fuerūt quaedraginta annū. In Hebrō regnauit septē annis, & in Hierusalē annis triginta tribus. Et mortu' est Dauid in senectute bona]i. virtuosa & septuagenarius, [plenus dierū] qm senex, & dies suos fructuose expendit, in quibus sibi thesaurizauit virtutum diuitias & merita copiosa. idēd subditur: [& diuitijs & gloria. Et regnauit Salomon filius eius pro eo.] Gestā autē Dauid regis priora & nouissima,] quae scilicet à principio regni sui vsq; ad finem peregit, scripta sunt in libro Samuelis Vidētis,] in lib. Reg. 1. & 2. à Samuele compositis, prout fertur. Vel duo libri Regum collecti sunt ex volumine Samuelis pro maxima parte, secūdum eos qui libros Regum dicunt ab Hiereima conscriptos. Nam & Samuel per tempus notabile est defunctus, antequam acciderent quae-

Ibid.

Sap. 2.

Iob. 7.

Sap. 3.

1. Reg. 18.

19. 20. 21. 22

23. 26

Job. 1. 4. 33.

Job. 2. 5. 12

Matth. 10.

Pro. 3.

Iob. 1. 31

Gen. 25.

Iob. 36.

Iaco. 1.

Ecc. 1. 2.

Luc. 6.

1. Cor. 10.

3. Reg. 11.

Ibid.

3. Reg. 2.

3. Reg. 1.

Pet. Co. 11.

li. 3. Reg.

cap. 2.

1. Reg. 16.

Matth. 6.

dam ad secundum librum Regū spectantia. [& in libro Nathan prophetae atq; in volumine Gad Videntis.] Isti libri secundum aliquos non fuerunt conseruati in esse, nec reparati per Esdras. Ideo non habentur, nec apud catholicos, nec apud Hebræos. Porro R. Paulus ait, q; sicut primus liber Reg. ascribit Samueli, ita secundus & tertius rationabiliter possunt ascribi Nathan prophetae seu Gad Videnti, quia fuerunt prophetae contemporanei Dauid & Salomoni. Veruntamen constat, q; diu defuncti sint antequam contingerent plura valde quae tertio Regum habentur. [vniuersiq; regni eius.] Dauid gesta, & fortitudinis & temporum quae transierunt sub eo, siue in Israel, siue in cunctis regnis terrarum. In libris Nathan & Gad descripta sunt principalia ac notabilia opera quae Dauid egit, tam in proprio regno quam in circumiacentibus regnis, quae sibi subiecit, forsitan etiam praefati prophetae gesta aliorum regnorum aliqua inseruerunt. Vnde quod ait, in cunctis regnis, per synecdochen & per hyperbolen est intelligendum.

Finis libri primi Paralipomenon.

DIONYSII CARTHVS-

SIANI IN LIBRVM PARALIPOMENON

secundum enarratio.

In hoc Salomonis, reliquorumq; post eum, regura Iuda & Israel gesta, in libris Regum praetermissa, explicantur.

PRAEFATIO VNCVLA.

Completo in primo libro tractatu de primo & praefecto Israel rege Dauid, nunc in secundo isto volumine tractatur de posteris eius, qui ei successerunt in regno, & primò de Salomone, sub quo populus Israeliticus fuit in maxima prosperitate.

¶ Elucidatio capituli primi. Confortatus est ergo Salomon. Art. I.



Confortatus est ergo Salomon filius Dauid in regno suo. [Confortatus fuit in regno, quia legitime inhiatus, & à Deo ad regnandum electus, atq; à toto populo concorditer acceptatus, nec quisquam se ei opposuit, & dñs erat cum eo] per gratia & virtutes, & magnificauit eum in excelsum. [valde sublimiter.] Praeceptiq; Salomon vniuerso Israeli. [maioribus totius populi sui, in quibus tota cõmunitas virtualiter continetur. Vnde quasi expositorie subditur:] tribunis & cenrurionibus & ducibus & iudicibus ois Israel & principibus familiarum. [Distinctio autè horum officiatorū ab inuicem, in expositione lib. 1. inducta est, & abijt cū vniuersa multitudine] horum maiorū & eis associatorum, [in excelsum Gabaon, vbi erat tabernaculum foederis dñi, quod fecit Moses famulus dñi in solitudine] per manus Beseleel. Qualiter excelsum hoc Gabaon dupliciter possit exponi, in elucidatione primi libri expressum est, in eodemq; libro expositū est quod hic sequitur. [Arcam autè Dei adduxerat Dauid de Cariath Iarim in locū quem preparauerat ei, vbi fixerat illi tabernaculū, hoc est, in Hierusalem. Altare quoq; æneū, quod fabricatus fuerat Beseleel filius Uri, filij Hur, ibi erat.] videlicet in excelsu Gabaon, [coram tabernaculo dñi.] antè in atrio eius, [quod & requisitū.] accessit ac visitauit Salomon & ois ecclesia. [tota fidelium Iudeorū congregatio secum existens.] Ascenditq; Salomon ad altare æneum corā tabernaculo foederis dñi, & obtulit in eo mille hostias. [super altare illud holocaustorum per manus sacerdotum, quod æneū erat, vt ignis calore sacrificia incendentes possent sine læsione suffere. Ita q; propter sanctitatem & dignitatem tabernaculi & altaris illius obtulit ibi. Circa hæc ait glossa:] Gabaon olim fuit metropolis Euzorum, ceciditq; in sortem Beniamin, & fuit separata Leuitis. Mirū est ergo q; Iosephus dicit Salomonem venisse in Hebron, vt sacrificaret in altari æneo, quod fecerat Moses, nisi forte ipsam Hebron, excelsum Gabaon intelligi voluit. Hæc Glossa. Author verò scholasticus historiae: Creditur, inquit, Gabaon non esse proprium nomen loci seu oppidi, sed appellatiuū, & interpretatur collis excelsus. Iosephus em̄ dicit, eum ascendisse in Hebron. [Ecce autè in ipsa nocte apparuit ei Deus, dicens: Postula quod vis, vt dem tibi. Dixitq; Salomon Deo: Tu fecisti cum Dauid patre meo misericordiam magnam, & constituisti me in regem pro eo.] Istud penè totum in 3. Reg. lib. fuit expositum. [Nunc ergo dñe Deus, impleatur sermo tuus quem pollicitus es Dauid patri meo:] cui promissisti quod firmabis thronum eius super Israel in æternum. Sed em̄ Deus fit verus, infallibilisq; promissor, quid necesse fuit orare, vt eius promissio impleatur? Et respõdendum, q; Salomon sciuit illam promissionem fuisse conditionatā, aut conditionaliter intelligendam, vt potè nisi posteri Dauid regis peccando poneret obicem adimplerioni promissionis diuinæ. Ideo Salomon petijt gratiam praeseruationis pro se & posteris ab huiusmodi obice. [Tu

1. Para. 28.

Exo. 36.
1. Para. 13.

Iose. lib. 8.
an. iu. ca. 1.
2. 3.
Pet. Co. hi.
lib. 3. Reg.
cap. 5.
3. Reg. 3.

2. Reg. 7.
2. Par. 17.

em̄ fecisti me regem super populum tuum multum, qui tam innumerabilis est quàm puluis terræ.] Hoc per modum hyperbolice locutionis est accipiendum, ad insinuandū valde copiosam plebis illius pluralitatem. Vnde 3. lib. Reg. dicitur, populi infiniti, sicq; in psalmo catur: Ascendunt vsq; ad caelos, & descendunt vsq; ad abyssos. [Da mihi sapientiam, & intelligentiā.] Per sapientiam potest intelligi clara notitia legis diuinæ, & praceptorum eius iudicialium ac iuriū diuinorum. Per intelligentiā verò, prudentia seu discretio in rebus actibusq; humanis, seu posituarum cognitio legū ac iurium humanorum. Imò Salomon petijt sibi dari prudentiā politicā, economicā, & ethicā, ad iudicandum ac discernendum in omnibus iuste ac verè, [vt ingrediar & egrediar coram populo tuo.] Aliqui dicunt, q; egressus iste intelligendus est pro exitu ad praelia pro populi defensione: Ingressus verò, ad praescindendū plebis litigia. Potius tamen intelligendum videtur hoc verbum in gñali, pro omni exemplari & efficaci processu & directione coram populo sibi cõmissio. vt sit sensus, vt ingrediar & egrediar corā populo tuo, i. dignè & efficaciter eos regam intus & extrā, in pace & bello, & exemplaris sim eis in cunctis, quia hoc maximè edificat subditos, & istud omnis qui praesidet, praesertim spiritalis praelatus, petere debet à dño. [Quis em̄ potest hunc populum tuū dignè (qui tā grandis est) iudicare? Dicit autè Deus ad Salomonem: Quia hoc magis placuit cordi tuo, & non postulasti diuitias & substantiā & gloriā, neq; aias eorum qui te oderunt, sed nec dies vitę plurimos. Petisti autè sapientiā & scientiā, vt iudicare possis populum meū, super quem constituit te regē, sapientia & scientia data sunt tibi. Diuitias autè & substantiā & gloriā dabo tibi, ita vt nullus in regibus, nec ante nec post te, fuerit similis tui. Venit ergo Salomon ab excelsu Gabaon in Hierusalem.] His verbis in aliquibus textibus additur, [coram tabernaculo foederis] quod difficultatē inducit, cum dictum sit, q; tabernaculum foederis dñi adhuc fuit in Gabaon, idcirco hoc loco per tabernaculū foederis, intelligitur tabernaculum, in quod Dauid introduxerat arcā. Hinc 3. Reg. scriptum est: Cumq; venisset Hierusalem, stetit corā arca foederis dñi, sicq; exponit Hieronymus, [& regnauit super Israel. Congregauitq; sibi currus & equites: & facti sunt ei mille quadringenti currus, & duo decim millia equitū.] & fecit eos esse in vrbibus quadrigarum, & cū rege in Hierusalem. Praebuitq; rex argentū & aurum in Hierusalem quasi lapides, & cedros quasi sycomoros quae nascuntur in caespitibus, multitudine magna. Adducebantur autè equi de Aegypto & Choa, à negociatoribus regis: qui ibant & emebant precio quadrigā equorum sexcētis argenteis, & equum centum quinquaginta. Similiter de vniuersis regnis Gethæorum, & à regibus Syriæ emptio celebrabatur.] Quae hic dicuntur de excellentia opulentiae Salomonis, & de fortitudine ac multitudine equitum eius & equorū ac currum, habita sunt atque exposita in 3. Reg. libro.

¶ Expositio cap. 2. Deceuit autem Salomon edificare domum nomini dñi. Art. II.

Quam feruens atq; sollicitus fuerit Salomon statim post obitum patris sui obedire & exequi patris sui pcepta de templi structura, nunc recitatur. [Deceuit autè Salomon edificare domum] dñi. [templum] nomini dñi & palatium sibi.] Primò tñ studuit templum construere, praefereus Dei honorem proprijs commodis. [Et numerauit septuaginta millia virorum portantium humeris] onera & octoginta millia qui caderent lapides in montibus, praepositosq; eorū tria millia sexcētos.] Hoc 3. lib. Reg. expositum est. [Misit quoq; Salomon ad Hiram regem Tyri, dicens: Sicut egisti cum patre meo Dauid] amicabiliter atq; fideliter, [& misisti ei ligna cedrina, vt edificaret sibi domum in qua & habitauit,] iuxta illud 2. lib. Reg. Misit Hiram rex Tyri nuncios ad Dauid & ligna cedrina, &c. [sic fac mecum, vt edificem domum nomini dñi.] Dei mei, & conferam eam ad adolendū incensum corā illo,] si ad hoc, q; thymiana accendatur in exteriori parte tēpli super altare incensi in praesentia Dei. [& fumiganda aromata.] ad hoc, q; aromatis ibi inflammatis, vapor dulcis inde cõfurgat, vt sit suavis odor in templo, [& ad] propositionem panū sempiternam.] vt iugiter sint ibi super mensam propositionis panes duodecim. Dum em̄ in sabato duodecim veteres panes remouebantur, qui & à sacerdotibus edebantur, mox alij duodecim panes recentes mensa imponebantur. [& ad holocaustomata manè & vesperè.]] ad hoc, vt iuge sacrificium fiat quotidie, quo omni manè offereretur vnus agnus in holocaustum, & similiter quoties vesperè. [Sabbatis quoq;] ad offerenda sacrificia quae secundum legem offerenda sunt in sempiternum, quae madata sunt Israeli. Domus enim quam edificare cupio, magna est.] i. magna, preciosa & clara erit, & nunc talis est in apprehensione atq; proposito. [Magnus em̄] dñs deus noster super oēs deos,] quia incomparabiliter & penitus infinite dignior & perfectior est vniuersis. [Quis ergo poterit praualere, vt edificet ei dignam domum.] nullus sufficiens est construere templum tantae eminentiae, quantae eminentiae templo dignus est Deus, & quantae excellentiae domum decet ei edificari per respectum ad suae maiestatis immensitatem. [Si ca-

3. Reg. 3.
Hierony.

3. Reg. 10.

3. Reg. 5.

2. Reg. 5.

Leui. 24.

Num. 28.

lum, tempyreum, summum, immobile, maximum, quod est locus, mansio & patria beatorum. [& cæli caelorum] i. superiores orbis caelestes, vt nona sphaera & firmamentum, quauis aliqui super ea ponant adhuc vnum mobile celum, [capere] i. intra se claudere & terminare [eum nequeat,] quia incircumscribibilis est, & ab omni materialitate prorsus immunis, infinitus, distans. [quauis ego sum] i. nimis indignus & paruus sum, [vt possim ei edificare domum,] p[re]t[er]acto modo condignam, per quæ verba excluditur rudissimus error putantium Deum in sua deitate esse locale, materiale, & corporalia lineamenta habentem. [Sed ad hoc tantum] cupio Deo templum construere, [vt adoleatur incensum coram illo,] sub adolectione incensi, intelligedo & cætera sacrificia & ministeria, quæ fieb[ant] in templo, & causas eorum finales. [Mitte ergo mihi virum eruditum, qui nouerit operari in auro & argento, ære & ferro, purpura, cocchino & hyacintho, & qui sciat sculper[e] c[el]aturas, cum his artificibus quos mecum habeo in Iuda & in hierusal[e], quos p[re]parauit Dauid pater meus. Sed & ligna cedrina mitte mihi, & * arcuthina.] * Tina vel arcuthina, sunt ligna impuribilia & spinosa instar albæ spinæ. [& pinea de Libano] i. sumpta de arbore pino. Porro tertio Regum non fit mentio, nisi de lignis cedrinis & abiegnis, i. de abiete seu abietibus sumptis. [Scio eni[m] quod serui tui nouerint cædere ligna de Libano. Et erunt serui mei cum seruis tuis, vt parentur mihi ligna plurima. Domus enim quam edificare cupio, magna est nimis & inclyta. Præterea operarij qui cæsuri sunt ligna seruis tuis, dabo in cibaria tritici coros viginti millia.] Corus hic sumitur pro mensura. [& hordei coros totidem,] de hordeo non fit mentio in p[re]allegato Regum libro. [olei quoq; sata viginti millia.] Satum hic sumitur pro genere quodam mensuræ, quam aliqui vocant bathum. Præbuit etiam p[re]fato regi totidem bathos vini. Et quauis dicatur hic, quod Salomon dedit ista operarijs Tyri, non tamen eis duntaxat, nec ipsi hæc omnia consumpserunt, sed pro tota familia regis Hiram dedit hæc Salomon quolibet anno. Vndè tertio libro Regum Hiram ait ad Salomonem: Præbebis necessaria mihi, vt detur cibis domui meæ. Dixit autem Hiram rex Tyri per literas quas miserat Salomon: Quia dilexit dominus populum suum, idcirco te regnare fecit super eum. [Diligere enim, est alicui bonum velle. Præcipuum autem bonum & saluberrimum donum inferiorum, est bonus p[re]latus & efficax princeps, quem admodum scriptum est in libro Sapientia: Rex sapiens, populi stabilimentum est. Ex bono nanque regimine p[re]sidentis, dependet non parum profectus & salus crediti sibi gregis.] [Et addidit, dicens: Benedixit dominus Deus Israel, qui fecit celum & terram, qui dedit Dauid regi filium sapientem] in diuinis, [& eruditum] in scripturis, [& sensatum atque prudentem] id est, prouidum & discretum, [vt edificaret domum domino & palatium sibi. Misi ergo tibi virum prudentem & scientissimum] id est, benè doctum & experitissimum. [Hiram fabrum patrem meum,] secundum Glossam interlinearem, rex Tyri nomine Hiram, nominat virum istum etiam sic vocatum, patrem suum, quia vir iste de terra Israel peregrè profectus, docuit ipsum Tyri regem Dei timorem & veritatis notitiam: vel propter ætatem & artis suæ p[re]claritatem, nominat eum patrem. Porro Hebræi (vt fertur) sic legunt, Hiram patris mei, quia vt dicunt, vir iste fuit artifex excellentissimus etiam apud patrem huius Tyri regis, cuius patrem dicunt fuisse eodem nomine appellatum, videlicet Hiram. [filium mulieris] natæ [de filiabus Dan, cuius pater fuit Tyrius.] Sed obuiare videtur illud tertij Regum libri: Misi rex Salomon, & tulit Hiram de Tyro filium mulieris viduæ de tribu Nephthalim patre Tyrio. Ad quod (vt fertur) respondent Hebræi, quod fuit de tribu Dan ex parte matris, & de tribu Nephthalim ex parte patris, & q[uod] pater eius dicitur Tyrius nō natione, sed habitatione. Cui dicto videtur textus non cōsonare, cum dicitur, filium mulieris viduæ de tribu Nephthalim, patre Tyrio, & si ex vtroq; parente fuisset Israelita, potius diceretur filius viri Hebræi, quàm mulieris Hebrææ, qm̄ descriptio genealogiæ magis fit per nomen patris, quàm matris. De niq; si pater eius habitauit in Tyro, probabile est quod & mater: idè videtur magis dicendum, q[uod] mater eius ex vna parte fuit de tribu Dan, ex alia de progenie Nephthalim. Nihilominus Glossa ait: Ostendit scriptura eum esse de p[ro]genie Salumith de tribu Dan, de quo Salumith in libro legitur Num. Patre verò eius tradit fuisse Hebræum de stirpe Ooliab de tribu Dan, qui cū Beseleel operatus est tabernaculū. quod aut Tyriū vocat, dicitur ex trāslatione cōtigisse. [qui nouit operari in auro & argento, ære & ferro & marmore & lignis, in purpura quoq; & hyacintho] i. lana aut laneo panno [& bysso] i. candidissimo ac subtilissimo lino, [& cocchino] i. rubeo, [& qui scias cælare o[mn]em sculpturam, & adinuenire prudēt[er] quodcūq; in opere necessariū est, cum artificibus tuis, & cū artificibus dñi mei Dauid patris tui. Tritici ergo & hordeum & oleū & vinū, quæ pollicitus es dñe mi, mitte seruis tuis.] ex hoc patet verū esse quod dictū est, q[uod] f. Salomon misit regi Tyri etiam vinū. [Nos aut cædemus ligna de Libano, quot necessaria habueris, & applicabimus ea ratibus per mare in Ioppe, tuum aut[em] erit transferre ea in Hierusalem. Numerauit igitur Salomon omnes viros profelytos, qui erant in terra Israel, post dinumerationem quam dinumerauit Dauid pater eius, & inuenti sunt centum quinquaginta tria millia, & sexcenti. Fecitq; ex eis septuaginta millia qui humeris onera portarent, & octoginta millia qui lapides de montibus cæderent, tria autem millia & sexcentos p[re]positos operum populi.] Hæc plana sunt, & in p[re]fato 3. Reg. 5. 6. 7. 10. sunt tractata, vbi & spiritualitas huius requiritur capituli.

profelytos, qui erant in terra Israel, post dinumerationem quam dinumerauit Dauid pater eius, & inuenti sunt centum quinquaginta tria millia, & sexcenti. Fecitq; ex eis septuaginta millia qui humeris onera portarent, & octoginta millia qui lapides de montibus cæderent, tria autem millia & sexcentos p[re]positos operum populi.] Hæc plana sunt, & in p[re]fato 3. Reg. 5. 6. 7. 10. sunt tractata, vbi & spiritualitas huius requiritur capituli.

¶ Explanatio capituli tertij: Et cœpit Salomon edificare domum domini in Hierusalem. Articulus III.

DE expositione capituli huius atque sequentis, in quibus structura templi, pertinentiumq; ad illud describitur, multa essent dicenda, nisi tertio Regum in expositione sexti & septimi capitulorum, introducta iam essent: propter quod modò est pertransendum. [Et cœpit Salomon edificare domum domini in Hierusalem in monte Moria,] id est, visionis, quoniam altus erat, & ab eo vndique longè respiciebatur, in quo Abraham filium suum Isaac voluit sacrificare, appellauitq; montem illum, Dorainus videt. Hinc quoque mons ille dictus est mons visionis, id est, contemplationis, quoniam Abraham dominum vidit ibi, & dominus ipsum benigne ibi intuitus est, eiusq; promptum animum approbavit, & obedientiam Abraham manifestauit ibidem. [qui demonstratus fuerat Dauid patri eius] Nam ibi vidit angelum cum euaginato gladio stantem, qui per Gad p[re]cepit regi Dauid construere ibi altare, tuncq; cognouit Dauid Deum velle templum edificari illo in loco, quem admodum in priori libro patuit. [in loco quem parauerat Dauid in area Ornam Iebusæi,] id est, in loco vbi area steterat, & per gyrum. [Cœpit autem edificare mense secundo, anno quarto regni sui:] quia per annos p[re]cedentes p[re]parauit & procurauit materiam & necessaria alia. Porro 3. Reg. 6. habetur, in anno quarto mense Ziph, ipse est mense secundus regni Salomonis: quod intelligendum est sic, quod mensis ille fuit mēsis secundus quarti anni regni Salomonis. [Et hæc sunt fundamenta quæ iecit] id est, exordia templi, quæ incepit Salomon, vt edificaret domum Dei, longitudinis cubitos in mensura prima 60. i. longitudo templi fuit 60. cubitorum, sicq; iecit & fecit 60. cubitos longitudinis templi in prima mensura, i. secundum mēsuram & formam sibi à Dauid patre suo p[re]fixam: quia vt patuit in primo lib. Dauid monstrauit & docuit ac reliquit in scriptis Salomoni exemplar totius templi, & dimensionum ipsius, ac producendorum in ipso. [latitudinis cubitos 20.] fecit per manus artificum. Porticum verò ante frontem quæ tendebatur in longum, iuxta mēsuram latitudinis domus, cubitorum 20. Porro altitudo 120. cubitorum erat. 3. Reg. 6. habetur, 30. cubitos in altitudine. Respondetur quod altitudo à terra vsque ad primum tabulatum fuit 30. cubitorum, prout istud 3. Reg. 6. plenius dictum & concordatum est. [Et deaurauit eam intrinsecus auro mundissimo. domum quoque maiorem texit tabulis abiegnis] 3. Reg. 6. sic legitur: Operuit domum lignis cedrinis, quomodo ergo hic dicitur, tabulis abiegnis? Item: Texit domum laquearib[us] cedrinis. Ad quod respondere quis poterit, quod in eodem habetur 3. Reg. 6. Texit pauimentum domus tabulis abiegnis, retorquendo verba huius capituli nunc inducta, ad illam domus maioris seu templi partem, quanquam ad istud plenior habetur responsio ex alibi dictis. [& laminas auri obrizi affixit per totum.] p[re]t[er]acto 3. Reg. 6. fertur: Domum ante oraculū operuit auro purissimo, nihilq; erat in templo quod non auro tegetetur. Itaque per aurum obrizum intelligitur aurum purissimum, vt potè in sua natura sumptum, non mixtum nec immutatum. Vndè secundum Albertum, aurum obrizum dicitur quasi aurum obrude, quasi in sua dispositione relictum, non leuigatum. [Sculpitq; in ea palmas, & quasi catenulas se inuicem cōplectentes.] Strauit quoq; pauimentum templi preciosissimo marmore decore multo. Porro aurum erat probatissimum, de cui[us] laminis texit domum, & trabes eius, & postes, & parietes, & ostia, & cælauit Cherubim in parietibus. Fecit quoq; domum scilicet scilicet domum. Hoc est quod 3. Reg. 6. dictum atq; expositum est, fecit interiorē domum oraculi in scilicet scilicet domum. Nempe domus scilicet scilicet domum, fuit interior & sacratio pars templi, in qua erat arca & scilicet scilicet scilicet domum, fuit ipsum scilicet scilicet domum. Longitudinem iuxta latitudinem domus, cubitorum 20. & latitudinem similiter 20. cubitorum. Et laminis aureis texit eā, quasi talentis 600. Sed & clauos fecit aureos, ita vt singuli clauis scilicet scilicet scilicet domum, appenderent.] Per hos enim clauos tabulata laterum seu tabulæ parietū aureis laminis connectebantur. [Cœnacula quoq;] quæ erant quasi solaria templi, in quibus reponerantur ornamenta sacerdotum & ministrorum templi, sacraq; vasa & plurima preciosa in cultu templi requisita, texit auro. fecit etiam in domo scilicet scilicet domum Cherubim duos, qui stabant in interiori templi parte stabiliter, idè subditur, [opere statuario,] i. sicut statuæ fieri solent, quæ dicuntur à stando, [& texit eos auro.] Alæ Cherubim 20. cubitis extendebantur, ita vt vna ala haberet cubitos 5. & tangeret parietem domus, & altera quinque cubitos habens, alam tangeret alterius Cherub. Similiter Cherub alterius ala 5. habebat cubitos, & tangebatur parietem, & ala eius altera 5. cubitorum, alam Cherub alterius cōtingebatur. Igitur alæ vtriusq; Cherubim expansæ erant, & extēdebant

thyria

3. Reg. 5.

3. Reg. 5.

3. Reg. 5.

Sap. 5.

3. Reg. 7.

Num. 34.
Exod. 35.

Gen. 22.

2. Reg. 24.
1. Par. 24. 20.

1. Par. 28.

et. C6. hist. li. 3. re. ca. 11.

tur per cubitos 20. Ipsi aut stabant erectis pedibus, & facies eorum erant versæ ad exteriorem domum. Hæc Magister in hist. alijs; catholici sic exponunt, q̄ habebat pedes obliquatos quasi ad ambulandum, & eleuatos, sicut videlicet in tripodijs habent hoies saltado iubilantes. Cui expositioni obijcit quidam, quia vt asserit, in Hebræo habetur, stabant super pedes suos. Verunt̄ scripta illa expositio aptior esse censet, & mysterio amplius congruit. Nam, vt fertur in glossa, iudei stabant pedibus sic erectis, ad designandum, quia nos à mudi huius peregrinationis ærumna erectos, ad suum desiderant venire consortium. Item ad figurandum omnium supernorum spirituum exuberantissimam iucunditatem. Potest autem esse quoddam sermo Hebræus vtrunq; designet, sed Hieronymus in veriore transtulit sensum, cui & aliæ translationes cõcordant. [Fecit quoq; velum ex hyacintho, purpura, cocco & bysso: I. ex materijs horum quatuor colorum subtilibus & intextis, & intextuit ei Cherubim. Istud 3. Reg. 6. omittitur, sicut & ibi dicit, quod hic nõ habetur, videlicet de ostiis ligni oliuarum. Fuitq; velum istud decoris gratia factũ, vt inter parietes deauratos holosericum hoc fulgeret, secundum glossam, quod pependit ad parietem, q̄ inter sc̄m & inter sc̄m sc̄dum medius stetit, quod velum & tempore passionis dñicæ legitur sc̄sum vel simile illi. Ante fores etiam templi duas columnas, quæ 30. & 5. cubitos habebant altitudinis. Porrò capita earum 5. cubitorum, nec non & quasi catenulas in oraculo, & superposuit eas capitibus columnarum. Quidam per oraculum intelligunt hic porticum seu atrium templi, in quo atrio seu portico erant columnæ, sicq; per catenulas istas accipiunt opus illud reticulatum & concatenatum, capitibus columnarum illarum appositum: sed qm̄ oraculum non consuevit accipi in scripturis, nisi pro propiciatorio, ex quo procedebant diuina respõsa, vel pro sancto sancto sc̄dum, in quo propiciatorium fuit cõtentum: ideo alijs per catenulas in oraculo intelligit opus reticulatum præactum simile figuris, quæ in parietibus sancti sc̄dum erant cælata: instar concatenati & pleciliis operis. Verunt̄ istud videtur alienum à textu, in quo euidenter habetur, catenulas in oraculo, & non catenulas oraculi. Porrò oraculum vno modo est idem quod oratorium, i. locus orationis. Atrium aut̄ seu porticus, fuit locus orationis pro vulgo, & ita nunc sumitur. [Malogranata etiam concauum, quæ catenulis interposuit. Ipsas quoq; columnas posuit in vestibulo templi, vnã à dextris, & alteram à sinistris. Eam quæ à dextris erat, vocauit Iachin: & quæ à læuam, vocauit Booz. Ista patent ex 3. Reg. 6.

Hieronymus
Mat. 27.
Mar. 15.
Luc. 23.

¶ Explanatio cap. 4. Fecit quoque altare æneum.

Art. 4.

Nunc agitur de instrumentis & vasis ac utensilib; diuini cultus in tẽplo. [Fecit quoq; altare æneum 20. cubitorum longitudinis, & 20. cubitorum latitudinis, & 10. cubitorum altitudinis. Exo. 27. legitur dominus Mosi præcepisse: Facies altare de lignis Sethim, quod habebit 5. cubitos in longitudine, & totidem in latitudine, i. quadrum seu quadrangulare, & tres in altitudine. Itaq; altare istud factum à Salamone per Hiram, in hoc conuenit cum altari illo Mosaico, q̄ vtrunq; fuit quadratum seu æqualis quantitatis in longitudine ac latitudine: sed differunt in multis, qm̄ istud fuit multo maius q̄ illud. Istud quoq; intus plenum seu solidum, quia mansurum erat in vno loco: illud verò concauum, quia portatile. Illud etiam fuit intus de lignis, istud ex lapidibus impositis, iuxta legis præceptum in Exodo scriptum. Porrò vtrunq; fuit æneis laminis tectum, propter ignis, sacrificia incendentes, calorem. Erat item sub altari hoc æneo Salamons fouea magna, in quam decidebant cineres per foramen in medio altaris formatum, & sanguis q̄ in altaris crepidinem fundebatur, decurrebat in eam. Interdum verò mundabatur fouea per seuestram, quæ erat ad orientem, vt Iosephus dixit, atq; vt in Scholastica fertur hist. Altare factum à Mose, propter reuerentiam sui in aliqua atrij parte est reueruatum: quod aliqui tradunt ibi mansisse vsq; reuerfionem factam per Romanos, imò etiam postea, cum gentiles in Hierusalem habitantes, tegerunt ex eo horologium sibi. Mare quoq; æneum fuisse i. lauatorium, de quo 3. Reg. 7. dictum est, 10. cubitis à labio vsq; ad labium rotundum per circuitum. Quinq; cubitos habebat altitudinis, & funiculus 30. cubitorũ ambiebat gyrum eius. Similitudo quoque boum erat subter illud. Et 10. cubitis quædam ext̄ insecus cælaturæ, quasi duob; versibus labium maris circumiebant. Boues aut̄ erant fustes, & ipsum mare super 12. boues impositum erat, quorũ tres respiciebant ad aquilonem, & alijs tres ad occidentem. Porrò tres alijs meridie, & tres reliqui erant orientem, haberes mare superpositũ. Posteriora aut̄ boum erant intrinsecus sub mari. Porrò vastitas i. profusio seu spissitudo eius, habebat mensurã palmi. Hoc est quod 3. Reg. 7. dicitur: Grosfium doluteris, trium vnciarum erat. & labium illius erat quasi labium calicis, vel r. pandi lilij, capiebatq; 3. millia metretas. Fecit quoq; cõchas decẽ, & posuit qnq; à dextris, & qnq; à sinistris. Hoc est quod palle gato 3. Reg. 7. legitur: Fecit quoq; 10. luteris greos, & dicitur: cõcha à cõcaritate, qm̄ luteris cõcaui erant, in qb; abluabant pedes & intestina aialium immolatorũ. Hinc subdit: Evt lauarent in eis oia quæ in holocaustum oblaturi erant. Iaut etiam in sacrificia alia, sed holocaustum tanq; dignior hostia, specialiter exprimit. [Porrò sacerdotes in mari lauabant. Fecit autem

et. C6. hist. li. 3. re. ca. 18.

tem & candelabra aurea 10. Iquæ stabant in exteriori parte templi, quæ dicitur sanctum vel sancta. de istis candelabris dictum est præfacto 3. Reg. 7. [Secundum speciem quam iusserat fieri: Ii. ad similitudinem candelabri facti à Mose, iuxta exemplar ei monstratũ ac iussũ in monte. Atq; candelabra ista erant maioris quantitatis, q̄ illud Mosaicum, quibus fuerint eiusdem formæ aut schematis. [Porrò de materia, forma, ornatu candelabri Mosis, scriptũ est Exo. 25. & 26. quæ longum est allegare, & difficilium intelligere sine elucidatione. [& posuit ea in templo, quinq; à dextris, & quinq; à sinistris. Nec vni & mensas decem aureas fecit: & posuit eas in templo, quinq; à dextris & quinq; à sinistris.] Moses autem vnus fecerat auream mensam, quæ collocata est in exteriori templi parte, in medio harum decem mensarum. [Phialas quoq; aureas 100. fecit, & atrium sacerdotum. Ide multiplici atrio templi, dictum est 3. Reg. 7. [& basilicam grandem] i. eadem notabilem seu aulam, in qua secundum glossam populus conuenit ad orandum, atq; ad audiendum verbum Dei, & erat extra atrium sacerdotum, secundum glossam, de præfato autem sacerdotũ atrio legitur 3. Reg. 6. Aedificauit atrium interius tribus ordinibus lapidum politorum, & vno ordine lignorum cedri, & ostia in basilica quæ textit ære. Porrò mare posuit in latere dextro contra orientem ad meridiem. Fecit aut̄ Hiram lebetes & creagras, i. caldarias atq; fuscinulas, seu tridetes, [& phialas] i. scyphos. Omnium demum in isto cap. sequentium expositio, euidenter habetur ac posita est 3. Reg. 7. & aliqua inde habentur eiusdem lib. cap. 6. dicitur tñ hic. [Et compleuit omne opus regis in domo Dei, i. columnas duas, & epistylia & capita, & quasi quædam retiacula, quæ capita tegeant super epistylia. Malogranata quoq; 400. & retiacula duo, ita vt bini ordines malogranatorum, singulis retiaculis iungerentur, quæ protegeret epistylia & capita columnarum. Bases etiam fecit, & conchas quas superposuit basibus. Mare vnum, boues quoq; 12. sub mari, & lebetes, & creagras, & phialas. Omnia vasa cultus diuini [fecit Salamoni Hiram pater eius in domo dñi ex ære mundissimo: in quibus verbis Hiram vocatur pater Salamons, qm̄ Salamon eua quasi patrem venerabatur, propter ipsius excellentissimam artem, & diligentissimũ deuotumq; vsũ artis ipsius, vel ratione sollicitudinis, quam Hiram gessit pro Salamone ad excludendum magificẽ omne opus ipsius, & item ratione paternæ dilectionis suæ ad Salamone. In regione Iordanis, fudit ea rex in argillosa terra inter Socoth & Saredatha. Erat aut̄ multitudo vasorum innumera, ita vt ignoraretur pondus æris. Fecitq; Salamon oia vasa domus Dei, & altare aureum, & mensas, & super eas panes propositionis. Candelabra quoq; cum lucernis suis, vt luceret ante oraculum iuxta ritum ex auro purissimo, & florentia quædam & lucernas & forcipes aureos. Omnia de auro mundissimo facta sunt. Thymiateria quoq; & thuribula, & phialas, & mortaria aurea. Sicq; completum est omne opus quod fecit Salamon in domo dñi.] Postremò, in tẽplo Salamons merito aucta sunt quantitate, qualitate, & numero instrumenta & vasa cultus diuini, ita q̄ in eo fuit tam grande altare sacrificiorum, totq; candelabra, & tot mensæ, atq; tam innumera vasa amplius q̄ in tabernaculo Mosis: & maximè Salamons, plurimũ aucti & multiplicati. [Spũalis quoq; oim horum intelligentia, 3. Reg. 6. & 7. est expressa. Dicitur quoq; expositores, q̄ templum Salamons cum attentis suis & vasis atq; altaribus, potissimè factum est ad similitudinem tabernaculi Mosis, p̄sertim quũ ad situm & formam ac diuisionem templi in duas partes, & alia multa. Nam & templum Salamons situm erat ad occidentem, & istud clariùs innorescet, si quis diligẽter aduertat ea quæ in Exodo de tabernaculo Mosis & pertinentibus ad ipsum, conscripta sunt. Vndè & spiritalis sensus istorum in multis coincidit, prout 3. Regum 6. & 7. est inductum.

Heb. 8. Exod. 25. 37.

Ex. 31. 26. 37.

¶ Expositio cap. 5. Intulit igitur Salamon oia quæ vouerat David pater eius, argentum &c. Articulus V.

Descripta templi cõstructione, recitatur dedicatio eius, & primò refertur, qualiter in illud sit arca domini introducta, & penè nihil habetur in isto capitulo, quod nõ tertij Regum octauo conscriptum sit atque expositum. [Intulit igitur Salamon omnia quæ vouerat David pater eius, argentũ & aurum, & vniuersa vasa posuit in thesauris domus domini. Post quæ hæc est, completis quæ in præcedentibus duobus describuntur capitulis, [congregauit] Salamon omnes [maiores natu] Israel, & cunctos principes tribuum, & capita familiarum de filijs Israel in Hierusalem, vt cum maiori reuerentia & generali deuotione templum dedicaretur, & arca transferretur in illud, [vt adducerent arca] fœderis domini de ciuitate David quæ est Sion, id est, tollerent eam de tabernaculo, quod David ei terenderat iuxta suum palatium. [Venerunt itaq; ad regem omnes viri] Israel in die solenni mensis septimi. Cumq; venissent cuncti seniorũ Israel, portauerunt Leuitæ arcam: Iqa hoc ad eorum spectabat officium: [& intulerunt eam] vsq; in atrium templi, non autem in sanctum, aut in sancta sanctorum, quò ingredi eis non licuit, sed illic intulerunt eam sacerdotes inuolutam, [& omem paraturam] id est, apparatus [tabernaculi.] Hoc est quod

2. Par. 3. 4.

2. Reg. 6.

quod 3. Reg. 8. asseritur: Portauerunt arcam fœderis & tabernaculum domini, quod per Moſen iuſſerat dominus fieri, & omnia vaſa ſanctuarij. Nam ea quæ Moſes fecit, tunc in templum Salamonis illata ſunt. vnde ſubiungitur: [Porro vaſa ſanctuarij quæ erant in tabernaculo, portauerunt ſacerdotes cum Leuitis.] Tunc quippe tabernaculum Moſis fuit cum vaſis ſuis repositum in theſauris domus domini, & in templi Salamonis perducta ſunt. [Rex autem Salamon & vniuerſus cœtus Iſrael, & omnes qui fuerunt congregati ante arcam, immolabant arietes & boues, abſque villo numero. Tanta enim erat multitudo viſimarum. Et intulerunt ſacerdotes arcam fœderis domini in locum ſuum, id eſt, ad oraculum templi, in ſancta ſanctorum, ſubter alas Cherubim, ita vt Cherubim exanderent alas ſuas ſuper locum, in quo poſita erat arca, & ipſam arcam tegerent cum veſtibus ſuis. Veſtium autem quibus portabatur arca, quia paululum longiores erant, capita parebāt ante oraculum. Si verò quis paululum fuiſſet extrinſecus, eos videre non poterat. Fuit itaque arca ibi vſque ipſe præſentem diem. Nihilq; erat aliud in arca, niſi duæ tabulæ, quas poſuerat Moſes in Horeb, quando legem dedit dñs filiis Iſrael egredientibus ex Aegypto. Egreſſis autem ſacerdotibus de ſanctuario, hoc eſt, de templo de quo exierunt, cum arcam in ſuo loco conſtituerunt. Iſtius enim ſacerdotes qui ibi inueniri poterant, ſanctificati ſunt: id eſt, purgati & aptati ad ſua obſequia in dedicatione templi agenda. ſanctificati ſunt autem per orationes, ieiunia, continentiam, veſtium lotionem aut conſimilia. [nec adhuc in illo tempore vices & miniſteriorum ordo inter eos diuiſus erat. In primo lib. eſt deſcriptum, qualiter Dauid ſacerdotes, Leuitas & cantores diſtinxit, atque in ſuis fecit ſeruire obſequijs: ſed nondum fuit hic ordo diuiſus per executionem in templo. Nondum quoque diuiſus fuit tam plene, vt conſequenter. Vel ideo dicitur iſtud, quia in templi dedicatione omnes pariter, non ſucceſſiue, deſeruerunt, ita qd pro tunc ordo ſucceſſionis in ſeruendo non ſeruabatur, ſed propter inæſtimabilem multitudinem hoſtiarum, omnes occupati fuerunt, quia per manus eorum omnia illa offerrebantur iumenta, & Leuitæ ſacerdotibus miniſtrabant: omnes quoque in pſallendo & perſonando fuerunt cœcorditer ac pariter occupati, ſicut ſubiungit: [Tunc Leuitæ q̄ cantores, id eſt, & q̄ ſub Aſaph erant, & qui ſub Heman, & qui ſub Idithun. Iſti em erant tres principales cantores cæteris præſidentes, ſicut 1. Paral. 24. expoſitum eſt. [filij & fratres eorum veſtiti byſſinis, albis & lineis veſtibus, cymbalis, & pſalterijs, & citharis concrepabant, ſtantes ad orientalem plagam altaris, & cum eis ſacerdotes 120. canentes tubis: non bellicis, ſed feſtivalibus. Igitur cūctis pariter, & tubis, & voce, & cymbalis, & organis diuerſi generis muſicorum concinentibus, & vocem in ſublime tolerantibus: quod intelligendū eſt, reddendo ſingula ſingulis, i. iſto iſtud agente, & illo taliter concrepante. [longe ſonitus audiebatur.] Nam quidam ipſorum ſimul ore cantabant, & muſicis instrumentis ludebant. hinc ſubditur, [ita vt cum dominum laudare ceperiffent & dicere, Congregimini domino quoniam bonus, quoniam in æternum miſericordia eius: impleteretur domus Dei nube, ne poſſent ſacerdotes flare & miniſtrare, propter caliginē. Compleuerat em gloria dñi domum Dei. Iquod fuit certum indicium acceptationis diuinæ, qua Deus illorum deuotionem & laudes ac ſacrificia acceptauit, & gratioſæ præſentiæ ſuæ, qua & in illorum cordibus habitauit, prout 3. Reg. 8. diſſuſius fuit expoſitum.]

q̄ Declaratio cap. 6. Tunc Salamon ait: Dominus pollicitus eſt vt habitaret in caligine.

Articulus VI.

Videns Salamon quàm gratioſe omnipotens ſuum acceptaſſet obſequium, & ſacerdotum ac Leuitarum, atque cantorum, totiusque plebis deuotionem, proceſſionem, laudes & hoſtias, exhilaratus in domino, in verba gratiarum actionis & orationis cum ingenti ſeruore prorupit. Quicquid autem in iſto continetur capitulo, penè totum habitum expoſitumque conſtitit 3. Reg. 8. idcirco pertranſeundum, & pauca ibi non habita, nunc tanguntur. [Tunc Salamon ait: Dominus pollicitus eſt vt habitaret in caligine. Ego autem ædificauit domum nomini eius, vt habitaret ibi in perpetuum. Et conuertit rex faciem ſuam, & benediçit vniuerſe multitudini Iſrael. Nam omnis turba ſtabat inuenta, & ait: Benediçtus dominus Deus Iſrael, qui, quod loquutus eſt Dauid patri meo, opere compleuit, dicens: A die qua eduxi populum meum de terra Aegypti, non elegi ciuitatem de cunctis tribubus Iſrael, vt ædificaretur in ea domus nomini meo, neque elegi quemquam alium virum, vt eſſet dux in populo meo Iſrael, ſed elegi Hieruſalem, vt ſit nomen meum in ea, & elegi Dauid, vt conſtituerem eum ſuper populum meum Iſrael. Cumque fuiſſet voluntas Dauid patris mei, vt ædificaret domum nomini domini Dei Iſrael, dixit dominus ad eum: Quia hæc fuit voluntas tua, vt ædificares domum nomini meo, bene quidem feciſti, huiusmodi habendo voluntatem, ſed non tu ædificabis mihi domum. Veruntamen filius tuus, qui egredietur de lumbis tuis, ipſe ædificabit domum nomini meo. Compleuit ergo dominus ſermonem ſuum, quem locutus fuerat, & ego furrexi pro Dauid patre meo, & ſedi ſuper thronum Iſrael, ſicut locutus eſt dñs, & ædificauit domum nomini dñi Dei Iſrael, & poſui in ea arcam,

in qua eſt pactum domini, quod pepigit cum filiis Iſrael. Stetit ergo coram altari domini] i. ante altare holocauſti in atrio, non em introiuit in templum ipſum, & ad altare incenſi poſitum ibi, cum non eſſet ſacerdos, & ex aduerſo vniuerſæ multitudinis Iſrael: Ji. ex oppoſito populi ſtantis in atrijs deputatis. Verterat em faciem ſuam ad populum, iuxta illud 3. Reg. 8. Cœuertit rex faciem ſuam. [& extendit manus ſuas. Si quidem fecerat Salamon] per manus artificum [baſim æneam] i. xarengeriam, [& poſuerat eam in medio baſilicæ, Ji. atrij ſacerdotum ſeu mundorum, vt quidam exponunt, quod & Iosephus vocat aulam ſeu baſilicam grandem, & erat cōſtiguum atrio ſacerdotum, in quo ſitum erat altare æneum holocauſtorum. [habentem 5. cubitos longitudinis, & 5. latitudinis, & tres cubitos altitudinis. Jficq; in ſuis diſenſionibus fuit æqualis altari holocauſti factum à Moſe, vt Exo. 27. legitur. [Stetitq; ſuper eam, & dein dē flexis genibus cōtra vniuerſam multitudinem Iſrael, & palmis in cœlum leuatis, ait: Dñe Deus Iſrael, non eſt ſimilis tui Deus in cœlo & in terra, q̄ cuſtodis pactum & miſericordiã cum ſeruis tuis, q̄ ambulant coram te in toto corde ſuo, q̄ præſtitit ſeruo tuo Dauid patri meo, q̄ cumq; locutus fueras ei, & quæ ore pmiſeras, opere compleſti, ſicut & præſens tempus probat. Nūc ergo dñe Deus Iſrael, imple ſeruo tuo patri meo Dauid quæcumque locutus es, dicens: Non deficiet ex te vir coram me, qui ſedeat ſuper thronum Iſrael, ita tamen, ſi cuſtodierint filij tui vias meas, & ambulauerint in lege mea, ſicut & tu ambulati coram me. Et nūc domine Deus Iſrael, firmetur ſermo tuus, quem locutus es ſeruo tuo Dauid. Ergo ne credibile eſt, vt habitet Deus cum hominibus ſuper terrã? Si cœlum & cœli celorum non te capiunt, quãto magis domus iſta quam ædificauit? Sed ad hoc tantum facta eſt] domus iſta ſeu templum, [vt reſpicias] per approbationem & exauditionem [orationem ſerui tui, & obſecrationem eius domine Deus meus, & exaudias preces, quas ſundit famulus tuus coram te, vt aperias oculos tuos ſuper domum iſtam diebus ac noctibus, ſuper locum in quo pollicitus es, vt inuocetur nomen tuum, & exaudires orationem quam ſeruus tuus orat in eo, & exaudias preces ſamulitui & populi tui Iſrael.] Suprà Salamon dixit, ſed ad hoc tantum, vt adoleatur incenſum coram illo. Itaque ſicut ibi per incenſi adolationem, ſic hic per orationis exauditionem ſubintelliguntur alij actus qui exercebantur in templo, propter quos ibi ſendos fuerat factum. Porro qui ex ſeruentiſſimo loquuntur aſſectu, frequenter abrumpunt verba, ita vt aliquid ſubintelligere ſit neceſſe, ſicut Cant. 7. aſſerit ſponſa: Ego dilectio meo, & ad me conuerſio eius. [Quicquid orauerit in loco iſto, exaudi de habitaculo tuo, i. de cælis, & propiciare. Si peccauerit quiſpiã in proximum ſuum, & iurare contra eum paratus venerit, ſeq; maledicto conſtrinxerit corã altari in domo iſta, tu audies de cœlo, & facies iudicium ſeruorum tuorum, ita vt reddas iniquo viam ſuam in caput proprium, & vicifcaris iuſtum, retribuens ei ſecundum iuſtitiam ſuam. Si ſuperatus fuerit populus tuus Iſrael ab inimicis, [peccabunt em tibi] & conuerſi egerint penitentiam, & obſecrauerint nomen tuum, & fuerint deprecati te in loco iſto, tu exaudies de cœlo, & propiciare peccato populi tui Iſrael, & reduc eos in terram, quam dedisti eis & patribus eorū. Si claui cœlo pluuiam non fluxerit propter peccata populi tui, & deprecati te fuerint in loco iſto, & conſeſſi nomini tuo, & conuerſi à peccatis ſuis, cum eos aſſixeris, exaudi de cœlo dñe, & dimitte peccata ſeruis tuis, & populi tui Iſrael, & doce eos viam bonam, per quam ingrediantur. Et da pluuiam terræ, quam dedisti populo tuo ad poſſidendum. Fames ſi orta fuerit in terra, & peſtilentia, & ærugo, & locuſta, & bruchus, & hoſtes vaſtatis regionibus portas obfederint ciuitatis, omnisq; plaga & infirmitas preſſerit, ſi quis de populo tuo Iſrael fuerit deprecatus, cognoscens plagam & infirmitatem ſuã, & expãderit manus ſuas in domo hac, tu exaudies de cœlo, de ſublimi ſ. habitaculo tuo, & propiciare, & redde vniciq; ſecundum vias ſuas, quas noſti eum habere in corde ſuo. Tu em ſolus noſti corda filiorum hominum, vt timeant te, & ambulent in vijs tuis cunctis diebus, quib; viuunt ſuper faciem terræ, quam dedisti patribus noſtris. Externum quoq; q̄ non eſt de populo tuo Iſrael, ſi venerit de terra longinqua, propter nomen tuum magnū, & propter manū tuam robuſtam, & brachiū tuum extentū, & adorauerit in loco iſto, tu exaudies de cœlo firmiſſimo habitaculo tuo, & facies cuncta pro quibus inuocauerit te ille peregrinus, vt ſciant omnes populi terræ nomen tuū, & timeant te, ſicut populus tuus Iſrael, & cognoscãt quia nomen tuū inuocatum eſt ſuper domū hanc, quam ædificauit nomini tuo. Si egreſſus fuerit populus tuus ad bellū contra aduerſarios ſuos, per viam in qua miſeris eos, adorabūt te cōtra viam in qua ciuitas hæc eſt, quam elegiſti, & domū quam ædificauit nomini tuo, vt exaudias de cœlo preces eorū & obſecrationem, & vicifcaris. Si aut peccauerint tibi, [neq; em eſt homo qui non peccet] & iratus fueris eis, & tradideris eos hoſtibus, & captiuos eos duxerint in terrã longinquam, vel certè quæ iuxta eſt, & conuerſi in corde ſuo, in terra ad quam captiui ducti fuerant, egerint penitentiam, & deprecati te fuerint in terra captiuitatis ſuæ, dicentes: Peccauiſmus, iniquè fecimus, iniuſtè egimus, & reuerſi ſuerint ad te in toto corde ſuo, & in tota anima ſua, in terra captiuitatis ſuæ, ad quã ducti ſunt, adorabūt te contra viã terræ ſuæ, quam dedisti patrib; eorum, & vrbis quã elegiſti, & domus quam ædi-

Ioseph. lib. 7. ant. 10. ca. 3.

2. Par. 2.

1. Par. 24. 25.

ſacerdotes vel doctores.

psalm. 105. 106. 107.

edificauit nomini tuo, vt exaudias de cælo, hoc est, de firmo habitaculo tuo preces eorum, & faci as iudicium, & dimittas populo tuo quantum peccatori. Tu es enim Deus meus. Aperiantur quoque oculi tui, & aures tuæ intentæ sint ad orationem quæ fit in loco isto. Nunc igitur cõsurge dñe Deus in requiem tuam, Ji. in templo isto dignanter habitare decæterò velis, & illud gratiosè ingredi, in quo est sedes tua, videlicet propiciatorium, & quod factum est vt requiescas in ipso, id est, per pietatis tuæ effectus ostendas te inuariabilem & incircumscriptibilem Deum ibi adesse. Tu & arca fortitudinis tuæ, Ji. arca fœderis, in qua erant tabulæ testamenti, in quibus scriptus fuit decalogus: quæ dicitur arca fortitudinis Dei, quia per eam omnipotentiam suam frequenter monstrauit per miraculosos effectus, sicut in percussione Oza & Bethsamarum, & in plaga tione Philistinorum. In desiccatione quoque Iordanis, deiectioneque murorum Ierichuntinorum. Peream etiã benedixit Obededom & alijs multis. Sed cur Salamon ista orauit, cum iuxta historiarum ordinem, iam facta fuerit dedicatio templi, & Deus suum gratiosum ingressum in templum monstrauerit per nubes introitum? Arca quoque iam fuit ibi in sancto scõtorum reposita. Rñdetur quod ista orauit, quatenus Deus effectus suos gratiosè cõseruaret & auergeret in templo, & arcam stabiliret ibidem, ne tolleretur sicut iam fuit ablata de Galgala, de Nobe, de Cariathiarim & Gabaron. Vndè in exordio sequentis capituli legitur, quod oratione ista completa, ignis descendit de cælo & deuorauit holocausta & victimas, & maiestas dñi impleuit domum, videlicet magis quàm antè. Dicunt tñ Hebræi, quod sacerdotibus volentibus templum intrare cum arca, ianuæ templi fecerunt eos clauserunt, propter quod Salamon verba ista orauit, sicque referenda esset ista oratio ad præinducta superiora de arcæ inductione ad locum suum. Addunt quoque, quod sacerdotes tunc cecinerunt Psalm. 131. f. Memento domine Dauid, quatenus ianuæ aperirentur. Cumque venissent ad illum versiculũ, propter Dauid seruum tuum, i. propter merita eius non auertas faciem Christi tui, i. preces Salamonis vncti in regem, orantis pro ianuarum apertione, non spernas, sed impleas, ostia referabantur. Sacerdotes tui domine Deus induatur salutem, Ji. salubriter conuenerunt & prosperentur in te, quatenus eorum obsequium tibi complacet, & populus adiuuetur ac edificetur per eos. Ideò pro sacerdotibus specialiter exorauit. Nam & in veteri test. cuius sacerdotium fuit carnale, rex sacerdotibus fuit superior, quemadmodum apud Gentiles. [& sancti tui, Ji. fideles tibi deuotis, specialiter cantores & Leuitæ tibi consecrati,] latentur in bonis, Ji. adibus virtuosis, & in dominis ac beneficis tuis, omnia finaliter ordinando ad te, atque in te principaliter gloriano, iuxta illud: Qui gloriatur, in dño gloriatur. [Dñe Deus meus, ne auertas faciem Christi tui, Ji. meam presentiam ne repellas, nec preces meas despicias. Hoc Salamon deprecatus est pro seipso, qui erat Christus Dei, i. vnctus in regem ex ordinatione diuina. Vndè de Iob dñs dixit: Faciem eius suscipiam. In nouo autem testamento vnusquisque fidelium vnctus est, & Christus Dei potest aliquo modo vocari.] Memento misericordiarum dauid serui tui.] hoc est, sicut valde misericorditer egisti cum Dauid, ita fac mecum, memoreque sis operũ pietatis Dauid patris mei quæ fecit, vt si non meis, saltem meritis eius exaudias me.

¶ Declaratio cap. 7. Cumque compleisset Salamon fundens preces. Art. 7.

Nunc recitat qualiter deus per facta & verba testatur esse Salamonem, se exaudisse preces ipsius. Cumque compleisset Salamon suam orationem totalem, fundens preces quia in eius totali oratione multa puncta, pro quibus orauit, continebantur: [ignis descendit de cælo,] iuxta expositionem præhabitam in primo lib. quia de aereo cælo descendit angelico famulatu, cum tñ naturale sit igni ascendere. [& deuorauit,] i. omnino cõsumpsit intensissimo suo calore, [holocausta,] i. sacrificia ad diuinam maiestatis reuerentiam immolata, ad hoc quod incenduntur igne, quæ erant in altari holocaustorum. [& victimas,] i. pacificas, quæ non consueverunt totaliter inflammari, sed & vna earum pars. Istud fuit certum indicium, quod dñs acceptauit orationes, cultum & hostias Salamonis ac ministrorum templi & plebis, sicut contigerat in sacrificijs Abel & Gedeonis ac Manue, Aaron quoque, & filiorum eius, quando consecrati fuerunt. [& maiestas domini impleuit domum] id est, nubes præclara, quæ fuit effectus & signum omnipotentis Dei & gratiosæ suæ presentis, ingressa est templum, imò & partim operuit illud, quemadmodum in erectione prima tabernaculi Moysi, iuxta illud Exo. 40. Operuit nubes tabernaculum testimonij, & gloria domini impleuit illud, nec poterat Moses ingredi testum fœderis. [Nec poterat sacerdos ingredi templum domini, eo quod impleisset maiestas domini templum domini.] Denique præacta combustio sacrificiorum ab igne illo cælesti, intelligenda videtur de sacrificijs positissimis super altare, non de cæteris omnibus, de quibus paulopost subdetur: [Sed & omnes filij Israel,] ibi præsentis, [videbant descendente ignem,] & gloriam domini supra domum: id est, nubem præfatam operientem templum, ita quod pars nubes descendit atque introiit templum, præsertim per ianuam eius, quemadmodum sub Mose factum est, secundum illud Exo. 32. Ingresso illo tabernaculum fœderis, descendeat columna nubes, & stabat ad ostium. Vndè constat verum esse quod de operatione templi

pli Salamonis à nube, iam tetigi. [Et corructes proni in terram] id est, toto corpore se ad diuinam maiestatis reuerentiã pstermetes [sup pauimentũ stratũ lapide,] i. lapidibus cõplanatum: & hoc fuit pauimentũ atrij vbi stabat, & hoc pauimentũ vocat hñc terram: lapis quibus sit mixtu, tñ terra prædominatur in eo, & in scripturis terra frequenter pro quocunque mixto terreno accipitur, sicut cum dicitur: Quid superbit terra & cinis? [& laudauerunt & adorauerunt dominum] adora Eccl. 10. tione latræ interiori & exteriori, vt potè mente & corpore, [quoniam bonus, quoniam in seculo misericordia eius.] Rex autem & omnis populus immolabant victimas coram domino. Ma- stauit igitur id est, per manus sacerdotum occidit, & obtulit rex Salamon hostias boum 22. milia, arietum 120. millia. Istud 3. Reg. 8. expositum est. [Et dedicauit domum Dei rex & vnuerfus populus.] hoc est, per manus pontificis & sacerdotum ei subministrantium consecrauerunt templum, & atria eius atque altaria. pontifex autem fuit Sadoc. [Sacerdotes autem stabant in officijs suis] distinctè & ordinatè, sicut à Dauid per familias suas erant distincti: [& Leuitæ in organis carminum domini, quæ fecit Dauid rex ad laudandum dominum, quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius.] id est, Leuitæ in manibus suis habebant diuersa musica instrumenta, cum quorum sonitu simul & ore cantabant cantica spiritalia à Dauid ex inspiratione spiritus sancti edita & conscripta, vt potè psalmos. ideò subditur: [hymnos Dauid canentes per manus suas.] per quas ludebant in musicis instrumentis. Ex his verbis videtur argumentum non minimum elici posse, quod omnes psalmi à Dauid compositi sint. [Porro sacerdotes canebant tubis ante eos, cunctusque Israel stabat, sanctificauit quoque Salamon medium atrij ante templũ domini.] Ob- tulerat enim ibi holocausta, & adipem pacificorum, quia altare æneum quod fecerat, non poterat sustinere holocausta & sacrificia & adipem pacificorum. Fecit ergo Salamon solennitatem in tempore illo septem diebus, & omnis Israel cum eo, ecclesia magna valdè, ab introitu Hemath, vsque ad torrentem Aegypti. Hoc tertio lib. Regum expositum est vsque ad id, [Fecitque die octauo collectam:] quod de congregatione pro necessarijs templi exponitur, prout in Leuitico clariùs dictum est, & Thomas in prima secundæ ita exponit, alijque communiter. Ideò reprobatio qua R. Paulus Lyram de hac expositione sapiùs reprehendit, non præualet. [eo quod dedicasset altare septem diebus, & solennitatem celebrasset diebus septem.] Igitur in die 23. mensis septimi, dimisit populos ad tabernacula sua, lætantes atque gaudentes super bono quod fecerat dominus Dauid, & Salomoni, & Israel populo suo. Compleuitque Salamon domum domini scilicet templum, [& domum regis] id est, palatium suum regale, [& omnia quæ disposuerat in corde suo, vt faceret in domo domini, & in domo sua.] in quibus fecit varia utensilia, ornamenta, & cõsimilia. Fecit autem domum suam infra 13. annos, & templum in annis 7. & per domum regis, intelliguntur tria regalia edificia quæ fieri iussit, hoc est, palatium suum, & domus quam fecit suæ primæ & principali vxori filis Pharaonis, & domus saltus, prout ista tertio lib. Regum plenè sunt prolata. [& prosperatus est. Apparuit autem ei] Salomoni, [dominus nocte, & ait: Audiui orationem tuam.] Tertio Regum narratur, qualiter dominus apparuit Salomoni, durante adhuc templi edifi- catione, contestans sibi placere illam constructionem. Hic verò describitur, qualiter ei apparuit, atque loquutus sit templo iam edificato. [& elegi locum istum] videlicet, montem Moria, seu templum in eo constructum, [tñ mihi in domum sacrificij:] quæ oblationes fiebant in atrio, orationes quoque & laudes Dei, quæ sunt spiritalia sacrificia, agebantur in templo. [Si clausero celum, & pluuia non fluxerit, & mandaueero & præcepero locustas, vt deuoret terram, & misero pestilentiam in populum meum, cõuersus autem populus meus, super quos inuocatum est nomen meum, deprecatus me fuerit, & exquiserit faciem meam, & egerit penitentiam à vjs suis pessimis, & ego exaudiam de cælo, & propicius ero peccatis eorum, & sanabo terram eorum. Oculi quoque mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationem eius, qui in loco isto orauerit. Elegi enim & sanctificauit locum istum, vt sit nomen meum ibi in sempiternum.] hoc est, iugiter per omne tempus veteris test. habitem, inuocer, & colar ibidem. [& permaneat oculi mei] id est, pietatis meæ respectus operetur, [& cor meum] hoc est, intellectus seu sapientia mea clemeter agat atque exaudiat ibi cunctis diebus. Injsi per vestra peccata ponatur obstaculum, sic enim sub conditione intelligendæ erant promissiones huiusmodi. Illa quoque promissio interdum implicite in nubetur, quandoque explicite promebatur, quemadmodum in verbis sequentibus: [Tu quoque si ambulaueris coram me, sicut ambulauit Dauid pater tuus, & feceris iuxta omnia quæ præcepi tibi, & iustitias meas iudicia quæ seruaueris, suscitabo thronum regni tui, sicut pollicitus sum Dauid patri tuo, dicens: Non auferetur de stirpe tua vir, qui non sit princeps in Israel. Si autem aueris fueritis, & dereliqueritis iustitias meas, & præcepta mea quæ proposui vobis, & abeuntes serueritis dijs alienis, & adoraueritis eos, euellam vos de terra mea, quam dedi vobis, & domum hanc quam edificasti nomini meo, projiciam à facie mea, & tradam eam in parabolam, & in exemplum cunctis populis, & domus ista erit in prouerbiũ vnuerfis transeuntibus, & di-

cent stupētes: Quare fecit dominus sic terræ huic, & domui huic? Respōdebuntq̄: Quia reliquerunt dominum Deum patrum suorum, qui eduxit eos de terra Aegypti, & apprehenderunt deos alienos, & adorauerunt eos, & coluerunt, idcirco uenerunt super eos uniuersa hæc mala.] Totus hic passus 3. Reg. 9. expositus est.

¶ Elucidatio cap. 8. Expletis autem 20. annis.

Art. 8.

Prosperitas Salamonis in edificijs, diuitijs, victorijs, familijs, deuotio quoque eius in diuinis, & prudentia eius in vtriusque, videlicet in humanis atque diuinis, hic recitatur, & prima pars huius capituli 3. Reg. 9. exposita est, paucis demptis. [Expletis autem annis 20. postquam ædificauit Salamon domum domini & domum suam, ciuitates quas dederat Hiram Salamoni, ædificauit, & habitare fecit ibi filios Israel.] 3. Reg. 9. habetur, quod ipse Salamon dedit regi Hiram 20. oppida in terra Galilæa: hic verò insinuat, quod ipse Hiram dederit Salamoni aliquas vrbes, quas Salamon ædificauit, eas reparando & meliorando siue augendo, in quibus Israelitas fecit morari, vt sic cultus veri Dei dilataretur. Nam & in oppidis quæ contulit regi Hiram, manserunt filij Israel commorantes, quibus oppida illa essent sub ditione regis illius gentilis, qui tamen coluit Deum verum. [Abijtq̄ in Hemath Soba, & obtinuit eam. Et ædificauit Palmiram in deserto, & alias ciuitates munitissimas ædificauit in Hemath. Extruxitq̄ Bethoron superiorē & Bethoron inferiorē, ciuitates muratas, habentes portas & vestes & seras.] de quibus Ios. 16. 18. 21. legitur. Porro 3. Reg. 9. non fit mentio, nisi de Bethoron inferiore, & dicitur vna superior alia vel situ, vel situ. [Balaath etiam, & omnes vrbes firmissimas, quæ fuerunt Salamonis, cunctasq̄ vrbes quadrigarum & vrbes equitum. Omnia quæcunq̄; voluit, fecit rex Salamon atque disposuit, ædificauit in Hierusalem, & in Libano, & uniuersa terra potestatis suæ. Omnem populum quod derelictus fuerat de Hethæis & Amorrhæis & Pherezzæis & Heugis & Iebusæis, qui non erant de stirpe Israel, de filijs eorum, & de posteris, quos non interfecerant filij Israel, subiegit Salamon in tributarios, vsque in diem hanc. Porro de filijs Israel non posuit vt seruirent operibus regis. Ipsi enim erant viri bellatores, & duces primi, principes quadrigarum & equitum eius. Omnes autem principes exercitus regis Salamonis fuerunt 250. qui erudiebant populum.] Vnus fuit post regem supremus totius exercitus princeps, videlicet Banaias, qui vices suas interdum commisit filio suo, sub principe illo communi fuerunt principes iam prefati, quorum aliqui pluribus, aliqui paucioribus præfuerunt, secundum quod quidam erant tribuni, quidam centuriones, quidam quinquagenarij. Veruntamen 3. Reg. 9. asseritur, Erant autem principes super omnia opera Salamonis, præpositi 550. nec est contradictio in his, quoniam ibi est sermo de principibus, qui statutis operibus, id est, operarijs imperabant, hic verò de principibus exercitus. [Filium verò Pharaonis transtulit de ciuitate Dauid in domum quam ædificauerat ei. Dixit enim rex: Non habitabit vxor mea in domo Dauid regis Israel, eo quod sanctificata sit,] id est, Deo quodammodo consecrata domus Dauid, [quia ingressa est in eam arca domini.] Intulit enim eam Dauid in tabernaculum præparatum infra septa palatii situm, & ibi iugiter ministri, Leuitæ & cantores diuino cultui erant intenti, propter quod tota domus Dauid fuit exinde quodammodo consecrata. [Tunc obtulit Salamon holocausta domino super altare domini, quod extruxerat ante porticum, vt per singulos dies offerretur in eo, iuxta præceptum Moysi, in sabbatis, & in Calendis, & in festis diebus ter per annum, id est, in solennitate azymorum, & solennitate hebdomadarum, & in solennitate tabernaculorum. Et constituit iuxta dispositionem] id est, ordinatidē ac iussione[m] Dauid patris sui, officia sacerdotum in ministerijs suis, & Leuitas in ordine suo, vt laudarent & ministrarent coram sacerdotibus iuxta ritum vnuscuiusque diei, & ianitores in diuisionibus suis, per portam & portam. Sic enim præceperat Dauid homo Dei. Nec pretergressi sunt de mandatis regis, tam sacerdotes quam Leuitæ, ex omnibus quæ præceperat] id est, sacerdotes & Leuitas, cantores & ianitores ordinatē distinxit, diuisit & suis temporibus fecit seruire in templo, nunc istos, nunc illos, iuxta quod Dauid supra primo lib. à cap. 23. inclusiue vsque ad cap. 27. exclusiue instituisse describitur. [Et in custodijs] id est, repositorijs & ædibus thesaurorum] suorum] omnes impensas] id est, necessarios sumptus & requisitas materias pro templi ædificatione] [præparatas habuit Salamon ex eo die quo fundauit domum domini vsque in diem quo perfecit eam.] sicque iuxta euangelicam Christi parabolam sapienter se habuit, quoniam volēs domum ædificare, prius sedes cogitauit & præparauit necessarios sumptus. [Tunc abiit Salamon in Afiogaber, & in Eloth, ad oram maris rubri, quæ est in terra Edom. Misit ergo ei Hiram per manus seruorum suorum naues & nauas gnaros maris, & abierunt cum seruis Salamonis in Ophir. Tuleruntque inde 450. talenta auri, & attulerunt ad regem Salamonem.] Hoc est quod legitur 3. Reg. 9. Classē quoque fecit rex Salamon in Afiogaber, quod ibi expositum est. Illuc ergo abiit Salamon nauigio, quia seruos suos illuc direxit, non tamen apparet quod personaliter illuc profectus sit, nisi forte ad visitandum suum focerum Pharaonem, aut prælij causa, vel ratione solatiij. Nempē vt Iosephus p-

Luc. 14.

Iose. lib. 8.
an. lu. ca. 6.

testatur, & in Scholastica fertur historia, Salamon ultra fines terræ promissionis vrbes plurimas occupauit, auxiliante ei Pharaone præfato.

¶ Expositio cap. 9. Regina quoque Saba, cum audisset famam Salamonis.

Articulus IX.

Regina quoque Saba, cum audisset famam Salamonis, venit vt tētare eum in ænigmatibus in Hierusalem, cum magnis opibus & camelis, qui portabant aromata & auri plurimū, gemmasque preciosas. Cumque venisset ad Salamonem, loquuta est ei quæcunq̄; erant in corde suo. Et exposuit ei Salamon omnia quæ proposuerat, nec quicquam fuit, quod non perspicuum ei fecerit. Quæ postquam vidit sapientiam Salamonis, & domum quam ædificauerat, necnon & ciuaria mensæ eius, & habitacula seruorum, & officia ministrorum eius, & vestimenta eorum, pinacernas quoque & vestes eorum, & victimas quas immolabat in domo domini, non erat præ stupore vltra in ea spiritus. Dixitq̄; ad regem: Verus est sermo quem audiveram in terra mea de virtutibus & sapientia tua. Non credebam narrantibus, donec ipsa venissem, & vidissent oculi mei, & probassem, vix medietatem sapientiæ tuæ mihi fuisse narratam. Vicisti famam virtutum tuarum. Beati viri tui, & beati ferui tui hi qui assistunt coram te omni tempore, & audiunt sapientiam tuam. Sit dñs Deus tuus benedictus, qui voluit te ordinare super thronum suum regem dñi Dei tui. Quia diligit Deus Israel, & vult seruare eum in æternum: idcirco posuit te super eum regem, & vt facias iudicia atque iustitiam. Dedit autem regi 120. talenta auri, & aromata multa nimis, & gemmas preciosissimas. Non fuerunt aromata talia, vt hæc quæ dedit regina Saba regi Salamoni. Sed & ferui Hiram cum seruis Salamonis attulerunt aurum de Ophir, & ligna Thyina, & gemmas preciosissimas, de quibus fecit rex, de lignis scilicet thyinis, gradus in domo domini, & in domo regia, citharas quoque & psalteria cantoribus. Nunquam visa sunt in terra Iuda ligna talia. Rex autem Salamon dedit reginæ Saba cuncta quæ voluit & postulauit, & multo plura quam attulerat ad eum. Quæ reuersa, abiit in terram suam cum seruis suis. Erat autem pondus auri quod afferebatur Salamoni per singulos annos, 666. talenta auri, excepta ea summa, quam legati diuerfarum gentium & negociatores afferre consueuerant, omnesque reges Arabia, & satrapæ terrarum, qui comportabant aurum & argentum Salamoni. Fecit igitur Salamon rex ducentas hastas aureas, de summa sexcentorum aureorum, quæ in singulis hastis expendebantur. Trecenta quoque scuta aurea trecentorum aureorum, quibus regebantur singula scuta. Posuitque ea rex in armamentario, quod erat consitum nemore. Fecit quoque rex solium eburneum grande, & vestiuit illud auro mundissimo. Sex quoque gradus quibus ascendebatur ad solium, & scabellum aureum, & brachiola duo atrinsecus, & duos leones stantes iuxta brachiola, sed & alios duodecim leuculos, stantes super sex gradus ex vtraque parte. Non fuit tale solium in vnuerfis regnis. Omnia quoque vasa conuuij regis, erant aurea, & vasa domus saltus Libani ex auro purissimo. Argentum enim in diebus illis pro nihilo reputabatur. Si quidem naues regis ibant in Tharsis cum seruis Hiram, semel in annis tribus, & deferrebant inde aurum & argentum & ebur & simias & paucos. Magnificatus est igitur Salamon super omnes reges terræ præ diuitijs & gloria. Omnesque reges terrarum desiderabant videre faciem Salamonis, vt audirent sapientiam, quam dederat deus in corde eius. Et deferebat ei munera, vasa argentea & aurea, vestes & arma & aromata, equos & mulos per singulos annos. Habuit quoque Salamon 40. millia equorum in stabulis, & currum equitumque 12. millia. Constituitque eos in vrbes quadrigarum, & vbi erat rex in Hierusalem. Exercuit etiam potestatem super cunctos reges à flumine Euphrate, vsque ad terram Philistinorum, id est, vsque ad terminos Aegypti. Tantamque copiam præbuit argenti in Hierusalem, quasi lapidum. Et cedrorum tantam multitudinem velut lycomororū, quæ gignuntur in campellibus. Adducebantur autem ei equi de Aegypto, cunctisque regionibus. Reliqua autem operum Salamonis priorum & nouissimorum, scripta sunt in verbis Nathan prophetæ, & in libris Abiæ Silonitis. In visione quoque Addo Videntis contra Hieroboam filium Nabat. Regnavit autem Salamon in Hierusalem super omnem Israel 40. annis, dormiuitque cum patribus suis. Et sepelierunt eum in ciuitate Dauid. Regnavitque Roboam filius eius pro eo.] Sententia istius cap. tota continetur atque exposita est 3. Regum cap. 10. nisi quod ibi dicitur, Fecit rex Salamon ducenta scuta de auro puro, & trecentas peltas de auro probato. Hic autem habetur, Fecit rex Salamon ducentas hastas aureas, trecenta quoque scuta aurea. Itaque quod in Regum de hastis omittitur, hic suppletur. Similiter quod ibi de trecentis peltis narratur, hoc loco siletur: nec contradictio est in eo, quod ibi ducenta, hic verò trecenta scuta aurea exprimuntur, quoniam numerus maior minore includit, nec minor absolutè positus, numerum excludit maiorem. Hoc quoque sciendum, quod nec hastæ, nec scuta, nec peltæ erant in toto ex auro, sed in eis erant de materia alia, & foris aureis laminis preciosis & grossis operata: propter quod non solum deaurata, sed & 3. Reg. 10. aurea nuncupatur, & hoc extextu isto ostenditur, quo habetur: Trecenta quoque scuta aurea,

trecentorum aureorum quibus tegebantur scuta singula. Similiter de hastis hic fertur, Fecit ducentas hastas aureas, de summa sexcentorum aureorum, qui in singulis hastis expendebatur. Nec enim ex aureis illis tota materia hastarum constabat. Reliqua vero operum Salomonis priorum & nouissimorum scripta sunt in verbis Nathan prophetae, & in libris Ahiaz Silonitis, qui fuit de loco seu oppido Silo, in visione quoque Addo Videntis, id est, prophetae qui vaticinatus est contra Hieroboam, qualiter ipse & sua perirent posteritas propter scelera sua. Praeallegati autem libri non super sunt apud Hebraeos, nec apud catholicos, nec verum est quod Rabbi Paulus ait, Per librum Nathan probabiliter posse intelligi secundum & tertium libris Regum, ut in expositione primi libri ostensum est, praesertim quoniam 3. Reg. 12. legitur: Reliquum autem verborum Salomonis & omnia quae fecit, & sapientia eius, scripta sunt in libro verborum Salomonis. Si autem Nathan librum illum Regum tertium edidisset, non diceretur hoc loco, quod vniuersa opera eius reliqua scripta sunt in verbis Nathan, cum & Nathan, secundum istam opinionem, dicat ea scripta in libro verborum Salomonis.

¶ Expositio cap. 10. Profectus est autem Roboam in Sichem. Art. 10.

¶ Profectus est autem Roboam in Sichem. (Illic enim cunctus Israel conuenit, ut constituerent eum regem.) Quod cum audisset Hieroboam filius Nabat, qui erat in Aegypto, (fugerat quippe illic ante Salomonem) statim reuersus est. Vocaueruntque eum, & venit cum vniuerso Israel, & loquuti sunt ad Roboam, dicentes: Pater tuus durissimo iugo nos pressit, tu leuiora impera patre tuo, qui nobis imposuit grauem seruitutem, & paululum de onere subleua, ut seruiamus tibi. Qui ait: Post tres dies reuertimini ad me. Cumque abisset populus, iniit consilium cum senibus qui steterant coram patre eius Salomone, dum adhuc viveret, dicens: Quod datis consilium, ut respondeat populo? Qui dixerunt ei: Si placueris populo huic, & lenieris eos verbis clementibus, seruient tibi omni tempore. At ille reliquit consilium senum, & cum iuuenibus tractare cepit, qui cum eo nutriti fuerant, & erant in comitatu illius. Dixitque ad eos: Quid vobis videtur? vel quid respondere debeo populo huic, qui dixit mihi: Subleua iugum quod imposuit nobis pater tuus? At illi responderunt ut iuuenes, & nutriti cum eo in delicijs, atque dixerunt: Sic loqueris populo tuo qui dixit tibi, pater tuus aggrauauit iugum nostrum, tu subleua: & sic respondebis ei, Minimus digitus meus grossior est lumbis patris mei. Pater meus imposuit vobis graue iugum, & ego maius pondus apponam. Pater meus cecidit vos flagellis, ego vero caedam vos scorpionibus. Venit ergo Hieroboam & vniuersus populus ad Roboam die tertio, sicut praecerat. Responditque rex dura, derelicto consilio seniorum, loquutusque est iuxta iuuenum voluntatem: Pater meus graue vobis imposuit iugum, quod ego grauius faciam. Pater meus cecidit vos flagellis, ego vero caedam vos scorpionibus. Et non acquieuit populi precibus. Erat enim voluntas Dei, ut compleretur sermo eius quem locutus fuerat per manum Ahiaz Silonitis, ad Hieroboam filium Nabat. Populus autem vniuersus, rege duriora dicente, sic loquutus est ad eum: Non est nobis pars in Dauid, neque haereditas in filio Isai. Reuertere in tabernacula tua Israel. Tu autem pascere domum tuam Dauid. Et abiit Israel in tabernacula sua. Super filios autem Israel qui habitabant in ciuitatibus Iuda, regnauit Roboam. Misitque rex Roboam Aduram, qui praererat tributis, & lapidauerunt eum filij Israel, & mortuus est. Porro rex Roboam currum festinauit ascendere, & fugit in Hierusalem. Reversitque Israel a domo Dauid, vsque in diem hanc. Factum est autem cum audisset omnis Israel, quod reuersus esset Hieroboam, miserunt & vocauerunt eum, congregato coetu, & constituerunt eum regem super omnem Israel, nec sequutus est quisquam domum Dauid, praeter tribum Iuda solum. ¶ Totum huius cap. historia 3. Reg. 12. iam semel est exposita.

¶ Expositio cap. XI. Venit autem Roboam in Hierusalem. Art. XI.

¶ Narratur consequenter in isto capitulo, qualiter Roboam congregauit exercitum ad belandum aduersarium suum Hieroboam, atque ad subijciendum sibi decem tribus, quae ab eius obedientia recesserunt. ¶ Venit autem Roboam in Hierusalem, & conuocauit vniuersam domum Iuda & Benjamin, 180. millia electorum atque bellantium, ut dimicaret contra Israel, & conuenteret ad se regnum suum. Factusque est sermo domini ad Semeiam hominem Dei, dicens: Loquere ad Roboam filium Salomonis regem Iuda, & ad vniuersum Israel, qui est in Iuda & Benjamin: Haec dicit dominus: Non ascendetis, neque pugnabitis contra fratres vestros. Reuertatur vnusquisque in domum suam, quia mea hoc gestum est voluntate. Qui cum audissent sermonem domini, reuersi sunt, nec perrexerunt contra Hieroboam. ¶ Hoc totum 3. Reg. 12. expositum est. Habitauit autem Roboam in Hierusalem, Itaque in metropoli sui regni, & edificauit ciuitates muratas in Iuda, id est, in forte & funiculo tribus Iudae, seu in terra sui imperij, in quo & terra Benjamin continebatur. ¶ Extruxitque Bethlehem & Etham & Thecue, Bethsur quoque & Soccho

cho & Odollam, necnon & Geth, & Marefa, & Ziph, sed & Adurabim, & Lachis, & Azecha, Saraa quoque & Asalon, & Hebron, quae erant in Iuda & Benjamin, ciuitates munitissimas. Cumque clausisset eas muris, posuit in eis principes Iad defendendum, ciborumque horrea, hoc est, olei & vini. ¶ Vinum inter pocula, & oleum inter cibarium condimenta communiter computatur. Idcirco hoc loco per ciborum horrea, videntur quaecumque repositoria alimentorum intelligenda. ¶ Sed & in singulis vrbibus fecit armamentaria, id est, domus ad reponendum arma in eius, scutorum & hastarum, firmavitque eas summa diligentia, & imperauit super Iudam & Benjamin. ¶ Insuper habetur, quod Roboam erat rudis & corde pauidus: nunc commendatur de prouidentia & fortitudine, sed ista bona ex instigatione seniorum ac sapientum suorum fecisse credendus est. Salomon quoque pater eius dimisit ei quasi infinitas diuitias & copiosam familiam, id est, totas vrbes infra breue tempus potuit edificare aut reparare. ¶ Sacerdotes autem & Leuitae quae erant in vniuerso Israel, id est, in terra & regno decem tribuum, quae sibi nomen Israel retinuerunt, eo quod multo plures essent quam reliquae tribus. ¶ Venierunt ad eum de cunctis sedibus, id est, mansionibus & vrbibus suis, relinquens suburbana & possessiones suas, & transeuntes ad Iudam & Hierusalem, eo quod abiecisset eos Hieroboam & posterius eius, ne sacerdotio domini fungerentur. ¶ Fecerat enim sibi vitulos aureos ad colendum, & ritum sacrificiorum legis abiecit. ¶ Qui constituit sibi sacerdotes excellorum, id est, locorum sublimium, in quibus idola coluit, seu phanorum, lucoris aut idolorum in montibus & collibus positurum, in quibus idolis non Deus, sed daemones colebantur, ideo subditur: ¶ daemioniorum, vitulorumque quos fecerat, Jex quibus constat, quod filij Israel vitulos aureos adorantes nequeunt excusari, quasi in illis verum Deum coluerint, quauis Iosephus Iose. lib. 8. an. Ju. ca. 8. videatur eos velle taliter excusare. Fecit quoque Hieroboam sibi sacerdotes de extremis populorum, & quia Leuitae noluerunt sibi in sua idololatria consentire aut communicare, ipsos de suo abiecit dominio. ¶ Sed & de cunctis tribubus Israel decem praefatis, quicunque dederat cor suum, id est, promptos se exhibuerunt, ¶ ut quaererent dominum Deum Israel, id est, Deo placere niterentur & ei vniri, ¶ venierunt in Hierusalem ad immolandum victimas suas coram domino Deo patrum suorum, ¶ secundum legis praeccepta statutis temporibus anni, quod & Tobias se fecisse fatetur, & istud fecerunt cum magno periculo, quia contra regis sui iniqui vitiosum praecceptum, imò ut patet in Osee propheta, Impijssimi reges decem tribuum posuerunt quosdam in locis motanis ad obseruandum an aliqui ex regno illo irent ad immolandum in templo Hierusalem. ¶ Roborauerunt regnum Iuda, quia tam tribus Benjamin quam tribus Leuitica, & quaedam ex alijs tribubus, associauerunt se regno tribus Iudae & regi ipsius. ¶ Roborauerunt Roboam filium Salomonis per 3. annos, quia tam diu adstiterunt ei secundum legem. ¶ Ambulauerunt enim in vijs, id est, operibus bonis ac iustis, ¶ Dauid & Salomonis annis 13. ¶ In his verbis videtur Salomon iustus in sinuari & poenituisse. ¶ Duxit autem Roboam uxorem Mahalath filiam Jerimoth filij Dauid, Abihail quoque, filiam Eliab filij Isai, quae peperit ei filios, Ieus & Samaria & Saham. Post haec quoque accepit Maacham filiam Abfalom, quae peperit ei Abia & Ethai & Ziza & Salumith. Amavit autem Roboam Maacham filiam Abfalom super omnes uxores suas & concubinas. Nam uxores decem & octo duxerat, concubinas autem sexaginta, & genuit viginti octo filios & sexaginta filias. ¶ Hic itaque recitatur numerus uxorum & concubinarum ac sobolis eius, & quia erat tam carnalis, quid mirum si & idololatriam incidit? Habuit ergo proles 88. videlicet 28. filios, sexagintaque filias. ¶ Constituit vero in capite Abiam filium suum & filium Maacha ducem super omnes fratres suos: id est, ceteris filijs suis etiam senioribus praetulit illum. ¶ Ipsum enim regem facere cogitabat, quia ceteris sapientior & potentior fuit super omnes filios eius, & cunctis finibus Iuda & Benjamin, & in vniuersis ciuitatibus muratis. ¶ Ideo ergo commisit ei gubernacula vrbium, & procurauit quod sibi successit in regno.

¶ Elucidatio cap. 12. Cumque roboratum fuisset regnum Roboam. Art. 12.

¶ In isto capitulo consequenter recitatur, qualiter rex Roboam cum suis ad idololatriam lapsus sit, & propter hoc, Deo disponente, iustus punitus sit a rege Aegypti. ¶ Cumque roboratum fuisset regnum Roboam & confortatum, dereliquit legem domini, & omnis Israel cum eo. ¶ Id est, populus eius pro maxima parte. Nam qualis est rector ciuitatis, tales & habitantes in ea. ¶ Anno autem 5. regni Roboam, ascendit Sefac rex Aegypti in Hierusalem (quia peccauerunt domino) cum mille 200. curribus, & 60. millibus equitum. Nec erat numerus vulgi quod venerat cum eo ex Aegypto, Libyes scilicet & Trogloditae, & Aethiopes. Cepitque ciuitates munitissimas in Iuda, & venit vsque in Hierusalem. Semeias autem propheta ingressus est ad Roboam & principes Iuda, qui congregati fuerant in Hierusalem, fugientes Sefac, dixitque ad eos: Haec dicit dominus: Vos reliquistis me, & ego reliqui vos in manu Sefac. Conseruati sunt principes Israel & rex, dixerunt: Iustus est dominus. Cumque vidisset dominus quod humiliati essent, factus est sermo domini ad Semeiam, dicens: Quia humiliati sunt, non disperdam eos, daboque eis pauxillum auxilij, & non stillabis

bit furor meus super Hierusalem, per manum Sefac. Istud tertio lib. Regum expositum est. Veruntamen seruiet ei, vt sciant distantiam seruitutis meæ, & seruitutis regni terrarum. Recessit itaque Sefac rex Aegypti ab Hierusalem, sublatis thesauris domus domini & domus regis, oiaq; secum tulit, & clypeos aureos quos fecerat Salamon, pro quibus fecit rex æneos, & tradidit illos principibus scutariorum, qui custodiebant vestibulum palatii. Cumq; introiret rex domus domini, veniebant scutarij & tollebant eos, iterumq; referrebant eos ad armamentarium suum.

Esa. 14. Quanuis em Roboam & principes eius ex verbis Semeiæ prophetæ poenituerunt, & humiliati sunt se, non tamē tam plenē, q̄ plenariē liberari meruerunt à iugo seruitutis regis Aegypti: ideo manserunt sub eius seruitute durissima, vt vel sic reprimerentur à suis sceleribus, atq; per experientiam scirent distatiam inter seruitutem Dei & tyrannorū, & sic vexatio daret eis intellectum. Veruntamē quia humiliati sunt, auersa est ab eis ira domini, nec delicti sunt penitis. Siquidem & in Iuda inuenta sunt opera bona. Ji. aliqui de regno Roboam, manserūt in cultu Dei, quorum meritis adiuti sunt alij. Confortatus est ergo rex Roboam in Hierusalem atque regnavit. Ji. regi Aegypti regresso ad sua, rursus ad aliqualem succreuit confortationem in regno. Quadringenta autem & vnus anni erat cū regnare cœpisset. Et decē & septem annis regnavit in Hierusalem, vrbe quam elegit dominus, vt confirmaret nomen suum ibi, de cunctis tribubus Israel. Nomen autem matris eius, Naama Amanitis. Fecitq; malum, & non præparavit cor suum, vt quæreret dominum: Ji. ad gratiam Dei non disposuit se verē & stabili modo. Nam quonuis ad tempus humiliavit se, non tamen permansit in bonis. Opera verò Roboam prima & motuissima, scripta sunt in libris Semeiæ prophetæ, & Addo Videntis, & diligenter exposita. Pugnaveruntq; aduersum se Roboam & Hieroboam cunctis diebus: Ji. cunctis temporibus quādiu pariter regnaverunt. Quanuis enim (vt præcedenti habetur cap.) Roboam & populus eius in exordio regni fusa vitā prælio contra Hieroboam concepto, tamen tempore procedente contra se inuicem pugnaverunt, & fuit inter eos displicētia, auersio atq; elatio multiplex. Et dormiuit Roboam cum patribus suis, sepultusq; est in ciuitate Dauid, & regnavit Abia filius eius pro eo. Huius cap. verba hinc non exposita, ex præallegato 3. Regum libro clara sunt.

¶ Explanatio cap. 13. Anno octauodecimo regis Hieroboam. Art. 13.

Hic agitur de regno Abiæ. Anno 18. regis Hieroboam regnavit Abia super Iudam, tribus annis regnavit in Hierusalem, hoc idem 3. Reg. 15. scriptum expositumq; est. Nomenq; matris eius Michaia filia Vriel de Gabaa. I supra scriptum est, quod Roboam accepit Maacham filiam Absalom, quæ peperit ei Abiam: quomodo ergo nunc dicitur, quod mater Abiæ fuit Michaia filia Vriel de Gabaa? Ad hoc quidam dixerūt, quod Absalom alio nomine dictus sit Vriel: sed hoc non videtur sufficere, quia adiunctum est, de Gabaa. Absalom autem non fuit de Gabaa, sed de Hierusalem, siue de Bethlechem ex parte patris sui Dauid, & de Gesuri ex parte matris. Porro Lyra respondet, quod verus textus habeat, filia Abesalom, quia in Hebræo ita habetur, & non, filia Absalom: quo admissio, adhuc remanet quæstio, quæ hinc dicitur, filia Vriel. Ad quod aliqui responderunt, quod Vriel & Abesalom fuerunt duo nomina viri eiusdem. Alij opinantur, quod Abesalom fuit auus seminae huius, & Vriel pater ipsius. At verò Magister in historijs ait, quod Abia fuit filius Thamar filiæ Absalonis, sicque dici posset, quod Vriel iste fuit maritus illius Thamar, quæ fuit elegantis forma, vt 2. Reg. 13. habetur, & istud verius reor. Si autem in Hebræo scriptum est Abesalom, poterit dici, quod Abesalom sumitur ibi pro Absalom, sicut Michaia est eadem quæ Machaa, quoniam eadem nomina aliquando variantur in principio & in fine. Nec puto quod vxor Roboam regis fuit immediata filia Absalonis, vt multi putant, quoniam Absalom diu mortuus fuit antequam Salamon cœpit regnare aut generare. Salamon autem regnavit quadraginta annis: sicq; filia Absalonis immediata, fuit quasi vetula dum Roboam suas accepit vxores. Et erat bellum inter Abiam & Hieroboam. Jomni tempore vitæ eius, scilicet Abiæ, vt additur 3. Regum 15. vbi non recitatur in speciali quis eorum congressus, sed vnus hoc loco diligenter describitur. Cumque inisset Abia certamen, id est, in procinctu esset ad congregandum, & habere ret bellicosissimos viros, & electorum id est, elegantium ad pugandum 40. millia, Hieroboam instruxit e contra aciem 80. millia virorum, qui & ipsi electi erant & ad bella fortissimi. Stetit ergo Abia super montem Zamaraim nomine, equi mons ferat in Ephraim. Vnde videtur Abia intrasse terram regni Hieroboam, & ait. Alta voce clamando: ideo stetit in monte, vt melius audiretur à tanto exercitu: Audi Hieroboam & omnis Israel, id est, plebs decem tribuum tibi affans, Non ignoratis, Iquasi dicat, Vtique scitis aut scire debetis, quod dominus Deus Israel dederit regnum ipsi Dauid super Israel. Ji. duodecim tribus in sempiternum, ipsi & filijs eius in pacem salis. Ji. scedere fixo & stabili datione, sicut in omni oblatione ritè facta, & in omni cibo benè condito sal ponitur. Infra in isto fertur cap. & sunt verba Abiæ: Filij Israel nolite pugna- re contra Deum patrum vestrorū, quia non vobis expedit: ex quo elicitur, quod Abia intēdebat aduer-

*400.

*800.

*Num

farijs persuadere, vt sine bello abirēt, vel regnum totū sibi pacificè redderēt, ad quod diuersa inducit motiua, quorū primū iam tactū est, vt potē quā dñs contulit Dauid ac posteris eius Israeliticū regnū in æuum. Veruntū promissio Dei de hoc facta regi Dauid, & datio ipsa, intelligendæ fuerunt sub cōditione, videlicet, si in dei obsequio perseuerarēt fideles. Et surrexit Hieroboam filius Nabat seruus Salomonis filij Dauid, & rebellauit cōtra dñm suū Roboam regē, vel Salomonē, cū 3. Reg. scriptū sit: Hieroboā quoq; filius Nabat Ephratæus, seruus Salomonis, leuauit manū suam cōtra regē. Nempe vt Iosephus alijq; testant, cūm Ahias ppheta prædixisset huic Hieroboam, quod regnaturus esset super decē tribus, ipse Hieroboā ex hoc caudacior factus, & intumescens cepit quāsdā, præsertim tribū Ephraim & Manassē, sollicitare ad recedendū à dominio Salomonis: quo cognito, Salomō voluit eū occidere, ppter quod Hieroboā fugit, & intrauit Aegyptum. Cōgregatiq; sunt ad eū viri vanissimi & viri Belial, Ji. sine iugo, & pualuerunt cōtra Roboam filiū Salomonis. Veruntū agnoscendum quod decē tribus satis cōcorditer fecerunt super se regē Hieroboā, nec oēs qui hoc fecerūt, eiq; adhæserūt, fuerunt iniqui, imò ex rationabili causa auersi fuerūt à Roboam ppter improbā & solidam eius rñsonem. Ex præordinatione quoq; diuina, & iusta ipsius instigatione recesserūt decē tribus à filio Salomonis in poenam scelerū eius, quæ admōdum supra Semeias ppheta legi ad Roboā & exercitū eius dixisset: Non ascēdetis contra fratres vestros, quia mea hoc gestū est volūtate. In lib. quoq; 3. Reg. dñs ait ad Salomonē: Quia non custodisti pcepta mea, disrūpens scindā regnū tuū, & dabo illud seruo tuo. Confortiter ad Hieroboā dixit dñs per Abiam pphetam: Ego scindam regnū de manu Salomonis, & dabo tibi decē tribus, eo quod Salomon dereliquerit me, te aut assumam, erisq; rex super Israel. Si ergo audieris oia quæ præceperō tibi, sicut Dauid seruus meus, ero tecū, & ædificabo tibi domū fidelē. Ex quibus ostēditur, quod ex diuina p̄ordinatione & voluntate non solum permittit, sed etiā effectiua, Hieroboā factus sit rex decē progenierum. Veruntū in hoc peccauit & rebellauit, quod ante debitū tēpus, vt potē Salomone viuente, conatus fuit populū sibi allicere. Nam & per Ahī dñs inter cætera dixerat ei: Auferam regnū de manu filij eius, vt potē Salomonis, & dabo tibi decē tribus. Idcirco Hieroboam non debuit tēpus illud præoccupare & anticipare. Porro Roboā erat rudis, quia non erat industrius in bellicis rebus, fuit quoq; insipiens rñdēdo ad populū, & idolis seruiendo. Vnde in Eccō legitur: Dereliquit Salomon post se stultitiā, & minutum à prudētia Roboam, qui auertit gentem cō filio suo. & corde pauido, Iquia non fuit virilis neq; magnanimis, nec passionem timoris carnalis ac mundani per virtutem fortitudinis refrenauit, & ista sunt potissimum vitiosa in rege, quæ oportet esse expertum & peritum in bellicis, prudētem, fortem, magnanimum. Nec potuit resistere eis: Ji. præualere. Nam propter scelera sua Deus abstulit ei suum subsidium. Nunc ergo vos dicitis, quod resistere possitis regno domini quod possidet per filios Dauid: Ji. regi ac populo Iuda Deum colentibus, atq; legitimū regnū ex diuina institutio habentibus, ita quod regnū eorum fuit regnū Dei, qui fuit principalis eorū rex, cuius vicariālis rex fuit legitimus ipse Dauid successor. Thabetisq; grandem populū multitudinem, atque vitulos aureos, quos fecit vobis Hieroboam in deos. Et eiecistis sacerdotes domini, filios Aaron atque Leuitas de terra & officio eorundem. & fecistis vobis sacerdotes sicut omnes populi terrarum Ji. instar quorumcunq; gentilium, qui de quacunq; natione sibi faciunt sacerdotes deorum suorum. Qui cumque venerit & initiauerit Ji. superstitiosē consecrauerit manum suam, Ji. in stando & applicando se pro sacerdotio sacrilego obtinendo, prece aut precio, initiauerit, inquam, Ji. in tauro & in bobus & in arietibus septem, Ji. hæc pecora offerendo, vel per linitionē sanguinis eorum effusi se consecrando, aut consecrationem in sacerdotē suscipiendo, aitq; septem, propter septenarij perfectionem, vel quia in tali initiatione offeriebantur huiusmodi septem iumenta. Deniq; dominus ait amicis Iob: Assumite vobis septem tauros & septem arietes. Snt sacerdotes eorum qui non sunt dij, videlicet idolorum aut hominū impiorum, quos gentes coluerunt pro dijs, seu qualiumcunq; creaturarum, in quibus non est deitas vera. Nec enim alicui creaturæ est sacrificandum, vt in libro de fide & legibus ostendit Guilielmus Parrhisiensis. Noster autem dominus Deus est, quem non relinquimus: Ji. verum Deum, qui est omnium dominus principalis, adoramus & colimus. Sacerdotesq; qui ministrāt domino de filijs Aaron id est, sacerdotes habemus legitimos, quoniam solos posteros Aaron dominus iussit esse sacerdotes in lege. & Leuitæ sunt in ordine suo, Ji. ordinatē distincti per sua officia. Holocausta quoq; offerunt sacerdotes domino per singulos dies manē & vespere, Ji. iuge sacrificium offerendo, imò & alia multa offeriebant quotidie inter quæ istud fuit præcipuum, idē specialiter nominatur. Iuge autem sacrificiū fuit quotidie immolatio vnus agni de manē, & vnus de vespere. & thymiam, iuxta legis præcepta consecrū. Vnde in Exodo dominus ait ad Mosen: Sume tibi aromata stacten & onycham & galbanum boni odoris & thus lucidissimum, faciesq; thymiam, quod scilicet ex quatuor illis speciebus aromaticis efficiebatur, & in altari flante in templo

2. Reg. 7.

3. Reg. 11.

Iose. lib. 8. an. iu. ca. 7.

3. Reg. 12.

2. Para. 11.

3. Reg. 11.

Ibid.

Ibid.

3. Reg. 12. Ecc. 47.

Iob 42

Acto. 16.

1. Para. 14.

Num. 18. Exod. 30.

incendebatur, ad faciendum ibidem suauem odorem. [Et proponuntur panes in mensa mūdissima.] hoc est, quolibet sabbato ponuntur super auream mensam duodecim panes propositionis, prout in Exodo præceptum est. Salomon tñ fecit decem mensas aureas tales, sicut & decem candelabra aurea, ut patuit in superioribus. [Estq; apud nos.] in templo à Salomone cōstructo, candelabrum aurū, quod exponi potest vel de candelabro à Mose facto, vel de candelabris decem quæ fecerat Salomon, ut singulare pro plurali ponatur. Aliqui tñ in dubiū vertunt, an Sefac Aegypti rex, templum spoliando, abstulerit inde candelabra illa preciosissima, & apparet quòd non, qm̄ præcedenti capitulo legitur, Recessit Sefac sublati thesauri domus dñi, & thesauri regis, & clypeos aureos, quos fecerat Salomō, secum tulit, nec legitur abstulisse aliqua vasa aut instrumenta cultus diuini seu templi, sicut Chaldæi. Imò 4. libro Regum legitur Nabuchodonosor abstulisse à téplo omnia vasa aurea, quæ Salomon fecit. [Et lucernæ eius, ut accendantur semper ad vesperam.] In candelabro Mosis erant septem lucernæ aureæ, hoc est, lampades, vt in Exodo habetur. Similiter in quolibet candelabro, facto à Salomone. Idcirco hoc loco ponitur singulare pro plurali. Illæ aut lucernæ omnes ardebāt de nocte, sed tres (vt fertur) in die, & rursus accendebantur ad vesperam illæ quæ erant de manè extinctæ, prout super Exodum diffusus est expressum. [Nos quippe custodimus præcepta domini Dei nostri, quem vos reliquistis.] Huic videtur contrarium, qz 3. lib. Reg. legitur Abia ambulasse in omnibus peccatis patris sui. Ad quod poterit responderi, qz sicut Roboam tribus annis ambulauit in vijs Dauid, ita & filius eius Abia ad tempus bene se habuit, sed non perseuerauit. [Ergo in exercitu nostro dux est Deus.] hoc est, principalis director & adiutor omnium nostrum cum coletium, qui in Deuteronomio cultoribus suis promisit suum auxilium & ducatum. [Et facerdes eius, qui clangunt tubis, & resonāt contra vos.] Nam & hoc in libro Numerorum fuit iustum, vt filij Israel in congressibus clangent tubis, quod fiebat per sacerdes. Veruntamen loquente Abia hæc verba, non clangebant, sed paulopost: ideo sensus est, Qui clangunt, hoc est, parati sunt clangere tubis. [Filij Israel, nolite pugnare contra dñm Deum patrum vestrorum, Ji. contra nos cultores Dei patriarcharum, quia non vobis expedit.] Contra nos enī Dei seruos præliando, contra Deum præliaremini, & succumberetis. Videtur Abia ex parte sperasse in Deo, sed imperfectè: atq; ex alia parte timuisse, videns tantam hostium turbam: ideo persuasit eis, ne contra se inirent conflictum. [Hæc illo loquente, Hieroboam retrò moliebatur insidias:] quia cōmisit quibusdam ducibus sui exercitus, vt silenter abirent, & circumuallarent cuneis suis exercitum regis Abiæ. [Cumq; exaduersò hostium staret, Ji. ipse Hieroboam stando ex opposito vultus Abiæ, signorantē Iudam suo ambebat exercitu.] quo patet fraudulentia eius. [Respicensq; Iudas] Ji. exercitus Abiæ, in quo etiā multi de tribu Beniamin, tribuq; Leui erant, sed à principali tribu, totus exercitus nomen sortitur. [vidit instare bellum exaduersò, & post tergum:] sic quippe erant intenti ad verba Abiæ dñi sui, qz aduersariorum insidias non obseruabāt, [et clamauit ad dñm, inuocando eius auxilium,] ac facerdes tubis canere cœperunt, oēsq; viri Iuda vociferati sunt. Et ecce illis clamantibus, perterruit deus Hieroboam, & oēm Israel qui stabat ex aduerso Abiæ & Iudas: Ji. totum eius exercitum, vociferantibus s. viris Abiæ, & sacerdotibus eius clangentibus, per quod adiuuari à dño meruerunt, quemadmodum in libro Nume. dñs dixit: Si exieritis ad bellum, clangetis vluantibus tubis, & erit recordatio vestri coram dño Deo vestro, vt eruamini de manibus inimicorum vestrorum. Certum est autem, quòd dominus perterruit corda Hieroboam & suorum, ea obstupefaciendo & infrigidando ac debilitando, sed an fecerit hoc per alia exteriora, quàm quæ hīc in textu tanguntur, videlicet per sonitum apparatus armorum, sicut perterruit Syros, seu per fragorem, tonitrua, saxaq; gradinis, aut cōsimilia, nō est certū. Ministerio quoq; angelorū perterritio illa creditur partim facta. [Fugeruntq; filij Israel Iudam, & tradidit eos Deus in manu eorum.] Percussit ergo eos Abia, & populus eius plaga magna, & corruerunt vulnerati ex Israel quinquaingenta millia virorum fortium. [Et apparet, quòd de exercitu Abiæ nullus corruerit, ideo victoria illa fuit euidenter miraculosa.] Humiliatiq; sunt filij Israel in tempore illo, & vehementissimè confortati sunt filij Iuda, eo quòd sperassent in domino Deo patrum suorum. [Quis enim sperauit in domino, & derelictus est?] ideo primo Machabæorum conscriptum est: Omnes qui sperant in ipso, non infirmantur. Et Psalmista: In domino, inquit, sperans, non infirmabor. Denique teste philosopho, qui bene se habent in diuinis, melioris fidutiæ sunt. [Persequutus est autem Abia fugientem Hieroboam,] qui cum residuis triginta millibus fugam arripuit. [Et cepit ciuitates eius Bethel, & filias eius, & Iefana cum filiabus suis, Ephron quoq; & filias eius.] id est, vrbes has cepit & filias, id est, villas illarū. [Nec valuit vtrā resistere Hieroboam in diebus Abiæ, quem percussit dñs, & mortuus est.] Abia namq; fuit ingratus his tantis beneficijs Dei, nec permansit in eius obsequio. Ideo propter aliquas suas culpas à Deo plagatus est, & defunctus. Veruntamen culpa eius nō exprimit in hoc loco, nec genus suæ percussiois aut mortis. Sed tertio

Re-

Regum asseritur, quòd ambulauit in omnibus peccatis patris sui. Vndè aliqui opinantur, qz cum cepisset vrbe Bethel, in qua vnus duorum aureorū exitit vitulorum, inuenit ibi idola, & reseruaerit atq; coluerit ea, prout infra legitur Amazias rex Iuda coluisse deos Idumæorum cum eos vicisset. At verò quòd hīc de morte inseritur, per anticipationem narratur. Nam de eodem subiungitur: [Igitur Abia, cōfortato imperio suo, accepit vxores quatuordecim.] Suprà legitur, qz Roboam adhuc viuens, multas petiuit vxores filio suo Abiæ, & de illis videtur istud intelligendum, quòd scilicet Abia, confortato suo imperio, sumpsit illas in coniuges. si verò antè eas accepit, & vtrā hoc istas, fuisset magnus excessus. [procreauitq; viginti duos filios & sedecim filias. Reliqua autem sermonum Abiæ, viarumq; & operum eius, scripta sunt diligentissimè in libro] prophetez nomine. [Addo prophetez:] cuius liber non superest, & ex isto innotescit, qz sancti prophetez cum ingenti diligentia conscripserunt facta regum Israelitici populi tam bona quàm mala, nō vtiq; principaliter ppter facta illa in se, aut propter reges, sed ad Dei honorem, in quātum diuina iustitia aut pietas omnipotentis ostēdebatur in factis illorum bonis aut malis. [luxta inuelligentiam spiritualem declaratur nobis ex isto capitulo diuina iustitia & fidelitas Dei, suos fideles in se sperantes & inuocantes saluantis, ac impios prosternētis. Idcirco & nos in omni ipūali consiliū tentationum in eo cōfidere, ipsumq; indefinenter ac feruēde inuocare debemus. Deus etenim deuotorum in exercitu & in omni congregatione virtuosa sibi fidei, dux est. Quòd si à Deo adiuuari ac præualere optamus, studeamus ei in omnibus obedire, sacrificia spūalia immolare, ecclesias & eius ministros ac sacra diuini ministerij instrumenta debite venerari. In exterioribus etiam bellis in dño est sperandū, & eius est inuocādum auxiliū, atq; per opera bona, & per præuiam confessionem synceram parare se debent ad prælia congressuri. Præterea in hac historia per Abiam & eius exercitum, intelligi potest quicūq; princeps aut rex Christianus, & eius exercitus iustus. Per Hieroboam verò & eius exercitum, princeps quicūq; hæreticus, schismaticus, Sarracenus, aut aliter peruersus & iniquus, eiusq; populus vniuersus, qui impugnant ecclesiam, quibus catholicus princeps tridet, an ignorent qz Deus pater omnipotens contulit Dauid & filijs eius regnum, hoc est, Christo & eius vicarijs ac ministris dominium populorum, sicut predictum est. Omnes populi, tribus & lingue seruient ei. tremq; Dominabitur à mari vsq; ad mare, & à flumine vsq; ad terminos orbis terrarum. Ideo impij illi inaniter enituntur ecclesiam demoliri, quia in sola Christi ecclesia verus Deus veraciter colitur, & ei in ea salubriter sacrificatur, sacerdotes legitime instituuntur. In cæteris autem omnia sunt peruersa, superstitiosa, sacrilega.

[Expositio cap. 14. Dormiuit aut Abia cum patribus suis &c. Art. XIII.]

Consequenter in tribus cap agitur de regno, virtutibus, & magnificentijs Asæ regis, & de aliquibus eius defectibus. [Dormiuit autem Abia cum patribus suis, & sepelierunt eum in ciuitate Dauid. Regnauitq; Asa filius eius pro eo, in cuius diebus requieuit terra annis decem.] id est, populus regni Asæ non habuit notabilia bella, contra quod obijci potest illud tertij Regum: Bellum erat inter Asa & Baasā regem Israel cunctis diebus eorum. Ad quod poterit responderi, qz scriptura hæc loquitur de quiete à bellis gentium alienarum, ita quòd Asa non impugnabatur ab illis, vel qz in principio imperij sui non sustinuit acres pugnas à Baasā, qui tunc potentior erat. [Fecit ergo Asa quod bonum & placitum erat in conspectu Dei sui, & subuertit altaria peregrini cultus,] hoc est, idololatriz, quæ est aliena à veri Dei obsequio. [Et excelsa] in quibus antè idolis sacrificabatur. Reliquit tamen excelsa, in quibus populus suus obtulit Deo sacrificia quædam, præsertim spontanea seu votiuā. Hinc tertio Regum fertur: Excelsa autem non abstulit. Aliqui verò affirmant, quòd nō abstulit excelsa seu phana, quæ Salomon fecit dijs vxorum suarum in monte oliuarum, vt tertio Regum libro legitur. [Et confregit statuas, lucosq; succidit, & præcepit Iudæ, vt quæreret dominum Deum patrum suorum, & faceret legem & vniuersa mandata. Et abstulit de cunctis vrbibus Iudæ, aras & phana, & regnauit in pace. Aedificauit quoque vrbes munitas in Iuda, quia quietus erat, & nulla eius temporibus bella surrexerant, pacem domino largiente.] Erat enim à bellis quiescens, pacificus quoque, & à vitiorum ac passionum inquietudine fuit alienus, cum tertio Regum scriptum sit: Cor Asæ perfectum erat cum domino Deo suo cunctis diebus suis. [Dixit autem Iudæ:] hoc est, populo regni sui, tam Iudæ quàm Beniamin filijs & Leuitis. [Aedificemus ciuitates istas & vallem muris, & roboremus turribus & portis & feris, donec à bellis quieta sunt omnia.] ista & opera nostra, [eo quòd quæsierimus dominū Deum patrum nostrorum, & dederit nobis pacem per gyrum.] In isto patente fideliter, & memor fuit malorum, quæ accidere poterant, & contra illa muniuit se, quo exemplo reges ac principes instruuntur, vt similiter faciant. [Aedificauerunt igitur, & nullum in extruendo impedimentum fuit. Habuit autem Asa in exercitu suo portantium scuta & hastas] hoc est, bellatorum [de] tribu [Iudæ.] Hic capitur Iuda pro tribu Iudæ duntaxat, [trecenta millia, de

Beniam-

beniamin verò scutiariorum & sagittiariorum ducenta octoginta millia. Oēsque illi viri fortissimi.] Quo constat, quàm præpotens fuit. Multitudo autem ministrorum ac subditorum, ad dignitatē & gloriam pertinet principis, vt Salomon protestatur. ¶ Consequenter recitatur, qualiter regē Aethiopiū viciit, & Deum in adiutorem inuocādo locutus est. [Egressus est autē contra eos Zarah Aethiops cum exercitu suo, decies centena millia, & curribus trecētis, & venit vsq; Marefa. Porro Afa perrexit obuiam ei, & instruxit aciem ad bellum in valle Zephata, quæ est iuxta Marefa, & inuocauit dñm Deum. Et ait: Domine, non est apud te vlla distantia, vtrum in paucis auxiliēris, an in pluribus. Hoc est, cum sis infinitæ potentis, quæ facile tibi est quæcumque; aduersariorum multitudinem deijcere per paucos bellatores, ac per multos. Hoc est quod i. lib. Reg. Ionathas ait: Non est dño difficile saluare vel in multis, vel in paucis. [Adiuua nos dñe Deus noster. In te enim & in nomine tuo.] in tuæ potestatis ac pietatis inuocātionē, habentes fidutiā, venimus contra hanc multitudinem.] quæ multo maior est nobis, qm̄ decies centena millia erāt in aduersariorum exercitu. Nec dedit eis Afa spatium intrandi terram imperij sui, ne eam vastaret, sed iuit viriliter obuiam. [Domine, Deus noster tu es. Hoc est, dñe, tu es Deus noster. Vel, dō mine Deus noster, tu es.] tibi soli competit verum, plenum, infinitumque; esse, cuius cōparatione, esse creaturæ non est quasi non esse. Propter quod locutus es Moysi: Ego sum qui sum. Hæc dices filijs Israel: Qui est, misit me ad vos. [non * præualeat contra te homo. hoc est, nulla hominum multitudo præualeat nobis cultoribus tuis, quibus præualendo reputaret se Deo nostro quodāmodo præualuisse, quasi nequiuert nos liberare ab ipsis. [Exterritus itaque; dñs Aethiopes coram Afa & Iuda iuxta modum in præcedenti articulo tactum. Nam Deus omnipotēs immediatē agit in hominum voluntates, & eas ad libitum suum transmutat, debilitat, & confortat. [Fugeruntque; Aethiopes, & persecutus est eos Afa, & populus qui cum eo erat vsq; Gerara. Et ruerunt Aethiopes vsq; ad interneccionem, quia domino cædētē cōtriti sunt, & exercitu illius præstante. Tulerūt ergo spolia multa. Et percusserūt.] Afa ac eius exercitus cōmnes ciuitates per circuitum Gerarę, Gerara, secūdum Aug. 16. de ciuitate Dei, fuit vrbs in Palæstina, cuius rex fuit Abimelech, iuxta illud Genesis: Misit Abimelech rex Gerarę. Terra autem Philistiim seu Palæstina, deputata & data fuit à Deo filijs Israel, sicut in Iosue legitur, sicque; vrbes illæ videntur pertinuisse ad Afa & populum eius de iure. Vndē non peccauit, vt apparet, eas vastando ac spoliando, & fortē peccauerunt in eum, Aethiopijs præbendo obsequia siue auxilia. [Grandis quippe cunctos terror inuaserat. Et diripiunt vrbes, & multam prædam absportauerunt. Sed & caulas.] stabula [ouium destruentes, tulerūt pecorum infinitam.] i. valdē magnam & quasi innumerabilem [multitudinē & camelorum, reuersisque; sunt in Hierusalem.] Ex isto capitulo docentur reges ac principes Christiani, qualiter bello instantē debeant se habere in primis, videlicet Deum sibi reconciliando, si ipsum in aliquo offenderunt. Deindē hostibus magnanimiter occurrendo, exercitum prudētē ordinando, situando ac instruendo, sed & totā spem suam ponendo in omnipotente, & eius auxilium deuotissimē inuocando, nec præsumendo quicquam de viribus suis, quia de cælo victoria est, ita quod Deus omnium moderator, iuxta ordinem sapientiæ suæ, & iuxta iustitiæ suæ censuram, præliorum exitus moderatur, victoriāque; largitur. In spiritali quoque; conflictu debemus ita in Deo confidere, quantumcumque; multi & magni sint qui nos impugnant, & prætactam orationem seu ei cōsimilem Deo offerre.

¶ Declaratio cap. 15. Azarias autē filius Oded factō in se spiritu Dei. Art. XV.

Recitatur hic qualiter Afa de bono profecit in melius. [Azarias autem filius * Oded, factō in se spiritu Dei, hoc est, gratia prophetali sibi infusa, & spiritu sancto sibi immisso ad prophetādum, egressus est in occursum Afa, & dixit ei: Videlicet Afa regi: [Audite me Afa & omnis Iuda & Beniamin: Dominus vobiscum.] id est, gratiosē vos iuuit, [quia fuistis cum eo. hoc est, ei fideliter adhaesistis & supplicastis. Absolutē tamen loquendo, gratia Dei præuenit hominem. [Si quaesieritis eum ad obtinendum dona gratiæ eius, seu ad proficiendum in eis. [Inuenietis] eum, si tamen toto corde perseueranter feceritis hoc. Omnis enim qui taliter quaerit, inuenit. Aliqui autē quaerunt eum ex seruli timore, nec inueniunt, sicut in libro Prouerb. fatetur: Tunc inuocabunt me, & non exaudiam: manē cōsurgent, & non inuenient me, [Si autē dereliqueritis eum] per auersionem cordis ab eo, [derelinquet vos.] Hoc fuit vel cōminatio, vel affirmatio. Aliquando enim iustus Deus omninō derelinquit auersos à se, vt potētē vasa iræ. Interdum verò auertentes se & auersos, misericorditer reuocat, præuenit, saluat, si sint vasa misericordiæ suæ. [Transibunt autē multi dies in Israel absq; Deo vero, & absq; sacerdote, absq; doctore quoque; & absq; lege.] Hoc aliqui dicunt tempore Babylonicæ captiuitatis impletum, quia tūc populus regni Iudæ fuit trās-latus, nec coluit Deum in tēplo suo, & in terra sancta per sacrificia, nec sacerdotes tunc exercebāt sacerdotale officium, nec doctores more solito populū instruebant. Populus quoque; pro maxima parte fuit legis transgressor. Insupēr impletum est istud tempore Regum Iudæ idolatrarum, vide-

Prouer. 14.
1. Reg. 14.
Exod. 3.
2. Par. 13.
Aug. lib. 16.
Gen. 20.
Obed
Deut. 4.
1. Luc. 11.
Prou. 1.
Prouerbi. 2.
4. Re. 8. 12.
14. 16. 21.

videlicet Ioram, Ioas, Amazia, Achaz, Manasse, quorum aliqui per totum tēpus imperij sui, quidam per tempus fuerunt idololatræ. [Cumque; reuersi fuerint in angustia sua] hoc est, tribulatione & necessitudine, [et clamauerint ad dominum Deum Israel, & quaesierint eum] per penitentiam veram, [reuerent eum.] Sic Manasses quæ fuit ac reperit Deum, similiter qui in Babylone erant captiui. [In illo tempore non erit pax egredienti & ingredienti, sed terrores vndique; in cunctis habitatoribus terrarum.] In illis quippe tēporibus, primō Assyrij, deindē Chaldæi regnū Iudæ & Israel, ac cætera vndique; regna atrociter ac multipliciter vexauerūt, sicut in libris Regum & in libris Hieremiæ atque; Ezechielis ostēditur. [Pugnabit enim gens cōtra gentem, & ciuitas contra ciuitatem.] Nam multæ nationes & vrbes resisterūt præfatis, & contra seinuicē alij plurimi pugnauerūt. [Quia dominus cōturbabit eos in omni angustia.] Dñs enim per vnum regnū punit peccata alterius. Propter quod de rege Assyriorum ait per Isaiam: Virga furoris mei & baculus, ipse est. [Vos ergo confortamini,] perseuerando & proficiendo in omni virtute & cultu Dei, [et non dissoluantur manus vestræ.] hoc est, vires operatiuæ non cessent ab actibus bonis. [Erit enim merces operi vestro.] Non solum æterna felicitas, sed temporalis quoque; prosperitas, prout comunitur in veteri testamento fieri cōsuevit. Nam Deus supra condignum remunerat, sed infra condignum punit. [Quod cum audisset Afa, verba videlicet & prophetiam Azariæ filij Obed propheta, cōfortatus est, & abstulit idola de omni terra Iudæ, & de Beniamin, & ex vrribus quas ceperat in montis Ephraim, & dedicauit altare domino, quod erat ante porticū] hoc est, altare domini.] situm in atrio, quod forsitan fuerit prophanatum per Roboam & Abiam idololatras, rursum consecrauit, aut solenniter honorauit, offerendo in eo sacrificia copiosa, vt patet in litera. [Congregauitque; vniuersum Iuda & Beniamin, & aduenas cum eis] hoc est, eos qui ex regno decē tribuum, relictiis aureis vitulis, confugerunt ad eum [de Ephraim, & de Manasse, & de Simeon. Plures enim ad eum confugerant ex Israel, videntes quod dominus Deus illius esset cum eo. Cumque; venisset in Hierusalem mense tertio, anno decimo quinto regni Afa, immolauerunt domino in die illa de manubijs] hoc est, spolijs manu raptis, [et prædam] alio modo acquisitā, [equam ad dixerant, boues septingentos, & arietes septem millia. Et intrauit ex more] in atria templi Salomonis [ad corroborandum fœdus.] vt tam ipse quàm totus populus eius, eo instigante, de nouo & firmissimē quā antē, adstringerent se ad seruiendum Deo fideliter, [vt quaerent dominum Deum patrum suorum in toto corde, & in tota anima sua. Si quis autē, inquit, non quaesierit dñm Deum Israel,] sed idola coluerit, [moriatur] ad ultatē ætatis inclusuē [vsq; ad maximū,] à viro vsq; ad mulierem. [Lex enim sub pœna etiā mortis corporalis præcepit hoc.] Iuraueruntque; voce magna domino] quod ei sic adhererēt, [in iubilo, & in clāgore tubæ, & in sonitu buccinarum oēs qui erant in Iuda,] hoc est, cum omni ista solennitate & iocunditate præcipua, ad maiorem suæ obligationis stabilitatē, [cum execratione] imprecando sibi ipsi mala pœnalia & aduersa, si pollicitationem hanc violarent. [In omni enim corde suo] id est, toto intellectu & ratione] iurauerunt] cum debitis circumstantijs, & reuerentia concedenti, prout iurare est actus virtutis, quæ patria nominatur. Vndē & Psalmista testatur: Iuravi & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ. [et in tota voluntate,] hoc est, integro voluntatis affectu, [quaesierunt eum,] id est, Deo se coniungere, & ei placere, eiusque; charismata obtinere conati sunt. [et inuenerunt. Præstititque; eis dominus requiem per circuitum.] Qui enim sic quaerit, mox inuenit, quoniam propē est dominus omnibus inuocantibus eum. [Sed & Maacham matrem Afa regis,] hoc est, ipse Afa rex matrem suam nomine Maacha, [ex augusto deposuit imperio,] id est, à principatu suo sua & stimatione magnifico, quo ipsa præerat in sacris & sacrificijs, idololatrisque; Priapi, [eo quod fecisset in ludo simulacrum Priapi, quod omne contriuit, & in frustra comminens, combussit in torrente Cedron.] prout hoc tertio Regum expositum est. Aliqui autem legunt angusto, vt sit sensus, quod ipse Afa remouit eam à sua præsentia arcta & stricta, quia in specu coluit Priapū. Vel aptius appellatur angustum imperium, quoniam vilis & modica fuit prælatio illa in tātā regina. [Excelsa autem derelicta sunt in Israel. Attamen cor Afa erat perfectum cūctis diebus eius. Eaque; quæ vouerat pater suus & ipse, intulit in domum domini argētum & aurum, vasorumque; diuersarum supelleciliem. Bellum verò non fuit vsq; ad tricesimū annum regni Afa.] Cætera in hoc capitulo non exposita, tertio libro Regum suis exposita sunt. ¶ Moraliter ex isto capitulo docemur ex tēplo Afa regis, de acceptis beneficijs Dei non extolli, sed regratiari & sacrificia laudis offerre, atque; de bono in melius crescere, aliosque; ad meliora allicere, & errantes pro posse conuertere, etiam si sint parentes, corripere grauius delinquentes. Cum ipso item renouemus quotidie in nobis bona propofita: non tñ vouendum est aut iurandū de eis seruandū, nisi cū deliberatiōe matura. ¶ Postremō, historia huius capituli est specialiter regum ac principū instructiua, vt scilicet ex tēplo regis istius, pro reformatione cōmuni totius populi sui, sint solliciti, laboriosi ac feruidi, prauas cōsuetudines diligenter extirpēt, vnā cū plebe sua atque; familia ad ecclesiā properēt, subdi-

2. Par. 33.
4. Reg. 18.
Hierc. 21. 32.
Ezech. 32.
Eia. 10.
Leui. 26.
Psal. 119.
Luc. 11.
Psal. 144.
3. Reg. 15.
Ibidem.

subditos suos verbo & opere edificare non cessent, & circa augmentū ac reuerentiam cultus diuini existant deuoti, & liberales in offerendo. Clerum verò & religiosos, quos propria auctoritate reformare & castigare non possunt, nec debent, à superioribus suis reformari procurēt pro viribus. Omnibus demū nobis dicitur in hoc loco: Vos autem confortamini, & non dissoluantur manus vestræ. Erit enim merces operi vestro. Hoc etenim est quod hortatur Apostolus ad Ephesios: Confortamini in domino, & in potentia virtutis eius. Induite armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Alibi quoq; stabiles estote & immobiles, abundātes in opere domini semper, scientes qd labor vester non est inanis in domino. hinc & saluator admonuit: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri dare vobis regnum. non igitur fatigemur, aut tædio afficiamur in Dei seruitio, quia non sunt cōdignæ passionē aut actionē huius temporis ad gloriam illam futuram. Veruntamen perfectius est atq; diuinius, Deo seruire solo intuitu & amore suæ infinitæ dignitatis & honorabilitatis, quàm mercedis intuitu. tamen si & ipsa remuneratio referatur ad Dei amorem & honorem, non repugnabit perfectioni, Deo propter præmium seruire. Quemadmodum etiam charitatis diuinæ puritati & perfectioni nō derogat, neū diligere propter beneficia ac præmia eius seu promissa, si beneficia, præmia & promissa diuina, ad Deum & ad eius reuerentiam ac amorē debitè ordinentur, & accipiantur tanq̄ media necessaria, sine quibus Deum verè & plenè amare, venerari ac obtinere non possumus. ¶ Rursus, quod in isto capitulo dictum est, Si qua seritis Deum, inuenietis eum, parit & auget fiduciam: quod verò subiungitur, Si autem dereliqueritis eum, derelinquet vos, in dicit timorem. Idè em̄ & apostolus dixit: Qui stat, videat ne cadat. Vndè & ignoramus, quali vtique fine concludemus hanc vitam: propterea simus iugiter timorati.

Eph. 5.
1. Cor. 15.

Luc. 12.
Romā. 8.

1. Cor. 10.

¶ Expōitio cap. 16. Anno autem tricesimo sexto regni eius, ascendit Baasa & c. Art. XVI.

Adversitates Asa regis nunc describuntur, & primò quando & qualiter Baasa rex Israel cœperit impugnare regnum & populum Asa. Anno autem tricesimo sexto regni eius ascendit Baasa rex Israel in Iudam, & muro circūdabat Rama, vt nullus tutè posset egredi & ingredi de regno Asa. Protulit autem Asa argentum & aurū de thesauris domus domini, & de thesauris regijs, miltūq; ad Benadad regē Syriæ, qui habitabat in Damasco, dicens: Fœdus inter me & te est. Pater quoq; meus & pater tuus habuere concordiam. Quamobrem misi tibi argentum & aurū, vt rupto fœdere quod habes cum Baasa rege Israel, facias eum à me recedere. Quo cōperto, Benadad, misit principes exercitū suorū ad vrbes Israel. Qui percusserūt Aion & nā & Abelmaim, & vniuersas vrbes Nephthali muratas. Quod cum audisset Baasa, desit edificare Rama, & intermisit opus suū. Porro Asa rex assumpsit vniuersum Iudā, & tulerūt lapides de Rama, & ligna quæ adificationi preparauerat Baasa, edificauitq; ex eis Gabaa, & Maspha. Historia ista tertio libro Regum est explanata: sed difficultatē inducit, qd in exordio huius caputuli dicitur Baasa ascendisse in Iudam anno tricesimo sexto Asa regis. Baasa quippe cœpit regnare anno tertio imperij Asa, vt tertio Regum fertur, regnauitq; Baasa viginti quatuor annis, tantū: sicq; vicesimo sexto anno ipsius Asa, quia iam decem annis fuit mortuus. Ad hoc aliqui dicunt, qd primus annus alicuius regis, in scripturis dupliciter appellatur. Primò, annus quo simpliciter cœpit regnando præesse. Secundò, ab aliquo notabili factò, in clytoq; triumpho, quemadmodum in Daniele habetur: In anno secundo regni Nabuchodonosor, vidit Nabuchodonosor somniū, quod intelligitur de anno secundo sui regni, à tēpore victoriæ suæ contra Aegyptios, quia iam diu antè regnauit: sic in proposito dicunt, qd Asa rex vndecimo anno regni sui habuit triumphum præinclytum contra Aethiopes, & à tēpore illius triumphi inchoando cōputationem annorum regni Asa, vixit Baasa vsq; ad annum regni eius tricesimum sextum. Hæc aut̄ responsio non videtur idonea, quā Asa in toto non regnauit nisi 41. annis, vt 3. Reg. legitur. Si ergo computatio annorum regni Asa incipiat ab anno illo vndecimo, quo Aethiopes vicit, qui annus fuit vndecimus regni sui à tēpore qm̄ absolutè loquendo, regnare exorsus est, non ascendet cōputus iste annorum regni sui à tēpore præfatæ victoriæ vsq; ad annum 36. sed tricesimum aut tricesimum primum, quod est contra hanc veritatis scripturā. Quod si dicatur, qd illud 3. Reg. anno tertio Asa, Baasa cœpit regnare, intelligatur de tertio anno regni Asa, incipiendo cōputationem à p̄fato triumpho, qui tertius annus fuit tertius decimus annus regni eius simpliciter sumpti, hoc stare nō potest, quā tertio Regum scriptum est: Nadab filius Hieroboam regnauit super Israel anno secundo Asa regis Iuda. Regnauitq; super Israel duobus annis, & interfecit eum Baasa in anno tertio regis Asa, & regnauit pro eo. ¶ Porro qd Nadab dicitur regnasse secundo anno Asa, non potest intelligi, nisi de anno secundo regni Asa simpliciter accepti, qui fuit diu ante p̄fatum triumphū. Hieroboam nāq; regnauit annis viginti duobus, ita qd in anno vicesimo secundo regni sui defunctus est, vt 3. Regum patet. Abia autem cœpit regnare octauo decimo anno regni Hieroboam, & tribus annis regna-

3. Reg. 15.

Ibidem.

Dan. 2.

3. Reg. 15.

Ibidem.

Ibid.

3. Reg. 14.

gnauit, cui Asa successit in regno. Quemadmodum ergo secundus annus Asa, quo cœpit Nadab regnare, intelligendus est necessariò de secundo anno regni sui simpliciter sumpti, ita & tertius annus regni eius, quo Baasa cœpit regnare: aliàs Nadab regnasset multo diutius, quàm annis duobus. Hinc alij dicūt, quòd hoc loco, sicut & alibi sæpè, vitio scriptorum erratum sit in numero, quod etiam fieri potuit in Hebræo. Si quidem in cōscriptiōe numerorum & propriorum nominum, faciliter error cōtingit. In tempore illo venit Hanani propheta ad Asam regem Iuda, & dixit ei: Quia habuisti fiduciam in rege Syriæ infideli atq; idololatra, & nō in domino Deo tuo, in hoc casu, sidcirco euasit Syriæ regis exercitus de manu tua: hoc est, exercitū regis Syriæ non vicisti, quem vnā cum rege atque exercitu Israel ei cōfœderatis vicisses, si sperasses in domino, & illi pariter cōtra te venissent. ¶ Nonne Aethiopes & Libyes multo plures erant, quadrigis & equitibus & multitudine nimia, quos, cum domino credidisses, fide formata cū spe diuini auxilij, tra didit in manu tua? ¶ Sane enim per fidem vicerunt regna. ¶ Oculi enim domini contempnantur vniuersam terram, hoc est, intellectus & sapientia Dei, vniuersos habitatores terræ inspicunt & plenè cognoscunt. ¶ & præbent fortitudinem corporalem & spūalem tempore belli, his qd corde perfecti non hestitant. ¶ credunt in eum: Iq̄ suis perfectis cultoribus opem promisit. ¶ Stultè igitur egisti, & propter hoc etiam præsentī tempore aduersum te bella cōsurgunt. ¶ aciora seu plura, q̄ antè. ¶ Iratusq; Asa contra videntem, hoc est, præfatum prophetam iussit eum mitti in neruum Jī. in cippum seu compedem. ¶ Valdè q̄ppe super hoc fuit dñs indignatus: Iqm̄ erat enor me crimen in Deum redundans, cuius instinctu seu iussione propheta ille venit & regem corripuit. ¶ & interfecit de populo in tempore illo plurimos. ¶ Sicq; puniuit regem in satellitib; suis, sicut & regem Dauid in populo suo. Estq; probabile, qd regi cōsenserunt in crimine isto. Vel aliundè digni erant interitu. Percussi sunt aut̄ vel peste, vel gladio belli, aut alia plaga. ¶ Opera aut̄ Asa prima & nouissima, scripta sunt in libro Regum Iuda & Israel. Agrotauit etiam Asa anno 39. regni sui, dolore pedum vehementissimo: & hoc iusto Dei iudicio, qm̄ sc̄m virum dolore pe- dum affixit in cippo, sicq; per quæ peccauit, punitus est. ¶ & nec in infirmitate sua q̄sivit dñm, vt suum mitigaret dolorem, sed magis in arte medicorum cōsensus est. ¶ Veruntū potuit sine peccato vti remedijs medicinæ, dummodò egisset hoc ordinatè. Debutq; magis sperare in gratia q̄ in natura, & suam recognoscere culpam, sicq; à Deo precari medelam, & medicorum arte sub ordine diuinæ prouidentia vtī. ¶ Dormiuitq; cum patribus suis. Et mortuus est anno 41. regni sui. Et sepelierunt eum in sepulchro suo, quod foderat sibi in ciuitate Dauid. Posueruntq; eum hoc est, corpus eius exanimet super lectum suum plenum aromatibus & vnguētis meretricijs, Jī. la sciuis & mollibus, ac benè redolentibus, quæ erant pigmentariorum arte cōfecta. Iquibus & mulierculæ incontinentes se vngunt aut liniunt pro odore corporis sui, quæ & lectos suos ac thalamos cōsueuerunt talibus occupare ad alliciendum sibi amatores, iuxta illud Prover. 7. Ad sperfi cubile meum myrrhæ & aloë & cinnamomo. ¶ & combusserūt super eum ambitione nimia: hoc est, arroganter & nimium sumptuosè, eo qd tam gloriose regnauerit. ¶ Circa p̄dicta oritur quæstio: Scriptum est enim præcedenti cap. Cor Asa erat perfectum cunctis diebus eius: & 3. Reg. 15. 2. par. 15. Cor Asa perfectum erat cum domino Deo suo cunctis diebus suis. Nunc verò de multis vitijs est notatus, vt quòd regē Israel inordinatè pertimuit, quòd ad regem Syriæ infidelem cō fugit, quòd non sperauit in domino, quòd increpationem prophætæ contēpsit, increpanti iratus fuit, & eum iniuriōse ligauit & clausit, quòd nec in infirmitate sua dominum requisit, sicq; in duratus fuisse videtur. Ad hæc videtur dicendū, quòd vtique fuit vir valdè iustus, quanuis interdum ita excessit, sicut & Dauid, & pro suis excessibus fuit in vita hac castigatus, & pœnituisse credendus est, & læto satisfecisse. Quoniam ergo tot annis iuste vixit, atque tam multa bona ac optima opera egit, idè dicitur cor eius semper fuisse perfectum: quia quod modicum est, p̄ nihilo reputatur, & quanuis præacta eius peccata non fuerunt parua in se, tamen respectu virtutum & virtuosissimi morum actuum eius, parua fuisse censentur. Cum ergo vir tantus post tantas iustitias, circa extrema vitæ suæ ita ceciderit, debemus iugiter esse custoditi & timorati, nec de prioribus meritis incautè gaudere, aut vnquam præsumere, sed quotidiè tanto plūs in omni virtute proficere, quanto finis noster magis imminet nobis.

¶ Expōitio cap. 17. Regnauit aut̄ Iosaphat filius eius pro eo & c. Art. 17.

Agitur nunc per quatuor capitula de virtutibus, diuitijs, potestate, prosperitate, regimine, & felici fine Iosaphat regis, & in primo isto cap. tractatur de eius iustitia, potestate & opulentia. ¶ Regnauit autem Iosaphat filius eius, videlicet Asa, pro eo Jī. post eum, & in solio eius, & inualuit contra Israel. Id est, rege Israel fuit potentior, & ei præualuit. Non tamen legunt specialia bella inter ipsum & regem Israel facta, sed (vt infra habetur) ciuitates quas pater eius iure prælij abstulit regi Israel, retinuit & defendit potenter, vt paulò p̄st subditur. ¶ Constituitq; militum numeros. Id est, multitudinem copiosam in cunctis vrbibus Iuda, quæ erant vallatæ muris, CCC

ris, Ite vrbes ipsas ab hostibus defenserent, præsidiaq; .ii. munitiones disposuit in terra Iuda, & in ciuitatibus Ephraim, .ii. in oppidis regni decem tribuum, seu specialiter trib' Ephraim, [quas cepert Asa pater eius.] Suprà legitur Abia rex Iuda cepisse quasdã ciuitates regni Israel. De Asa verò scriptura non dixit, q; cepert vrbes Ephraim, sed certum est ex hoc passu, q; aliquas cepert: sapienterq; egit, q; eas specialiter munivit præsidijs atq; militibus, quia probabile erat q; rex Israel eas recuperare satageret. [Et fuit dñs cum Iosaphat, quia ambulauit in vijs Dauid patris sui primis, & non sperauit in Baalim, sed in Deo patris sui, & perrexit in præceptis illius, & non iuxta peccata Israel. .ii. opera virtuosa quæ Dauid fecit in exordio regni sui, se quousq; est, & non in peccatis eius, quæ diu postea fecit circa Vriam & eius coniugem. Vel, in vijs eius primis, actibus virtutum eius præcipuis.] Confirmavitq; dñs regnum in manu eius, & vedit omnis virtus Iuda muneris Iosaphat. [Ex hoc apparet, q; subditi eius cõtrulerunt ei vltra debitum dona & iocalia quædam, quia videbant se prosperari per optimum regimen eius. [facta que sunt ei infinita.] i. valde multæ & magnæ diuitiæ. Videtur tñ in hoc excusabilis extitisse, non obstante q; in Deuter. iussit dñs, vt reges Israelitici populi non congregarent sibi immensa pondera argenti & auri. Nam bella vndique sibi instabant, sicq; rationabilem habuit causam taliter thesaurizandi, & diuitias suas ad honestũ retulit finem, nec eis cupiditate subiacuit, ita q; habuit eas, non habebatur ab eis. [& multa gloria .ii. potestas & fama præclara, imò delectatio copiosa in dño, quia temporaliter ac spiritaliter prosperabatur. [Cumq; sumpsisset cor eius fiduciam propter vias dñi, .ii. augmentum spei ex suis operibus virtuosis, quæ erant viæ ad veram salutem, ac Deo placetes. Spes etenim ex actibus bonis fouetur & crescit, etiam excelsa & lucos de Iuda abstulit.] Cõfortatus qui ppe in dño, non timuit in hoc offensam humanam. Sed his cõtrariari videtur illud 3. libri Regum de Iosaphat: Veruntũ excelsa non abstulit. Adhuc enim populus sacrificabat & adolebat incensum in excelsis, i. in locis sublimibus. Dicit potest, q; abstulit ea pro parte, & potissimum abstulit excelsa & lucos quæ reperit, in quibus idololatria exercebatur: consuetudinem verò populi sacrificantis Deo in locis excelsis, non extirpauit in toto. [Tertio autem anno regni sui misit de principibus suis, Benhail & Abdiam & Zachariam & Nathanael & Michæam, vt docerent in ciuitatibus Iuda, & cum eis Leuitas, Semeiam & Nathanael & Zabadiam, Asel quoque & Semiramoth & Ionathan, Adoniamq; & Thobiam & Thobodoniam Leuitas, & cum eis Elisama & Ioram sacerdotibus. Docebantq; populum in Iuda, habentes librum legis domini, & circumibant cunctas vrbes Iuda, atque erudiebant populum. Itaque factus est pavor domini super omnia regna terrarum, quæ erant per gyrum Iuda, nec audebant bellare cõtra Iosaphat, sed & Philistæi Iosaphat munera deferere & vestigia argenti. Arabes quoque adducebant pecora arietum, 7. millia 700. & hircos totidem. Creuit ergo Iosaphat & magnificatus est vsque in sublime, atque edificauit in Iuda cõmmodos ad instar turrium, vrbesq; muratas, & multa opera patrauit in vrbibus Iuda. Viri quoque bellatores & robusti erant in Hierusalem, quorum iste numerus per domos atque familias singulorum. In Iuda princeps exercitus Ednas dux, & cum eo robustissimi viri 300. millia. Post hunc Iohanan princeps, & cum eo 280. millia. Post illum quoq; Amasias, filius Zechri consecratus dño, & cum eo 200. millia virorum fortium. Hunc sequebatur robustus ad prælia, Eliada, & cum eo tenentium arcum & clypeum, 200. millia. Post istum etiam Iozabad, & cum eo 180. millia expeditorum militum. Hi omnes erant ad manum regis, exceptis alijs quos posuerat in vrbibus muratis & in vniuerso Iuda.] Hic recitatur qualiter misit quosdã sacerdotes atq; Leuitas, timoratosq; principes, qui pergebant de vrbe in vrbe ad populum instruendum in lege Dei, in quo patet magna bonitas & deuotio regis huius, qui non solum legibus ciuilibus ac positiuis, sed etiam diuinis plebem suam instruxit, rexitq; quo glorioso exemplo vtinam prælati & principes Christiani debite adficerentur, & quia rex iste tanto zelo dñm honorauit, deus quoq; glorificauit ipsum in tm, q; Philistæi ac Arabes dederunt ei vestigia ac munera, sicut habetur in textu, qui clarus est. Insuper habuit copiosissimam pugnatorum militumq; numerositatem ordinatè dispositã. Erat aut per quinque turmas distincti, sicut habetur in litera, & successiue erant cum rege, imò & oes tempore opportuno. Eccè qualiter Deus gloriosus & iustus glorificans se glorificat, & vti que iustus, virtuosus atq; prudentibus regibus & principibus communiter melius succedit in cunctis, q; impijs & tyrannis, prout in libro de regimine regum S. Thomæ pulchrè declarat.

¶ Expositio cap. 18. Fuit igitur Iosaphat diues & inclutus multum.

Articulus XVIII.

1. Reg. 22. Historia huius cap. refert, qualiter Iosaphat rex iuerit cum Achab rege Israel ad præliũ contra Syriæ regem. [Fuit igitur Iosaphat diues & inclutus multum] quia non solum in temporalibus, sed & in supernaturalibus gratiæ donis ac meritis fuit abundans & nobilis corde, p̄sertim magnanimis, vt concedet regem. [& affinitate] id est, matrimoniali propinquitate [coniungens est Achab] regi Israel, quia Athaliam filiam huius Achab accepit filio suo Ioram in coniugem,

gem, vt in frã scriptum est, [descenditq; post duos annos ad eum] putã ad Achab [in Samariam.] Tertij Regum 2. scriptum est, In anno tertio descendit, & c. Dicitur potest, quod post aliquot annos in ciuitate aut sponfalium inter Ioram atque Athaliam, Iosaphat sit profectus inuisere Achab tanquã affinem. [Ad cuius aduentum mastrauit Achab arietes & boues plurimos, ipsi & populo qui venerat cum eo, persuasitque illi vt ascenderet] secum [in Ramoth Galaad.] id est, ipse Achab precibus & rationibus induxit regem Iosaphat, vt secum ascenderet versus vrbe[m] nomine Ramoth, sitam in terra Galaad, ad obtinendum & recuperandum eam de manu regis Syrorum. [Dixitq; Achab rex Israel ad Iosaphat regem Iuda: Veni mecum in Ramoth Galaad. Cui ille respondit: Vt ego, & tuiscit populus tuus, sic & populus meus: te cum que erimus in bello.] Dixit Iosaphat ad regem Israel: Consume, obsecro, in præsentiarum sermone[m] domini. Congregauit igitur rex Israel prophetarum quadringentos viros, & dixit ad eos: In Ramoth Galaad ad bellandum ire debemus, an quiescere? At illi: Ascendite, inquit, & tradet eos Deus in manus regis. Dixitque Iosaphat: Nunquid non est hic propheta domini, vt ab illo etiam requiramus? Et ait rex Israel ad Iosaphat: Est vir vnus à quo possumus querere domini voluntatem. Sed ego odi eum, quia non propheta mihi bonum, sed malum omni tempore. Est autem Michæas filius Iemla. Dixitque ei Iosaphat: Ne loquaris rex hoc modo. Vocauit ergo rex Israel vnum de eunuchis, & dixit ei: Voca citò Michæam filium Iemla. Porro rex Israel & Iosaphat rex Iuda, vterque sedebant in folio suo, vestiti cultu regio. Sedebant autem in area iuxta portam Samariæ, oesque prophete vaticinabatur coram eis. Sedechias verò filius Chanana, fecit sibi cornua ferrea, & ait: Hæc dicit dominus: His ventilibus Syriam, donec conteras eam. Omnesque prophete similiter propheta[n]t, atque dicebant: Ascende in Ramoth Galaad, & prosperaberis, & tradet eos dominus in manus regis. Nuncius autem qui ierat ad vocandum Michæam, ait illi: En verba omnium prophetarum vno ore bona regi annunciant. Quæso ergo te, vt sermo tuus ab eis non dissentiat, loquarisque prospera. Cui respondit Michæas: Viuit dominus, quia quodcumque dixerit mihi Deus meus, hoc loquar. Venit ergo ad regem. Cui rex ait: Michæa, ire debemus in Ramoth Galaad ad bellandum, an quiescere? Cui ille respondit: Ascendite. Cuncta enim prospera eueniunt, & tradentur hostes in manus vestras. Dixitque rex iterum atque iterum te adiuro, vt mihi non loquaris, nisi quod verum est, in nomine domini. At ille ait: Vidi vniuersum Israel dispersum in montibus, sicut oues absq; pastore. Et dixit dominus: Nō habent isti dominos. Reuertatur vnusquisque in domum suam in pace. Et ait rex Israel ad Iosaphat: Nōne dixi tibi, quod non prophetares iste mihi quicquam boni, sed ea quæ mala sunt? At ille: Idcirco [ait] audite verbum domini. Vidi dominum sedentem in folio suo, & omnem exercitum cæli assistentem ei à dextris & à sinistris. Et dixit dominus: Quis decipiet Achab regem Israel, vt ascēdat & corruat in Ramoth Galaad? Cumque diceret vnus hoc modo, & alter alio, processit spiritus, & stetit coram domino, & ait: Ego decipiam eum. Cui dominus: In quo, inquit, decipies? At ille respondit: Egrediar & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Dixitque dominus: Decipies, & præualebis. Egredere, & fac ita. Nunc igitur ecce dominus dedit spiritum mendacij in ore omnium prophetarum tuorum, & dominus loquutus est de te mala. Accessit autem Sedechias filius Chanana, & percussit Michæam maxillam, & ait: Per quam viam transiit spiritus domini à me, vt loqueretur tibi? Dixitque Michæas: Tu ipse videbis in die illo, quando ingressus fueris cubiculum de cubiculo tuo, vt abscondaris. Præcepit autem rex Israel, dicens: Tollite Michæam, & ducite eum ad Amon principem ciuitatis, & ad Ioas filium Amalec, & dicetis: Hæc dicit rex: Mittite hunc in carcerem, & date ei panis modicum, & aquæ paucillam, donec reuertar in pace. Dixitque Michæas: Si reuersus fueris in pace, non est dominus loquutus in me. Et ait: Audite omnes populi. Igitur ascenderunt rex Israel, & Iosaphat rex Iuda, in Ramoth Galaad. Dixitque rex Israel ad Iosaphat: Mutabo habitum, & sic ad pugnam vadam, tu autem induere vestibus tuis. Mutatoque rex Israel habitu, venit ad bellum. Rex autem Syriæ præceperat ducibus equitatus sui, dicens: Ne pugnetis contra minimum, aut contra maximum, nisi contra solum regem Israel. Itaque cum vidissent principes equitatus Iosaphat, dixerunt: Rex Israel est iste. Et circumdederunt eum, dimicantes. At ille clamauit ad dominum, & auxiliatus est ei, atq; auertit eos ab illo. Cum enim vidissent duces equitatus, quod non esset rex Israel, reliquerunt eum. Accidit autem vt vnus è populo sagittam in incertum iaceret, & percuteret regem Israel inter ceruicem & scapulas. At ille aurigæ suo ait: Conuertere manum tuam, & educ me de acie, quia vulneratus sum. Et finita est pugna in die illo. Porro rex Israel sedebat in curru suo contra Syros, vsque ad vesperam, & mortuus est occidente sole.] Tota hæc historia exposita est libro 3. Regum, cap. 22.

¶ Expositio capituli decimononij: Reuersus est autem Iosaphat rex Iuda in domum suam pacificè in Hierusalem.

Articulus XIX.

Consequenter narratur, qualiter post præfatum bellum Iosaphat se habuit. Reuerfus est autem Iosaphat rex Iuda in domum suam pacificè in Hierusalem, quia Deo auxiliante euasit periculum. Cui occurrit Iehu filius Hanani Videns. Iud est, propheta. Tertio Reg. 16. fertur, quod Baasa rex Israel interfecit Iehu filium Hanani prophetam, cum increpatus fuisset ab illo, quod factum est adhuc regnante Afa, & inter Baasa & Achab fuerunt reges Israel, Ela & Zamri & Amri, Achab verò fuit filius Amri: quomodo ergo Iehu filius Anani occurrit, increpationemque; intulit Iosaphat regi, cum longè antea fuerit interfecus? Ad quod respondere videtur difficile, nisi forte fuerint duo eiusdem nominis atque officij, vel vnus fuerit resuscitatus à domino. & ait ad eum: Impio præbes auxiliium, Iud est, Achab idololatæ subuenisti, & his quod erunt dominum, amicitia iungeris: hoc est, familiaritatem amicabilem & affinitatè inisti cum Achab & Iezabel atque Athalia, pertinentibusque; ad eos. & idcirco iram quidem domini mereris, si à Deo puniri meruisti & occidi in bello, sed opera bona inuenta sunt in te, eo quod abstuleris lucos de terra Iuda, & præparaueris cor tuum, vt requireres dñm Deum patrū tuorum. Ii, propter ista & alia opera tua virtuosa quæ Deus cõspexit in te, misericorditer tibi peperit. Veruntū impios tenemus diligere, non in quantum tales, sed in quantum sunt homines felicitatis capaces, ad dei imaginem facti, sed eorum familiaritas seu amicitia socialis vitanda est, nec subueniendum eis in causa iniusta. Hanc autem increpationem Iosaphat rex non solum patiētissimè tulit, sed etiam ex ea prouocatus est ad meliora. Vnde subiugitur: Habitauit ergo Iosaphat in Hierusalem. Rursumque; egressus est ad populum de Bersabee vsque; ad montem Ephraim: Ii, de vno regni sui extremo vsque; ad aliud, visitando, instruendoque; populum suum. Dicitur autem ad illos exisse, vel per seipsum, quemadmodum 4. Reg. 22. legitur de Iosia, vel per suos ministros, mittendo videlicet sacerdotes & Leuitas ac principes ad populum exhortandum, vt supra est descriptum. & reuocauit eos ad dñm Deum patrum suorum, Ieos scilicet qui erant auersi, ad penitentiam admonendo, & stantes, ad profectum trahendo. Constituitque; iudices terre Ii, populi habitantis in terra, vel terrenarum ac minorum causarum, quia causæ maiores pertinebant ad iudices superiores, vt infra inducitur. Cui cunctis ciuitatibus Iuda munitis Ii, regni sui, intelligendo per Iudam etiam Beniamin. [per singula loca, Ii, in portis vrbium, sicut tunc moris erat, vt iudices inuenirentur in promptu in causis minoribus & humanis. Et præcipiens iudicibus: Videte, ait, quid faciatis. Ii, laus vestros, verba & sententias diligenter pensate, ne deueitis in aliquo. Non enim hominis exercetis iudicium, sed domini. Ii, in iudicando estis vicarij iudicis summi, sic & rex in regnando, & à Deo autoritas ac potestas iudiciaria deriuatur, ita quod Deo locum vicemque; suppletis. Ideo iudices, sicut & principes, dii in scripturis vocantur, iuxta illud Exo. 20. Dijs non detrahes. Et rursum: Dominus domus applicabitur ad deos. & quodcumque iudicaueritis, in vos redundabit, si si iuste iudicaueritis, habebitis premium gloriosum à Deo: si iniuste, supplicium. Sit timor domini vobiscum. Ii, filialis timor Dei iugiter cordibus vestris inhæreat. Timor nanque retrahit à peccato, idè valde necessarius iudicibus, principibusque; consistit, qui nisi timuerint Deum, tanto facilius poterunt se iniuste habere, alijs quoque; nocere, quanto maior eis inest libertas, ampliorque; potestas & maior peccandi occasio. & cum diligentia cuncta facite. Ii, prudenter, non præcipitanter, quia in iudicando multa sunt consideranda, & causa quæ ignoratur, est diligentissimè inuestiganda: & qui iudicat homines, debet pendere, quod ipse paulò post assistet tribunali altissimi, iudicandus ab illo. Non est enim apud dominum Deum nostrū iniquitas, iuxta illud Psal. 91. Quoniam rectus dominus Deus noster, & non est iniquitas in eo. Ipse etenim essentialiter sanctus est, omnisque; sanctitatis & æquitatis origo, causa & mensura seu regula, iuxta quod Sap. 12. scriptum est: Virtus tua domine, iustitiæ initium est. Nec personarum acceptio, quia vnicuique; secundum merita sua largitur, neque alicui obligatur. Ideo Iob 34. asseritur: Absit à Deo impietas, & ab omnipotente iniquitas. Opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias singulorum restituet. Nec cupido munerum: quia bonorum suorum non eget, & eius sunt omnia. Ideo iudices debent eum præcipue formidare, tanquam iustissimè iudicandi ab eo, qui à veritate & æquitate nequaquam flexibilis est. Propter quod ait scriptura: Præbete aures vos qui continetis multitudines, quoniam data est vobis potestas à domino, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes vestras scrutabitur. Citò & horrèdè apparebit vobis, quoniam iudicium durissimum in his qui præsumunt, fiet. Prætereà præceptum fuit à domino Deo. 17. vt in vrbe principali cultus diuini & sacrificiorum, constituerentur iudices principales, ad quos in grauioribus ac maioribus causis ac casibus haberetur recursus. Scriptum est quod dem Deo. 17. Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris, surge & ascende ad h. cum quem dominus elegerit, veniesque; ad sacerdotes, qui indicabunt tibi iudicij veritatem. Quoniam ergo Hierusalem fuit metropolis regni, in qua fuit templum, sanctus rex Iosaphat statuit ibi iudices tales, sicut iam subditur: In Hierusalem quoque constituit Iosaphat Leuitas & sacerdotes, & principes familiarum ex Israel. Iud est, aptiores ex familiaribus Leuitarum ac sacerdotum, ac maiores ele-

git ad tantum officium, vt iudicium verum & iustum, & causam domini, Iud est, id quod Deo complacitum est, & quæ causa sit rationabilis ac diuina, indicarent habitatoribus eius, præcipitque eis, dicens: Sic ageris in timore domini fideliter & corde perfecto. Omnem causam quæ venierit ad vos, fratrum vestrorum qui habitant in vrbibus suis, & inter cognationem & cognationem, vbicumque quæstio est de lege, Iud est, de aliquo pertinente ad legem diuinam, quantum ad testimonia seu credenda, de mandato Iud est, de aliquo casu pertinente ad præcepta moralia, de caeremonijs Iud est, de præceptis caeremonialibus, de iustificationibus Iud est, præceptis iudicialibus, per quæ inter homines conseruatur iustitia, ostendite eis veram solutionem, & quod placeat aut displiceat Deo, vt non peccent in dominum, & ne veniat, hoc est, vt non veniat, Ira Iud est, vltior Dei super vos propter omissionem impletionis vestri officij, & super fratres Iud est, subditos vestros qui pares sunt vobis in natura, & similes in religione. Hinc scriptus est per Malach. 2. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent de ore eius, quia angelus domini exercituum est. Sic ergo agentes, non peccabitis. Amarias autem sacerdotes summus, & pro id est, pontifex vester in his quæ ad Deum pertinent, præsidebit, in his scilicet quæ pontificale concernunt officium, vt quærat oraculum Dei, atque ab ipso responsa recipiat, & ingrediat in sancta sanctorum. In difficilissimis quoque discernat ac iudicet, maxime in credendis & in necessarijs ad salutem. Porro Zabadias filius Ismael, qui est dux in domo Iuda, Iud est, princeps secularis quæ iudex, super ea opera erit quæ ad regis officium pertinent: Iud est, in causis ciuilibus erit vicarius regis, & iudex puniens reos. Vel sensus est, quod ex parte autoritateque regis compescet & punit illos, qui præfatorum iudicum sententijs obtemperare noluerint. Rex enim fuit absolutè supremus in populo in veteri lege. Habetisque magistros Leuitas coram vobis. Confortamini & agite diligenter, & erit dominus vobiscum in bonis. Ecce ex isto capitulo commendatur nobis patientia, iustitia, sapientia, & zelus præferendus boni communis sancti Iosaphat regis, quem prelati & principes in his debent virtutibus imitari, & per seipfos ac suos vicarios, informare, hortari, corripere, reformareque subditos, præcipiamque diligentiam adhibere circa officios ac iudices, admonendo eosdem iuxta præhabita, vt in cunctis timorè, prudenter & iuste se habeant sine omni personarum acceptione & cupiditate. Quod si contingat principem aut prælatum, quantumlibet magnum, aliquando à viro bono charitatiuè & iuste increpari, non debet super hoc in dignari, sed patienter suscipere, seque ad meliora extendere. phil. 3.

¶ Elucidatio capituli XX. Post hæc congregati sunt filij Moab & filij Ammon. Articulus 20.

Mira & magna victoria Iosaphat regi collata, iam describitur. Post hæc congregati sunt filij Moab & filij Ammon, & cum eis de Ammonitis per istos de Ammonitis, intelliguntur hoc loco Idumæi, qui infra in isto capitulo vocantur mons Seir, & vocatur hic Ammonita. Vel, quia ex vna parte erant de plebe illa: vel, quia confederati & associati eis fuerunt, aut eorum vexillis signati. Porro Magister in hist. scribit, quod Arabes erant. Ad Iosaphat Iud est, contra eum. Nam adhuc longè erant ab eo, vt pugnarent contra eum. Veneruntque nuncij & indicauerunt Iosaphat regi, dicentes: Venit contra te multitudo magna de his locis, quæ trans mare mortuum sunt, & de Syria: sicque fuerunt tibi & Syri, & ecce consistunt in Hasafon Thamar, quæ est Engaddi. Iosaphat autem timore perterritus, primi etenim motus non possunt totaliter reprimi. Iosaphat tamen non diu mansit in illo timore quodammodo prædominante, sed spe & fortitudine mentis repressit eundem. nam subditur: totum se contulit. Iud est, toto corde se recolligit & præparauit ad rogandum dominum, vt auxiliaretur suis cultoribus, & prædicauit ieiunium in vniuerso Iuda. Iud est, toti populo per nuncios iussit, vt ieiunarent ad impetrandum Dei auxilium. Nam & oratio adiuta ieiunio, volat in cælum: similiter elemosynæ multum iuuat, Tob. 12. ita quod elemosyna atque ieiunium sunt duæ alæ orationis. Congregatusque est Iudas scilicet habitatores Hierusalem, aliarumque vrbium, ad deprecandum dominum in templo, cuius consecratio auxit orationis ibi factæ exaudibilitatem, quoniam & Salamoni Deus promiserat quod orantium ibi vota audiret. sed & omnes de vrbibus suis venerunt ad obsecrandum eum. Cumque stetit Iosaphat in medio cœtu Iudæ & Hierusalem, in domo domini ante atrium nouum, ait: Domine Deus patrum nostrorum, tu es Deus in cælo, & dominaris cunctis regnis gentium. De iure, non tamen profusus de factò. Non enim Deo obediunt omnia regna, & tamen omnipotentia eius subiecta sunt, & facit in omnibus, atque de omnibus quicquid ei placuerit, & ex seipso competit ei super omnia autoritas & potestas. In manu tua est fortitudo & potentia, nec quisquam tibi potest resistere. Nonne tu Deus noster interfecisti omnes habitatores terræ huius, coram populo tuo Israel, & dedisti eam semini Abraham amici tui, in sempiternum? Habitaueruntque in ea, & extruxerunt in illa sanctuarium nomini tuo, dicentes: Iud est, patres nostri, videlicet Salamon & populus eius ædificauerunt in terra ista promissionis templum tuæ maiestati, in quo Sa-

lamon in persona omnium & pro omnibus exorauit. [Si irruerint super nos mala, id est, aduersa, ut potest gladius iudicij, pestilentia & fames, id est, tuo iudicio venire permittus aut missus aut iudicium armatura, seu per quem exercetur iudicij exequutio. Vnde Iob 19. habetur: Fugite à facie gladij, quoniam vltor iniquitatum gladius est, & scitote esse iudicium. Hinc Ezech. 14. & Hi. ere. 29. dominus nominat gladium inter quatuor iudicia sua pessima, id est, pœnalissima, quæ sunt, gladius, fames, pestis, & bestia. [Stabimus coram domo hac] id est, in atrijs templi, quæ erant in facie templi seu domus Dei, [in conspectu tuo, in qua inuocatum est, in omni tempore, & clamabimus ad te in tribulationibus nostris, & exaudies nos, saluosque facies. Nunc ecce filij Ammon & Moab & mons Seir, id est, Idumæi habitantes in monte Seir, seu in terra Edom montosa, [per quos non concessisti filijs Israel vt transirent quando egrediebantur de Aegypto, sed declinauerunt ab eis, & non interfecerunt illos: Iqualiter intelligendum sit hoc, patet ex dictis Deuter. 8. & Iudic. 12. Si quidem filij Israel transierunt ex latere per Idumæam, & per aliquam partem regnorum Moab & Ammon, prout Deuter. 2. manifestè habetur, non tamen ad nocendum aut impugnandum, sed pertransierunt velociter, & declinauerunt ab eis pro posse, sicque dicuntur non transisse per illos, id est, per medium terræ ipsorum itinere consueto. [contransi] agunt, & nituntur eijcere nos de possessione, quam tradidisti nobis Deus noster. Ergo non iudicabis eos? id est, cum sis iustus omnium iudex, tantam illorum impietatem diducimus & punies. [In nobis quidem non est tanta fortitudo, vt possimus huic multitudini resistere, quæ irruit super nos.] Hoc mirum videtur, cum supra descripti sint principes & exercitus Iosaphat, ita quod quinque erant 2. Par. 17. principes illi, sub quorum primo erant viri robustissimi trecenta millia, sub secundo ducenta octoginta millia, sub tertio ducenta millia, sub quarto totidem, sub quinto centum octoginta millia militum expeditorum, qui omnes erant ad manum regis, exceptis alijs quos posuerat in vrbibus muratis, & in vniuerso Iuda. sed forte hac vice non fuerant congregati, aut propter aduersariorum repentinum aduentum nequibant se aptè colligere & parare, vel aduersarij erant mirabiliter multi & fortes. [sed cum ignoremus quid agere debeamus] via humana, [hoc solum habemus residui, vt oculos nostros] interiores dirigamus ad te id est, ad intuendum & inuocandum infinitam misericordiam tuam. Istud est in omni tentatione & angustia vnicuique, saluerrimumque consilium. [Omnis verò Iuda stabat coram domino cum paruulis & vxoribus & liberis suis: vt ex hoc dominus amplius ad misericordiam prouocaretur, quoniã mulieres & pueri ac puella sunt miserabiles personæ & pronæ ad fletum. Item que: vt ex tanta orantium multitudine oratio exaudibilior fieret, iuxta illud 2. Corint. 1. Vt ex multarum personis facierum, eius quæ in nobis est, donationis per multos gratiæ agantur pro nobis. Deinde narratur, qualiter pius dominus deuotissimum regem & populum eius afflictum, orationibus, ieiunijs, vigilijsque; lassatum, citò consolari dignatus est. [Erat autem Iahaziel filius Zachariæ, filij Banaia, filij Iehiel, filij Mathaniae] Leuitae, de filijs Aphas, super quem factus est spiritus domini: id est, in cuius cordo diffusa est à spiritu Dei reuelatio prophetalis, [in medio turbæ, & ait: Attendite omnis Iuda & qui habitatis in Hierusalem, & tu rex Iosaphat, Hæc dicit dominus vobis: Nolite timere, nec pauca hanc multitudinem. Non enim est vestra pugna, sed Dei. id est, Deus pugnavit pro vobis, quia & isti contra vos conuenerunt iniuste atque ad Dei iniuriam, cuius ecclesie cultores, & moti sunt contra vos propter ea quæ Deus in patribus vestris est operatus. [Cras descendetis contra eos. Ascensuri enim sunt per cliuuium] i. montosum ascensum, [in nomine] Zis, & inuenietis illos in summitate torrentis, quæ est contra solitudinē Ieruel. Non enim eritis vos qui dimicabitis, sed tñ modò confidenter state, & videbitis auxilium dñi super vos. O Iuda & Hierusalē, nolite timere, nec pauca- tis. Cras egrediemini cōtra eos, & dñs erit vobiscum. Iosaphat ergo & Iuda, & oēs habitatores Hierusalē ceciderunt proni in terram coram dño, [humilimè ei ac deuotissimè regratiates, & exze] lo iustitiæ cōtra aduersarios laborantes. [& adorauerūt eum. Porro Leuitæ de filijs Cahath, & de filijs Chore, laudabant dñm Deum Israel voce magna in excelsum, [psalmos canendo seu cantica sc̄ta. [Cumque; manè surrexissent] Iosaphat & sui, [egressi sunt per desertū Thecue, Profectisque eis, stans Iosaphat in medio eorum, dixit: Audite me viri Iuda, & oēs habitatores Hierusalē. Credite in dño Deo vestro, & securi eritis. Credite prophetis eius, & cuncta eueniet prospera.] ne vestra incredulitate ponatis obicē gratiæ vobis promissæ. [Deditque; consiliū populo, & statuit cantores dñi, vt laudaret eum in turmis suis, [i. ordinatè distinxit & disposuit eos, sicut erant à dauid diuisi, vt vnaquæque; eorum turma Deum laudaret, [& antecederet exercitum,] tanquam speciales milites cōtra aduersarios tutelam, & vulgi propugnatores, [spiritibus a mis tuentes eos qui sequebantur. fac voce consona diceret: Confitemini dño quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius. Cumque; cepissent laudes canere, [i. Deum laudare, [verit dñs insidias eorum] vt potè aduersariorum, [in semetipsos, filiorum scilicet Ammon & Moab, & montis Seir, qui egressi fuerant, vt pugnarēt contra Iudam, & percussi sunt,] ita quod sibi inuicem fecerunt quod po-

pulo Iudæorum facere decreuerunt. [Nam filij Ammon & Moab] tanquã mutuo propinquiore, [consurrexerunt aduersus habitatores montis Seir, vt interficerent & delerent eos. Cumque; hoc opere perpetrassent, etiam in semetipsos vers] videlicet Moabitæ in Ammonitas, [mutuis concidère vulneribus:] sicque; dñs miscuit in his spiritum vertiginis & furoris, inquietudinem contētionis & litis, sic quod contra se inuicem corruxari ac superbire ac insanire cœperūt, quod deo permittente per angelos malos creditur factum. [Porro Iuda cum venisset ad speluncam, quæ respicit solitudinem, vidit procul oēm latè regionem plenam cadaueribus, nec superesse quenquam, qui necem potuisset euadere. Venit ergo Iosaphat, & omnis populus cum eo, ad detrahenda spolia mortuorum. Inueneruntque; inter cadauera variam supellectile, vestes quoque; & vasa preciosissima, & diripuerunt, ita vt oia portare non possent, nec per tres dies spolia auferre, præ prædæ magnitudine. Die aut̄ quarto congregati sunt in valle benedictionis. Etenim (quã ibi benedixerūt dño) vocauerūt locum illum vallis benedictionis, vsque; in præsentem diem. Reuersusque; est omnis vir Iuda, & habitatores Hierusalē, & Iosaphat ante eos in Hierusalem cũ lætitia magna, eo quod dedisset eis dñs gaudium de inimicis suis. Ingressique; sunt in Hierusalem cum psalterijs, & citharis, & tubis in domum dñi. Irruit autem pavor dñi super vniuersa regna terrarū, [i. habitatores regnorum vndique; situatorum, perterriti sunt, & Deū Israel seruiliter quodam timore formidare cœperunt, [cum audissent quod pugnasset dñs contra inimicos Israel,] i. quod illos taliter proftrauisset, propter quod non audebant regem Iosaphat impugnare. [Qui euicque; regnum Iosaphat, & præbuit ei dñs pacem per circumitum. Regnavit igitur Iosaphat super Iudam, & erat trigintaquinque; annorum cum regnare cœpisset, Viginti aut̄ & quinque; annis regnavit in Hierusalem, & nomen matris eius Azuba filia Selachi. Et ambulauit in via patris sui Asa, nec declinauit ab ea, faciens quæ placita erant coram dño.] Per hoc iustitia Asa regis euidenter insinuat, eo quod hoc commemoretur pro præcipuo filij sui, s. Iosaphat regis, præconio, quod secutus est opera patris sui Asa. [Verunt excelsa non abstulit.] quod qualiter intelligendum sit, in expositione superiorum est expressum. [& adhuc populus non direxerat cor suum ad dñm Deum patrum suorum.] Iam habitum est supra in diuersis capitulis de grandi Iudæorum deuotione ad Deū sub Asa & Iosaphat, sub quibus percusserunt fœdus cum dño, & in toto corde suo domino iurauerunt, eumque; inuenerunt. Deinde per ieiunia & orationes, per laudes, sacrificia & gratiarum actiones exeruerunt corda sua ad dñm. Quomodo ergo nunc dicitur, quod populus adhuc non direxit cor suum ad dñm? Respondetur quod hoc dicitur ad insinuandum quandam eorum imperfectionem, ita quod non direxerunt cor suū ad Deum stabiliter & perfectè, quã multi ex eis adhuc contra legis præceptum obtulerunt sacrificia Deo alibi quàm in templo. Videntur tñ quadam dispensatione seu permissione in hoc ipso excusari à culpa mortali. Nam multi iusti reges permiserūt hoc fieri, quia à diebus Iudicij & Dauid ac Salomōis erant assuefacti in hoc. [Reliqua autem gestorum Iosaphat, priorum & nouissimorum, scripta sunt in libris Iebu filij Hanani, quæ digessit in libro Regum Israel. Post hæc inijt amicitias Iosaphat rex Iuda, cum Ochozia rege Israel] fratre vxoris filij sui, scilicet Ioram, [cuius opera fuerunt impijssima, & particeps fuit, vt faceret naues quæ irent in Tharsis. Feceruntque; classem in Asiongaber.] Sicque; quemadmodum Asa circa finem vitæ suæ in quibusdam excessit, ita & Iosaphat, minùs tamen quàm Asa. Puniuit quoque; dominus culpam hanc Iosaphat per hoc, quod naues eius quas misit pro auro seu alijs rebus preciosis in Tharsis & in Asiongaber, i. in mare & in locum illum iuxta mare rubrum, contrite sunt: & apparet, quod classes Ochozie ibant cũ classibus Iosaphat. [Prophetauit aut̄ Eliezer filius Dodan de Maresa, ad Iosaphat, dicens: Quia habuisti fœdus cum Ochozia, percussit dñs opera tua, contriteque; sunt naues, nec potuerunt ire in Tharsis.] Moraliter ex isto cap. instruantur Christiani, qualiter in omni tam corporali quã spiritali conflictu, eis vel à visibilibus aut ab inuisibilibus hostibus imminere, debeant se habere. Nempe principes pugna corporali existente, non debent immoderatè timere, sed se totos ad dñm exorandum conferre, in ipso confidere, subditos suos per se & spiritales viros hortari, vt vitam suam in cunctis emendent, orationibus & ieiunijs vacent. Specialiter verò à religiosis & clero debent orationum & Missarum postulare suffragia, & ordinare vt psalteria & litaniæ legantur, Missæ celebrentur quàm plurimè, processionesque; fiant. Quod si viderint aduersarios suos exiliter fortiores, cum omni humilitate fateantur, dicentes: In nobis ò domine non est tanta fortitudo, vt possimus multitudini super nos irruenti resistere: sed cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. ¶ Denique; in spiritali conflictu constitutis contra inuisibiles inimicos nobis, callidiores, fortiores ac plures, istud potissimè est dicendum, præsertim dum acriter impugnamur, tuncque; cum omni fiducia & seruo clameamus ad dominum, eius inuocantes auxilium incessanter. Postremò, omnia hæc sunt specialiter Christianis contra infides præliaturis, agenda.

¶ Expositio cap. 21. Dormiuit autem Iosaphat cum patribus suis. Art. 21.

Roman. 9. **A**gitur iam de filio Iosaphat qui patri suo successit in regno, sed non in regendo officio, quia pater suus fuit rex optimus, & iste tyrannus prauissimus, vas iræ, & homo miserrimus. [Dormiuit autem Iosaphat cum patribus suis,] cum sexaginta esset annorum, & sepultus est cum eis in ciuitate Dauid, regnauitq; Iorã filius eius pro eo. Qui habuit fratres, filios Iosaphat, Azariam, & Iahiel, & Zachariam, & Azariam, & Michael, & Saphatiam. Omnes hi filij Iosaphat regis Iuda, deditq; eis pater suos multa munera auri & argenti, & pensionationes. Id est, ponderationes rerum preciosarum, vel ut aliqui legunt, pensiones aut pensionationes, id est, annuos census seu redditus, [cum ciuitatibus munitissimis in Iuda:] dando unicuique eorum aliquas vrbes, in quibus præerant, tamen sub rege. Regnum autem tradidit Ioram, eo quod esset primogenitus. Surrexit autem Ioram super regnum patris sui. Cum q; se confirmasset Ioram, id est, consilio impiorum atque auxilio se firmasset, occidit omnes fratres suos, sicut Abimelech occidit omnes fratres suos, [gladio] ut bona eorum solus haberet, & ne populus ipsum propter suam peruersitatem abijceret, & aliquem fratrum suorum promoveret in regem. [Et quoddam de principibus Iuda] quos vidit suæ malignitati contrarios, & suo proposito aduersantes. [Triginta duorum annorum erat Ioram cum regnare cœpisset, & octo annis regnauit in Hierusalem. Ambulauitq; in vijs] id est, vitijs & idololatrijs, [Regum Israel, sicut egerat domus Achab. Filia quippe Achab erat vxor eius. Et fecit malum in conspectu domini. Noluit autem dominus disperdere domum Dauid, propter pactum quod inierat cum eo, & quia promiserat ut daret ei lucernam, & filijs eius in omni tempore. In diebus illis rebellauit Edom, ne esset subditus Iudæ, & constituit sibi regem. Cumq; transfret Ioram cum principibus suis, & cuncto equitatu qui erat secum, surrexit nocte, & percussit Edom, qui se circumdederat, & omnes duces equitatus eius. Attamen rebellauit Edom, ne esset sub ditione Iuda, vsque ad hanc diem. Eo tempore & Lobna recessit, ne esset fub manu illius. Dereliquerat enim dominum Deum patrum suorum, in super & excelsa fabricatus est in vrbibus Iuda, & fornicari fecit habitatores Hierusalem, & præuaricari Iudam.] hoc est, idololatriam exercere. [Allatæ autem sunt ei literæ ab Helia propheta,] quod dupliciter potest intelligi. Primò, quod Helias propheta personaliter attulit literas istas ad Ioram. Secundò, quod aliquis ex parte Helie detulit eas. [In quibus scriptum erat: Hæc dicit dominus Deus Dauid patris tui: Quoniam non ambulasti in vijs Iosaphat patris tui, & in vijs Asa regis Iuda, sed in cessisti per iter regum Israel, & fornicari fecisti Iudam & habitatores Hierusalem, imitatus fornicationem domus Achab: insuper & fratres tuos domum patris tui, meliores te, occidisti: ecce dominus percussit te plaga magna cum populo tuo, & filijs & vxoribus tuis,] qui tibi communicauerunt in vitijs, [vniuersaque substantia tua] ¶ Circa hæc oritur quæstio, quomodo Helias propheta potuit literas istas portare aut destinare ad Ioram, cum Helias translatus iam fuerit, Iosaphat adhuc regnante, præsertim cum quarto Regum libro recitetur, quem admodum ipso Iosaphat regente ad prælium cum Ioram filio Achab, deficienteque aqua, sciscitatus sit Iosaphat: Est ne hic propheta domini, ut deprecemur dominum per eum? Responditque vnus, Est hic Heliseus, qui fundebat aquam super manum Helie. Ad istud aliqui responderunt, quod iste Helias propheta, fuit alter à magno illo Helia. Nam & magister in historijs scribit: Tulit ad Ioram Helias quidam propheta epistolam correctoriam. Alij dicunt, quod Helias præscijs futurorum, scripsit epistolam istam ante suam translationem, & post eam apportatæ sunt ad Ioram. Hinc refert I. ysa: Dicunt Hebræi, quod ista epistola fuerunt ad Ioram allatæ post translationem Helie. [Tu autem agrotabis pessimo languore vteri, donec egrediantur vitalia tua paulatim per singulos dies. Suscitauit ergo dominus contra Ioram spiritum Philistinorum & Arabum, qui confines sunt Aethiopicis, & ascenderunt in terram Iuda, & vastauerunt eam. Diripueruntq; cunctam substantiam, quæ inuenta est in domo regis: insuper & filios eius & vxores.] Textus iste planissimus est. [Nec remansit ei filius nisi Ioachaz, qui minimus natus erat] qui alio nomine appellatur Ochozias, & Ahazias, & Azarias. sicq; per quæ impius ille Ioram peccauit, per hæc punitus est: quia sicut fratres suos occidit, sic filij sui occisi sunt. [Et super hæc oia percussit eum dñs alui languore.] i. dolore [in sanabili,] scilicet agitudine chronica, id est, temporalis & diuturna, vt patet consequenter in litera: [Cumq; diei succederet dies, & temporum spatia voluerentur, duorum annorum expletus est circulus. Et sic longa consumptus tabe, ita vt egeret etiam viscera sua, languore pariter & vita caruit. Mortuusq; est in infirmitate pessima,] hoc est, pœnalissima, in qua nec pœnituit. [Et non fecit ei populus secundum morem combustionis exequias,] id est, regio honore non sepelierunt, comburendo super corpus eius aromata, vt fuerat consuetudo, sicut fecerat maioribus eius. Triginta duorum annorum fuit, cum regnare cœpisset, & octo annis regnauit in Hierusalem. Ambulauitque non rectè. Et sepelierunt eum in ciuitate Dauid. Veruntamen non in sepulchro regum. [Vnde & Iosephus: Separatum, inquit, tumulù tradiderunt ei sine regalibus exequijs, & hoc in detestationem facinorum eius.

CE.

Cetera huius cap. verba hic non expofita, aut penitus plana sunt, aut 4. Reg. libro sunt elucidata. Ecce ex isto docemur cap. q̄ secreta & metuenda sint Dei iudicia, & q̄ nemo potest de parentum suorum electione aut sanctitate præsumere, qm̄ optimus ille rex Iosaphat, tam sceleratissimum ac reprobissimū habuit filiū. ¶ Insup̄r cōstat ex dictis, qualiter diuina iustitia quædā scelera ob nimiam eorum enormitatem punire incipiat in præfenti, & postea puniat ea in sempiternum. Iterum innotescit ex his, qualiter sanctus & iustus Deus omnipotens interdū prius reproborum in præfenti optato sine, atq; cupito malignitatis eorum effectu. Siquidē crudelissimus & peccatus inhumanus iste Ioram, regno nō cōtento, proprios fratres peremit, vt ciuitates & opes eis collatas acquireret: & ecce priuatus est subito proprio regno, oīq; prosperitate & sanitate ac vita.

¶ Expofitio cap. 22. Constituerunt aut habitatores Hierusalem Ochoziam filium eius minimum, regem pro eo. Art. 22.

Sequitur historia de Ochozia filio Ioram regis Iuda, estq; litera huius cap. lib. 4. Reg. penè tota expofita. [Constituerunt aut habitatores Hierusalem Ochoziam filium eius] i. ipse Iorã minimum] i. iuniorē regem pro eo. [Ceteri em̄, vt dictum est, erāt occisi.] [Omnes em̄ maiores natu, qui ante eum fuerant, interfecerunt latrones Arabū, qui irruerāt in castra. Regnauitq; Ochozias filius Ioram regis Iuda. Quadraginta duorum annorū erat Ochozias cum regnare cœpisset, & vno anno regnauit in Hierusalem:] qm̄ primo anno regni sui fuit à Iehu occisus, sed ortur dubium, qualiter Ochozias poterat esse quadraginta duorū annorum, dū cœpit regnare, cum 4. Reg. lib. ac præcedēti dicatur cap. q̄ Ioram pater eius triginta duorum erat annorū, dum cœpit regnare, & octo annis regnauit, sicq; quadragenarius obiit. Rurſus 4. Reg. libro asseritur, q̄ Ochozias regnare exorſus est, dum erat annorum vigintiduorum. Ad hoc expofitores rñdēt, q̄ teste Hieronymo, Ioram regnauit annis vigintiocto, sed octo anni cōputantur in numero, quia tot annis præfuit benè: ceteri omittuntur, quia in eis idololatriæ deseruiuit, iuxta quæ sensum dicitur Saul duobus annis regnasse. Itaq; viginti anni quibus Ioram regnauit iniquè, qui 4. Reg. tā ceatur, hoc loco necluntur annis vitæ filij eius. [Et nomen matris eius Athalia, filia Amri. Sed & ipse ingressus est per vias domus Achab. Mater em̄ eius impulſit eū, vt impie ageret.] hoc est, Athalia filium suum Ochoziam vehementer instigauit & traxit ad idololatriam. [Fecit ergo malū in conspectu dñi, sicut domus Achab.] Ipsi enim] qui erāt de genere & familia Achab, [fuerunt ei] I. Ochozias] consiliarij post mortem patris sui in interitum eius, ambulauitq; in consilijs eorum. [Ex eorum ergo iniquo cōsilio tam dire excessit, q̄ meruit corporaliter occidi, & æternaliter damnari, & ita ex illorum consilio incurrit triplicem mortem, videlicet mortē culpæ mortalitatis, & corporalis occisionis, atq; miserie infernalis.] & perrexit cū Iorã filio Achab, rege Israel, in bellum contra Hafacl regem Syria, in Ramoth Galaad, vulneraueruntq; Syri Ioram. Qui reuerſus est, vt curaretur in Iezrael. Multas enim plagas acceperat in supradictō certamine. Igitur Ochozias filius Ioram, rex Iuda, descendit, vt inuiseret Ioram] fratrem matris suæ, filium Achab in Iezrael agrotantem. Voluntatis quippe Dei fuit aduersus Ozochiam, hoc est, in eius iustū interitum, [vt veniret ad Ioram,] vt scilicet simul cum ipso Ioram occideretur à Iehu, [et cum venisset, & egrediretur cum eo,] putā cum Ioram [aduersum Iehu filium Namſi,] hoc est, in ipſius occurſum, non tamen intentione pugnandi cōtra eum, [quem] Iehu [vixit dominus] id est, per vnum ex discipulis Helisei, fecit vngi in regem, [vt deleteret domum] id est, posteritatem [Achab] de cuius femine fuit & Ochozias, [ideo dominus voluit eum occidi à Iehu.] [Cum ergo euerteret Iehu domum Achab,] interfecit dominus eius progeniem, [inuenit principes Iuda,] qui erant ministri Ochozias, [et filios fratrum Ochozias.] Nam fratres Ochozias, quantum fuerunt occisi, filij tamen eorum manserunt superstitēs, [qui ministrabāt ei,] scilicet patri regi Ochozias, [et interfecit illos,] prout quarto Regum libro legitur. [Ipſum quoq; perquirens Ochoziam, comprehendit latitante in Samaria, adductumq; ad se, occidit.] Iſtud videtur contrariari historiæ 4. Reg. lib. capit. 10. in quo legitur: Ochozias autem rex Iuda, videns hoc, fugit per viam domus horti, persequutusq; est eum Iehu, & ait: Etiam hunc percute in curru tuo, & percussit eum in ascensu Gaber. Ad hoc respondetur, quod Ochozias conspiciens, qualiter Ioram occidebatur à Iehu, fugit in vrbem Iezrael, interim quod Iehu cum suis fuit occupatus circa Iorã, & corporis sui proiectionem in agrum Naboth. Audiens autem, quod Iehu veniret ad Iezrael, fugit inde in vrbem Samariæ fortem, & ibi Iehu per suos satellites reperit eum, quem iussit sibi adduci, adductumq; ad se, occidit. Tamen vt quarto Regum, cap. 9. habetur, non statim occidit eum totaliter, sed in ascensu Gaber vulnerauit letaliter, & inde Ochozias fugit in mageddo, obiitque ibidem. [Et sepelierunt eum] non ipse Iehu & serui sui, sed ministri Ochozias tulerunt corpus eius in Hierusalem, & sepelierunt in ciuitate Dauid. [eo quod esset filius Iosaphat, qui quæsierat dominum in corde suo.] Quæ autē hic sequuntur, expofita sunt libro quarto Regum. [Nec erat vltra spes aliqua, vt de stirpe quis regnaret Ochozia. Siquidem Athalia mater eius videns

4. Reg. 10.

4. Reg. 8.

2. Para. 21.

4. Reg. 9.

4. Reg. 8.

2. Para. 21.

4. Reg. 8.

Hieron.

4. Reg. 8.

4. Reg. 11.

4. Reg. 10.

4. Reg. 9.

ibid.

ibid.

4. Reg. 11.

videns

4. Reg. 2.

4. Reg. 3.

Pat. co. hi. fi.

lib. 4.

Ec. ca. 13.

4. Reg. 11.

Sap. 11.

Iose. li. 9.

an. iu. ca. 5.

dens, quod mortuus esset filius suus, surrexit & interfecit omnem stirpem regiam domus Ioram. Porro Iosabeth filia regis, tulit Ios filium Ochozia, & furata est eum de medio filiorum regis cum interficerentur, absconditq; eum cum nutrice sua in cubiculo leculorum. Iosabeth aut quæ absconderat eum, erat filia regis Ioram, vxor Ioiadæ pontificis, soror Ochozia: & idcirco Athalia non interfecit eum. Fuit ergo cum eis in domo Dei absconditus sex annis, quibus regnauit Athalia super terram.

¶ Expositio cap. 23. Anno aut septimo confortatus Ioiada, assumpsit centuriones. Art. 23. Consequenter in presenti capitulo recitatur, qualiter Ios filius Ochozia institutus sit rex, & Athalia interfecit, cultusq; Dei reparatus in templo. Anno autem septimo confortatus Ioiada, assumpsit centuriones, Azariam videlicet filium Hieroboam, & Ismael filium Iohanam, Azariam quoque filium Obed, & Maasiam filium Adaiæ, & Elisaphat filium Zechri, & iniijt cum eis foedus. Qui circumeuntes Iudam, congregauerunt Leuitas de cunctis vrbibus Iuda, & principes familiarum Israel, veneruntq; in Hierusalem. Inijt ergo omnis multitudo pactum in domo domini cum rege. Dixitq; ad eos Ioiada: Ecce filius regis regnabit, sicut locutus est dominus super filios Dauid. Iste est ergo sermo quem facietis: Tertia pars vestrum, qui veniunt ad sabbatum, sacerdotum & Leuitarum & ianitorum, erit in portis: tertia verò pars ad domum regis, & tertia ad portam quæ appellatur fundamenti. Omne verò reliquum vulgus sit in atrijs domus domini, nec quispiam alius ingrediatur domum domini, nisi sacerdotes & qui ministrant de Leuitis. Ipsi tantummodò ingrediantur, quia sanctificati sunt: & omne reliquum vulgus obseruet custodias domini. Leuitæ autem circudent regem, habentes singuli arma sua: & si quis alius ingressus fuerit templum, interficiatur: sintq; cum rege & intrante & egrediente. Fecerunt ergo Leuitæ & vniuersus Iuda, iuxta omnia quæ præceperat Ioiada pontifex. Et assumpsit singuli viros, qui sub se erant, & veniebant per ordinem sabbati, cum his qui iam impleuerant sabbatum, & egressuri erant. Siquidem Ioiada pontifex non dimiserat abire turmas, quæ sibi per singulas hebdomadas succedere consueuerant. Deditq; Ioiada sacerdos centurionibus lanceas, clypeosq; & peltas regis Dauid, quas consecrauerat in domo dñi. Constituitq; omnem populum tenentiu pugiones, à parte templi dextera, vsq; ad partem templi sinistram, coram altari & templo, per circuitum regis, & eduxerunt filium regis, & imposuerunt ei diademata & testimonium, dederuntq; in manu eius tenendam legem, & constituerunt eum regem, vnxit quoq; illum Ioiada pontifex & filij eius, imprecati q; sunt ei atq; dixerunt, Viuat rex. Quod cum audisset Athalia, vocem scilicet currentium, atq; laudantium regem, ingressa est ad populum in templum dñi. Cumq; vidisset regem, stantem super gradum in introitu, & principes turmasq; circa eum, omnemq; populum terræ gaudentem atq; clangentem tubis, & diuersi generis organis concinentem, vocemq; laudantium, seidit vestimenta sua, & ait: Insidia insidia. Egressus aut Ioiada pontifex ad ceturiones & principes exercitus, dixit eis: Educite illam extra septa tēpli, & interficiatur foris gladio. Præcepitq; sacerdos, ne occideretur in domo dñi. Et imposuerunt ceruicibus eius manus. Cumq; intrasset portam equorum domus regis, interfecerunt eam ibi. Pepigit aut Ioiada foedus inter se, vniuersumq; populum & regem, vt esset populus domini. Itaq; ingressus est omnis populus domus Baal, & destruxerunt eam: & altaria ac simulacra illius confregerunt. Mathan quoq; sacerdos Baal interfecerunt ante aras. ¶ Totus huius historię sensus, scriptus est atq; expositus 4. Reg. lib. Nam & verba pauca quæ hic adduntur, ibi inserta fuerunt atq; explanata. Hic tamen inter cætera adiungitur: Constituit aut Ioiada præpositos in domo domini, vt sub manibus sacerdotum & Leuitarum, quos distribuit Dauid in domo domini, offerrent holocausta dño, sicut scriptum est in lege Moysi, in gaudio & canticis iuxta dispositionem Dauid. ¶ Præpositus de mus Dei, solet pontifex accipi: sed ita non sumitur hoc loco illi præpositi, sed potius possunt intelligi 24. precipui sacerdotes post pontificem, quos Dauid instituit, & successiuè ministrabant ac sacrificabant in tēplo cum sacerdotibus & Leuitis, cætoribus & ianitoribus sibi subiectis, prout supra 1. lib. expositum est, & quando sacrificabant, Leuitæ & cantores psalmos canebant cum gaudio spiritali, sicut hic tangitur: Offerebant autem præpositi illi sub manibus, i. simul per ministeria sacerdotum ac Leuitarum. ¶ Constituit quoq; ianitores in portis domus dñi, vt non ingrederetur eam immundus in omni re. Assumpsitq; ceturiones & fortissimos viros, ac principes populi, & omne vulgus terræ, & fecerunt descendere regem de domo domini, & introire per medium portæ superioris, in domum regis, & collocaerunt eum in folio regali. Latusq; est omnis populus terræ, & vrbis quieuit. Porro Athalia interfecit gladio. ¶

¶ Expositio cap. 24. Septem annorum erat Ios cum regnare cepisset &c. Art. 24. Scriptura hoc loco enarrat, qualiter Ios in principio regni sui, & deiceps per longum tēpus bene se habuit in suo regimine circa Deū & populum, & qualiter tandem incidit vitia magna, atq; propterea pœnas aduersitatesq; maximas. ¶ Porro prima pars huius capituli, exposita est quasi

quasi tota lib. 4. Reg. ¶ Septem annorum erat Ios cum regnare cepisset. ¶ Nec erat ætas illa sufficiens ad regnandum, cum scriptum sit: Vx terræ cuius rex puer est: sed necessitate urgente, sapientissimus pontifex Ioiada vnxit puerum illum in regem, vt finis imponeretur pessimo regimini detestandæ Athaliæ, & quoniam Ioiada erat sufficientissimus defectus pueri illius supplere, & eum in cunctis dirigere. ¶ & quadraginta annis regnauit in Hierusalem. Nomen matris eius Sebea, de Berabee. Fecitq; quod bonum est coram domino, cunctis diebus Ioiadæ sacerdotis. Accepit autem ei Ioiada vxores duas, è quibus genuit filios & filias. ¶ Accepit ergo ei tunc Ioiada pater eius vxores duas, quod vtiq; tunc licitum erat, imò multi præcedentium regum habuerunt valde plures, quod quoniam multis fuit ruinæ occasio, voluit pontifex virtuosus, vt Ios contentus esset duabus vxoribus. ¶ Post quæ placuit regi Ios, vt instauraret domum domini. ¶ Id est, ruinas & fracturas templi repararet. ¶ Congregauitq; sacerdotes & Leuitas, & dixit eis: Egredimini ad ciuitates Iuda, & colligite de vniuerso Israel pecuniam, Ji. de quolibet capite seu patrefamilias, vel de quolibet viro apto ad bellum, qui s. sit ad minus viginti annorum, accipite mediū siclum, prout fieri debuit, quādo populus numerabatur, vt in libro Exodi legitur. ¶ Ad sartatecta templi Dei vestri preparanda, hoc est, ad reformandum ea quæ in tēplo templi, aut alijs eius partibus erant corrupta aut lapsa. Quod autem subiungitur, ¶ per singulos annos, Iad vtrūq; potest referri, vt scilicet vel talis collectio pecuniarum, vel talis instauratio ruinarum, fieret omni tempore opportuno. ¶ festinatoq; hoc facite. Porro Leuitæ egerunt negligentius, Ji. hi quibus commissa fuit illa collectio, pigre executi sunt regis præceptum. ¶ Vocauitq; rex Iuda Ioiadam principem sacerdotum, & dixit ei: Quare non fuit tibi cura, vt cogeres Ji. corripiendo & corrigendo diligenter induceres, ¶ Leuitas in ferre de Iuda & de Hierusalem pecuniam, quæ constituta est à Mose seruo domini: Ji. de habitatoribus Hierusalem cæterarumq; vrbium regni mei leuare præfatam medium siclum à quolibet viro, prout in Exodo iussum est, ¶ vt in ferret eam omnis multitudo Israel in tabernaculum testimonij Ji. vnusquisq; de populo, comportare partem suam ad templum in atrium eius. ¶ Deniq; quæ sequuntur, possunt esse vel verba regis Ios, assignantis causam suæ increpationis, vel verba authoris huius voluminis, insinuantis cur necesse fuit pecuniam colligi. ¶ Athalia enim impiissima in Deum, cuius cultum destruxit, & in proximum. Nam regnan diu libidine filios filij sui puerulos trucidauit, & ita secuta est Iezabel matrem suam, ¶ & filij eius. ¶ Naturales filij Athaliæ, fratres Ochoziæ, oēs fuerunt occisi à latronculis Arabū, iuxta præhabita supra. Idcirco per filios Athaliæ, intelligitur vel eius cognati ex parte Achab & Iezabel, vel hi quos ad idololatriam traxit, vt aliqui dicunt, Sacerdotes Baal quos nutriuit vt filios. ¶ destruxerunt domum Dei, Ji. tēplum illud non conseruando, nec eius ruinas reintegrando. ¶ & de vniuersis quæ sanctificata fuerant in domo Ji. tēplo dñi, Ji. de vasis sacris & ornamentis, & pecunijs in templo oblati, ¶ ornauerunt phanum Baalim: Ji. templum Baal. ¶ Præcepit ergo rex, & fecerunt arcam Ji. repositorium oblationum, ¶ posueruntq; eam iuxta portam domini forissecus. ¶ i. in atrio iuxta ianuam eius, iuxta altare holocausti. Hoc est quod quarto Regum libro fertur: Tulit Ioiada pontifex gazophylacium vnum, aperuitq; foramen vnum desuper, & posuit illud iuxta altare, ad dexteram ingredientium domum domini. ¶ Et prædicatum est in Iuda & in Hierusalem, Ji. per sacerdotes seu Leuitas denunciatum per totum regnū, ¶ vt deserrent singuli ¶ viri ¶ precium domino, quod constituit Moses seruus Dei super omnem Israel in deserto. ¶ medium sicli, quod vocabatur precium pro redemptione animæ: quoniam non misit dominus plagam in populum, quando in sua numeratione soluit vnusquisq; vir hoc argentum iuxta legis præceptum, sicq; facta est copiosissima pecuniarum oblatio ad vsum templi præfatum. ¶ Lætatiq; sunt cuncti principes & omnis populus, & ingressi, contulerunt in arcam domini, atq; miserunt ita vt impleatur. Cumq; tempus esset vt deserrent arcam coram rege per manus Leuitarum, (videbant enim multam pecuniam) ingrediebant scriba regis, & quem primus sacerdos cōstituerat, effundebatq; pecuniam, quæ erat in arca. Porro arcam reportabant ad locum suum. Sicq; faciebant per singulos dies. Et congregata est infinita pecunia, quam dederunt rex & Ioiada his qui præerant operibus domus dñi. At illi conducebant ex ea cæfores lapidum, & artifices operum singulorum, vt instaurarent domū dñi, fabros quoq; ferri & æris, vt quod cadere ceperat, fulciretur. Egeruntq; hi, qui operabantur Ji. artifices industriè, Ji. prudenter, ¶ & obducebatur parietum cicatrix per manus eorum, ¶ hoc est, parietum seu murorum templi læsio reformabatur. ¶ Ac sufficitur domum domini ad statum pristinum, ¶ bene reparando eandem, ¶ & firmiter eam stare fecerunt. Cumq; complerent omnia opera ¶ quæ in templi reparatione necessaria erant, ¶ detulerunt coram rege & Ioiada reliquam partem pecuniæ ¶ quæ fuit residua. ¶ De qua facta sunt vasa templi, in ministerium ad holocausta, phialæ quoque & cætera vasa aurea & argentea, ¶ hoc est, materiæ holocaustorum emptæ, vel altare holocausti reparatum. Nec istud obuiat his quæ quarto Regum libro scripta sunt: Veruntamen non siebat ex eadem pecunia hydræ templi domini & sustinuitur,

587
4. Reg. 12.
Ecc. 10.
4. Reg. 12.
Ibid.
Exo. 30.
Exod. 30.
4. Reg. 11. 12.
3. Reg. 16.
19. 21.
2. Para. 22.
2. Reg. 12.
Exod. 30.
4. Reg. 12.
12.

lz, quia hoc, sicut ibidem innuitur, intelligendū est, q̄ pecunia illa non fuit oblata ad talē vsum, nec durante templi reparatione, siebant illa ex ipsa pecunia. [Et offerebant holocausta in domo dñi iugiter cunctis diebus Ioiadę. Senuit autem Ioiada] seneſtute fanſta, [plenus dierum,]i. fructibus & meritis operum virtuoſorū, quę multis diebus exercuit, [& mortuus est cūm eſſet centum & triginta annorum.] Circa hoc in Scholaſtica fertur hiſtoria: Ioiada ſacerdos ſolus legitur poſt Moſen centum triginta annis vixiſſe. Sed aduertendum, q̄ Moſes legitur vixiſſe annis centum viginti, non centum triginta. Multi quoq; poſt Moſen vixerunt plus quām annis centum triginta. [Sepelieruntq; eum in ciuitate Dauid cum regibus, eo q̄ feciſſet bonum cum Iſrael] & cum Dauid, [& cum domo eius,] i. propter excellentias ſuarū virtutum & beneficiarum, quas impendit toti regno, & ſpecialiter poſteris Dauid, ad quos regnum Dauid reduxit. [Poſtq̄ autē obijt Ioiada, ingreſſi ſunt principes Iuda, & adorauerunt regem.] Principes iſti fuerunt iniqui, & diabolica tentatione faſcilitate victi, ita quōd idololatrę fieri cupiebant, quod ſine regis conſenſu facere non audentes, exhibuerunt ei honorem diuinum, atq; vt fertur, blandiebantur ei, dicentes ac perſuadentes, q̄ dignus eſſet tali honore, eo q̄ in infantia ſua fuiſſet conſeruatus & enutritus in templo ſex annis, quod non contigiſſet, niſi diuinū quid fuiſſet in eo, qm̄ alijs quām ſacerdotibus non licuiſſet ſine periculo ingredi in ipſum Dei templum vltra atrium ſine periculo per momentum. [Qui delinitus eorum obſequijs,] i. vitioſe emollitus ad virtutum conſtantia & ſoliditate iuſtitię, ſacrilegium illorum honore ſibi exhibitio, [acquieuit eis] ad idololatriam exercendam, & ita videtur fuiſſe occulte ſuperbus, ſeu ad ſtabili fundamentum virtutum & gratię alienus, quia tam citō & faſcile eſt deceptus, tamq; enormiter lapſus. [Et dereliquerunt templum dñi Dei patrum ſuorū, ſeruieruntq; lucis & ſculptilibus. Et facta eſt ira dñi contra Iudam & Hieruſalem, propter hoc peccatum. Mittebatq; eis prophetas, vt reuerterentur ad dñm, quos proſtantes illi audire nolebant. Spiritus itaq; Dei induit Zachariam, filium Ioiadę ſacerdotem] ſumum, i. ſpiritus ſanctus aſſumpſit ſibi perſonam hanc elegantē, ad vtendum eo tanq̄ inſtrumento, & ad loquendum per eum, [& ſtetit in conſpectu populi,] i. in templo coram rege & principibus ac frequentia populi, [& dixit eis: Hęc dicit dñs Deus: Quare transgredimini præceptū dñi, idololatriam prohibentis, quod vobis non proderit, & dereliquiſtis dñm vt derelinqueret vos? Qui congregati aduerſus eum, miſerunt lapides] i. Zachariam lapidauerunt, [iuxta] regis imperium in atrijs domus dñi, [videlicet inter templum & altare holocauſtorum.] Et non eſt recordatus Ioaſ rex miſericordię, quā fecerat Ioiada pater illius] vtpotē Zacharię, [ſecum,] prout præcedenti capitulo eſt deſcriptum, [ſed interfecit filium eius crudeliſſima & iniuſtiſſima morte.] Qui cūm moreretur, ait: Videat dominus, & requirat.] i. tantam iniuſtitiam veſtram in me, oſtendat ſe cognoſcere per debitam vltionem, quod zelo iuſtitię, non liuore viciſſitę, ſanctus martyr ille locutus eſt, præſertim quoniam tantam Dei iniuriam in idololatria illa, non potuit æquanimiter ſuſtinere. Iſte eſt Zacharias, ſecundum Hieronymum, de quo in Euangelio loquitur Chriſtus: Ex illo tēpore, vt Epiphanius ait, non accepit populus Iudęorum reſponſum diuinū manifeſtę, nec ex Dabir, neq; ex Ephod, vt antē. Porro Dabir, ſecundum Joſephum, fuit gemma quadra, duorum digitorum magnitudinem habens, in medio rationali inter alias gemmas litę cuius radius, mutatioq; coloris, ſignificabat diuinę ſpiciationis & ſubuentionis ſeu exauditionis. Conſequenter narratur, quā citō & copioſe oratio ſeu potius prophetia Zacharię contra Ioaſ ac populum ſit impleta. [Cumq; euolutus eſſet annus, aſcendit cōtra eum exercitus Syrię:] & tractauerunt eum ac principes eius & populū, ſicut in textu, qui planus eſt, recitatur. [Euenitq; in Iudam & Hieruſalem, & interfecit cunctos principes populi, atq; vniuerſam prædam miſerū regi in Damascum. Et certē cūm permodicus veniſſet numerus Syrorū, tradidit dominus in manibus eorum inſinitam multitudinem, eo q̄ dereliquiſſent dominum Deum patrum ſuorum. In Ioaſ quoq; ignominioſa exercere iudicia. Et abeūtes, dimiſerūt eum in languoribus magnis] i. eum irruenter turpiterq; tractauerunt ac grauiter aſſixerunt, quatenus qui ſibi diuinus permiſit exhiberi honores, tam viliffimē ac beſtialiter tractaretur. [Surrexerunt autem contra eum ſerui ſui in vltionem ſanguinis Zacharię filij Ioiadę ſacerdotis, & occiderūt eum in leſulo ſuo, & mortuus eſt. Sepelieruntq; eum in ciuitate Dauid, ſed non in ſepulchris regum. Inſidiati verō ſunt ei Zachar filius Samaath Ammonitidis, & Ioaſ ad filius Semarib Moabitidis. Porro filij eius, ac ſumma pecunię, quę adunata fuerat ſub eo] in præſata oblatione, [& inſtauratio domus Dei, ſcripta ſunt diligentibus in libris Regum.] In libro Regum quem habemus, non ſit mentio, niſi de vno filio Ioaſ, ſcilicet Amafia, nec ſumma illa ibi taxatur. Idcirco per librum Regum hic allegatum, intelligēdus putatur aliquis liber, in quo facta huius Ioaſ & aliorum quorundam Regum Iuda ab aliquo propheta fuerunt conſcripta, qui liber non inuenitur. Siquidē liber Regum quem habemus, ex multis huiusmodi libris eſt compilatus, vt magiſter in hiſtorijs tangit, qui etiam addit, q̄ omnes filij Zacharię cum eo lapidati fuerunt, præter vnum qui & poſt vocatus

Pet. Co. hiſt. lib. 4. Reg. cap. 17. Deut. 34.

4. Reg. 11.

a. Para. 13.

Hieron. lib. 4. ſuper Mat. thæu. ca. 23.

4. Re. 14.

tus eſt Zacharias. ¶ Moraliter exiſto capitulo informamur, quā neceſſariū ſit perfeuerare vſq; in finem, ſeq; in vera & ſtabili humilitate fundare, & eſſe iugiter timoratum. Siquidem Ioaſ iſte qui multis annis tam iuſte vixit, & tanti erat ſeruoris, q̄ tam pontificem virtuoſum, quā ſacerdotes ac Leuitas de eorum negligētia increpauit, ac circa templi inſtaurationem fuit tam ſtudioſus, cui poſt ad tam enormiſſima lapſus eſt ſcelera, nec acquieuit prophetis, & iuſtum pontificem, paulo demt gratas exiſtere tenebatur, crudeliſſima morte peremit, eo q̄ iuſte & piē corripiretur ab illo. Videamus ergo & nos, ne ex aliorum adulatione ſectamur ad viā iuſtitię, & trahamur ad vitia. Nec aliquid niſi Deo, & alijs in Deo placere optemus. Caveamus etiam, ne paternam aut fratram correptionem impatienter aut arroganter feramus, & ne corripientem ledere aſſectemur, nec aliquis tam vanus & exccatus conſiſtat, q̄ ſupra merita ſua cupiat honorari, vel immoderate ſe ſinat laudari aut venerari, ne cū miſerrimo iſto Ioaſ diſperemus. Quinimō exemplo Zacharię, zelo iuſtitię ferueamus, iniuriam Dei non diſſimulemus, præceptum correptionis fraternę viriliter & prudenter implere conemur. ¶ Poſtremō, ad reparandas eccleſias, veritate aut negligētia læſas aut lapſas, principes & prælati, ac cæteri inardeſcant & conſerant, magiſq; doleant ſcifſuras & deſtructiones in domo Dei, quā in ædibus ſuis.

¶ Declaratio cap. 25. Regnauit aut Amafia filius eius pro eo &c. Art. 25.

Hic agitur de regno Amafia. [Regnauit aut Amafia filius eius pro eo. Viginti quinque; annorum erat Amafia, cum regnare cœpiſſet, & viginouē annis regnauit in Hieruſalem. Nomen matris eius Ioiadan, de Hieruſalem. Fecitq; bonum in conſpectu domini, veruntamen non in corde perfecto. Cumq; roboratum ſibi videret imperium, iuglauit ſeruos, qui occiderant regem patrem ſuum, ſed filios eorum non interfecit, ſicut ſcriptum eſt in libro legis Moſis, vbi præcepit dominus, dicens: Non occidentur patres pro filijs, neque filij pro patribus ſuis, ſed vnusquisq; in ſuo peccato morietur.] Litera iſta expoſita eſt 4. lib. Reg. cap. 14. pro parte magna. Qualiter verō congreſſus ſit contra Idumæos, quarto Regum breuiter, hic verō diſſuſe deſcribitur, nec magna eſt difficultas in textu. [Congregauit igitur Amafia Iudam, & conſtituit eos per familias, tribunosq; & centuriones, in vniuerſo Iuda & Benjamin, & re cenſuit ad viginſi annis & ſurſum, inuenitq; triginta millia iuuenum, qui egrederentur ad pugnam, & tenerent haſtam & clypeum. Iquo conſtat, q̄ paruū habebat exercitum, quia ſub patre eius innumerabiles erant occiſi ad Syriam.] Mercede quoq; conduxit de Iſrael centum millia robuſtorum centum talentis argenti. Venit aut homo Dei ad illum] qui erat propheta, [& ait: O rex, ne egrediatur tecum exercitus Iſrael. Non eſt enim dominus cum Iſrael & cunctis filijs Ephraim:] quia idolis ſeruiebant, & propter eorum peccata Deus ſubtraxiſſet Amafia auxiliū ſuū, eo q̄ in idololatriis eſſet conſiſſus: ideo princeps Chriſtianus non debet in adiutoriū ſuum prouocare homines publicē ſceleratos. [Quōd ſi putas in robore exercitus bella conſiſtere,] i. victoriam principaliter depēdente ex multitudine & fortitudine corporali bellatorum, & non potius ex moderamine prouidentię Dei, & diſpoſitione diuinę iuſtitię, quę ſecundum merita atq; demerita hominum, diſponit exitus præliorum: [ſuperari te faciet Deus ab hoſtibus,] quauis paucis. Talis nanq; opinio derogaret fidei & ſcripturis, & prouidentię Dei. [Dei quippe eſt adiuuare] iuſtos, & eos quibus ex occultis cauſis vult largiri triumphum, [& in fugam conuertere] alios. Deus enim ad libitum ſuum corda immutat, vires cōfortat, & animum quōcunq; voluerit, vertit, quē admōdum Eſaias fatetur: Qui dat laſſo virtutem, & his qui non ſunt, robur multiplicat. [Dixitq; Amafia ad hominem Dei: Quid ergo fiet de centū talentis, quę dedi militibus Iſrael?] Et reſpondit ei homo Dei: Haber dominus vnde dare tibi poſſit multo his plura. Separauit itaq; Amafia exercitum qui venerat ad eum ex Ephraim, vt reuertetur in locum ſuum. At illiſ. centum millia decem tribuū, [contra Iudam vehementer irati,] quia videbant ſe tanq̄ iniquos & alienos à deo repelli, [reuerſi ſunt in regionem ſuam,] mercede eis collata retēta, ſicq; Amafia cum paucis præualuit populo magno, quoniam credidit & acquieuit prophetę. [Porro Amafia confidenter eduxit populum ſuum, & abiit in vallem ſalinarum, percuffitq; filios Seir, decem millia. Et alia decem millia virorum ceperunt filij Iuda, & adduxerunt ad præruptum cuiuſdam petre, præcipitaueruntq; eos de ſummo in præceps, qui vniuerſi crepuerunt. At ille exercitus quem miſerāt Amafia, ne ſecum iret ad prælium, diſſuſus eſt in ciuitatibus Iuda, à Samaria vſq; ad Bethhoron.] Prīmō tamē, vt dictum eſt, redierunt in propria, & regi ſuo nunciauerunt, qualiter tanquām viles & aduerſarij Dei fuerunt abiecti ab Amafia, tunc de regis ſui licentia redierunt ad impugnandum Amafia, quod dicitur factum poſt reditum Amafia. [& interfecit ſiſ tribus millibus] de populo Iuda, [diripuit prædam magnam] de eius terra, quod iuſto Dei iudicio creditur factum, qm̄ Amafia ex colato ſibi triumpho intumuit. [Amafia verō poſt cædem Idumæorum, & allatoſ] ſibi] deos filiorum Seir, ſtatuit illos ſibi in deos, & adorabat eos, & illis adolebat incēſum.] Circa quod ſcribit Lyra: In libro de hebraicis quæſtionibus dicitur, q̄ morientibus victisq; Idumæis, idola reſpon-

Deu. 24. 4. Reg. 14.

4. Reg. 14.

Pro. 21. Eſa. 40.

Hierod.

derunt Idumæos hoc pati, quia negligentes fuerunt in veneratione ipsorum, quod audiēs Amasias, coluit eos. Sed Lyra hoc reprobatur, dicens: Nulla glossa Hebraica dicit hoc, nec aliquis expositor Latinus authenticus. Veruntū magister in historijs ait: Amasias deos quos tulerat, adorauit, quia audiuit eos dantes respōsa, idēd perisse Amalechitas seu Idumæos, quā negligentes fuerunt in cultu ipsorum. ¶ Deniq; satis credibile est, dæmones sic respondisse per idola, tum ad maiore idola, tum ad maiora idola, tum ad Amasiam subuersionem, qui etiam perpedere tenebatur, quod responsa talia, essent dæmonum verba. ¶ Quamobrem iratus dñs contra Amasiam, misit ad illū prophetam qui diceret ei: & in hoc declaratur ineffabilis pietas Dei, qui ad tam ingratum & improbum regem redarguendum, mittere dignabatur sanctum prophetam: Cur adorasti deos, qui non liberauerunt populum suū de manu tua? Quasi diceret, nec te poterunt liberare. ¶ Cūq; hæc ille loqueretur, respondit ei: Amasias propheta: Num cōsiliarius regis es? Quasi dicat, Nō spectat ad te, arguere me. ¶ Quiesce. Jā tua repræhensione, ¶ Ne interficiam te. ¶ Ecce quāta superbia, ira & impatientia. ¶ Idem dñs; propheta Jab in corrigibili & obliuato. ¶ Scio, inquit, quod cogitauerit dñs occidere te, quia fecisti hoc malum, ¶ deos falsos colēdo, ¶ & insuper non acquieuiti consilio meo. ¶ Hinc & Salomon ait: Viro qui corripientē dura ceruice contēnit, repentinus superueniet interitus. Vndē constat, q̄ detestabile sit, increpationi non acquiescere. Pessimū verō est, increpanti indignari, minari, resistere. Idēd in libro Prouer. scriptum est: Egestas & ignominia ei qui deserit disciplinam: qui autem acquiescit arguētī, glorificabitur. Deniq; sicut propheta iste prædixit, sic cōtigit Amasiam, vt in fine cap. hic recitatur. ¶ Igitur Amasias rex Iudæ, inito pessimo consilio, misit ad Ioas filium Ioachaz filij Iehu, regē Israel, dicens: Veni, videamus nos mutuo. At ille remisit nuncios, dicens: Carduus qui est in Libano, misit ad cedrum Libani, dicens: Da siliam tuam filio meo uxorem: & ecce bestię quæ erant in sylua Libani, transferunt & conculcauerunt carduū. Dixisti: Percussit Edom, & idcirco erigitur cor tuum in superbiam. Sede in domo tua. Cur malum aduersum te prouocas, vt cadas & tu, & Iuda tecum? Noluit autē audire Amasias, eo q̄ dñi esset voluntas, vt traderetur in manus hostium, propter deos Edom. Affecit igitur Ioas rex Israel, & mutuos sibi pbuere conspectus. Amasias autē rex Iudæ, erat in Bethsames Iudæ. Corruitq; Iudas coram Israel, & fugit in tabernacula sua. Porro Amasiam regem Iudæ, filium Ioas, filij Ioachaz. ¶ Ochosia, qui alio nomine dictus est Ioachaz, ¶ cepit Ioas rex Israel in Bethsames Iudæ, id est, in prælio iuxta urbem regni Iudæ, nomine Bethsames, ¶ & adduxit in Hierusalem, destruxitq; murum eius, ¶ videlicet vrbis Hierusalem, ¶ ad portam Ephraim, ¶ quæ dicitur porta vallis, ¶ vsq; ad portam anguli, quæ dringentis cubitis. Omne quoq; aurum & argentum, & vniuersa vasa quæ repererat in domo Dei, & apud Obededom in thesauris etiam domus regis, necnon & filios obsidum. ¶ obstagiorum, ¶ reduxit in Samariam. ¶ Hoc sonat, quasi in Hierusalem fuissent obsides ex regno Israel, & illos Ioas eruerit ac secum reduxit, quod & aliqui dicunt, adiicientes, q̄ filij obsidum (de quibus nunc est sermo) erant filij principum detetorum in obsides ab Amasia. Alij dicunt, q̄ obsides isti erāt principes regis Iudæ, quos Ioas cepit in prælio, secumq; duxit in Hierusalem, atq; pro eis filios eorundem accepit, & secum perduxit. Vndē 4. lib. Reg. legitur, q̄ tulit obsides secum. ¶ Vixit autē Amasias filius Ioas, rex Iudæ, postq̄ mortuus est Ioas filius Ioachaz, rex Israel, quindecim annis. Reliqua autem sermone Amasie priorum & nouissimorum, scripta sunt in libro Regum Iudæ, & Israel. Qui postquam recessit à domino, tetenderunt ei insidias in Hierusalem. Cumq; fugisset Lachis, miserunt & interfecerunt eum ibi, reportantesq; super equos, sepelierunt eum cum patribus suis in ciuitate David. ¶ Cætera hic non exposita, super præfatum librum Regum exposita constant.

Prouer. 28.
Prouer. 13.

4. Reg. 14.

4. Reg. 14. 35.

¶ Explanatio cap. 26. Omnis autem populus Iudæ filium eius Oziam annorum sedecim, constituit regem pro Amasia patre suo. Art. 26.

altare. Mactauerūt etiam arietes, & illorum sanguinem super altare fuderūt. Immolauerūt agnos, & fuderunt super altare sanguinē. Applicauerūt hircos pro peccato offerendos coram rege & vniuersa multitudine, imposueruntq; manus suas super eos, & immolauerūt eos sacerdotes. I. qdam ex parte oīm, posuerūt manus super hircos immolandos, prout Leuit. r. habetur, qd offerens manum imponeret super hostiam immolandā, vbi rationes horum inductæ sunt literales ac spirituales, & adaspererūt sanguinē eorum corā altari holocausti ad basim ipsius, pro piaculo vniuersi Israel, i. pro remissione culparum totius plebis. Pro oīm qippe Israel collectiue accepto, s. pceperat rex, vt holocaustum fieret pro peccato. Quāuis em hostia pro peccato personæ, nō confuevit tota comburi, tñ hostia p totius populi peccatis oblata, tota comburebat, & qm ad hoc, fuerat holocaustum, & pro peccato etiam suo, & pro id est, vel holocaustū fiebat ad diuinæ reuerentiam maiestatis. Deindē describitur qualiter pijsimus Ezechias ordinauit in domo dñi Leuitas cantores, q Deum ore laudarent, & cum hoc in musicis instrumentis cum glorificaret, psertim hora sacrificiorū, sicut de hoc supra dictum est sēpē. Constituit quoq; Leuitas in domo dñi cum cymbalis & psalterijs & citharis secundū dispositionem Dauid regis, & Gad Videntis, & Nathan prophetæ. I. q ipsos sacerdotes, Leuitas, cantores & ianitores diuiserunt in turmas, & distinxerūt per ordines sub certis capitibus, prout dictum est sēpius. Siquidem pceptum dñi fuit, vt taliter fieret per manum. I. per institutionē & submistrationē prophetarū eius. Iam pstatorem, q ex diuina inspiratione sic ordinauerūt, idcirco eorum pceptum, fuit pceptum Dei. Steterūtq; Leuitæ tenentes organa Dauid, & sacerdotes tubas. Et iussit Ezechias vt offerrent holocausta, q ad Dei honorem totaliter comburebant, s. super altare, quod erat in atrio. Ex quo em sacrilegus Achaz polluit illud altare & atrium per diuersa sacrificia idolorum, voluit Ezechias vt Deo sacrificarentur hac vice super altare illud omni genere sacrificiorum legalium iuxta Moysi traditionem. Fecerunt autē qdam sacrificia p peccato, qdam pro pace, qdam pro salute, & qdam holocausta. Rurfus, qdam ex debito, qdam spontanea ex speciali deuotione: & de omni genere sacrificiorū istorum licet tunc facta oblatio, vt elici posse videtur ex isto cap. Cumq; tunc sacerdotes offerrent holocausta, cæperunt Leuitæ, cantores laudes, s. psalmos & cantica sancta canere dño, & clangere tubis, atq; in diuersis organis, quæ nauid rex Israel repererat, cōcrepare. Oīm autē turba adorantes, cantores & hi qui tenebāt tubas, erant in officio suo, donec compleret holocaustum: quatenus Deus sacrificia acceptaret, quæ non habuerunt vim iustificandi ex opere operato, vt potē ex seipsis, sed ex opere operante, i. ex offerentiū deuotione & sacerdotū oratione, Leuitarumq; psalmodijs & laudibus. Cumq; finita esset oblatio, incuruatus est rex, & oēs q erant cum eo, & adorauerunt. I. cum humili genuflexione seu inclinatione vero Deo cultum latriæ exhiberūt, & gratias ei egerūt de diuini recuperatiōe obsequij. Orauerunt quoq; vt dñs sacrificia habere dignaretur accepta. Præcepitq; Ezechias & principes. I. picipui sacerdotes, vel alij eminentiores & officiatii maiores Leuitis, vt laudarent dñm sermonibus. I. psalmis Dauid & Afaph videntis. I. cancticis ab Afaph & Dauid compositis, vel psalmis q cantabant sub eo, qd psallentibus p̄fuit, q laudauerunt Deum magna lætitia, & incuruato genu adorauerunt. Ezechias autē etiam hæc addidit: Implestis manus vestras dño, i. ad Dei honorem cæpistis agere bona, & sacrificia manibus adduxistis aut obtulistis, fuitisq; liberales in offerendo. Accedite, & offerite victimas & laudes in domo dñi. Istud exponi potest de sacrificijs votiuis, spontaneis & pro gratiarū actione oblatis, hinc subditur: Obtulit ergo vniuersa multitudo per manus sacerdotū hostias pacificas & laudes. I. victimas gratiarū actionis, & holocausta ad summæ reuerentiæ maiestatis in recognitionem, qd oia bona deriuent ab ipsa, & q homo se totum debeat Deo mente deuota. Porro numerus holocaustorū quæ obtulit multitudo, hæc fuit: Tauros 7c. arietes 100, agnos 200, sanctificauerūtq; dño boues 600, & oues tria millia. I. tot animalia separauerunt & deputauerūt ad hoc, qd tēpore opportuno immolarent Deo. Sanctificari etem dicitur, quod diuino cultui applicatur aut deputatur. Sacerdotes verò pauci erant tunc p̄sentes, & satis sanctificati: Nec poterant sufficere, vt pelles holocaustorum aut etiam aliorum sacrificiorum detraheret, quod tñ ad eorum spectabat officium. Quāuis autē holocausta totaliter cōburebant, pelles tñ primò detrahebant, erātq; sacerdotum, nisi qn pro totius cōmunitatis peccato holocaustum offerrebat. Vnde & Leuitæ fratres eorum adiuerunt eos, qd vrgente necessitate, quæ dispensationis est materia, poterant ita cooperari sacerdotali officio, donec. I. quousq; impleteret opus diuini obsequij in oblationibus, & sanctificarent antilitates. I. sacerdotes sufficere purgaretur, & aptaretur ad suorum executionē officiorum. Antistes, pro magno sacerdote seu episcopo accipi solet, qui vocatur antistes, quasi ante alios stans: sed hic pro sacerdote accipitur. Leuitæ quippe faciliiori ritu sanctificatur, id est, ad sua officia coaptantur & purificantur, quàm sacerdotes. Nam & inferiora & imperfectiora ad suam facilius pertinentur perfectionem, quàm eminentiora: idē Leuitæ ceteris erant in numero sufficienti, quàm sacerdotes. Aliam causam quidam assignant, dicentes

1. Par. 24.

4. Reg. 16.

2. Par. 28.

Exo. 32.

Leuit. 4. 7.

Num. 7. 15.

Leuit. 17.

tes quod Achaz elongauerat sacerdotes à ciuitate & templo cultus diuini: sed qua ratione elongauit indè sacerdotés, uideat quòd & Leuitas, quia utriq; ad cultum Dei in templo & atrio fuerunt electi. At uerò de consecratione sacerdotum & Leuitarum, scribitur Exo. 29. Leuit. 8. Num. 6. 7. 28. 29. Fuerunt ergo holocausta plurima immolata, adipés pacificorum. I. hostiarum quæ offerebantur pro pace data in gratiarum actionem, uel pro pace obtinenda aut conseruanda, & libamina holocaustorum, hoc est, materiæ liquidæ, ut uinum & oleum, quæ simul cum holocaustis offerebantur. Et completus est cultus domus domini. I. id est, ueneratio Dei & eius obsequium in templo & atrio. Letatusque est Ezechias & omnis populus, eo quòd ministerium domini esset expletum. Virtuosi etenim gaudent in actibus bonis, & de reuerentia Deo exhibita, cum & philosophus dicat, quòd signum uirtutis est delectatio fieni in opere bono. Repente quippe hoc fieri placuerat hoc est, ualde complacuit Ezechia ac populo, quòd reparatio cultus diuini, mundatio templi, & obsequium Dei in eo fuerunt, tam subito, expedite & prosperè adimpleta. Ipsi etiam uoluerunt, ut omnia ista absque dilatione peragerentur. ¶ Amplius de spirituali intelligentia huius capituli, & rationibus sacrificiorum prædictorum, multa ualde possent hic introduci: de quibus, breuitati studens, pertransio, præsertim quoniam super Leuit. 13. 4. 5. 7. cõpiosè sunt posita. ¶ Moraliter uerò docemur ex isto capitulo, quàm magnum Dei donum sit habere uirtuosum prælatum, & quanta subditorum salus, gratia, & profectus indè nascantur: quàm item periculosum sit, uitiosum aut negligentem præsentem habere. Propter quòd Salomon dixit: Regnantibus impijs, ruinae populi. Et rursus: Cum impij sumperint principatum, gemet populus. Hinc populus dominum iugiter deprecetur, ut sibi de idoneo & condigno prouidere dignetur principe & prælato. ¶ Præterea deuotio, diligetia, ardor, religio electi Ezechia, nobis ex isto capitulo clarè atque uberrimè commendantur, & ipse rex Ezechias uniuersis principibus & prælatis proponitur in exemplum, ut ipsius feruorem & zelum, diligentiam & fidelitatem sequebantur, quatenus pro bono communi, & generali reformatione summè solliciti sint, ac indilate laborent. Et quoniam iuxta Apostolum, Non solum corda, sed etiam membra ac corpora nostra templum sunt spūs sancti, non differamus, nec omittamus emũdare nos plenè ab omni inquinamento carnis & spūs, ut spūs sanctus in nobis gratiosè habitare dignetur, & delicti dei ac creatoris nostri sint, esse nobiscum.

1. Cor. 3.
2. Cor. 7.
pro. 8.

¶ Elucidatio capituli tricesimi: Misit quoque Ezechias ad omnem Israel & Iudam.

Articulus tricesimus.

Narrat præfens capitulum, quàm solenniter ac deuotè rex Ezechias & populus eius celebrauerunt festiuitatem Paschalem in primo sui imperij anno. Misit quoque Ezechias ad omnem Israel hoc est, ad eos qui ex decem tribubus nondum capti fuerunt, & Iudam, I. ad populum regni sui, scripsitq; epistolas ad Ephraim & Manassè hoc est, ad reliquias illarum tribuum, imò & cæterarum, ut infra innuitur. [ut ueniret ad domum domini in Hierusalem, I. ad Hierusalem & ad templum. & facerent pascha domino Deo Israel, I. Pascha secum celebrarent, quod extra urbem cultus diuini & templi celebrari non licuit. Inito ergo cõsilio regis & principum, & uniuersi cœtus Hierusalem decreuerunt, ut facerent pascha mense secundo: hoc est, ipse rex & principes ac seniores & patres familiars Hierusalem, celebrato super hoc concilio, diffinierunt celebrare solennitatem Paschalem mense 2. anni illius, non obstante, quòd dñs iussit Exo. 12. ut celebratio illa inciperet 14. die mensis, q apud Iudæos est primus mensis anni, q concurrat cum nostro Martio uel Aprili. Si quidem Num. 9. dñs iussit, ut q legitime impediti, non poterant facere pascha iuxta legem mense primo, 14. mensis illius die faceret illud mense secundo, 14. eius die. Tale autem impedimentum contigerat istis. Vnde subiungitur: Non em occurrerant facere tempore suo. Hoc est, dispositi non fuerunt Pascha peragere tempore determinato in lege, cuius multæ causæ subduntur. Vna est: Quia sacerdotes qui possent sufficere ad offerendum solèniâ sacrificia, tunc septem diebus solennitatis illius offerenda, atq; ad alia tunc per sacerdotes agenda, sanctificati non fuerant: hoc est, satis parati, purgati, & consecrati ad exequenda sua officia. Alia causa est: Et populus nondum congregatus fuerat in Hierusalem, I. id est, de urbibus nondum cõuenit in ipsam regni metropolim. Non enim cognouerunt satis tempèstiuè, templum esse tam repente purgatum, cultumque Dei recuperatum. Placuitque sermo regi & omni multitudini, I. secum tunc existentibus, & decreuerunt, ut mitterent nuncios ad uniuersum Israel de Bersabee vsq; Dan, hoc est, per totam terram regni Israel, ab vno termino eius, qui dicebatur Bersabee, vsque ad alium qui dicitur Dan, ut uenirent & facerent pascha domino Deo Israel in Hierusalem. Multi enim non fecerant, sicut in lege præscriptum est, I. scilicet Exo. 12. & Leuit. 23. quòd si omni anno uenirent in Hierusalem, præsertim in festo Paschali, in Pentecoste quoque, & in festo Tabernaculorum: nisi fortè dispensaretur cum eis, ob longitudinem viæ, de aduentu in Pentecoste & Tabernaculorum celebrata. Achaz quippe obseruantiam horum impediuit pluribus annis.

[Pera

[Perrexeruntq; cursores cum epistolis ex regis imperio & principum eius in uniuersum Israel & Iudam, iuxta id quod rex iusserat, prædicantes: Filij Israel, reuertimini ad dñm Deum Abraham, Isaac & Israel, & reuertetur ad reliquias quæ effugerunt manus regis Assyriorum: I. uobis ipsis, p. p. picus erit, quòd nondum capti estis. Nolite fieri sicut patres vestri & fratres, qui recesserunt à dño Deo patrum suorum, & tradidit eos in interitum, ut ipsi cernitis. Nolite indurare ceruices uestras, sicut patres vestri, I. mentes uestras non exhibeatis indociles & rebelles. Tradite manus uestras dño: I. exhibete uos paratos Deo seruire, & hoc ipsum, si placet, iuramento & voto firmate. & uenite ad sanctuarium eius quod sanctificauit in æternum. Seruite dño Deo patrum uestrorum, & auerteretur à uobis ira furoris eius. Si em uos reuersi fueritis ad dñm, I. reditione mentali, per contritionem & dilectionem diuinam, & fratres uestri & filij uestri habebunt misericordiam coram dñis suis, qui illos duxerunt captiuos: I. Deus per merita uestræ conuersionis & iustæ conuersionis inclinabit corda gentiliùm principum ad miserèdum ac parcendũ uestris cognatis, quos habent captiuos. & reuertent in terram hanc. Pius em & clemens est dñs deus uester, & non auert faciem suam à uobis, si reuersi fueritis ad eum. Igitur cursores pergebant uelociter de ciuitate in ciuitatem, per terram Ephraim & Manassè, vsq; ad Zabulon, illis irridentibus & subsannantibus eos. Per quod patet ipsorum obstinatio in idololatria alijsq; peccatis. In Scholast. hist. additur, quòd occiderunt quosdam ex cursoribus seu nuncijs Ezechia, propter quòd meruerunt postea captiuari. Atq; quidam uiri ex Aser & Manassè & Zabulon, ac quiescentes consilio, uenerunt Hierusalem. Isti non coluerunt idola sicut præfati, aut non erant idololatrijs & alijs uitijs ita immeriti, sed penituerunt. In Iuda uerò facta est manus dñi, hoc est, Deus pietatem suam gratiosè ostendit in populo Ezechia, ut daret eis cor uinum: I. sic quòd dedit eis uoluntatem concordem, & sensum unanimum ad celebrandum festum Paschale, ut facerent iuxta præceptum regis & principum, uerbum dñi. Congregatiq; sunt in Hierusalem populi multi, ut facerent solennitatem azy morum in mense 2. Et surgentes destruxerunt altaria, quæ erant in Hierusalem, atq; uniuersa, in quibus idolis adolebatur incensum, subuerentes, proiecerunt in torrentem Cedron. Immolauerunt aut pascha 14. die mensis 2. Sacerdotes quoq; atq; Leuitæ, tandem sanctificati, obtulerunt holocausta in domo dñi, steteruntq; in ordine suo, iuxta dispositionem & legem Moysi hominis Dei. Sacerdotes uerò suscipiebant effundendum sanguinem de manibus Leuitarum. Qualiter intelligendum sit hoc, uerba pandunt sequentia, eo quòd multa turba sanctificata non esset, & idcirco immolaretur pascha his qui non occurrerant sanctificari dño. Est itaq; sensus, quòd multi illorum qui debebāt in suis domibus agnum immolare paschalem, non erāt ita purificati, quòd secundum legis tenorem poterant agnum offerre manibus suis in proprijs ædibus. Idcirco Leuitæ iam purificati, obtulerunt pro illis, parteq; sanguinis agni oblata attulerunt sacerdotibus, ut funderet super altare holocausta. Magna etiam pars populi de Ephraim & Manassè & Isachar & Zabulon, quæ sanctificata non fuerat, I. isti effugerunt manus Assyriorum, uel se abscondendo, uel ad regnum Iudæ, aut alia regna confugiendo, & quidam ex his uenerunt ad Ezechia ad monitionem. Comedit pascha, I. agnum paschalem cum azyms panibus, non iuxta quod scriptum est, I. aliter quòd lex tradidit, ut potè absq; præuia purificatione ab omni immunditia legali, ut erat contactus immundi, fluxus seminis, irregularitas ex præsentia mortui, & consimilia, de quibus Leuit. 5. 8. 12. 13. 15. 21. continetur, & ibi ex dictis Alexandri de Hales super tertiũ sententiarum & ex dictis Thomæ in prima secundæ, atq; ex scriptis Guillelmi Parisiensis, libro de fide & legibus, expositum recolo. Et orauit pro eis Ezechias, dicens: Dñs bonus, propitiabitur cõstis, q in toto corde regunt dñm Deum patrum suorum, & nõ reputabit eis, quòd minus sanctificati sunt. Ex his uerbis innuitur, quòd isti nõ purificati, habuerunt excusatione: quia & si exteriori immunditia legis erant detenti, intus tñ deuoti erāt, & ex integro corde dñm reqrebant, idè exteriori immunditia legis, quæ frequenter caruit culpa, non imputabatur eis in casu isto, uel faciliter eis indulgebat ad preces Ezechia, quia non habuerunt tempus se purificandi ante esum agni paschalis. Hinc subditur: Quem exaudivit dñs, & placatus est populo. Nam pium & fiduciale desiderium eius habuit uim orationis, & illud dñs dimpleuit, de quo ait Psal. 9. Desiderium pauperum (i. humiliũ) exaudivit dñs, præparatione cordis eorum, uidelicet non solum oratione, sed etiam dispositione ad orandum, audiuit auris tua. Isti itaq; & si peccauerunt edendo pascha non purificati, nõ tñ ex cõtemptu. Feceruntq; filij Israel, q inuenti sunt in Hierusalem, solennitatẽ azy morum 7. diebus in lætitia magna, laudantes dñm per singulos dies. Leuitæ quoq; & sacerdotes per organa, quæ suo officio commigrabant. Et locutus est Ezechias ad cor om̃m Leuitarum, uerba consolatoria & bñplacencia eis loquendo, quibus habebat intelligetiam bonam super dño hoc est, per sciẽtiam sapidam formatam, practicamq; notitiam, & per sapientiam salutarem, quæ est donum spūs sancti, dñm cognouerunt. Et comederunt 7. diebus solennitatis quibus durauit paschalis festiuitas illa, immolantes uictimas pacificorum, & laudantes dominum Deum patrum suorum. Placuitque uniuersæ multitudi-

pet. C6. hist.
li. 4. ca. 27.

Esa. 11.
Leuit. 23.

ritudini, ut celebrarent etiam alios septem dies: [et ita ex deuotione duplicauerunt celebrationem festi Paschalis, quod & fecerunt cum ingenti gaudio] spirituali, recolendo beneficia Dei, præsertim liberationem ex Aegypto, in cuius memoriam instituta fuit Paschalis celebratio. [Ezechias autem rex Iuda, præbuerat multitudini mille tauros & 7. millia ouium, principes uero dederunt populo] multitudini, cui dedit & Ezechias, [tauros mille & oues 10. millia. Ista pecora dederunt uulgo in esum & sumptuum releuamen, ex quibus tamen fiebant quedam oblationes, quarum aliquæ partes cedebant in esum sacerdotum, & aliquæ in offerentium usum.] [Sanctificata est ergo sacerdotum plurima multitudo: quia infra hos 7. dies additos, completa eorum sanctificatio seu consecratio fuit.] [et hilaritate perfusa omnis turba Iuda, tam sacerdotum & Leuitarum, quæ uniuersæ frequentia quæ uenerat ex Israel] ita quæ interior eorum iucunditas redundauit ac resulsit in corpore & in uultu, [profelytorum quoque] conuersorum ad iudaismum, qui erant [de terra Israel,] qui in regno decem tribuum morabantur, [et habitantium in Iuda] eorum quoque in regno Iuda manebant, [factaque] est grandis celebratio in Hierusalem, quales à diebus Salomonis filij Dauid regis Israel in ea urbe non fuerat: quia non solum gaudebant his diebus de festo Paschali, sed & de templi repentina ac prospera emundatione, de diuini cultus reparatione, de reformatione totius regni in melius, & quia ex decem tribubus tam multi conuenerant. De purificatione quoque & inuolutione Leuitarum & sacerdotum, & quia sperabant sibi decetero affuturum gratiosum Dei auxilium. Surrexerunt autem sacerdotes atque Leuitæ, benedicentes populo. Et exaudita est uox eorum, peruenitque oratio ad habitaculum sancti cæli, ubi nubes & cælum penetrauit, & usque ad Dei thronum peruenit in cælum empyreum, in quo Deus specialiter esse, habitare, operari & exaudire asseritur. Item angeli sancti orationes deuotorum illorum Deo in cælo obtulerunt, & Deo orationes illæ placuerunt, propter quod ad habitaculum sancti cæli peruenisse dicuntur, quoniam residentium in cælo erant placentes, & item ratione effectus, quoniam à rege cælorum sunt exauditi. ¶ At uero de spirituali intelligentia eorum, quæ in isto tanguntur cap. 1. de mystica significatione agni Paschalis & concernentium istam materiam, plurima dici possent, de quibus pertrans-

Exo. 21. tione agni Paschalis & concernentium istam materiam, plurima dici possent, de quibus pertrans-

Leuit. 23. eo: quoniam super Exodum & alibi, inde diffuse tractatum est.

¶ Declaratio cap. 31. Cumque hæc fuissent ritè celebrata &c.

Articulus XXXI.

¶ Hæc enarratur, qualiter S. Ezechias cultum Dei plenius renouauit per templi ministros. [Cumque] hæc quæ præcedenti cap. sunt relata, fuissent ritè celebrata, egressus est omnis Israel qui inuentus fuerat in urbibus Iuda, præcipue uirum & frangerunt simulacra quæ inuenerunt in regno Iuda, & in decem tribuum terra. [succideruntque] lucos, demoliti sunt excelsa, & altaria destruxerunt, non solum de uniuerso Iuda & Benjamin, sed & de Ephraim quoque & Manasse, donec penitus euerterent. Reuerſique sunt omnes filij Israel in possessiones & ciuitates suas. Ezechias autem constituit turmas sacerdotales & Leuiticas, per diuisiones suas, unum quemque in officio proprio, tam sacerdotum uidelicet, quam Leuitarum: ubi tam sacerdotes quam Leuitas ordinatè distinxit atque diuisit, sicut instituit Dauid, ordinando 24. turmas sacerdotum, ita quæ unicuique turmarum illarum præfuit unus supremus sacerdos in ea, habens sub se 24. sacerdotes, totidemque Leuitas, tot etiam ianitores, ut in Scholastica fertur historia. [ad holocausta & pacificas] ubi ad offerendum holocaustumata, hostiasque pacificas, quas sacerdotes immolabant, Leuitæ uero sacerdotibus ministrabant. [ut ministrarent] quicquid in suis officiis, & confiterentur canerentque hoc est, Deum laudarent ac psallerent, [in portis castrorum domini] in atriorum ingressu, [pars autem] regis, eorum erat: ubi portio regem contingens, seu ortus eum concernens, [ut de propria eius substantia offerretur] holocaustum manè semper & uespere] iuge sacrificium, quo omni manè immolabatur unus agnus, & etiam quolibet uespere, qui agni totaliter comburebantur in altari holocaustorum, unus per diem, alter per noctem. [sabbatis quoque] quolibet sabbato, [et] Calendis] i. exordij mensis, [et] solennitatibus cæteris] Pentecostes, & Tabernaculorum & Expiationis, quia in his temporibus specialia sacrificia offerrebantur, sicut scriptum est in lege Moysi] præsertim Leuit. 23. & item Numer. 28. [Præcepit etiam populo habitantium Hierusalem, ut darent partes sacerdotibus & Leuitis] decimas atque primitias, [ut possent] vacare legi domini] hoc est, diuino cultui, & sacrificijs legis, ac orare pro populo, & docere ac psallere, idè sustentandi erant à populo. Nec soli habitatores Hierusalem, sed ceteri quoque Iudæi tenebant ad istud. Istud etiam iustum fuit à Deo per Moysen in pluribus locis, idè iussio Ezechiae fuit, quasi quædam commemoratio & inuolutio iustionis diuinae, quia sub Achaz ista erant diu omissa. [Quod cum] percubisset] hoc est, ex publica fama insonuisset, [in auribus] multitudinis] quæ ad aliarum urbium & uillarum habitatores deuenit, [plurimas] obtulere primitias filij Israel, frumenti, uini & olei, mellis quoque, & oim quæ gignit humus, decimas obtulerunt. Sed & filij Israel & Iuda, quæ habitabat in urbibus Iuda, obtulerunt decimas bouum & ouium decimasque, [et] domum, quæ uouerunt domino Deo suo, atque uniuersa portantes, ubi prima ac præcipua de suis pe-

coribus & fructibus terræ ac iumentorum. Erant enim deuoti & seruidi sub Ezechia, sequentes eius uestigia, atque uniuersa portantes ad templum, ad usum ministranti ubi, tamen & alibi dabantur sacerdotibus ac Leuitis pro sustentatione ipsorum. [fecerunt] aceros plurimos decimarum & primitiarum. [Mense] 3. cepserunt aceros iacere fundameta, ubi aceros inchoauerunt, ponendo iuxta terram quædam oblata ex fructibus, quæ erant quasi fundamenta eorum, quæ eis superponebantur, [et] mense 7. compleuerunt eos. Cumque ingressi fuissent Ezechias & principes eius] locum acerosorum prope templum, [uiderunt] aceros ubi cumulos fructuum uictualiumque illorum, [et] benedixerunt domino] gratias referendo, [ac] populo Israel] quæ tam liberaliter dedit huiusmodi, ei bona impredando, imò tam Deum quæ populum collaudabant & principaliter Deum, populum autem in Deo, & ad Dei honorem. [Interrogauitque] Ezechias sacerdotes & Leuitas, cur ita iacerent aceri. Respondit illi Azarias sacerdos primus, pontifex] de stirpe Zadoc, dicens: Ex quo ceperunt offerri primitiæ] etiam decimæ] in domo domini, comedimus & saturati sumus] ubi sufficerent, non uulose, referenti, remanserunt plurima, eo quod benedixit dominus populo suo. Reliquiarum autem] residuorum quæ nobis superfuerunt, [est] copia ista quam cernis. Præcepit ergo Ezechias, ut præpararent horrea in domo domini, ubi prope atria templi, in quibus ponerentur & conseruarentur res ista. ¶ Circa hæc scribit quidam, quod Azarias primus sacerdos, de quo iam dictum est, fuit ille qui supra legitur restitisse Oziam thurificare uolenti, quod non apparet, quoniam inter tempus illud Oziam, & tempus istud Ezechiae fluxerunt plurimi anni, & Ioathan & Achaz inter hos regnauerunt, defunctique fuerint: idè potest dici, quod fuit filius Azariae illius. [Quod cum] fecissent, intulerunt tam primitias, quam decimas, & quæcunque uouerant, fideliter. Fuit autem præfatus eorum Chonanas Leuita, & Semei frater eius, secundus. Post quæ Iehiel, & Azarias, & Nabat, & Asael, & Ierimoth, Iosaphat quoque, & Eliel, & Iesmachias, & Mahath, & Banaias præpositi, sub manibus Chonaniae & Semei fratris eius, ex imperio Ezechiae regis, & Azariae pontificis domus domini, ad quos oia pertinebant. Chore uero filius Lemna Leuites, & ianitor orientalis portæ, præpositus erat his quæ spontè offerebantur domino: ubi ultra debitum ex supererogatione, quæ talia custodiuit, primitijsque & consecratis in sancta sanctorum, ubi quæ deputabantur ad hoc, ut essent ualde sacra, & de numero sacratorum, [et] sub cura eius] Jerant, [Eden, & Miniamin, Iesua, & Semeias, Amarias quoque, & Sechenias, in ciuitatibus sacerdotum] ubi uiri isti Leuitæ, erant præfato Chore subiecti in ciuitatibus sacerdotum, in quibus sacerdotes commorabantur, non domabantur, [ut fideliter] distribuere fratribus suis] putat Leuitis] partes] decimarum] minoribus atque maioribus,] faciendo iustam diuisionem decimarum uniuersis & singulis illis, sicut per iustitiam distributum datur unicuique quod ei debetur, [exceptis] maribus, ab annis tribus & supra cunctis qui ingrediebantur templum domini. [Hoc] exponitur quod non accipiebatur distributio aliqua pro masculis, quousque ad minus haberent tres annos, sicque excipiuntur masculi ab annis tribus & supra uersus originem seu exordium natiuitatis eorum, ois uidelicet qui minus habebat, quam annos tres. [Et] quicquid super singulos dies conducebant] simul adducebatur per offerentes decimas, primitias, seu hostias, [in] ministerio atque obseruationibus iuxta diuisiones suas sacerdotibus per familias, & Leuitis à 20. anno & supra, per ordines & turmas suas, uniuersaque multitudini, tam uxoribus quam liberis eorum utriusque sexus, fideliter cibi de his quæ sanctificata fuerant, præbebantur. ubi ex præfatis decimis & primitijs, cæterisque oblati & Deo consecratis, præbebantur fideliter necessaria uitæ sacerdotibus & Leuitis atque eorum domesticis, præsertim uxoribus & soboli utriusque sexus: & quod dictum est, à 20. anno & supra, refertur ad Leuitas, qui quis tempore Moysi, & postea diu non accipiebantur ad ministeria sua in tabernaculo exercenda, nisi ab anno 30. ut legitur in libro Numerorum, quousque ab anno uicesimo quinto admitterentur ad faciendum in tabernaculo obsequia quædam, per quæ sacerdotum expeririètur aptitudinem Leuitarum ad sua officia, & ad quid unusquisque eorum esset magis idoneus, ut dictum est plenius super Numer. 3. postmodum tamen, præsertim templo Salomonis constructo, admitterentur ad sua officia ab anno uicesimo, & ante uicesimum annum accipiebatur de ipsis præfata experientia: quia ex tunc non habuerunt tam laboriosa facere opera, sicut ante dum tabernaculum cum pertinentibus ad se portabatur assidue, uel interdum de loco ad locum. [Sed] filiorum Aaron per agros & suburbana urbium singularum dispositi erant uiri, quæ partes distribuere uniuerso sexui masculino de sacerdotibus & Leuitis. [Sensus] est, quod uiri erant instituti per suburbana & agros filiorum Aaron, sacerdotum, qui partes distribuere omnibus masculini sexus sacerdotalis seu Leuiticæ stirpis, & uiri isti erant, quasi reddituarij, & procuratores, ac dispensatores illorum. [Fecit] ergo Ezechias uniuersa quæ diximus, in omni Iuda. Operatusque est bonum, & rectum, & uerum coram domino Deo suo, in uniuersa cultura ministerij domus domini, iuxta legem & cæremonias, uolens requirere Deum suum in uultu corde suo. [Bonum, quo] ad præcepta moralia, quæ magis bonificanc obseruantem: & rectum, quo ad præcepta cæremonialia, in quibus modus diuini cultus at-

ædendatur: & verum, quo ad præcepta judicialia, in quibus cõsistebat veritas iustitiæ, quantum ad proximos. [Fecit, & prosperatus est.] Quia bene sibi successit in his, & profecit per ea ad veram salutem.

¶ Explanatio cap. 32. Post quæ & huiuscemodi veritatem venit Sennacherib &c.

Articulus XXXIII.

FRUCTUS iustitiarum Ezechiaë hic recitatur, qm̄ meritis suæ iustissimæ conuersationis contulit ei Deus miram & supernaturalem victoriam. Estq; historia huius cap. pro maxima parte 4. Reg. 18. exposita. [Post quæ] in præcedenti cap. enarrata, & huiuscemodi veritatem triplicem, quæ abundauit in Ezechia, videlicet veritatem vitæ, veritatem doctrinæ, & veritatem iustitiæ, [venit Sennacherib rex Assyriorum, & ingressus Iudam, obsedit ciuitates munitas] in Iuda, [volens eas capere. Quod cum vidisset Ezechias, venisse s. Sennacherib, & torum belli impetû verti contra Hierusalem,] Alijs etenim pluribus Iudæ vrbibus captis, maximè acuebat se impius ille ad impugnandum metropolim regni, [cinito cum principibus cõsilio virisq; fortissimis,] hoc est, cum talibus viris, [vt] viri illi [ob]turerent, [id est, clauderent,] [capita fontium quæ erant extra vrbem] Hierusalem, & hoc omnium decernente] hoc est, diffiniente sententia, [præsertim quia iam ante hæc Ezechias consolationem accepit ab Esaia de Assyriorum deiectione,] [congregauit plurimam multitudinem hominum robustorum secum in vrbe pro eius defensione & fontium obturatione,] [et obturauerunt cunctos fontes] extra Hierusalem, [et riuum qui fluebat in medio terræ,] [egrediendo de vrbe per terram longè, cuius riuus fluxum per terram impediabant,] [dicentes: Ne veniant reges Assyriorum, & inueniant aquarum abundantiam.] Sed cur dixerunt, Ne veniant reges Assyriorum, cum solus Sennacherib rex legatur venisse, nisi forte acceperint plurale pro singulari? Vel aliqui erant reges minores in Assyria sub Sennacherib isto, qui cum eo venerunt. [Aedificauit quoque agens industriè omnem murum, qui fuerat dissipatus,] [preparando destructiones murorum, quia sub Achaz facta fuit multiplex debilitatio regni & vrbis Hierusalem,] [et extruxit turre de super, & forinsecus alterum murum. Instaurauitq; Mello in ciuitate Dauid. Mello erat profunda vorago, cuius instauratio fuit ad hostium dimerisionem in eam.] [et fecit vniuersi generis armaturam & clypeos] ad resistendum aduersarijs, tamè vt 4. Reg. 18. habetur, antequam ita parauit se ad repugnandum, misit ad regem Assyriorum pro pace, offerens se ad dandum quicquid ille ab ipso exigeret. ¶ Deniq; sicut ait scriptura, Ezechias totam spem suam collocauit in Deo, nihilominus fecit quicquid per industriam potentiamq; valebat humanam. Alioquin fuisset, quasi vir tentans Deum. [Constituitq; principes bellatorum in exercitu. Et cõuocauit vniuersos] iuues, & bellatores qui in Hierusalem erant, [in platea portæ ciuitatis, ac locutus est ad eos eorum,] hoc est, efficaciter consolatus est eos, [dicens: Viriliter agite & confortamini. Nolite timere, nec pæueatis regem Assyriorum, & vniuersam multitudinem quæ est cum eo.] Veritatem ipsemet Ezechias primò timuerat illius: sed visa infidelitate illius, qua socius cum Ezechia inuitum de recedendo accepta pecunia, fregit, Ezechias sumpsit in Deo maiorem fiduciam, sperans qd diuina iustitia tãtam illius vitiositatem non dimitteret impunitam, nec vrbem templi & cultus sui permitteret à perfido & periuro illo vastari. [Multo enim plures nobiscum sunt,] [angeli sancti,] [quàm cum illo. Cum illo enim est brachium carneum,] [id est, terrena & humana potestas.] [No]bis cum illo [est] [dominus Deus noster:] & cum eo sanctorum innumerabilia millia. Simili modo dixit Heliseus sanctus ad suum ministrum. [Qui auxiliator est noster, pugnatq; pro nobis. Confortatusq; est populus huiuscemodi verbis Ezechiaë regis Iudæ] cuius sanctitatem, sapientiamq; nouerunt, idèd eius meritis sperabant iuari, & visa eius cõstantia, animati sunt corde. [Quæ postq; gesta sunt, misit Sennacherib rex Assyriorum seruos suos] videlicet Thartham & Rabfarin & Rabfacen, prout 4. Regum istud diffusè narratur. [Hierusalem] [ipse em̄ cum vniuerso exercitu] obsidebat Lachis] ad Ezechiam, regem Iudæ, & ad omnem populum, qui erat in vrbe, dicens: Hæc dicit Sennacherib rex Assyriorum: In quo habetis fiduciam, sedetis obfessi in Hierusalem? Num Ezechias decepit vos, vt tradat morti in fame & siti, affirmans qd dominus Deus noster liberet vos de manu regis Assyriorum? Nunquid non iste est Ezechias, qui destruxit excelsum illius & altaria, & præcepit Iudæ & Hierusalem, dicens: Coram altari vno adorabitis, & in ipso comburetis incensum? An ignoratis quæ ego fecerim, & patres mei cunctis terrarum populis? Nunquid præualuerit diu gentium, omniumq; terrarum, liberare regionem suam de manu mea? Quis est de vniuersis dijs gentium, quas vastauerunt patres mei, qui potuerit eruere populum suum de manu mea, vt posset etiam Deus vester eruere vos de hac manu? Non vos ergo decipiat Ezechias, nec vana persuasione deludat, neq; credatis ei. Si enim nullus potuit deus cunctarum gentium atq; regionum liberare populum suum de manu mea, & de manu patrum meorum: cõsequenter nec Deus vester poterit eruere vos de hac manu. Sed & alia multa locuti sunt serui eius contra dominum Deum, & contra Ezechiam seruum eius. Epistolæ quoq; scripsit plenas blasphemix in dominum De-

um Israel. Hoc fuit quando ad tempus recessit à terra Iuda, cognito aduentu regis Aethiopiæ contra se. [et locutus est aduersum eum: Sicut di] gentium ceterarum non poterunt liberare populum suum de manu mea, sic & deus Ezechiaë eruere non poterit populum suum de manu ista. Insuper & clamore magno, lingua Iudaica contra populû qui sedebat in muris Hierusalem, personabat, vt terreret eos, & caperet ciuitatem. Locutusq; est contra Deum Israel, sicut aduersum deos populorum terræ, opera manuum hominum. Orauerunt igitur Ezechias rex, & Esaias filius Amos propheta, aduersum hanc blasphemiam Jzelo iustitiæ, vt iustus & omnipotens deus eam vlcisceretur, [ac vociferati sunt vsq; in cælum] hoc est, tam ardentissimè ac fiducialissimè & indefinenter dnm̄ inuocauerunt, qd Deus in cælo residens, ostēdit se eam audisse. Orauit autem & totus populus Ezechiaë, sed hi duo, tanquàm excellentiores & sanctiores, præ cæteris exprimitur. Neque oratio iusti penetrat cælus. [Et misit dominus angelum suum, qui percussit o]m̄m virum robustum & bellatorem, & principē exercitus regis Assyriorum. Reuerfusq; est cum ignominia in terram suam. Veritatem vt dictum est 4. Reg. & super Esaiam ostēsum, decem manserunt superstities, cum quibus rex fugit. [Cumq; ingressus esset, domum Dei sui, filij qui egressi fuerant de vtero eius, interfecerunt eo gladio. Saluauitq; dominus Ezechiaë, & habitatores hierusalem, de manu Sennacherib regis Assyriorum, & de manu oim̄ præstitit ei quietē per circuitum. Multi etiam] Gentilium ex regno decem tribuum [deserebant hostias & sacrificia domino in Hierusalem:] [audito isto admirando triumpho, ex quo omnipotentiam & prouidentiam atq; iustitiam Dei] pensabant, [regrauiabanturq; ei, quod impissimum illum tyrannu, qui tantum vexauerat vndiq; regna terrarum, tam gloriose ac metuendè deiecit.] [et munera Ezechiaë regi Iudæ,] diligentes eum & grates ei referentes, eo qd tanti tyranni procurasset ruinam. [Qui exaltatus est post hæc coram cunctis gentibus] hoc est, famosus effectus apud omnes qui ista perceperunt, eo qd talis ac tantus esset apud altissimum, qui sic per angelum suum pugnavit pro eo. [In diebus illis] ægrotauit Ezechias vsq; ad mortem Jexclusiue, [et orauit dominum] vt sanaretur. [Exaudiuitq; eum, & dedit ei signum,] ita qd sol redijt decem lineis seu gradibus in horologio Achaz, prout istud 4. Reg. libro expositum fuit. [sed non iuxta beneficia quæ acceperat] à Deo, [retribuit] ei, i. ingratus Deo effectus est, qui tanta fecit ad ipsius Ezechiaë instantiam, in solis supernaturali retrocessione, in Assyriorum per angelum incineratione, in suspensius miraculosa curatione, & vitæ suæ prolongatione, atq; in alijs multis ac magnis spiritalibus ac corporalibus donis, [quia eleuatum est cor eius] in superbiam, & inaniter gloriatus est ex tanta sua famatione, & quia tot & tanta propter ipsum facta fuerunt, quæ & suis meritis vltra cõdignum creditur ascripsisse. [Et facta est contra eum ira, & contra Iudam & Hierusalem:] hoc est, Deus detestatus est ingratitude[m] eius, & pompam & gloriam vanâ, & contra subditos eius fuit iratus propter eorum peccata, & quia suo regi communicauerunt in malis. Vel propter eorum peccata Deus permisit regem ipsorum ita tentari ac labi, sicut & ipsum Dauid, dum populum numerari præcepit. Vndè & propter peccatum illud Dauid, percussus est populus. Nam vt ait Gregorius, Deus diffponit corda prædientium, secundum merita aut demerita subditorum. Deus quoq; per Esaiam Ezechiaë prædixit & comminatus est debitam punitionem. [Humiliatusq; est postea,] quia ad Esaiæ reprehensionem aduertit, & detestatus est suos excessus ac fleuit, [eo qd exaltatum fuisset cor eius, tam ipse quàm habitatores Hierusalem, & idcirco non venit super eos ira domini in diebus Ezechiaë] per Chaldæos, de quibus Esaias prædixit, postea verò tempore Ioakim cõcepit venire. [Fuit autem Ezechias diues & inclytus valdè, & thesauros sibi plurimos congregauit] argenti & auri, & lapidis preciosi, aromatum & armorum vniuersi generis, & vasorum magni precij, apothecas quoq; frumenti, vini & olei, & præsepia omnium iumentorum, caulasq; pecoribus, & vrbes sex edificauit. Habebat quippe greges ouium & armentorum innumerabiles, eo qd dedisset ei dominus substantiam multam nimis. [Fuitq; inclytus] carnis origine ex regali Dauid progenie, sed nobilitatem, non degenerando à sanctorum Regum nobilitate, hoc est, virtuositate. Ex rationali em̄tiam causa propter cõmune bonum congregauit tot opes. [Ipse est Ezechias qui obturauit superiorem fontem aquarum Gihon,] i. fontem illum sic clausit, quod extra vrbem non fluxit, ob causam præhabitam. [et auertit eas] scilicet aquas Gihon] subter] i. inferius eas conuertit & fluere fecit, [ad occidentem vrbis Dauid:] quatenus interiorem piscinam influerent. Fecit quoq; ante fontem Siloa quasi stagnum, in quo aquæ colligerentur, & ciuibus referuarentur pro tempore obsidionis: quod stagnum in Euangelio Ioannis appellatur natatoria Siloe, atq; vt Epiphanius asserit, Esaias orante, copiosius solito de fonte Siloe ***. [In omnibus operibus suis fecit prosperè, quod voluit. Attamen in legatione principum Babylonis] hoc est, in missione senecium nunciatorum regis Babylonis, [qui missi fuerant ad eum] à rege illo, vt 4. Reg. lib. legitur, [vt interrogarent de portento, quod acciderat super terram,] i. causam miraculose retrocessions Solis ab eo inuestigarent, quam retrocessione[m] propter eum factam fu-

isse peceperant. Vnde & eius dignitatem & excellentiam mirabantur, propter quem cursus celestium corporum immutaretur. [dereliquit eum dominus, vt tentaretur] a spiritu superbiz, [& nota ferent omnia quz erant in corde eius, hoc est, interior eius elatio, ingratitude & vana gloria ostenderetur ad nostram cautelam, per verba & facta eius exteriora, quia tunc demonstravit nuncijs illis opulentiam & magnificentiam suam, & alia quzdam magis quam licuit, vt quareto Regum expressum est. [Reliqua autem sermonum Ezechiz & misericordiarum eius, scripta sunt in visione Esaię, filij Amos propheta, & in libro Regu Iuda & Israel. Dormiuitq; Ezechias cum patribus suis, & sepelierunt eum supra sepulchra filiorum Dauid.] i. eminentius atq; preclaris sepulchrum fecerunt ei quam alijs regibus propter ipsius virtutes eximias, & quoniam totum populum suum sic reformauit, & tantam prosperitatem attulit regno. [Et celebravit eius exequias vniuersus Iuda, & omnes habitatores Hierusalem, reuaguitq; Manasses filius eius pro eo.] Docemur ex isto cap. vt in arduis causis celebrentur cocilia, & prelati ac principes, quantumcumq; sapientes ac virtuosus, non despiciant, nec omitant cum suis consiliariter loqui, & de agendis tractare. Deuotora quoq; orationes requirant, & sperent in domino, prelorumq; tempore suos sapienter ac feruide exhortentur. Postremò docemur hic, qualiter spiritalis illa elatio & gloria vana, insidientur virtutibus etiam in viris perfectis. Ideò semper super custodiam nostram stare debemus & esse solliciti, ne peccemus, & in die bonoru, memores esse debemus maiorum. Neq; in die honoris sui debet quisquam extolli, imò tunc magis formidare debet occulta iudicia Dei, qui electis suis in hac vita magis solet concedere aduersa quam prospera. Itaque quo plura & maiora à deo dona sortiti fuerimus, eo plùs subiecti, grati & humiles esse debemus, & omne bonu toto corde Deo ascribere, & iuxta beneficia quz recepimus, pro posse retribuere. Etenim si tantus vir sic cecidit, quis potest esse securus? Ideò ex aliorum laude, fama & reputatione nequaquam inaniter gloriemur, sed attendamus, quam horrendum sit incidere in manus Dei viuientis.

Expositio cap. 33. Duodecim annorum erat Manasses, cum regnare cepisset. Art. 33. **V**topposita iuxta se posita, euidentius innotescant, post descriptionem vite & gubernationis optimi Ezechiz, sequitur historia sceleratissimi filij eius, qui tamen ex infinita misericordia Dei tandem verè penituit. Duodecim annorum erat Manasses, cum regnare cepisset, & quinquagintaquinque annis regnavit in Hierusalem. Fecit autem malum coram dño iuxta abominaciones gentium, quas subuertit dñs corā filijs Israel. Et conuersus instaurauit excelsa, quz demolitus fuerat Ezechias pater eius, construxitq; aras Baalim, & fecit lucos, & adorauit militiā celi, & coluit eam. Aedificauit quoq; altaria in domo dñi, de qua dixerat dñs, In Hierusalem erit nomen meum in æternum. Aedificauit autē ea cuncto exercitui celi, in duobus atrijs domus dñi, transireq; fecit filios suos per ignem in valle Benenon. [Exordium huius cap. 4. Reg. lib. expositum est pro maxima parte. [Observabat somnia] superstitiosè, & non solum prout ex naturalibus causis & naturali scientia ex qualitate & existentia somnioru aliquid sciri potest & conijci, prout de hoc in pluribus locis tractatum est, [scetabatur auguria] i. artem diuinandi ex garritu, volatu & motibus auium, [maleficis artibus inferuiebat] i. diuersis speciebus artium magicarum intentus. [Habebat autē secum Magos & incitatores,] qui incitationibus & inuocationibus suis maleficis sensus deludunt humanos, quz omnia fuerunt in lege prohibita, qm̄ in Leuitico scriptum est: Non augurabimini, nec obseruabitis somnia: non declinetis ad magos, nec ab hariolis aliquid sciscitemini. [multa que mala operatus est coram dño, vt iritaret eum. Sculptile quoq; & conflatile signum posuit in domo dñi, de qua locutus est dñs ad Dauid & ad Salomonem filium eius, dicens: In domo hac & in Hierusalem, quam elegi de cunctis tribubus Israel, ponam nomen meum in sempiternum, & mouere non faciam pedem Israel de terra quam tradidi patribus eorum, ita dumtaxat, si custodierint facere quz precepi eis, cunctamq; legē & ceremonias atq; iudicia, quz mandauit per manum Moysi. Igitur Manasses sic duxit Iudam & habitatores Hierusalem, vt facerent malum super omnes gentes quas subuerterat dñs à facie filiorum Israel. Loquutusq; est dñs ad eum, & ad populū illius, & attendere noluerunt. Idecirò superinduxit eis principes exercitus regis Assyriorum. Ceperuntq; Manassen, & vincum catenis atq; cōpedibus duxerunt eum in Babylonem.] Si Assyrij eum vixerūt, quomodo ductus est in Babylonem? Ad hoc Iosephus & alij dicunt, qd̄ Babylonij cum rege suo venerunt contra Manassen, sed appellatur Assyrij, qm̄ ante fuerit sub monarchia atq; dominio Assyriorum, à quibus tñ iam receperunt. [Qui postquam coangustatus est.] i. valde arctatus. Hinc in scholastica fertur hist. Inmisit dñs aduersus manassen regem Babyloniorum, qui depopulatus est Iudam, & Manassen de loco extraxit in Babylonem, & pluribus afflixit tormentis. Corauit dñm Deum suum, & egit penitentia valde coram Deo patrum suorum.] i. cordiale habuit contritionem intensam, secundum eius magnitudo & multitudo criminum eius exegit. Contritionem quippe oportet esse ad quantum peccat

Ibid.

Abacuc. Eccl. 11.

Heb. 10.

4. Reg. 21.

Leuit. 19.

Iose. li. 10. an. iu. ca. 4.

Pet. Co. hist. lib. 4. Re. ca. 33.

peccatis, [deprecatusq; est eum] pro remissione culparum, [& obseruauit intentē] pro infusione gratiz ac virtutum, vexatione durissima dante sibi durissimo intellectu. [& exaudivit orationē eius.] O quam infinita fuit hæc mia Dei, qd̄ tam citò & piè exaudivit impiū illum, quo in tota scriptura vix aliquis legitur grauius ineffabilisq; peccasse. [Reduxitq; eum Hierusalem in regnū suum.] Modus autē quo de captiuitate eū redemit, non scribitur hic neq; exprimitur. [Et cognouit Manasses qd̄ dñs ipse esset Deus.] i. per multiplicem diuinę pietatis & equitatis effectum circa se & in se, experimentaliter cōsiderauit & vidit, qd̄ dñs creator vniuersorum, verè sit Deus hoim, presertim Hebræoru, habens presentiam eorundem, & iustus existens iudex Iudæorum ac oim. Deindē subiungitur, qualiter in sua reuersus, reparauit & emendauit regnū suum in melius, tam in corporalibus quam in spiritalibus. [Post hæc aedificauit murum extra ciuitatē] Dauid, [faciendo ibidem antemuram,] [ad occidentem Gihon.] i. in occidentali parte vrbs Dauid, in qua situs fuit fons Gihon, [in cōualle, ab introitu portę piscium per circuitum vsq; ad Ophel.] Et exaltauit illum vehementer. Constituitq; principes exercitus in cunctis ciuitatibus Iudæ munitis; ne regnum suum amplius posset sic deuastari, & abstulit de os alienos, [idololatriam extirpando,] [& simulacra de domo dñi, aras quoq; quas fecerat in monte domus dñi, & in Hierusalē, & proiecit omnia extra urbem.] Porro instaurauit altare dñi, & immolauit super illud victimas, & pacifica, & laudē, precepitq; Iudæ.] i. vniuerso populo regni sui, [vt seruiret dño Deo Israel.] in quo patuit mutatio dextera excelsi, & non sine grandi oim admiratione vitam duxit deceterò virtuosam. [At ramentum adhuc populus immolabat in excelsis dño suo.] Reliqua autē gesserit Manassa, & obsecrationes eius ad Deum suū, verba quoq; videntium quz loquebatur ad eum in nomine dñi Dei Israel, continentur in sermonibus regum Israel. Oratio quoq; eius, & exauditio, & cuncta peccata atq; contemptus, loca etiam in quibus aedificauit excelsa, & fecit lucos & statuas, antequam ageret penitentiam, scripta sunt in sermonibus Hozai. Dormiuit ergo Manasses cū patribus suis, & sepelierunt eum in domo sua; in horto domus suę, in horto Oza, prout 4. Reg. lib. habetur. [Regnauitq; pro eo filius eius Amon.] Vingtidooru annorum erat Amon, cum regnare cepisset, & duobus annis regnavit in Hierusalem, fecitq; malū in conspectu dñi, sicut fecerat Manasses pater eius, & cūctis idolis quz Manasses fuerat fabricatus, immolauit atq; seruauit. Et non est reueritus faciem dñi, sicut reueritus est Manasses pater eius, & multo maiora deliquit. Cumq; coniuerant aduersus eum serui sui, interecerunt eum in domo sua. Porro reliqua populi multitudo, cæsis his qui Amon percusserat, constituit regem Iosiam filium suum pro eo.] Hæc omnia 4. Reg. lib. exposita sunt, quz ibi requirantur. [Ex isto docemur cap. quomodo verè infinita sit mia Dei in suis electis, & qd̄ de nullo sit desperadum. Quod item salubre sit sustinere aduersa, quz sūt multis salutis occasio. Itaq; qui stat, videat ne cadat, nec lapsos & impios aspernentur incaute, qm̄ hi quoque ipse saluti hodie videtur præcedere, cras forsan ipsum præcedent.

Esa. 24.

Psal. 76.

4. Reg. 21. Ibid.

1. Corin. 10.

4. Reg. 22. 23.

Iose. lib. 10. an. iu. ca. 4.

Declaratio cap. 34. Octo annorum erat Iosias, cum regnare cepisset. Art. 34. **H**uius cap. sententia, in quo etas, vita, gubernatio Iosiz describitur, 4. Reg. lib. continetur atq; exposita est: ideò non est immorandum. [Octo annorum erat Iosias, cum regnare cepisset, & triginta & vno regnavit in Hierusalē.] Fecitq; quod erat rectum in conspectu dñi, & ambulauit in vijs Dauid patris sui: non declinauit neq; ad dexteram, neq; ad sinistram. Octauo autē anno regni sui, cum adhuc esset puer] vtpotè sedecim annorum, [cepit querere Deū patris sui Dauid.] imò vt Iosephus narrat, quarto anno regni sui cum duodecim esset annorum, cepit populum ab idololatria reuocare, prauaq; opera tanq; senior emédare. [& duodecimo anno postq; regnare ceperat, mūdauit Iudam & Hierusalem ab excelsis & lucis, simulacrisq; & sculptilibus.] Destrueruntq; coram eo aras Baalim, & simulacra quz superposita fuerant, demoliti sunt. Lucos etiam & sculptilia succidit atq; cōminuit, & super tumulos eorum qui eis immolare consueuerant, fragmenta dispersit. Ossa præterea sacerdotum cōbussit in altaribus idolorum, mundauitq; Iudam & Hierusalem. Sed in vrribus Manassæ & Ephraim & Simeon vsq; Neptubali, cuncta subuertit. Cumq; altaria dissipasset & lucos, & sculptilia contriuisset in frusta, cunctaq; delubra] i. templa idolorum [demolitus esset,] non solum in regno suo, sed etiam in terra decem tribuū, [de vniuersa terra Israel, reuersus est in Hierusalem.] Igitur anno vndecimo regni sui, mundata iam terra & templo dñi, misit Saphan filium Helchiz, & maasiam principē ciuitatis, & Iosiam filium Iosahas à commentarijs, vt instaurarent domum dñi Dei sui. Qui venerunt ad Helchiz sacerdotem magnum, acceptaq; ab eo pecunia, quz illata fuerat in domum dñi, & quam congregauerant Leuitæ & ianitores, de Manasse & Ephraim & vniuersis reliquijs Israel, ab omni quoq; Iuda & Beniamin, & habitatoribus Hierusalem, tradiderūt in manibus eorum, qui præerat operarijs in domo dñi, vt instaurarent templum, & infirma queq; sarcirent. At illi dederunt eam artificibus & cæmentarijs, vt emerent lapides de lapicidinjs, & ligna ad cōmissuras aedificij, & ad contignationem domorum, quas destruxerant reges Iuda, qui fideliter cuncta faciebant. Erant

autem præpositi operantium, Iahath & Abdias Leuite de filijs Merari, Zacharias & Mofollam de filijs Caath, qui vrgebant opus, omnes Leuitæ, scientes organo canere. Super eos vero, qui ad diuerfos vsus onera portabant, erant scribæ & magistri de Leuitis ianitores. Cumq; efferrent pecuniam, quæ illata fuerat in templum domini, repperit Helchias sacerdos librum legis dñi, qui datus fuerat per manum Mosis, & ait ad Saphan scribam: Librum legis inueni in domo dñi. Et tradidit ei. At ille intulit volumen ad regem, & nunciavit ei, dicens: Omnia quæ dedisti in manu feruorum tuorum, eccè cõplentur. Hic ergo describitur, qualiter prouidit & procurauit tẽpli reparationem in suis ruinis aut corruptelis. Iosias namq; pijsimus volens templum inflaurare, misit per regnum suum & per terram Israel Leuitas ac ianitores ad colligendum pecuniam à populo regni sui & ab aliarum reliquijs tribuum, quam collectam & in templum portatam, fecit Iosias dari præpositis operariorum, præpositi quoq; dabant artificibus ad emẽdum necessaria pro reparatione sartatectorum, in firmarumq; partium domus Dei. Argentum quod reperit in domo dñi, conflauerunt, i. pecuniam argenteam in templo repletam, collegerunt viri ad hoc deputati, datumq; est præfectis artificum & diuersa opera fabricantium. Quidam tñ exponit sic, qd Iosias iussit residuum oblatæ pecuniæ ad tẽpli inflauracionem, conflare, vt in dẽ fierent vasa sancta in templi obsequio. Præterea tradidit mihi Helchias sacerdos hunc librum. Quem cum, rege præsentem, recitasset, audissetq; ille verba legis, scidit vestimenta sua, & præcepit Helchias & Achicæ filio Saphan, & Abdon filio Micha, Saphan quoq; scribæ & Asaiæ seruo regis, dicens: Ite & orate dñm pro me, & pro reliquijs Israel & Iuda, super vniuersis libris istius, qui repperit est. Magnus em furor dñi stillauit super nos, eo qd nõ custodierint patres nostri verba domini, vt facerent oia quæ scripta sunt in isto volumine. Quarto Regum habetur, Ite & cõsultate dñm super me & super populo. Ita q; sensus est, Ite ad aliquam personam sanctam, spiritum prophetiæ habentem, & facite orari pro me & pro populo meo: cõsultum quoq; in dẽ accipite, quid agendum sit nobis. Abijt ergo Helchias & hi qui simul à rege missi fuerant, ad Holdã propheten, vxorem Sellum filij Thocaath, filij Hafaræ, custodis vestium, quæ habitabat in Hierusalem in secunda, & locuti sunt ei verba quæ supra narrauimus. At illa rñdit eis: Hæc dicit dñs Deus Israel: Dicite viro qui misit vos ad me: Hæc dicit dñs, Eccè ego inducam mala super locum istum & super habitatores eius, cunctaq; maledicta quæ scripta sunt in libro hoc, quem legerunt corã rege Iuda, quia dereliquerunt me, & sanctificauerunt dijs alienis, vt me ad iracundiam prouocarent in cunctis operibus manuum suarum. Idcirco stillabit furor meus super locum istum, & non extinguetur. Ad regem aut Iuda, qui misit vos pro dño deprecando, sic loquimini: Hæc dicit dñs Deus Israel: Qm audisti verba voluminis, atq; emollitum est cor tuum, & humiliatus es in conspectu dñi, super his quæ dicta sunt contra locum hunc & habitatores Hierusalem, reueritusq; faciem meam, scidisti vestimenta tua, & fleuisti coram me, ego quoq; exaudiui te, dicit dominus. Iam em colligam te ad patres tuos, & infereris in sepulchrum tuum in pace, nec videbunt oculi tui omne malum, quod ego inducturus sum super locum istum, & super habitatores eius. Retulere itaq; regi cuncta quæ dixerat. At ille cõuocatis vniuersis maioribus natu Iuda & Hierusalem, ascendit in domum dñi, vnaq; omnes viri Iuda & habitatores hierusalem, sacerdotes & Leuitæ, & cunctus populus à minimo vsq; ad maximũ. Quibus audientibus in domo dñi, legit rex omnia verba voluminis. Et stans in tribunali suo, percussit fœdus coram dño, vt ambularet post eum, & custodiret præcepta & testimonia & iustificaciones eius in toto corde suo & in tota aia sua, faceretq; quæ scripta sunt in volumine illo quod legerat. Adiurauit quoq; super hoc, omnes qui reperi fuerant in Hierusalem & Beniamin. Et fecerunt habitatores Hierusalem iuxta pactũ dñi Dei patrum suorum. Abstulit ergo Iosias cunctas abominaciones de vniuersis regionibus filiorum Israel. Ii. de tota terra eorum, quæ multas regiones Chananeorum in dẽ olim eiectorum includebat. Fecit oes qui residui erant in Israel, seruire dño Deo suo. Cũctis diebus vitæ suæ nõ recesserunt à dño Deo patrum suorum, per idololatriam, aut per generalem deformationem, quo constat, quanta bona faciat in grege sibi commisso præsidens virtuosus.

¶ Expositio cap. 35. Fecit autem Iosias in Hierusalem phase domino. Articulus XXXV.

Describitur in hoc loco solenissima paschæ celebratio facta à rege Iosia sanctissimo, & cõsummatio eius lucuosa. Fecit aut Iosias in Hierusalem phase dño, i. paschale sacrificiũ, & constituit sacerdotes in officijs suis, præcipiendo eis, vt iuxta distinctionem eorum à David institutam, se collocarent, & sua deuote officia exequerentur, idẽ subditur: quod immolatum est quarta decima mensis primi. Et constituit sacerdotes in officijs suis, horratuq; est eos, vt ministrarent in domo domini, sacrificando & incensum ponendo, ac cõsimilia ad eorum officiu pertinentia exequẽdo in templo. Leuitis quoq; ad quorum eruditionem omnis Israel sanctificabatur dño, i. filijs Leui, qui communem populum docuerunt, qualiter se præpararet ad solen-

4. Reg. 22.

1. Para. 24.

lennitatem paschæ agendam, loquutus est: Ponite arcam in sanctuario templi, quod ædificauit Salomon filius David rex Israel. Leuitq; iuxta præhabita nec sanctum, nec sanctum sanctorũ, i. nec exteriorẽ nec interiorẽ tẽpli partem intrabant, quomodo ergo præcipitur eis, ponere arcam in sanctuario tẽpli, i. in sancto sanctorum? Deniq; si ponenda erat ibidẽ, iam extra illud fuit. Circa hoc refert Lyra: Libro de Hebraicis quæstionibus dicitur, qd tempore Achaz idololatra arca fuit de tẽplo ad domũ Holdæ prophetisq; portata, & in dẽ sub Iosia ad templum relata. Glossa verò Hebraica dicit, qd arca non fuit de loco suo transposita, sed per Manasse traeta ad partẽ, quatenus in loco eius idolum quod manasse coluit, poneretur, primum horum reprobat Lyra, quia si arca fuisset posita extra tẽplum sub Achaz, non est verisimile, quin deuotus rex Ezechias fecisset eam reduci. secundum etiam reprehendit, quia si arca mansisset in sanctuario, Iosias non iussisset Leuitis, qd eam in sanctuario ponerent, qm sanctuarium introire non licuit eis. Hinc probabilius opinatur, qd tempore Manasse fuit extra tẽplum portata, & sub Iosia per Leuitas reportata, vsq; ad tẽpli ingressum, atq; ab illo loco per sacerdotes delata, & in sanctuario posita. Hæc Lyra. Sed mirum si Manasse temporibus fuit elata de templo, qd ipse Manasse post suam cõuersionem non fecit arcam suo restitui loco, præsertim cùm supra scriptum sit: Abstulit Manasse deos alienos & simulacra de domo dñi, & inflaurauit altare dñi, & cæt. Potius igitur reor, qd sub impijsimò idololatra Amõ filio manasse potuit fieri deportatio illa arcæ extra propriũ locum. (Nequaquã enim eam vltra portabitis) i. arca deceterò fixa manebit in loco suo, nec propter aut per idololatræ auferetur. Hoc dixit Iosias, quia firmissimè statuit idololatriam omnĩ tẽpore vitæ suæ repellere. Nunc ergo ministrare domino Deo vestro] seruitute latræ, & populo eius Israel,] sicut superiores ministrat subditis suis, i. communem populum informate, & circa eorum sacrificia exhibete, quod vestro incumbit officio, & præparate vos per domos & cognationes vestras in diuisionibus singulorum, i. officia vestra peragite, secundum quod diuisi estis per turmas & ordines sub sacerdotibus, quibus ministratis, sicut præcepit David rex Israel] vt sæpè expositum est, & descripsit Salomon filius eius. David enim primò descripsit hoc, atque in scriptis tradidit Salomoni, vt primo libro habetur: de in dẽ Salomon descripsit, vel in scriptis dedit hæc alijs,] ministrare in sanctuario eius per familias turmasq; Leuiticas, & sanctificati, immolate phase. In qualitate etenim domo agnus immolabatur. Porro super illud superius scriptum, Comedit phase non iuxta quod scriptum est: R. Paulus reprehendit Lyra ibi dicentem, qd pascha non poterat immolari, nisi à purificatis seu sanctificatis, sed reprobatio illa non valet, quia non solum hoc loco, sed & alibi sæpè docet scriptura, qd non nisi purificati poterant phase offerre, nõ nec manducare. Præterea immunditiæ illæ legales & corporales, vocantur irregularitates, quia per eas efficiebantur ministri templi & populus inepti ad sacrificia offerenda seu manducanda, & ad templi ingressum, prout Thomas in prima secũdæ, & Alexander de Hales super tertium sententiarum, Guilhelmus quoq; Parrhisieus libro de fide & legibus, ac alij expositores testantur. Fratres autem vestros] nondũ sanctificatos,] præparate, i. purificate ad exercendum sua officia, vt possint iuxta verba quæ locutus est dominus in manu Mosis facere, i. sua obsequia dignè implere. Dedit præterea Iosias omni populo qui ibi fuerat inuetus, in solennitate phase, agnos & hædos de gregibus, & reliqui pecoris triginta millia, boum quoque tria millia. Hæc de regis vniuersa substantia. Duces quoq; eius spontè, quod vouerant obtulerunt, tam populo quàm sacerdotibus & Leuitis. Hic recitatur, qualiter Iosias & etiam principes dederunt populo ad celebrandum phase, & in sumptuum sacrificiorumq; releuamen ac opem, multa millia iumentorum mundorum, i. aptorum ad immolandum atq; edendum, sicut superius de Ezechia relatum est. Porro Helchias] pontifex] & Zacharias & Iehiel principes domus domini,] id est, templi. Helchias etenim pontifex fuit, & post eum alij erant sacerdotes præcipui. Dederunt sacerdotibus ad faciendum phase pecora commixtum duo millia sexcenta,] id est, pecora diuersarum specierum, quorum quædam erant oues, arietes siue agni, quædam capræ aut hædi, quæ omnia simul fuerunt duo millia & sexcenta. Quidam tamen exponit, commixtum, id est, communitur seu pariter, quia præfati simul accepti, tot pecora contulerunt. & boues trecentos. Simili modo præcipui inter Leuitas, dederunt Leuitis cæteris pecora multa pro causa eadem, vt in textu subiungitur. Chanania aut & Semeias etiã & Nathanael fratres eius, necnon Hafabias, & Iahiel, & Iosabad principes Leuitarum, dederunt cæteris Leuitis ad celebrandum phase quinq; millia pecorum, & boues quingentos: præparatumq; est ministerium, i. media ritè disposita sunt ad exequendum paschalis festi obsequium. Et steterunt sacerdotes in officio suo.] cõuenienter ordinati & distincti per turmas, similiter Leuitæ, vt dictum est. Leuitæ quoq; in turmis iuxta regis imperium, & immolatum est phase, i. non solum agnus paschalis in domibus singulorũ, sed & sacrificium paschale in tẽplo & atrio. Adaspereruntq; sacerdotes manus suas sanguine, i. sanguinem hostiarũ effundendo, & circa altare fundendo, etiã manus suas

2. Para. 31.

1. Para. 24. 25. 1. Para. 28. 1bid. 2. Para. 6. 2. Para. 30.

R. Paulus.

1. Para. 30.

sanguine perfuderit, & Leuita detraxerit pelles holocaustorum. Quod quauis ad sacerdotem ipse stauerit, tñ in hoc poterant adiuuare Leuita, quando ob multitudinem sacrificiorum fuit necesse. [& separauerunt eas,] i. pelles à carnibus pecorum offerendauri, [vt darent per domos & familias singulorum, & offerrentur dño, sicut scriptum est in libro moysi.] i. carnes darēt sacerdotibus ad offerendum pro his, qui animalia illa adduxerūt ad immolandū, vel vt partē de oblatiis darent immolantibus, secundum quod aliqua partes hostiarū cesserūt in offerentiū vsum, & iuxta hoc oblatiis ista non erāt plenariē holocausta, qm holocausta propriē dicta, totaliter cōburebantur, sed erāt holocausta, extensē fumendo nomē holocausti pro sacrificio, cuius aliqua pars incedebatur. [De bobus quoq; fecerunt similiter. Et assauerūt phasē.] agnū paschalem, super ignē, iuxta quod praeceptū est in lege. [Siquidem in Exodo legitur: Non comedetis ex eo crudum quid nec coctum aqua, sed assum tantum igne.] [Pacificas verò hostias coxerūt in lebetibus.] i. ollis aeneis, [& cācabis & ollis,] bulliēdo eas, [& festinatō distribuerunt vniuerso plebi.] i. vnicuique offerentium partem talium hostiarum seu carnijum, quā eis secundum legem debebatur, secundum quam maior pars talium hostiarum venit in offerentium esum, vt in Leuitico patet. [sibi autem & sacerdotibus postea parauerunt. Nam in oblatione holocaustorum & adipum, vsq; ad noctem sacerdotes fuerunt occupati, vnde & Leuiti sibi & sacerdotibus filijs Aaron parauerunt nouissimis. Porro cantores filij Asaph, stabant in ordine suo, iuxta praeceptū Dauid & Asaph & Heman & Idithun prophetarum regis dauid. Ianitores verò per portas singulas obseruabant, ita vt nec puncto quidem discederent à ministerio: quomobrem & fratres eorum Leuita parauerunt eis cibos. Omnis igitur cultura dñi, ritē completa est in die illa, vt face-rent phasē, & offerrent holocausta super altare dñi, iuxta praeceptum regis Iosia.] Hic narratur, qualiter cantores & ianitores erant cōuenienter & ordinatē dispositi in suis officijs. [fecerūtq; filij Israel, qui reperti fuerant ibi, phasē in tempore illo, & solennitatem azymorum septem diebus,] infra quos vescebatur azymis panibus, non fermentatis. [Non fuit phasē simile huic in Israel à diebus Samuelis propheta.] Aliqui textus habent, à diebus Salomonis, dicentes, vitio scriptorum scriptum Samuelis pro Salomonis. Veruntū Iosephus scripsit, à diebus Samuelis. & 4. Regum libro dicitur, à diebus Iudicum. Deniq; ideò phasē istud ceteris sic praefertur, vel quia cum praecipua deuotione est factum, vel quia Iosias praecipuam liberalitatem monstrauit in festo isto, dando tot millia pecorum populo, secundum modum praedictum: ideò dicitur consequenter in litera: [Sed nec quisquam de cunctis regibus Israel fecit phasē, sicut Iosias sacerdotibus & Leuitis & omni Iudae, & Israel qui repertus fuerat, & habitantibus in Hierusalem:] quia de his quae liberalissimē praefertur, omnes respiciēbatur. Apparet quoq; qd plures hostiae in hoc festo sint immolate, vel absolutē, vel respectiue: tamē sub dauid & Salomone, ante regni diuisionem, fuit ibi maior frequentia populi. ¶ Consequenter describitur, qualiter sanctus Iosias fuit occisus. [Octauo decimo anno regni Iosia, hoc phasē celebratum est.] Postq; instaurauerat Iosias templum, assēdit Nechao rex Aegypti ad pugnandū in Charchamis. i. iuxta urbem sic appellatam, [iuxta Euphraten] fluuium, [& processit in occursum eius Iosias,] quia noluit regi Aegypti concedere iter per terrā suam. [At ille, missis ad eum nuncijs, ait: Quid mihi & tibi est rex Iudae?] i. iis aut inimicitia non est inter nos, cur opponis te mihi? [non aduersum te hodie venio, sed contra aliam pugno domum.] Nam vt magister in hist. scribit, Nechao rex ascendit cōtra regem Assyriorum, quem audierat debilitatū, eo qd Mediac Babylonij ab illius recesserūt monarchia: ideò rex Aegypti putauit se regnum Syriae posse de facili obtinere, & primò voluit congregi aduersus regem Hadadrimmon, regnantem in Charchamis, qui simul cum Iosia disposuit acies cōtra regem Aegypti. [ad quam me Deus festinatō ire pcepit.] per Deū, intelligit vel deum falsum quē coluit, seu deos, per singulare intelligēdo plurale: vel verum Deū, quia multi idololatrē, praeter deos suos, esse nouerūt & suo modo coluerūt vnū altissimū deū, quē admodum Samaritani. Itaq; à Deo dixit se esse mortū & inspiratū ad iter & bellū illud, atq; (vt infra habet) sic erat. Nā De⁹ per vnū regē & regnū, frequēter viciscitur p̄cā regis & regni alterius. [p̄cā sine aduersum deū facere, qui meū est,] i. mihi à Deo missō ac inspiratō in causa hac nolī resistere, nec diuine ordinatiōi obicē ponere audeas, sicut interficiat te. i. interfici faciat aut permittat per me. [Noluit Iosias reuertī, sed p̄parauit cōtra eū bellū, nec acquieuit sermonibus Nechao.] qd protulit ex ore dei. i. ex inspiratiōe angelica seu diuina. Iosias tñ nesciuit hoc. [verū perrexit vt dimicaret in campo Magdeddo.] i. loci vel oppidi seu territorij sic vocati. [Ibiq; vulneratus à sagittarijs.] Regis Aegypti, [cū dixit pueris.] i. seruis [suis:] & fortē quidā de filijs suis erant secū in acie: [Educite me de praelio, quā oppidō.] i. valdē vulneratus sum. Qui transfulerunt eū de curru, [ex quo preliabatur, & in quo fuerat vulneratus,] in alterū currū qui sequebatur eum more regio. [Quia tūc fuit regū consuetudo, vt eis in vno curru sedentibus, & ex illo pugnantibus, alij currus vacui sequerentur eos, si forsitan indigerēt, sicut nūc equi vacui plures currūt post eos.] Quarto lib. Reg. legit, qd occisus est

Exod. 12.

Leui. 4.

Iose. lib. 10. an. iu. ca. 4. 4. Reg. 23.

Pet. co. hist. lib. 4.

Reg. cap. 37.

4. Reg. 23.

est in Magdeddo, quia ibidem lateraliter laesus est. [& absportauerunt eum in Hierusalem, mortuusq; est, & sepultus in mausoleo.] i. sepulchro patrum suorum. Et vniuersus Iuda & Hierusalem luserunt eum. [tanto plūs, quanto melior & regno vtilior fuit, & quia pro regni sui commodo op posuerat se regi Aegypti, à quo timuit regno suo damna inferri.] [Hieremias maximē,] quia ardentissimē. S. Iosiam propter suas virtutes dilexit, & quia praeter ceteris magis clarē cognouit in spiritu, quā nōcua esset mors Iosia reipublicae, cultiq; diuino & salutī communi. [Cuius omnes cantores atque cantatrices.] id est, personae vtriusque sexus, qui carmina & lamentationes factas à Jeremia decantant, [vsq; in praesentem diem lamentationes.] id est, threnos seu lugubres versus [super Iosiam replicant.] id est, frequenter ingemināt seu resumunt. [Et quasi lex obtinuit in Israel.] id est, laudabilis consuetudo inde effecta est. [Ecce scriptum fertur in lamentationibus.] id est, in Threnis Hieremiae, qui inchoant, Quomodo sedet sola ciuitas, istud ostenditur, quia de Threnis, hac re partim compositi sunt. Praeterea sicut in Scholastica recitatur historia, praefatus rex Hadadrimmon cum suo exercitu inconsolabiliter deplanxit Iosiam piissimum. Vnde Zach. 12. scriptum est: In die illa magnus erit planctus in Hierusalem, sicut planctus Hadadrimmon in campo Magdeddo. [Reliqua autem sermonum Iosiae & misericordiarum eius, quae lege praecipua sunt domini, opera quoque illius prima & nouissima, scripta sunt in libro Regum Iuda & Israel.] Fer-tur quoque quod Iosias iuxta fontem & arborem sit occisus, qui protinus aruerunt. Postremò ex isto capitulo innotescunt nobis deuotio, liberalitas, & infatigabilis feruor Iosiae circa Deum & eius ministros. Tantum igitur regem in istis virtutibus praetati ac principes Christiani non cessent sectari. Patet itē ex dictis, quā in comprahēsbilia sint omnipotentis ac iusti dei iudicia, qui regem tam pium & sanctum, ab infideli rege permisit occidi: quo constat, quod propter occultas causas Deus quandoque permittat iustos reges ac principes ab iniustis in bellis interfici, ideò victor in bello non debet gloriari inaniter aut incautē. Amplius, ex hoc quod fecerunt Iosias, cantores ac ianitores erant in templo tam ordinatē dispositi, constat quā ordinatē & reuerenter habere se debeant in diuinis sacerdotes, canonici, clerici, religiosi ac monachi euangelicā legis.

Rom. 11.

¶ Elucidatio capituli 36. Tulit ergo populus terrae Ioa-chaz filium Iosiae.

Articulus XXXVI.

Consummatio regni Iudaeorum vsq; ad Babylonicam captiuitatem hic enarratur. ¶ Tulit ergo populus terrae Ioa-chaz filium Iosiae, & constituit regem pro patre suo in Hierusalem. 23. annorum erat Ioa-chaz, cum regnare cepisset, & 3. mensibus regnauit in Hierusalem. Amouit autem eum rex Aegypti, cum venisset in Hierusalem, & condemnauit terram 100. talentis argenti & talento auri. Constituitq; pro eo regem Eliachim fratrem eius super Iudam & Hierusalem, & vertit nomen eius, Ioa-kim. Ipsum vero Ioa-chaz tulit secum, & adduxit in Aegyptum. Quae hic dicunt, oia exposita sunt 4. Reg. 23. vbi haec eadē scripta sunt. Deinde de regimine Ioa-kim agitur, quē rex Aegypti pro fratre ipsius Ioa-chaz instituit regem. 25. annorum erat Ioa-kim cum regnare cepisset, & 11. annis regnauit in Hierusalem, fecitq; malum corā dño Deo suo. Quae hic scribunt de Ioa-kim, scripta atq; exposita etiā sunt 4. Reg. 23. [Cōtra hunc ascendit Nabuchodonosor rex Chaldaeorum, & vincūm carenis duxit in Babylonem.] i. ducere illum cepit, & ad hoc castenauit eum, vt sic deduceretur in Babylonem, [ad quam & vasa dñi transtulit, & posuit ea in templo suo.] [In via tñ rex Babylonis mutauit consilium, & ipsum Ioa-kim remisit sub obligatione, qd solueret ei annuatim tributum. Praeterea aduertendum, qd super 4. Reg. 23. scribit Lyra: Cum Pharaō cepisset Syriam, mandauit pro Ioa-chaz, vt veniret ad eum in Reblata, quae est Syriae ciuitas, & ille non audens renuere, eo qd non habebat resistendi virtutem, venit, & missus est à rege Aegypti vincus in Aegyptum, & ibi est mortuus. Huic autē recitationi videtur scriptura huius cap. obuiare, dicens: Amouit eum rex Aegypti cum venisset Hierusalem, ex quo apparet qd in Hierusalē eum depoluit. In Scholast. quoq; hist. sic narratur: Tribus mēsisbus tñ regnauit Ioa-chaz in Hierusalem. Nam vt dicit Paralip. Liber, Veniens rex Aegypti in Hierusalem, amouit eum, & duxit eum secum in dolo, sub spe honorandi ipsum in Aegypto: sed cum venisset in Reblata, vinxit eū, & ligatum misit in carcerem in Aegypto. [Reliqua autē verborū Ioa-kim & abominationum eius,] i. abominabilia vitiorum, p̄sertim idololatriarum, [quas operatus est, & quae inuenta sunt in eo,] i. figure seu stigmata vel in cōfessionibus, quae in corpore eius exanimi reperta sunt, quas adhuc viuens corpori suo impressit in honorem deorum suorum, nomen quoq; cuiusdam idoli nomine Chodona-zoi, cōtra quod Leuit. 19. dñs iussit: Super mortuo non incidetis carnes vras, neq; figuras aliquas & stigmata facietis vobis. [continentē in libro regum Iuda & Israel.] Deinde subiungit de filio p̄fati Ioa-kim: [Regnauit autē Ioa-chin filius eius pro eo. Octo annorū erat Ioa-chin cum regnare cepisset, & 3. mensibus ac 10. diebus regnauit in Hierusalem, fecitq; malum in conspectu domini.] 4. Reg. 24. habetur, 10. & octo annorum erat Ioa-chin cum regnare cepisset: quomodo ergo hic

Pet. Co. hist. li. 4. re. c. 38.

dicitur, 8. annorum? Rñdetur, q̄ Ioachin iste 10. annis regnavit cum patre suo, qui 11. annis regnavit, & filium suum octennē cōstituit regem ad secum regnandū secundo sui imperij anno, sicq̄; Ioachin iste fuit 8. annorū dum cum patre suo regnare exorsus est. Porro 10. & 8. erat annorū, q̄n̄, patre suo defuncto, solus cōcepit regnare. [Cumq̄; anni circulus volueretur,] i. ipse annus decurreret vsq̄; ad tempus cōveniēti exaudi ad prelia, [misit Nabuchodonosor rex nuncios, q̄ & adduxerunt eum in Babylonem, abspōtatī simul preciosissimis vasīs domus dñi.] 4. Reg. 24. habetur, Venitq̄; Nabuchodonosor rex Babylonis ad civitatē cum feruis suis, vt oppugnarent eam. quo constat, q̄ & personaliter venit, & forsan quosdā p̄misit. Cūm enī occidisset Ioachim patrem istius, & cōstituisset istum regem pro patre suo, atq̄; abisset, mutato cōsilio, redijt, & urbem obsedit, timēs ne Ioachin iste memor mortis sui patris associaret se aduersarijs suis, videlicet regis Babylonis, tuncq̄; ad consiliū Hieremiā Ioachin iste cum suis se tradidit regi p̄fato, & ductus fuit in Babylonem. [Regem verō cōstituit ipse Nabuchodonosor] Zedechiam patrum eius, [fratrem patris sui filium Iosīā,] super Iudam & Hierusalē. Viginti & vnus anni erat Zedechias, cūm regnare cōpisset, & 11. annis regnavit in Hierusalem, fecitq̄; malum in oculis dñi Dei sui, nec erubuit faciem Hieremiā prophete, loquētis ad se ex ore dñi. [Imō si equēter contēpsit verba ipsius, & aliq̄n̄ eum in carceravit. Interdū tñ fatīs piē Hieremiam alloquebat, & liberavit de carcere, tor tamq̄; panis dedit ei quotidie, quā oīa in lib. Hieremiā diffusē habent.] A rege quoq̄; Nabuchodonosor recessit, [per inobediētā, & iuramētī ac pactī transgressiōē,] q̄ ad iuramentū cum per Deum, [hoc est, iuste iurando p̄cepit Zedechiā, ne recederet a se, & super hoc iuramentū ab eo recepit.] Et induravit cervicem suam & cor, vt non reuertēret ad dñm Deum Israel. Sed & vniuersi principes sacerdotū, [i. p̄sides & ceteri sacerdotes p̄cipui, q̄ sub istis Iosīā filijs p̄fuerunt, de quibus loquit Hieremias: Sacerdotes non dixerunt, Vbi est dñs? & populus, p̄uicariati sunt inique, iuxta vniuersas abominatiōes Geniū, & polluerūt domū dñi, quam sanctificauerat sibi in Hierusalem. Mittebat autē dñs Deus patrū suorū ad illos, per manū nunciōrū suorū:] hoc est, suos p̄phetas, & per eorum obsequium verba sua saluberrima misit ad illos iniquos, [de nocte cōfurgēs,] i. mane atq̄; celeriter instar principis ad aliqd̄ expedieūdū, intrā accelerantis, vt de nocte cōfurgens, suos dirigat feruos ad illud. Vel de nocte, hoc est, aduersitate inslatē, seu vitiorum caligine oīa occupante, & quotidie cōmonens. [i. ad emendatiōē exhortās iniquos,] [eo q̄ parceret populo & habitaculo.] i. templo suo, [Iq̄ q̄tūm in se fuit, fatēgit, ne populus vastaret, & ne templum incenderet.] At illi subfannabāt nuncios Dei, & parūpēdebāt sermones eius, illudēbātq̄; p̄phetis. [Quemadmodū de se multa loquit Hieremias, Oēs, ingens, subfannāt me: factus est mihi sermo dñi in opprobrium & in derisum tota die: Oēs maledicunt mihi. Hinc & Ezech. 24. dixit: Ego portentū vestrū. Et ex his elucescit ineffabilis pietas Dei. Mira quoq̄; & inexcusabilis ingratiūdo, perueritas, & obstinatio populi, [donec ascēderet furor dñi,] i. rigorosus effectus diuine iustitiā, [in populū eius, & esset nulla curatio afflictiōis & p̄enarū, quas intulit illis per Chaldæos, per quos gladio, fame & peste cōsumpti sunt. Vndē a Ieremia dicit Deo: Quare percussisti nos, ita vt nulla sit sanitas?] Adduxit enī super eos regem Chaldæorum, & interfecit iuuenes eorum gladio in domo sanctuarij. Non est misertus adolescētis & virginis & senis, nec decrepiti q̄dem: hoc est, tam districte vltus est De⁹ crimina populi sui, q̄ nec miserabilib⁹ personis, quibus solet parci, in bellis pepercit, [sed oēs tradidit in manibus eius,] videlicet regis Chaldæorū, [vniuersaq̄; vasa domus dñi, tam maiora q̄ minora, & thesauros templi & regis & principum,] translulit in Babylonem. Incenderūt hostes domum Dei, destruxeruntq̄; murum Hierusalē. Vniuersas turre cōbuserunt, & qcquid preciosum fuerat, demoliti sunt. Si quis euaserat gladiū, [i. nec ē per Chaldæos illatam,] ductus in Babylonem, seruiuit regi Chaldæorum, [& filijs eius] qui ei succēserūt in regno. Aliq̄ tñ Iudāi, q̄ non restiterunt Chaldæis pertinaciter, vt Godolias, & q̄i cōmissi fuerunt, & q̄ cōfugerunt ad eum, remanserūt in terra Iudæā ad tempus, [donec imperaret rex Persarum,] hoc est, quousq̄; Cyrus monarchiā acquereret. [& compleret sermo dñi ex ore Hieremiā.] prolatus de Iudæorū detētiōe in Babylonem per annos 700. [& celebraret terra sabbata sua,] id est, terra Iudæā suam serualet quietem & cessatiōem a cultura & inhabitatiōe humana. Nam interim pro maxima parte māsit inculta & vacua, p̄sertim Godolia occiso. Hinc subditur: [Cunctis enim diebus desolatiōis egit sabbatum,] hoc est, quietem p̄zāfatam retinuit, [vsquedum compleretur septuaginta anni. Anno autem primo Cyri regis Persarum,] illud est finis huius voluminis, & coincidit cum exordio libri Esdræ, que madmodū finis Euangelij sancti Lucę coincidit cum exordio libri Actuum Apostolorū. Vndē conijcitur, Esdram edidisse hunc librum. Itaque anno primo regis Persarum, non vtique anno primo vitæ suæ, nec primo suæ iegalīs p̄sidentię anno, sed primo anno suæ monarchię, qua, a uunculo suo Dario mortuo, factus est monarcha, imperio Chaldæorum destructo, [ad ex plendum] id est, opere adimplendum [sermonem domini,] quē loquutus fuerat per os Hieremiā, [& quod dicitur septuaginta annis captiuitatis] com

Hier. 14. 25. 36. 37. 38.

Hiere. 2.

Hiere. 20. 25.

Hiere. 34.

4. Reg. 25. Hier. 4.

Hiere. 29. 25.

Hiere. 41.

1. Esdr. 1. Luc. 24. 1 Act. 1.

Hiere. 25. 28.

completis reducerentur Iudæi ad propria, [& suscitauit dñs sp̄m Cyri regis Persarum,] hoc est, animam seu intellectuam, vel cor Cyri instigauit ad faciendum quod diuinitūs fuit p̄dictum, q̄ iussit p̄dicari in vniuerso regno suo etiam per scripturam [id est, per totum suum imperium] verbo & scripto celeriter insinuauit ac diuulgauit, [& dicens: Hæc dicit Cyrus rex Persarum: Omnia regna terræ dedit mihi dñs Cæli:] [Istud est hyperbolicus sermo, id est, tot & tot regna mihi subiecit summus & vnus Deus, cuius virtute p̄ualui, q̄ cuncta mundi regna mereor quasi obtinuisse: quia & quæ nondum obtinui in re, iam habeo bona & probabili spe. Veruntā nec Assyrii, nec Chaldæi, nec Persæ & Medi, nec Græci, imō nec Romani, q̄ ceteris lōgiūs ac latius imperauerūt, absolutē loquendo, obtinuerunt oīa mundi regna, quæ suis fuerunt tēporibus,] [& ipse p̄cepit mihi,] [per inspirationem occultam, & per p̄nunciatiōem p̄pheticam,] [vt edificem ei domum.] hoc est, templum ei construi faciam in Hierusalem, quę est in Iudæā. In loco vbi Hierusalē iam antea stetit, & vbi ex mea licentia rursus iam constructur, quo facto, ædificabitur ibi templum. Nam vt dicunt S. Hieronymus & Hebręi, Iudęi in captiuitate positi ostēderūt Cyro librū Esaię prophetæ, & scriptum in eo, qualiter sanctus ille Propheta per tot annos p̄dixit etiā p̄p̄riū nomen ipsius Cyri, & eius victorias sibi desuper dandas aut datas: qualiter itē populū Iudæorum licentiaret ad reuertēdū atq̄; ad rēdificandū ciuitatem & tēplum, quibus visis exhilaratus est Cyrus valdē, & quandā vnus veri Dei accepit notitiā, libenterq̄; annuit precibus Iudæorū. [Quis ex vobis est in omni populo eius? i. quis vestrum (ō Iudæi) est verē de populo Dei cæli, q̄ pro eius honore zelum gerit syncerum?] [sit dñs Deus suus cum eo,] hoc est, gratiosē iuuēt ac dirigat eum, [& ascendat] ad terram Iudæā, ad rēdificandū templum & colendum in eo altissimum.

EXPOSITIO ORATIONIS MANASSAE REGIS IYDA, cūm per captiuitatem humiliatus esset.



Icut verē ait Apostolus, Vbi abundauit peccatum, abundat & gratia. Nam sic-
ut Manasses ineffabiliter dirē peccauit, intrā, vt Climachus dicat, Nullū inuenio ita peccasse, sicut Manasses sic cordialissimē p̄nituit, seq̄; p̄fundissimē humiliat, & feruentissimē exorauit, cuius oratio magno est digna p̄conio, & est efficac valdē ad impetrandum. Si quidē oratio quæ laudibus Dei redundat, atq̄; orantis culpas miseriasq̄; includit, efficacior ad exaudiendū cēsetur, iuxta quod ait Propheta: Laudās inuocabo dñm, & ab inimicis meis sal⁹ ero.

Talis verō est ista oratio, in qua Deus multipliciter ac excellenter laudat de sua maiestate & omnipotentia, de sua pietate & iustitia, de sua bonitate & sapientia, & de p̄claris effectibus suis. Itaq̄; rex Manasses detētus in vinculis, & cōpedibus aggrauatus, ad cor suum reuersus est, vexatione sibi intellectu p̄stante: atq̄; vt sup̄a continēt, egit p̄nitentiā valdē, hoc est, intīmā habuit contritiōem, & deprecatus est Deum intente, seruentissimē, humilimē, cōtritisimo corde dicēs: [Dñe oipotens Deus, patrum nostrorū, Abrahā, Isāac, & Iacob,] Manasses de horū sctōrum patriarcharum semine natus, vctē & industriose suam incepit orationē hoc modo, quatenus tantorū patriarcharū meritis iuuaret, diuinæ quoq̄; pietatis recordaret, qua dñs vniuersorū, oēm intellectu & rationē infinite transcendēs, & cunctis incōparabiliter dignior, dignatus est horum virorū deus specialiter noīari, istoq̄; titulo designari, hoc cognomine cōmendari, quēadmodū in Exodo ait ad Mosen: Hæc dices filijs Israel: De⁹ patrū vestrorū, Deus Abrahā, De⁹ Isāac, & Deus Iacob, misit me ad vos. Hoc nomē mihi est in æternū, & hoc memoriale meū in gnatiōē & gnatiōē. [& seminatore eorum iuste:] dicitur Deus seminatore patriarcharū istorū, tum qā principalis institutor eorū, tum qā in corde eorū verba vitæ, semē gratiæ, ac diuersa charismata seminauit, tum qā eorū sobolē copiosissimē, p̄pagauit, [& fecisti cælū & terrā cum omni ornatu eorū] iuxta illud Gene. 2. Perfeci sunt cæli & terra & oīs ornatu eorū. Itaq̄; fecit deus cælū & terrā, hoc est, superiora & inferiora, visibilia & inuisibilia, summa & infima cum medjs, cælū cum sideribus ac planetis, cum omni luce, influētia, ac virtute cælestiū corpororū, terrā cum ceteris elementis & oibus in eisdē cōtēntis, [& signasti mare verbo p̄cepti tui,] i. impressiōe tuæ virtutis & iussione oipotentiæ tuæ, indistincti mari suā p̄prietatē & vim, qua quasi sigillo ab alijs est distinctū, & tuus esse effect⁹ cognoscit, quod de quolibet mari potest intelligi. Ideō in lib. Prouerb. Sapia ait: Certa lege & gyro vallabat abyssos, & legē posuit aquis. [Qui cōclusisti abyssum,] hoc est, ipsum aq̄; elementū termino certo clausisti infra limites suos, ne quis sit leuius elementō terræ, ascendat & operiat illum. Hinc ad Iob dñs loquit: Quid cōclusisti oīs mare, q̄ erumpebat quasi de vulua p̄cedens? Circūdēdi illud terminis meis, & posui vctēs & ostia, & dixi: Hucusq̄; venies, & nō p̄cedes ampliūs, & hic cōfinge tumētes fluctus tuos, quod q̄ mirum, magnificūq̄; cōsistat, atq̄; ad timorē Dei, puocatiuum, dominus protestat per Hierem. 5. Audi, in quiens, popule stulte, qui non habes cor. Me non timebitis, qui posui arenam terminum mari, p̄ceptum sempiternum, quod non p̄teribit? Intumescent fluctus eius, & non transibunt illud. Hoc est quod etiam cantatur P̄salm. 32. Congregans

Hierony. lib. 11. super Esaiam cap. 44. 45. Iosep. lib. 11. an. iu. ca. 1.

Rom. 5. 4. Reg. 24. 2. Par. 33. Climachus

Esai. 17.

Esa. 24. 2. Par. 33.

Exo. 3.

sceminis eorum iusti, vel sceminis eorum iusto.

aligasti pro. 8.

Iob. 38.

gans sicut in vtre aquas maris, ponens in thesauris abyssos. [& signasti terribili & laudabili nomi
 ni tuo, hoc est, Oceanum prætacto modo determinasti & specificasti, ad laudem & gloriam tu-
 am, qui es super omnia incomparabiliter metuendus & superlaudandus. Omnia enim propter te
 ipsum operatus es domine, & omnia fecisti vt timearis, quia in vniuersis & singulis ostendisti &
 resplendere iussisti bonitatem, sapientiam, & omnipotentiam tuam, quatenus hæc pèsantes, ve-
 neremur & vereamur te ex tuarum consideratione creaturarum, [quod oēs timeant,]i. quidam
 ex oibus, & omnes benè sensati te metuunt filiali seu initiali timore. Nihilominus innumerabi-
 les sunt, qui non timeant te, cum Salamon dicat Eccès 8. Quia non cito profertur iudicium, ab-
 que vilo timore filij hominum perpetrant mala. [& tremunt à vultu virtutis tuæ,] id est, ex confi-
 deratione intuitus præsentis omnipotentis tuæ, omnes cum tremore formidant te, iuxta sensum
 prætactum, imò cuncta creata quodammodo creatorem suum formidant, iuxta illud Eccè 16. Ec-
 cè cælum & cæli cælorum, abyssus & vniuersa terra, & omnia quæ in eis sunt, in conspectu Dei
 commouebuntur, & cum conspexerit illa Deus, terrore concutentur. Ideò dixit Porphyrius, quod
 deum deorum polus, tellus, pontusque contremunt, & ipsa numina perhorrescunt. [& insusten-
 tabilis ira super peccatores comminationis tuæ.] id est, ultio tuæ comminationis, quam facis ini-
 quis, putà æterna damnatio, est intolerabilis valde. [immensa verò & inuestigabilis misericordia
 promissionis tuæ,] id est, pietas, gratia & gloria, quam bonis, iustis ac pœnitentibus promissisti,
 est infinita & imperferutabilis, quia in hac vita inæstimabilem pietatem & gratiam eis impendis,
 & in futuro te ipsum ac tu ipsius beatificam fruitionem eis retribuis. idè ait Apostolus: Oculis
 non vident, nec auris audiunt, nec in cor hominis ascendunt, quæ præparauit Deus diligentibus
 se. [Quoniam tu es dominus Deus altissimus super omnem terram,] longanimitas id est, diu expe-
 ctans emendationem peccantium, [& multum misericors,] id est, naturaliter pius, & clementer
 subueniens miseris: imò tibi proprium est misereri & parcere, punire verò est quasi peregrinum
 & alienum à te, & propter peccantium prauitates hoc facis. [& pœnitens super malitias homi-
 num,] id est, iniquitatibus hominum pœnitentium piè indulgēs, & eos faciens pœnitere. Vel, per
 modum pœnitentis seu dolentis, te habens circa iniquos dum pœnitent, quia penam quam eis
 comminatus es, misericorditer eis relaxas. Hinc per Hierè. 18. dominus loquitur: Repetè loquar
 aduersus gentem & regnum, vt eradicem & destruam illud, si pœnitentiam egerit gens illa, agam
 & ego pœnitentiam super malo quod cogitauit vt facerem eis. Ionas quoq; ait: Scio quia tu De-
 us clemens & misericors es, patiens & multæ misericordiæ, & ignoscens super malitia. Insuper di-
 citur Deus pœnitens super malitias hominum, id est, per modum dolentis & tristantis se habens,
 propter vitia iniquorum, quæ detestatur & horret, propter quod ait per Esaiam: Laborauit sustinēs.
 Et rursum Esai. 43. Præbuisi mihi laborem in iniquitatibus tuis. Vnde & Malach. 3. fati: Si af-
 figet homo Deum, quia vos configitis me. Idè quoque hortatur Apostolus Ephe. 4. Nolite con-
 tritare spiritum sanctum Dei. [Tu autem domine secundum bonitatem tuam promissisti pœni-
 tentiam remissionis peccatorum.] id est, salutrem contritionem promeritoriam relaxationis cul-
 parum, quia frequenter testatus es in scripturis, quòd hi qui cordialiter dolēt de suis peccatis, in-
 quantùm sunt offensua tuæ sanctitatis & contra iustitiam, consequantur à te remissionē omni-
 um suorum excessuum. Si quidem per Ezech. 18. loquutus es: Si impius egerit pœnitentiam, omni-
 tum iniquitatum eius non recordabor amplius. Sapientiæ quoque u. dicitur deo: Dissimulas pec-
 cata hominum propter pœnitentiam. [& tu Deus iustorum.] Deus, omnium dominus est iure crea-
 tionis & vniuersalis prouidentis: iustorum verò specialiter dominus est, per gratiosam eorum
 gubernationem & specialem prouisionem, & per illorum obedientialem subiectionem ac de-
 bitam seruitutem. [non posuisti pœnitentiam iustis,] videlicet ipsi [Abraham, & Isaac, & Iacob]
 ac consimilibus, [his qui tibi non peccauerunt,] id est, remedium contritionis seu sacramētum
 pœnitentiæ talibus non prouidisti, inquantùm sunt iusti, nec eis vt talibus, præcepisti pœnitere.
 Dicuntur autem hi non peccasse, non quòd sine venialibus vitam hanc peregerunt, sed quia vel
 non peccauerunt mortaliter, aut rarò sic peccauerunt, & de suis peccatis excellenter pœnitue-
 runt, ita quòd comparatione aliorum quasi non peccasse vidètur, iuxta quem modum S. Iob 17.
 loquitur: Neque reprehendit me cor meum in omni vita mea. Et iterum ibidem: Non pec-
 caui. Qui nihilominus rursus fatetur: Parce peccatis meis. Et ibidem: Signasti quasi in sacco
 delicta mea. Item quæ: Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me. His itaque præ-
 missis, in quibus rex Manasses excellentiam Dei multiplicem deuotè confessus est, eius quoque
 iustitiam commemorauit, ad incutiendum sibi ac alijs salutrem timorem, & etiam diuinæ pieta-
 tis immensitatem ad excludendum desperationem, atque ad excitandum spem veniæ, cõsequen-
 ter sua consistetur ac d. fiet facinora. [Quoniam peccavi super numerum arenæ maris,] id est, in-
 numerabilia mala, & potest verbum istud per modum hyperbolice locutionis intelligi, & vtiq;
 grauitè & innumerabiliter valde peccauit vltra omnem æstimationem, non solum in propria

Eccl. 1.
 Pro. 16.
 Eccès 3.
 apertum
 Esai. 69.
 1. Cor. 2.
 Sap. 11.
 Ion. 4.
 Esai. 1.
 Job. 14.
 Job. 9.

persona, sed quia rex erat, totum populum tam enormiter scandalizando, iustos persequendo &
 occidendo, imò vt legitur, sanctissimum Esaiam atrocissimè trucidando, cum idem beatissimus
 vates esset iam vir ætatis decrepitæ & consanguineus regis. Insuper Dei cultum in templo impe-
 diendo, & illic idola statuendo atque colendo, & hæc omnia ipse humiliter recognoscit, subiun-
 gens: [Multiplicatae sunt iniquitates meæ,] quibus peccavi in Deum, in proximos, & in meipsum.
 [Incuruatus sum multo vinculo ferri:] quia ad literam oneratus fuit compedibus & catenis. Spi-
 ritualiter verò ad carnalia & terrena ac pessima vitia fuit depressus ferrea consuetudine & ænea
 obstinatione, illudque Salamoni, Iniquitates suæ capient impium, & funibus peccatorum suo-
 rum constringetur, fuit in eo impletum. [& non est respiratio mihi,] id est, consolationem & re-
 frigerium non inuenio in me, nec ex me, neque in aliquo homine, [quia excitauit iracundiam tu-
 am,] id est, iustitiam tuam dirè offendi, & eius vindictam promerui. [& malum coram te feci,] tu
 am inhonorando præsentiam, nec tuæ maiestatis ad spectum curando. [statuas abominationes,]
 hoc est, idola & cætera vitiorum incitamenta impijssimæque præcepta, [& multiplicans offensi-
 ones,] alios ad scelera inducendo, omni modo quo potui. [Et nunc flecto genua cordis mei,] id
 est, quoniam vincus & nequò confictus, corporalia genua coram te fletere nequeo, spiritualia
 mentis meæ genua, vt potè vires animæ meæ, rationem & voluntatem, conscientiam, synteresim,
 & quicquid intra me est, tibi humiliter atque prosterno, [præcās ad te bonitatem tuam domine:]
 hoc est, orationem fundens ac dirigens ad te, o domine, tuam inuocans bonitatem, & bonitatem
 mihi insuadi exorans. Vel, præcās ad te bonitatem, id est, ad te qui naturaliter es ipsa bonitas pu-
 ra ac infinita. [Peccavi domine] per commissionem malorum, [peccavi] per omissionem bono-
 rum, quoniam debitu regalis officij nequaquam impleui, [& iniquitatē meam agnosco,] hoc
 est, congeriem vitiorum meorum attendo, intueor, confiteor, & deploro. [peto rogans te domi-
 ne, remitte mihi, remitte mihi, ne simul perdas] id est, perire permittas ac damnes, [me cum ini-
 quitatibus meis,] ne ea mecum portem ad inferos, [neq; in æternum referes mihi mala,] id est,
 inferni tormenta perpetua, sed potius in hac vita per ista aduersa me purga. [Denique tam hu-
 militer & contritè, tam seruenter & attentè rogando, sensit in se ex gratiosissimo tactu spiritus
 sancti quandam spem veniæ, idè fiducialiter subdit:] quia in æternum saluabis me secundum
 magnam misericordiam tuam.] quæ in infinitum maior est omni prauitate & miseria nostra,
 & hoc est verbum bonæ spem, non assertionis incautæ, quoniam adhuc non fuit certus se esse
 dignum amore ac prædestinatum, sed confidebat. [& laudabo te semper omnibus diebus vitæ
 meæ] in præsentī seculo, & in futuro, & tanto plùs, quāto ex acceptis beneficijs obligatiorem me
 cerno, & meritò te laudabo, [quoniam te laudat omnis virtus cælorum,] Tu enim vniuersis & sin-
 gulis in finitè melior, sanctior, per se & iorquè consistis, & à te omne bonum profluit. [Præterea,
 iuxta diuinum & sanctum Dionysium, quem admodum omnes cælestes spiritus appellantur an-
 geli, ita & omnes appellantur virtutes, quia ad omnia quæ eis diuina lege committuntur agen-
 da, sunt fortes atque idonei, sicquè per omnem virtutem cælorum potest intelligi vniuersitas su-
 periorum spirituum, omnesque ordines angelorum. Potest quoque per omnem virtutem cæ-
 lorum, tota vis, natura, atque causalitas cælestium corporum designari. Spiritualiter verò omnis
 virtus cælorum, est omnis habitus virtuosus, & omnis actio bona ac meritoria hominum deuo-
 torum, specialiter contemplatiuorum, quorum conuersatio est in cælis. [& tibi est gloria] hoc
 est, clarissima fama, iocunditas infinita, beatitudo immensa, imò pleni sunt cæli & terra gloria
 tua, & tibi debetur omnis laus, honor & gloria, tuamque excellentiam miratur omnis crea-
 tura, [in secula seculorū, Amen.] O Deus excelsè & gloriose, Eccè quanta est pietas Dei in
 vasis misericordiæ suæ, & certè magna valde est laus, eminentia & efficacia orationis
 istius, quam author eius in laude Dei deuotè cõcludit, sicut ab ea ipsam seruenter
 incepit. Nec ista oratio est de textu, nec in Hebræo habetur: sed ipse Ma-
 nasses qui eam in carcere edidit, liberatus, de carcere ipsam in for-
 mam redegit ac promulgauit. Hanc ergo orationem pecca-
 tores, quorum primus ego sum, & veraciter pœnitentes,
 libenter, attentè & quotidie legant: Ad laudem
 Dei, qui est super omnia benedictus
 in secula, Amen.

FINIS.

4. Reg. 1.
 2. Reg. 1.
 per. C. 6. b. h.
 h. 4. r. c. 3. 1.
 Pro. 9.
 indignum
 Eccès 9.
 Dionysius
 Phil. 3.
 Esai. 6.
 Apoc. 4.
 1. Tim. 3.
 Rom. 9.